minat: aliud cecidit secus viam. THEO/
PHI. Non dixit ꝙ seminans proiecit ali/
ud secus viã: sed ꝙ semen cecidit. Qui eñ
seminat docet rectum sermonem: sed sermo
diuersimode cadit in audientes: vt quidam
eorum via dicantur: Et conculcatum est: ⁊
volucres celi comede. illõ. CYRIL. Ari
da enim est ⁊ inculta quodammodo omnis
via: eo ꝙ a cunctis cõculcatur: ac nihil ex se/
minibus humatur in ea. Sic igitur habẽtes
cor indocile nõ penetrat diuina monitio: vt
possit laudem germinare virtutũ: sed tales
sunt via frequentata immundis spiritibus.
Sunt iterum aliqui leuiter gerentes fidem
in se quasi in verborum simplicitate: horum
fides caret radice: de quibus subditur: Et
aliud ceci. supra petram ⁊ natum aruit: quia
non habe. humo. BEDA. Petram dicit
durum ⁊ indomitum cor. hoc est autem hu/
mor ad radicem seminis: quod iuxta aliam
parabolam oleum ad lampades virginum
nutriendas idest amor ⁊ perseuerantia vir/
tutis. EVSE. Sunt etiam aliqui qui per
auariciam ⁊ appetitum voluptatum ⁊ mun/
danas sollicitudines quas quidã spinas nũ
cupant immissum sibi semen suffocari fece/
runt: de quibus subditur: Et aliud ceci. in/
ter spi. ⁊ simul exor. spine suffocauerunt il/
lud. CHRY. Sicut enim spine non per
mittunt oriri semen: sed ex condensatione
suffocãt immissũ sic sollicitudines vite pre
sentis semẽ spiritale fructificare non sinũt.
increpandus autem esset agricola qui super
sensibiles spinas ⁊ petram ⁊ viam semina/

ret. Non enim possibile est petram terram
fieri: nec viam non esse viam: nec spinas nõ
esse spinas. in rationalibus autem secus est.
Possibile est enim petram conuerti in ter/
ram pinguem. ⁊ viam non conculcari: ⁊ spi
nas dissipari. CYRIL. Sunt autē terra
pinguis ⁊ ferax: anime honeste ⁊ bone: que
in profundo suscipiunt verbi semina ⁊ reti/
nent ⁊ fouent. Et quantum ad hoc subdi/
tur. Et aliud cecidit in terram bonam: ⁊ or/
tum fecit fructum centuplum. Cum enim
in mentem mundam ab omnibus perturbã
tibus verbum diuinum infunditur: tunc im
mittit radices in profundum: ⁊ germinat tã
q̄ spica: ⁊ cõuenienter pficitur. BEDA.
Fructum enim centuplum fructum perfe/
ctum dicit. nam denarius numerus pro per
fectione semper accipitur: quia in decē pre/
ceptis legis custodia continetur. Denarius
autem numerus per semetipsum multiplica
tus: in centenarium surgit. vnde centenari/
us magna pfectio significatur. CYRIL.
Que autem sit sententia parabole: accipia/
mus per eum qui eam composuit: vnde seq
tur: Hec dicens clamauit. Qui habet. au.
audi. audiat. BASI. Audire pertinet ad i
tellectum. vnde per hoc dominus excitat ad
exaudiendum attende mentionem eorū que
dicuntur. BEDA. Quotiens enī hec ad
monitio vel in euangelio vel in apocalypsi
ioannis interponitur: mysticū esse quod di
citur: querendūq̄ a nobis intentius ostendi
tur. vnde discipuli ignorantes saluatorem i
terrogant: Sequitur enim: Interrogabant
autem eum discipuli eius que esset hec para
bola. Nemo tamen putet finita mox parabo
la discipulos hoc interrogasset: sed vt marcꝰ
ait cum esset singularis interrogauerunt eū.
ORIGE. Est autē parabola sermo qua
si facti: non autem facti iuxta quod dicitur:
possibilis autem fieri rerum significatiuus
per transumptionem earum que in parabo/
la traditur. Enigma vero est processus ser/
monis in his que dicuntur quasi facta: que
tamen non sunt facta: nec possibilia fieri: si/
gnificant vero aliquid in occulto: sicut quod
dicitur in libro iudicum q̄ ligna iuerunt vt
vngerent sibi regem. Non est autem ad lit/
teram factum quod dicitur: Exijt qui semi/
nat. sicut ea que narrat historia possibile ta/
mē fuit fieri. EVSE. Dominus vero do
cuit eos causam quare turbis per parabolas
loquebatur. vnde subditur. Quibus ipse di
xit. Vobis est datum nosse mysteriū regni
dei. GREGO. nazanzenus. Cum hoc
audis: non introducas diuersas naturas s̄z
quosdam hereticos qui putant hos quidem
esse pereuntis nature: hos vero salubris.
quosdam vero sic se habere vt eorum volun
tas eos ducat ad peius vel meliꝰ. S̄z addas
ei quod dicitur: Vobis datum est. i. volen/
tibus ⁊ similiter dignis. THEOPHI.
His autem qui sunt indigni tantis myste/
rijs obscure dicunt. vnde sequitur: Ceteris
autem in parabolis: vt videntes non videāt
⁊ audientes non intelligant. Videre enī se
putant: non vident autem: ⁊ audiunt quidē
sed non intelligūt. Huius ergo gratia hoc
eis christus abscondit: ne maiꝰ eis preiudici
um generetur si postq̄ nouerint: christi my
steria contempserint. Qui enim intelligit: ⁊
postea spernit: grauiꝰ punietur. BEDA.
Recte igitur in parabolis audiunt: quando
clausis sensibus cordis: non curant cogno/
scere veritatem obliti eius quod dominus
dixerat. Qui habet aures audiendi audiat.
GREGO. in home. Dominus autem
dignatus est exponere quod dicebat: vt scia
mus rerum significationes querere etiam
in his que per semetipsum voluit explana
re. Sequitur enim: Est autem hec parabo/
la: Semen est verbum dei. EVSE. De/
struentium autem immissa semina suis ani/
mabus tres dicit esse causas. Quidam enī
destruunt in se semen reconditum: dantes
leuiter auditum volentibus fallere: de qui/
bus subdit: Quod autem secus viam: hi sūt
qui audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit
verbum de corde eorum: ne credentes salui
fiant. BEDA. Qui scilicet verbum quod
audiunt: nulla fide: nullo intellectu: nulla sal
tem tentande vtilitatis actione percipere di
gnantur. EVSE. Quidam vero cum in
mentis profundo non susceperint verbum
dei: facile extinguuntur adueniente aduersi
tate. de quibus subditur. Nam qui supra pe
tram: hi sunt qui cum audie. cum gau. susci.
ver. ⁊ hi radi. non ha. qui ad tem. cre. ⁊ in
tempē. tenta. recedunt. CYRIL. Cum
enim intrant ecclesiam letanter attentant di/

uina mysteria: sed ex leui voluntate: vt autẽ egressi sunt ecclesiam: obliuiscuntur sacrarũ disciplinarum: ⁊ si fides christiana non fluctuet permanent. turbante vero persecutiõe perfugam habent mentem: fides eorum caret radice. GREGO. in homel. Multi boni operis initia proponunt: sed mox vt fatigari aduersitatibus vel tentationibus ceperint: inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit: q̃ hoc quod germinauerat: ad fructus perseuerantiam non perduxit. EVSE. Quidam vero suffocãt reconditũ in eis semẽ diuitijs ⁊ illecebris: quasi quibusdam suffocantibus spinis. de q̃bus subditur: Quod autem in spinis cecidit hi sunt qui audie. ⁊ a sollicitu. ⁊ diuit. ⁊ volup. vite eun. suffo. ⁊ non refe. fructum. GREGO. in home. Mirum quomodo dominus diuitias spinas interpretatus sit: cum ille pungant iste delectent: ⁊ tamen spine sunt: q2 cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant: ⁊ cum vsq3 ad peccatum pertrahunt: quasi inflicto vulnere cruẽtant. Duo autẽ sunt que diuitijs iungit: sollicitudines: ⁊ voluptates: quia per curaꝫ mẽtẽ opprimunt: ⁊ per affluentiam resoluũt. suffocant autem semen: quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant: ⁊ dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt: quasi aditum vitalis flatus vetant. EVSE. Hec autem ex prouisione a saluatore predicta sunt. Sic autem se habere patefacit effectus: non. n. aliter aliqui a verbo diuini cultus deficiunt: nisi fm aliquem modorum predictorum ab eo. CHRY. Et vt plura breuibus comprehendam. hi quidem tanq̃ negligentes audire: hi tanq̃ delicati ⁊ debiles. hi vero tanq̃ serui facti voluptatis ⁊ rerum mundi a bono desistunt. Bonus etiam ordo vie: petre: ⁊ spinarum: opus est primo memorie ⁊ cautele: deinde fortitudinis: consequenter contemptus presentium. Consequenter ponit bonam terram contrario modo se habentem ad viam ⁊ petram ⁊ spinas cum subdit: Quod autem in terram bonam hi sunt qui in corde bono ⁊ optimo verbum retinent: ⁊ fructum afferunt in patientia. Naꝫ qui secus viam positi sunt. nõ retinent verbum: sed rapit eis semen diabolus. qui vero sunt in petra: non sustinent in patientia tentationis insultum propter imbecillitatem: qui vero sunt in spinis non fructificant sed suffocãtur. GREGO. in home. Terra ergo bona fructum per patientiaꝫ reddit: quia nulla sunt bona que agimus: si non equanimiter etiam proximorum mala toleramus. fructum ergo per patientiam reddunt. quia cum humiliter flagella suscipiunt post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

¶ Dominica i quinquagesima. Luce. xviij. cap.



Assumpsit iesus duodecĩ ⁊ ait illis: Ecce ascendimus hierosolymam: ⁊ cõsumabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur. n. gẽtibus ⁊ illudetur ⁊ flagellabitur ⁊ conspuetur. ⁊ postq̃ flagellauerint occident eum: ⁊ die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur.

THEOPHI. Preuidens saluator ex passione sua discipulorum animos turbandos: eis longe ante ⁊ passionis sue penam: ⁊ resurrectionis sue gloriam predicit. vnde dicitur: Assumpsit autẽ iesus. xij. ⁊ ait illis Ecce ascendimus hierosolymam: ⁊ consumabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. BEDA. Preuidens enim quosdam hereticos futuros qui christum dicerent legi prophetisq3 docuisse contraria: ostendit q̃ per prophetarum presagia sue passionis ⁊ posterioris glorie sit celebrata perfectio. CHRY. Seorsum autem de passione cum discipulis confert. Nõ

enim oportebat hunc sermonem pluribus
diuulgari: ne turbarentur. Ob hec autem
predicebat discipulis: vt excitati per expecta
tionem facilius sustinerent. CHRY. Et
vt sciant: quoniam passionem preuidit: et
spontaneus ad eam accessit. ne dicerent: quia
inter in manus hostium incidit: qui nos pro
mittebat saluare. vnde seriatim ordinem pas/
sionis enarrat subdens. Tradetur enim gen
tibus: et illudetur et flagellabitur et conspue/
tur. CHRY. Hoc isaias predixerat di/
cens: O bruli scapulas meas ad verbera: ge
nas meas ad alapas: et faciem meam non di
uerti a sputorum dedecore. Sed et crucis pa
tibulum predixit propheta cum ait: Tradidit
in mortem animam suam: et cum sceleratis
reputatus est. vnde et hic subditur. Et post/
quam flagellauerint occident eum: Sed et resur
rectionem eius dauid predixit dicens. Non
derelinquens animam meam in inferno. vn
de hic subditur: Et tertia die resurget. ISI
DO. Admiror autem dementiam querenti
um cur christus ante triduum resurrexit. si
enim resurgeret tardius quam predixerat: impo
tentie esset: celerius vero: est summe virtu/
tis indicium. Si quem enim cum spoponde
rit suo creatori post triduum persoluere, de/
bitum: eadem die satisfacientem viderimus:
non fallacem sed potius vt veridicum eum
mirabimur. dicam etiam quod non dixit se post
tres dies resurrecturum: sed die tertia. Ha
bes parascenem: habes sabbatum vsque ad so
lis occasum: et post sabbatum resurrexit. CY
RIL. Discipuli autem nondum nouerant
exquisite quod prophete predixerant: sed post/
quam resurrexit aperuit eis sensum: vt intellige
rent scripturas. vnde sequitur: Et ipsi nihil
horum intellexerunt. BEDA. Quia enim
discipuli eius vitam maxime desiderabant:
eius mortem audire non poterant. Et quo/
niam non solum hominem innocentem: sed
et deum verum sciebant: hunc nullatenus mo
ri posse putabant. Et quia parabolas eum se
pe loquentem audire consueuerant quotiens
aliquid de sua passione dicebat: ad aliud alle
gorice referendum esse credebant. vnde se/
quitur: Erat autem verbum istud abscondi
tum ab eis: et non intelligebant que diceban
tur. Iudei vero quia in eius necem conspira/
uerant: quod de passione sua loqueretur dicens
in ioanne: Oportet exaltari filium hominis
intelligebant. vnde dixerunt: Nos audiui/
mus ex lege quia christus manet in eternum:
et quomodo tu dicis. Oportet exaltari fili/
um hominis?

¶ Factum est autem cum appropin
quaret hierico: cecus quidam sedebat
secus viam mendicans. Et cum audi/
ret turbam pretereuntem: interroga
bat quid hoc esset. Dixerunt autem
ei: quod iesus nazarenus transiret. Et cla
mauit dicens. Iesu fili dauid misere/
re mei. Et qui preibant increpabant
eum vt taceret. Ipse vero multoma/
gis clamabat: fili dauid miserere mei.
Stans autem iesus iussit illum addu
ci ad se. Et cum appropinquasset: in
terrogauit illum dicens: Quid tibi vis
faciam? At ille dixit: Domine vt vi
deam. Et iesus dixit ei: Respice. Fi
des tua te saluum fecit. et confestim vi
dit: et sequebatur illum: magnificans de
um. Et omnis plebs vt vidit: dedit
laudem deo.

GREGO. in home. Quia carnales ad/
huc discipuli non volebant capere verba my/
sterij: venitur ad miraculum: ante eorum ocu
los cecus lumen recipit: vt eos ad fidem ce/
lestia facta solidarent. vnde dicitur: Factum
est autem cum appropinquaret hierico: cecus
quidam sedebat secus viam mendicans.
THEOPHI. Et ne incessus domini es
set inutilis: in via: fecit ceci miraculum: hoc
documentum discipulis suis dans: vt in om
nibus simus proficui: et nihil sit in nobis ocio
sum. AVGV. de questio. euan. Posse/
mus de appropinquantibus hiericho sic in/
telligere: vt iam inde egressi: prope tamen ad/
huc essent ad eam ciuitatem: quod quidem mi
nus vsitate dicitur. Sed tamen videri posset hoc

dictū: quoniam mattheus egredientibus eis
ab hiericho dicit illuminatos duos cecos: q
iuxta viā sedebāt. De numero quidē nulla
esset questio: si alter euangelistarum de vno ta
cuisset vnius reminiscēs. nam ⁊ marcus vnū
cōmemorat: cū ⁊ egrediētibus eis ab hiericho,
dicit illuminatū: cuius ⁊ nomē dixit ⁊ patrē
vt intelligamus cū fuisse potissimum. alterum
ignotum: vt merito ille notus etiaʒ solus de
center commemoraretur. Sed quoniam que
sequuntur in euangelio secundum lucaʒ: aptissime
ostendunt illud quod ipse narrat adhuc ve/
nientibus ipsis hiericho factuʒ esse: nihil ali
ud restat intelligere: nisi bis esse factum hoc
miraculum: semel in vno ceco: cum adhuc
veniret in illam ciuitateʒ: iterum in duobus
cum inde egrederetur: vt illud vnum lucas:
alteruʒ mattheus enarrat. CHRY. Mul
tus autem erat populus circa christum ⁊ ce/
cus cum quidem nō nouerat: sentiebant au
tem effectum: ⁊ rapiebat per affectum: quod
non hausit aspectus. vnde subditur: Et cuʒ
au. tur. prete. inter. quid hoc esset. Et oculā
ti quidem secundum opinionem loquebantur. Se
quitur: Dixe. autem ei: ꝙ iesus naza. transi/
ret. Cecus vero vera clamabat: alia docet:
⁊ alia predicat. Nam sequitur: Et cla. di.
ie. fi. da. mi. mei. Quis te docuit hoc homo?
non perlegisti libros priuatus luminibus?
Unde igitur nosti luminare mundi? vere
dominus illuminat cecos. CHRY. In
iudaismo autem nutritus non ignorauit ꝙ
de progenie dauid deus secundum carnem nasce/
retur: ⁊ ideo ei vt deo loquitur dicens. Mi
serere mei: hunc imitentur qui in duo diui/
dunt christum: hic enim christum tanquam
deum adit: ⁊ filium dauid eum nominat:
mirentur autem instantiam confessionis
eius. Quidam enim eum confitentem fi/
dem compescebant. Sequitur: Et qui prei.
increpa. eum vt tace. Sed per inhibitiones
huiusmodi nō impediebatur eius audacia.
Nouit enim fides omnibus repugnare: ⁊ i
omnia triumphare. vtile enim est pro cultu
diuino pudorem deponere: nam si causa pe
cunie sunt impudentes nonnulli: pro ani/
me salute non decet bonam induere impu/
dentiam? vnde sequitur. Ipse vero multo/
ma. cla. Fi. da. mi. mei. Sistit autem chri/
stum vox inuocantis in fide: ⁊ inuocantes i
fide respicit. ⁊ ideo merito vocat cecum. ⁊ ac
cedere iussit. vnde sequitur: Stans autem ie
sus iussit illum adduci ad se: vt. s. qui prius
fide eum tetigerat: appropinquaret ⁊ corpo/
re. Appropinquantem cecum dominus in/
terrogat: Nam sequitur: Et cum app. inter.
il. di. Quid tibi vis faciam? Dispensatiue i
terrogat: non quasi ignorans: sed vt scirent
astantes ꝙ non petebat pecuniam: sed diui/
nam efficaciam: vt a deo. vnde sequitur: At
il. di. do. vt vide. CHRY. Vel quia ca/
lumniatores veritatis iudei possent dicere:
vt in ceco nato: non est hic sed similis eius:
voluit vt cecus prius ostenderet defectum
nature: ⁊ tunc cognoscat gratie maiestatem.
at vbi petitionis modum cecus explicuit: tūc
summa maiestate precepit ei vt videret. vn/
de sequitur. Et dixit il. ie. Respice: quod re
dundabat in crimen perfidie iudeorum: qs
enim prophetarum talia dixit? Aspice tamē
quid assumat medicus ab eo cui collata est sa
nitas. Sequitur enim: Fides tua te saluum
fecit. Pro fide enim venduntur beneficia
diffunditur enim gratia quaʒ suscepit fides.
Et sicut ab aliquo fonte hi quidem paruis
vasis modicum aque hauriunt: hi vero ma/
ioribus multum: fonte non distinguente mē
suras: ⁊ secundum fenestras que aperiuntur ma/
gis vel minus splēdor solis infunditur: ita
secundum capacitatem intentionis hauritur gratia.
vertitur autem vox christi in lucem languen
tis. erat enim verbum vere lucis. vnde se/
quitur. Et confestim vidit. At cecus ⁊ ante
beneficium fidem ostendit feruidam: ⁊ post
beneficium beniuolentiam obseruauit. Se/
quitur ⁊ seque. il. ma. de. CHRY. Ex quo
patet ꝙ a duplici cecitate liberabatur: corpo/
rali. s. ⁊ intellectuali. neqʒ. n. glorificasset vt
deum nisi vere vidisset: sed ⁊ alijs factus ē
occasio glorificandi deuʒ. Sequitur: Et om
nis plebs vt vi. de lau. deo. BEDA. Nō
soluʒ pro impetrato munere lucis. sed ⁊ me
rito fidei impetrantis. CHRY. Hic au/
teʒ necesse est querere cur christus demonia/
cum quidem curatum sequi volentem prohi
bet: cecum autem illuminatum sequenteʒ nō
prohibet? sed neutruʒ irrationale puto: illuʒ
enim mittit preconem: vt ex sua consistentia
benefactorem predicet. erat enim excellens
miraculum videre furiosuʒ sane mentis ef/

fectum. Cecum vero permittit sequi: quando hierosolymam ascendebat per crucem passurus altum mysterium: ut recentem habentes miraculi mentionem non existimaret cum infirmitate potius q̄z misericordia pati. AMBRO. In hoc autem typus populi gentilis est qui sacramento dominico recepit amissi luminis claritatem. Nihil autem interest: utrum in uno ceco medicinaz: an in duobus accipiat: quoniam ex cham ⁊ iaphet noe filijs originem ducens in duob⁹ cecis duos generis sui pretēdebat auctores. GREGO. in ho. Vel cecum est genus humanum: quod in parente primo claritatē superne lucis ignorans: damnationis sue tenebras patitur. Hiericho autem īterpretatur luna: que dum menstruis momentis decrescit: defectū nostre mortalitatis designat. Dum igitur cōditor noster appropinquat hiericho: cecus ad lumen redit: quia dum divinitas defectum nostre carnis suscepit humanum genus lumen quod amiserat recepit. Qui ergo eterne lucis claritatem nescit: cecus est. Si autem iam redemptorem credidit qui dixit. Ego sum via iuxta viam sedet Si vero credidit ⁊ orat: ut eternum lumē recipiat iuxta viam sedet ⁊ medicat. Illi autem qui iesum venientē precedunt designāt carnalium desideriorum turbas tumultusq̄z vitiorum: qui priusq̄z iesus ad cor nostrum perveniat: dissipant cogitationem nostram: ⁊ in ipsa nos nostra oratione cōturbant. Ipse vero magis clamabat: quia quāto gravior tumultu cogitatione premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. Cum autem adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur iesum aliquatenus transeuntem sentimus: Cum vero orationi vehementer insistimus: deus in corde figitur: ⁊ lux amissa reparat. vel trāsire humanitatis est: stare divinitatis. Cecū igit clamantē dn̄s trāsiēs audivit: stans illuminavit: q: p humanitatē suam vocibus nostre cecitatis compatiendo misertus est: sed lumē nobis gratie per divinitatis potentiā infudit. Ad hoc autē requirit quid velit ut cor ad orationē excitet: peti enim hoc vult: qd' ⁊ nos petere ⁊ se cōcedere p̄novit. AMBRO. Vel interrogavit cecuz ut crederemus: nisi confitentē non posse salvari. GREGO. i ho. Cecus āt a domino non aurum: sed lucem querit. Et nos non falsas divitias: sed lucem queramus: quam videre cum solis angelis possum⁹: ad quā lucē via fides est. vn̄ recte ceco dicit: Respice: fides tua te salvū fecit. Qui videt ⁊ sequit: q: bonū qd̄ ītelligit operat. AVGV. de q̄. euā. Si aūt hiericho lunā ⁊ ob hoc mortalitatē īterp̄tamur: morti p̄piquās dn̄s iudeis solis lumē euāgelij iusserat p̄dicari: quos significavit ille unus cecus quem lucas cōmemorat: a morte aūt resurgēs atq̄z descendēs ⁊ iudeis ⁊ gentibus quos duos populos significare vident duo ceci cōmemorati a mattheo.

❡ Feria. iiij. in capite ieiunij Mathei. vj. cap.



Cum autē ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Extermināt eniz facies suas: ut pareant hominibus ieiunātes. Amē dico vobis q: receperūt mercedez suā. CHRY. Quia oratio illa iam fortis est que fit in spiritu humili ⁊ corde contrito: qui autem delitijs fruitur spiritum humilem ⁊ cor contritum habere non potest. manifestū est quoniam oratio sine ieiunio gracilis est ⁊ infirma. ⁊ ideo quicunq̄z pro aliqua necessitate voluerunt orare: ieiunium cum oratione iunxerunt: quia ieiunium adiutorium est orationis. unde cōsequenter dominus post doctrinam de oratione subiungit doctrinaz de ieiunio dicens: Cum autem ieiu. no. fie. si. hypo. tri. Sciebat. n. dominus gloriam vanam ex omni bono procedere. ideo spinā vane glorie que nascitur in terra bona iubet precidere ne suffocet ieiunij fructum. Non autem potest fieri ut non sentiatur qui ieiunat: sed melius est ut ieiunium te ostendat: q̄z tu ieiunium. Non autez potest fieri ut sit hilaris qui ieiunat. Ideo non dixit: Nolite esse tristes: sed nolite fieri tristes. Qui enim per imposturas aliquas fallentes apparent: illi non sunt tristes sed fiunt. Qui autez naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est: non fit tristis: sed vere est. unde subdit:

Exter. n. faci. su. vt pa. ho. ie. HIERO. Verbum exterminant quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpretatum tritum est: aliud multo significat q̃ vulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules qui mittũtur extra terminos: pro quo ergo sermone demoliuntur semper accipere debemus. Demolitur autem hypocrita faciem suam vt tristitiam simulet: et animo forte letante luctum gestat in vultu. GREGO. viij. mo. Nam ora pallescũt: corpus debilitate quatitur. pectus interrumpẽtibus suspirijs vrgetur: nihilq; tanto labore aliud nisi estimatio humana cogitatur. LEO pa. in s. de epy. Non sunt autem casta ieiunia que non de ratione veniunt continentie sed de arte fallacie.

CHRY. super mat. Si ergo qui ieiunat et tristẽ se facit hypocrita est: q̃ntomagis iniquior est qui non ieiunat: sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem quasi ieiunij signũ. AVGV. de ser. do. in mon. In hoc autem capitulo maxime aduertendum est: non in solo rerum corporearum nitore atq; pompa sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiã: et eo periculosiorem quo sub nomine seruitutis dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atq; vestitus vel ceterarum rerum nitore fulget: facile cõuincitur rebus ipsis põparum seculi esse sectator: nec quenq̃ fallit dolose imagine sanctitatis. Qui autem in pfessione christianitatis inusitato squallore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit cum id voluntate faciat: nõ necessitate patiatur. ceteris eius operibus potest cognosci vtrũ hoc contemptu superflui cultus an ambitõne aliqua faciat. REMI. Fructus autem ieiunij hypocritarum manifestatur: cum subinfertur: Vt pareant hominibus ieiunãtes. Amen dico. vobis receperunt mercedẽ suam. idest quam desiderauerunt.

¶ Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum: et faciem tuã laua: ne videaris hominibus ieiunans sed patri tuo qui est in abscondito: et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.

GLO. Docuit dominus quid nõ est faciendum: modo docet quid est faciendum dicens: Tu autem cũ ieiu. vn. ca. t. et fa. tu. la. AVGV. de ser. do. in monte. Queri autem solet quid sit quod hic dicitur: Non enĩ quispiã recte preceperit quamuis faciẽ quotidiana consuetudine lauemus: vnctisq; capitibus cum ieiunamus nos esse debere: qd̃ turpissimum omnes fatentur. CHRY. super mathe. Item si ideo iubet nos non fieri tristes: ne per tristitiam appareamus hominibus ieiunare. Si vnctio capitis et lauatio faciei a ieiunantibus semper reseruẽtur: nihilominꝰ erũt signa ieiunij. HIERO. Sed loquitur iuxta ritum prouincie palestine: vbi diebus festis solent vngere capita. Precipit ergo vt quando ieiunamus letos et festiuos nos eẽ monstremꝰ. CHRY. super mat. Simplex ergo interpretatio huius est: quoniam per aggregationem intelligenda sunt ista: sicut cetera antedicta: tanq̃ si dicat: Sic longe te facere debes ab ostentatione ieiunij tui vt si posset fieri quod tamen non decet: ea etiam facias que ex diuerso luxurie et epulationis videntur esse indicia. vnde sequitur: Ne vi. ho. ieiu. CHRY. in ho. In elemosyna quidem non simpliciter hoc posuit: sed dixit elemosynã non esse faciendam corã hominibus: apponens vt videremur ab eis. In ieiunio autem et oratiõe nihil tale addidit: quoniam elemosynam quidem impossibile est omnino latere: orationẽ autem et ieiunium possibile est. Non paruꝰ autem fructus est humanam gloriam contẽnere: per hoc enim aliquis a graui hominũ seruitute liberatur: et proprius virtutis operator efficitur: eam amans: non propter alios sed propter seipsam. Sicut. n. nos contumeliam estimamus: cum non propter nos sed propter alios diligimur: ita nec virtutẽ oportet propter alios sequi: nec deo propter homines obedire: sed pter seipsum. Ideo sequitur. Sed patri tuo qui est in abscondito. GLO. Idest patri tuo celesti qui est inuisibilis: vel qui habitat in corde per fidem. deo autẽ ieiunat qui pro eius amore se macerat: et quod sibi subtrahit: alteri largitur. Et pater tuus qui vi. in abscon. red. tibi. REMI. Sufficit enim tibi vt qui est inspector cõscientie. sit et remũerator. CHRY. super math. Spiritualiter autem facies anime: conscientia intelligitur. Sicut. n. in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra

sic in oculis dei speciosa est munda consciencia. Has facies hypocrite qui propter homines ieiunant exterminant: fallere volentes deum et homines: nam semper vulnerata ē conscientia eius qui peccat. Si ergo abstuleris nequiciam ab anima tua lauasti conscientiam tuaʒ et bene ieiunas. LEO pa. in ser. de ieiu. Impleri. n. debet ieiuniuʒ non ciborum tantummodo parcitate: sed maxime priuatione viciorum. Nam cum ob hoc castigatio ista sumatur: vt carnalium desideriorum fomites subtrahantur: nullum magis sectādum est continentie genus: q̄ʒ vt semper simus ab iniusta voluntate sobrij: et ab inhonesta actione ieiuni. que deuotio non fecerit inualidos: quia etiam in languido corpore pōt anime itegritas reperiri. CHRY. sup matth. Spiritualiter aūt caput tuuʒ xp̄s est: sitientē pota: esurientē ciba: et sic oleo misericordie vnxisti caput suū. i. xp̄ʒ q clamat i euāgelio: qđ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. GREGO. in ho. Illđ. n. ieiuniū deꝯ approbat: qđ añ oculos eiꝰ manꝰ elemosynaꝝ lauat. Hoc aūt qđ tibi subtrahis alteri largire. vt vñ tua caro affligit: inde egētis primi caro reparetur. AVGV. de ser. do. Vl' caput recte accipimꝰ rōnē: qꝛ in aīa preeminet: et ē. hoīs mēbra regit. Vngere g̃ caput ad leticiā ꝑtinet. Interiꝰ g̃ gaudeat de ieiunio suo: q ieiunādo se auertit a voluntate seculi: vt sit subditꝰ xp̄o. GLO. Ecce nō oīa in nouo testō ad litterā accipiunt. Ridiculū. n. ē in ieiunio oleo deliniri: sed spū amoris eius cuꝰ passioībꝰ debemꝰ ꝑticipare nos macerādo mens dʒ inūgi. CHRY. sup mat. Proprie aūt dʒ faciē gdē lauare: caput aūt nō lauare: sʒ vngere. Quādiu enī sumꝰ in corpe cōsciētia nr̄a sordida est in peccatis. Caput aūt nostruʒ xp̄s: pcm̄ nō fecit.

¶ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi erugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros i celo vbi nec erugo nec tinea demolit: et vbi fures nō effodiūt nec furantur. Vbi ē. n. thesaurꝰ tuus: ibi ē et cor tuū.

CHRY. in ho. Postq̄ʒ vaneglorie expulit egritudinē: optime iā sermonē d' contēptu diuitiaꝝ iducit. Nihil enī ita pecūias cōcupiscere facit: vt glie cupido: ꝑp h̄ nāqʒ famuloꝝ greges: et auro optos equos: et argēteas mēsas expetunt hoīes: nō vt vtilitatem aut voluptatē impleāt: sʒ vt multis ostēdant et h̄ ē qđ dicit. Nolite thesa. vo. thesa. i ira. AVGV. de ser. do. Si. n. co corde q̄sqʒ opeř aliqđ vt terrenū cōmodū adipiscař: non erit cor mūdū: qđ i ira volutatur. Sordescit n. aliqs cū iferiori misceř nature: q̄ʒuis i suo genere ñ sordideř: qꝛ ēt de puro argento sordidař auꝝ si misceař: ita et aīus nr̄ terrenorū cupiditate sordescit: q̄ʒuis terra i suo ordine mūda sit. CHRY. sup matth. Vel aliter Qꝛ supra dn̄s nihil de elemosyna vel orōne vel ieiunio docuerat: sʒ simulationē eorū cōpescuit tm̄: nūc ꝑm tria predicta tres cōsequētias itroducit doctrine: quaꝝ ꝑma ꝑtinet ad elemosynā q̄ ē hec. Nolite thesau. vo. the in terra. vbi ꝑmo dat cōsiliū vt elemosyna fiat: vt sit ordo narratōis talis: Cū facis elemosynā: noli tuba canere añ te. et postea subseqř: Nolite thesaurizař vobis thesauros i terra. vbi ꝑmo dat cōsiliū vt elemosyna fiat. secūdo oñdit q̄ sit vtilitas i elemosyna facienda: tertio vt neqʒ timor iopie accidētis impediat volūtatē elemosyne faciēde. CHRY. i hom. Dicens aūt. Nolite vo. thesau. in terra. subdit. Vbi erugo et tinea demoliř: vt demōstret thesauri q ē hic nocumētū: et eiꝰ q ē i celo: vtilitatem: et a loco et ab his q̄ nocent. quasi di. quid formidas ne pecunie consumentur: si elemosinam dederis: Itaqʒ da elemosynam et additionem accipient. etenim que in celis sunt apponentur: q̄ si non dederis pereunt: et non dixit alijs derelinquis: quoniam in hoc delectabile est hominibus. RABA. Tria autem ponit ꝑm tres diuersitates diuitiarum: metalla erugine: vestes tinea demoliuntur. Sunt autem alia que neqʒ eruginem neqʒ tineam timent: sicut lapides preciosi. et ideo ponit generale detrimentum. s. fures: qui omnes diuitias rapere possunt. CHRY. super matth. Alia littera habet: vbi tinea et comestura exterminant. Omnia n. bona mūdi tripliciter tollit interitus. Aut n. a semetipsis veterascūt et tineant: sicut vestimenta: aut ipsis dominis luxuriose viuentibus commeduntur: aut ab extraneis vel dolo vel vi vel calumnijs: vel alio iniquo

modo diripuitur: qui omnes fures dicuntur quia per iniquitatem festinant aliena facere sua. Sed dices. Nunquid omnes qui hec habent perdunt ea? Interim quidem dicam: quia etsi non omnes perdunt tamen multi perdunt. Vere autem et male seruatas diuitias etsi non corporaliter: spiritualiter tamen perdidisti: quia non proficiunt tibi ad vsum salutis. RABA. Allegorice autem erugo significat superbiam que decorem virtutum obfuscat. Tinea que vestes latenter rodit inuidia est: que bonum studium lacerat: et per compactionē vnitatis dissipat. Fures sunt heretici et demones qui semper ad hoc sunt intenti vt spiritualibus spolient. HYLA. Ceterum laus celestis eterna est: nec furto surrepenti subtrahenda: nec tinea et rubigine inuidie excidentia. Et ideo sequitur. Thesaurizate aūt vobis thesauros in celis. vbi neque erugo neque tinea demolitur: et vbi fures non effodiūt: neque furantur. AVGV. de ser. do. in mōte: Celū aūt hoc loco nō corporeū acceperim: quia omne corpus pro terra habendū est. Totū enī mundū debet cōtemnere qui sibi thesaurizat in illo celo: de quo dictū est: Celum celi dño. i. in firmamēto spirituali. Celum enim et terra trāsibunt. Nō aūt in eo quod transit collocare debemus thesaurū nostrū sed in eo quod semper manet. CHRY. sup mat. Quid ergo melius est: an sup terra reponere: vbi incertus est cōseruationis euētus: an in celo vbi est certa custodia? Que aūt stulticia est illic relinquere vnde exiturus es et illic nō premittere quo iturus es? Illic ergo substantiam tuam colloca: vbi patriam habes. CHRY. in ho. Quia tñ nō omnis terrenus thesaurus erugine aut tinea destruitur: aut per fures aufertur et ideo aliud inducit dicens: vbi est thesaurus tuus: ibi est et cor tuum: ac si dicat: et si nihil priorum eueniat non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus: et eorum seruus factus: et a celestibus cadens et nihil excelsorum cogitare potēs. HIERO. Hoc aūt nō solum de pecūia: sed de cunctis possessiōibus sentiēdū est. Gulosi enim deus venter est. Lasciui thesaurus sūt lubrica amatoris libido. huic seruit vnusquisque a quo vincitur: Ibi ergo habet cor: vbi et thesaurū. CHRY. sup matth. Vel aliter: ponit nūc que sit vtilitas in elemosyna facienda. Qui enim collecat thesauros in terra non habet quid speret in celo. Vt quid ergo aspiciat in celum: vbi nihil repositum habet? Vnde dupliciter peccat. primo quia mala cōgregat: scđo quia cor habet in terra: et ex cōtrariis causis dupliciter benefacit qui thesaurizat in celo.

Feria v. Mathei. viij. cap.



Cum aūt introisset iesus capharnaum: accessit ad eū centurio: rogās eum et dicēs: Domine puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi iesus: Ego veniā et curabo eū. Et respōdēs centurio ait: Dñe nō sū dignus vt intres sub tectum meū: sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites: et dico huic vade et vadit: et alio veni et venit: et seruo meo: fac hoc et facit.

CHRY. super matth. Postquam dñs discipulos docuit in monte: leprosum aūt sanauit sub monte: venit capharnaum in mysterio: quia post iudeorum mundationē venit ad gētes etc. AYMO. Capharnaū enim que villa pinguedinis interpretatur: siue ager consolationis: ecclesia que ex gentibus est collecta significat: que spirituali pinguedine est repleta: secundum illud. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Et inter pressuras seculi de celestibus consolatur: secundum illud. Consolationes tue letificauerunt animā meā. vnde dicitur. Cum aūt introisset capharnaū: accessit ad eū cēturio. AVGV. de ver. do. Iste cēturio de gentibus erat. Jam enim iudea gēs hēbat militē romani imperii. CHRY. super matth. Centurio aūt iste primus fructus ex gētibus: ad cuius fidei cōparationē omnium iudeorum fides infidelitas est inuēta: qui neque christū audiuit docentē neque leprosum cum mundaretur aspexit: sed audita tantummodo sanitate leprosi: plus credidit quam audiuit. erat. n.

i mysterio gētiū futurarū: q̄ neq₃ legē aut ꝓphetas legerāt de xp̄o: neq₃ ip̄₃ christū mirabilia facientē viderūt. Accessit ergo rogans eum ⁊ dicens. Dn̄e puer meus iacet in domo paraly. ⁊ male torquet̄. Vide aūt bonitatē centurionis qui pro salute serui sic sollicite festinabat quasi non damnū pecunie sed salutis passurus in morte illius. Nullam enim differentiā estimabat inter seruū ⁊ dn̄m: q̄ etsi dignitas in hoc seculo diuersa est iter illos: vna tamē est illis natura. Fidē aūt cēturiōis vide: q̄ nō dixit, veni ⁊ salua eū: q̄ ille cōstitutus in omni loco erat p̄n̄s. sapiam aūt: q̄ nō dixit: hic cōstitut⁹ salua eū: sciebat eni q̄ potēs est ad faciendū: sapiens ad intelligendum: misericors ad exaudiendū: ideo īfirmitatem tm̄ exposuit. Remediū aūt sanitatis in potestate misericordie eius dimisit dicēs. Et male torquet̄. In quo apparet quia diligebat eum. Nam vnusquisq₃ quē diligit etsi modice fuerit tediatus: grauius cū putat habere q̄₃ h₃. RABA. Omnia ista cū dolore cognominauit ⁊ iacentē ⁊ paralyticū ⁊ male detentū. ideo vt anime sue angustias demōstraret ⁊ dn̄m commoueret: sic debēt oēs cōdolere seruis: ⁊ eoꝝ curā hēre. CHRY. in ho. Quidā aūt dicunt q̄m excusans se in hanc cām dixit, ꝓpter quā non ipsum adduxit. Neq₃ enim possibile erat dissolutū cum torqueret̄: ⁊ ad vltimas esset expiratiōes portari. Ego aūt signū hoc esse magne fidei dico. q̄ enim sciebat q̄ sola iniūctio sufficeret ad restaurationem iacentis sup̄flue estimabat eum ducere. HYLA. Jacentes autem in seculo: ⁊ peccatoꝝ morbis dissolute: spiritualiter gentes estimāde sunt: omnibus vndiq₃ membris fluidis ⁊ ad consistendi officium gradiēdiq₃ corruptis quarū salutis sacramentum in puero centuriōis explet̄: q̄₃ satis dictum sit principem esse gentium crediturarum. Quis aūt sit hic princeps: canticū moysi in deutronomio docet. vbi. s. dicit̄. Constituit terminos gentiū iuxta numerū angelorum dei. REMI. Vel per centurionem designāt̄ qui p̄mi ex gentibus crediderūt. ⁊ perfecti in virtutibus fuerūt. Cēturio. n. dicit̄ qui centū militibus preest. centenarius aūt numerus p̄fectus ē. Recte ergo cēturio pro puero suo rogat: q̄ p̄mitie gentiū pro salute totius gentilitatis deo supplicauerunt.

HIERO. Videns aūt dn̄s cēturionis fidem humilitatē ⁊ ꝓuidentiā: statim se iturū ⁊ sanaturū ꝓmittit. vnde sequit̄. Et ait illi iesus: Ego veniā ⁊ curabo eum. CHRY. in ho. Q̄d nunq̄₃ fecit hic facit iesus. vbiq₃ enim sequit̄ voluntatē supplicantiū hic autē presilit ⁊ non solum curare ꝓmittit s₃ ire ad domū. facit aūt hoc vt discamus centurionis virtutē. CHRY. super math. Nisi eni₃ ille dixisset: Veniam ⁊ curabo eum. nunq̄₃ iste responderet: Non sum dignus. deinde quoniam pro seruo petebat: ideo ire ꝓmisit: vt nos doceat nō colere magnos: ⁊ contēnere modicos: sed pauperes ⁊ diuites similiter honorare. HIERO. Sicut autē in cēturione commendamus fidem: eo q̄ credidit paralyticum a saluatore posse sanari: ita p₃ humilitas in hoc q̄ se iudicauit indignū: cuius tectum dominus intraret. vnde sequitur. Et respondens centurio ait illi. Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum. RABA. Propter conscientiā. n. vite gentilis: grauari se magis dignatione putauit q̄₃ iuuari: cuius etsi fide preditus: nondum erat sacramentis imbut⁹. AVGV. de ver. do. Dicēdo aūt se indignum: prestitit dignum non in cuius parietes: sed in cuius cor verbi dei christus īraret. Neq₃ hoc diceret cum tanta fide ⁊ humilitate: nisi illū quem timebat intrare domum suam corde gustaret. nam non erat magna felicitas si iesus intraret in parietes eius: ⁊ non esset in pectore eius. SEVERIA. Mystice aūt hoc tectum corpus est quod regit animam: quod libertatem mentis celeste visione in se concludit: sed deus neq₃ habitare carnem: neq₃ tectum nostri corporis dedignat̄ intrare. ORIGE. Nunc etiam quando sancti ⁊ deo acceptabiles ecclesiarum antistites sub tectum tuum intrant: tunc ibidē per eos dominus ingreditur: ⁊ tu sic estimes quasi dominum suscipiens. Et quando corpus ⁊ sāguinē dn̄i māducas ⁊ bibis: tūc dn̄s sub tectū tuū īgredit̄: ⁊ tu ergo humiliās teipsū dicas. Dn̄e nō sū dign⁹ ⁊c̄. Vbi eni īdigne ingredit̄: ibi ad iudiciū īgredit̄ accipiēti. HIERO. Prudentia autem centurionis apparet in hoc q̄ vltra corporis tegumen latentē vidit diuinitatē. vnde subiungit: S₃ tantū dic verbo ⁊ sanabit̄ puer me⁹. CHRY.

super matth. Sciebat. n. qm̄ astabāt illi inuisibiliter angeli ministrātes qui omne verbuȝ eius vertunt in opus ꝙ etsi angeli cessent: tamē īfirmitates preceptis eius viuacibꝰ expelluntur. HILA. dicit etiam cēturio puerum verbo posse sanari: qꝛ salus gentiū omnis ex fide est: τ preceptis dn̄i vita ē vniuersorum. τ ideo subiungit dicens. Naȝ τ ego homo sum sub potestate constitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade τ vadit: τ alio veni τ venit: τ seruo meo fac hoc τ facit. CHRY. super matth. Patris τ filij mysterium spiritusancto suggerente depinxit: ac si diceret. Etsi ego sum sub potestate alterius: tamē habeo potestatē iubendi eis q̄ sub me sunt. sic τ tu q̄muis sis sub potestate patris. i. inquantū homo: habes tamē potestatem iubendi angelis. Sȝ forte dicit sabellius volens ostendere eundem esse patrem qui τ filius est: sic hic esse intelligenduȝ. Si ego sub potestate constitutus possum iubere q̄tomagis tu qui sub nullius potestate? Sȝ hanc expositionē nō recipit textus. Non enī dixit. Si ego homo sub potestate: sed dixit: Nam τ ego homo sub potestate. In quo patet ꝙ inter se τ christum nō cōparationis differentiam fecit: sed rationē similitudinis introduxit. AVGV. de ver. do. Si ego qui sum sub potestate iubendi habeo potestatem quid tu potes: cui omniū seruiūt potestates? GLO. Potes per angelorum ministeria sine corporis presentia dicere īfirmitati vt recedat: τ recedet: τ sanitati vt veniat: τ veniet. AYMO. Possunt autē per subiectos centurionis virtutes naturales itelligi. in q̄bus plurimi gentilium pollebant: vel etiam cogitationes bone aut male. malis autem dicamus vt recedant τ recedēt: sed bonas vocemus: τ venient: seruo quoqȝ nostro hoc ē corpi: vt subijciat̄ volūtati diuine. AVG. de cō. euā. Huic autem quod hic dicit̄: videtur repugnare qd̄ ait lucas: cū audisset centurio de iesu: misit ad eos seniores iudeorum rogans eum vt veniret τ saluaret seruū eiꝰ. τ iteȝ ꝙ cum longe esset a domo misit ad eū centurio amicos dicēs. Dn̄e noli vexari: nō enim sum dignus vt sub tectum meum intres. CHRY. in homi. Quidam autem dicūt: qm̄ nō est idem ille τ hic: quod multas coniecturas habet. De illo enim ait: qm̄ synagogam nostram cōstruxit: τ gentē diligit. De isto autē ipso iesus ait. Neqȝ in israel tam fidem inueni. vnde videt̄ iudeum illum esse: mihi autē videt̄ idem hic τ ille esse. Sȝ quādo lucas dicit: ꝙ misit vt veniat: blanditias iudeoꝝ insinuauit. Conueniens enī est credere centurionē volentē abire ꝓhibitum esse a iudeis blandiētibus τ dicentibus: qm̄ nos abimus τ educimus eum. Sȝ qn̄ ab eorum imminētia erutus est: tunc misit dicēs. Ne estimes ꝙ ꝓpter desidiam nō veni: sed qꝛ me indignum estimaui vt te in domū meam susciperem. Quod autē matheus ait nō per amicos: sed per seipsum hoc eum dixisse: nihil contrarium est: vterqȝ enim desiderium viri representauit. Et qm̄ de christo decentem opinionem habebat: Cōueniēs autē est opinari τ ipsum postq̄ȝ misit amicos aduenientem per se hoc dicere. Si autem non hoc dixit lucas: neqȝ illud mattheus nō sibi contradicunt: sed complent que abinuicē derelinquebantur. AVGV. de con. euan. Mattheus ergo accessum centuriōis ad dominum per alios factum compendio dicere voluit: quia fidem eius qua vere ad deuȝ accedit̄ur: laudauit vt diceret. Non inueni tantam fidem in israel. Lucas aūt ideo totuȝ q̄ gestum est aperuit: vt ex hoc intelligere congeremur: qualiter eum accepisse dixerit mattheus: qui mentiri non potuit. CHRY. in ho. Neqȝ enim est contrarium ꝙ fabricauit synagogam s̄m lucam: τ ꝙ hic ostendit nō esse israelita: possibile enim est iudeuȝ nō existentem τ synagogam fabricasse τ genteȝ diligere.

Audiens autem iesus miratus ē: τ sequentibus se dixit: Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: ꝙ multi ab oriente τ occidente venient τ recumbent cū abraam τ isaac τ iacob in regno celoꝝ: filij autem regni ejicientur in tenebras exteriores: Ibi erit flectus τ stridor dentium. Et dixit iesus centurioni: Vade τ sicut credidisti fiat tibi: τ sanatus est puer ex illa hora.

CHRY. in ho. Sicut ꝙ leprosus dixe-

rat de christi potestate: si vis potes me mun/
dare: christi voce confirmatur dicentis: Vo/
lo mundare. ita et hic centurionem de christi
potestate testantem non solum nō accusauit
sed etiā cōmendauit. Sed et amplius aliqd
fecit: intentionē enim laudis euangelista si/
gnificans dicit. Audiēs autem iesus mira/
tus est. ORIGE. Attende quantum sit:
aut quale quod deus vnigenitus miratur: au/
rum: diuitie: regna: principatus in conspectu
eius sunt tanquam vmbra vel flos decidens
Nihil ergo horum in cōspectu dei mirabile
est: quasi magnum vel preciosum: sed tm̄ fi/
des hanc miratur honorificans: hanc accepta/
bilem sibi estimat. AVGV. super gene/
sim contra manicheos. Quis autē in illo fe
cerat illam fidem nisi ipse qui admirabatur? qꝫ
si et alius eam fecisset vt quid miraretur q pre/
scius erat? Quod ergo miratur dominus no/
bis mirandum esse significat: quibus adhuc
opus est sic moueri: omnes enim tales. mo/
tus eius non perturbati animi signa sunt:
sed docentis magisterium. CHRY. in
ho. Unde plebe omni presente admiratus
esse dicitur: et alijs exemplum dedit: vt eum
mirentur. Sequitur enim: Et sequentibus
se dixit. Amen dico vobis: non inueni tan/
tam fidem in israel. AVGV. contra fau/
stum: Fidem laudat illius: non autem de/
sertionem militie imperauit. HIERO.
Hoc autem de presentibus loquitur. nō de
omnibus retro patriarchis et prophetis.
CHRY. super matth. Credidit enim an/
dreas: sed ioanne dicente. Ecce agnus dei.
credidit petrus: sed euangelizante sibi an/
drea credidit philippus: sed legendo scriptu/
ras nathanael: et prius signum diuinitatis ac/
cepit: et sic fidei confessionem obtulit. ORI/
GE. Jairus israelis princeps pro filia sua
petens: non dixit: Dic verbo: sed veni ve/
lociter. Nicodemus de fidei sacramento au/
diens ait: Quomodo potest hoc fieri? Ma/
ria et martha dicunt. Domine si fuisses hic:
frater meus non fuisset mortuus: quasi du/
bitantes qꝫ vbiqꝫ posset adesse dei potentia.
CHRY. super mattheum. Aut si volu/
mus fideliorem putare istum qꝫ apostolos
ita testimonium christi intelligendum est: qꝫ
vnumquodqꝫ bonum hominis secundum

quantitatem persone illius laudatur: rusticū
enim dicere aliquid sapienter magnum est:
quod de philosopho non est mirum: sic de
centurione dictum est: in nullo tantam fidem
inueni in israel. CHRY. in ho. Non
enim erat equale iudeum credere et gentilē.
HIERO. Vel forte in centurione fides
gentium preponitur israeli. vnde subdit.
Dico autem vobis qꝫ multi ab oriente et oc/
cidente venient. AVGV. de ver. do.
Non omnes ait: sed multi. tamen ipse ab
oriente et occidente istis duabus partibus to/
tus orbis designatur. AYMO. Vel ab
oriente veniunt qui statim illuminati tran/
seunt: ab occidente: hi qui persecutionem
vsqꝫ ad mortem tollerauerunt pro fide. vel
ab oriente quis venit cum ab infantia deo
seruire incipit. ab occidente: dum in ipsa de/
crepita etate ad deum conuertitur. ORI/
GE. Sed quomodo alibi dicit: qꝫ pauci sūt
electi? per diuersas enī generationes pau/
ci electi sunt: simul vero congregati in tem/
pore visitationis multi inuenientur. Sequi/
tur. Et recumbent: non carnaliter iacentes:
sed spiritualiter requiescentes. non tempo/
raliter potantes: sed eternaliter epulantes
cum abraam isaac et iacob in regno celorum
vbi lux: exultatio: gloria. et longeuitas vite
eterne HIERO. Quia autem deus abra/
am celi conditor: pater christi est iccirco in re/
gno celorum est: et abraam cum quo accu/
biture sunt nationes que crediderunt in chri/
stum filium creatoris. AVGV. de ver.
do. Sicut autem videmus christianos vo/
catos ad celeste conuiuium: vbi est panis iu/
stitia: potus sapientia: ita videmus et iude/
os reprobatos. vnde sequitur. Filij au/
tem regni ejicientur in tenebras exteriores.
Judei scilicet qui legem acceperunt: qui ce/
lebrant figuras omnium futurorum que ta/
men presentia non agnouerunt. HIE/
RO. Vel filios regni dicit iudeos: quia
in eis deus ante regnauit. CHRY. in
ho. Vel filios regni eos dicit quibus re/
gnum erat preparatum quod et magis eos
mordebat. AVGV. contra faustum. Si
ergo non commendauit moyses populo
israel deum: nisi deum abraam isaac et iacob
cūqꝫ ipm xp̄s cōmēdat: nō est conatus illū po

pulum avertere a deo suo: sed ideo minatus est eos ituros in tenebras exteriores q aversos videret eos a deo suo: i cuius regno gētes vocatas ex toto orbe terrarū recubituras dicit cum abraam isaac τ iacob. non ob aliud qз q fidem tenuissent dei abraam isaac τ iacob. Quibus non quasi in morte correctis: vel post passionem suam iustificatis testimonium dominus perhibeat. HIERO. Tenebre autem exteriores dicuntur: quoniam q a domino expellitur foras: relinquit lumen. AYMO. Quid autez ibi passuri sint: manifestat cuз subdit: ibi erit fletus τ stridor dētium. Per metaphoram enim membrorum penas describit tormentorum. Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere: dentes vero a nimio frigore stridere. ostēditur ergo q reprobi in inferno τ calorem intollerabilem τ frigus sustinebunt: fm illud iob: Transient ab aquis nivium ad calorem nimium. HIERO. Si autem fletus oculorum est: τ stridor dentium ossa demonstrat: vera est corporum τ eorundem membrorū que ceciderant resurrectio. RABA. Vel stridor dentium prodit indignantis affectū: eo q sero vnūquēqз peniteat: sero sibi irascatur: q tam pertinaci improbitate deliquit. REMI. Vel aliter. Tenebras exteriores appellat ceteras nationes. Qᵗum .n. ad historiaз attinet: predicit dominus his verbis interitum iudeorum: quoniam propter infidelitatem ducendi erant captivi τ dispergendi per diversa regna terrarū. fletus .n. ab igne solet fieri: stridor dentium a frigore. Illis ergo ascribitur fletus: qui in calidioribus locis habitant: sicut in india τ ethiopia. Stridor vero dentium illis ascribitur: qui in frigidioribus locis commorantur: sicut ē Hircania τ Scythia. CHRY. super math. Ne quis autem existimet blanditiarum esse hec verba: quia dictum erat: credere facit signa. vnde sequitur. Et dixit iesus centurioni. Vade τ sic credidisti fiat tibi. RABA. Quasi .d. fm mensuram fidei metietur tibi τ ista gratia. Potest autez meritum domini etiam famulis suffragari: non solum merito fidei: sed etiam studio discipline. vnde seqᵗ. Et sanatus ē puer ex illa hora. CHRY. in homi. Ubi velocitatez admirare: neqз .n. solum curare: sed inopinate: τ in momento temporis hoc facere: virtutem christi ostēdebat. AVGV. de ver. do. Sicut enim dominus domum centurionis corpore non intravit: sed absens corpore: presens maiestate puerum ipsum sanavit: sic τ in solo iudaico populo corpore fuit: apud alias gentes nec de virgine natus est: nec passus est: nec humana pertulit: nec divina mirabilia fecit: τ tamen impletum est quod dictum erat. Populus quem non cognovi servivit mihi: i auditu auris obedivit mihi. Iudea enim gens cognovit τ crucifixit: orbis terrarum audivit τ credidit.

ℂ Feria .vi. Mathei .v. cap.

Audistis quia dictum est antiqs diliges proximuз tuum: τ odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis: diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderūt vos: τ orate pro persequentibus τ calūmniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos τ malos: τ pluit super iustos τ iniustos. Si enз diligitis eos qui vos diligunt: quam mercedē habebitis? Nonne τ publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum: quid amplius facietis? Nonne τ ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti: sicut τ pater vester celestis perfectus est.

GLO. Docuit dn̄s supra iniuriā inferēti non esse resistendū: sз ad plura pferēda paratū esse: nunc aūt vlterius docet iniuriā iferentibus ipendendū esse charitatis affectū simul τ effectū. Et cū pmissa ad cōplementuз iusticie legis ptineāt: ꝯvenienter hoc vltimuз ptinet ad ipletionē charitatis: q̄ fm apl'm est legis plenitudo. Dicit ergo: Audistis q̄ dictū ē: diliges ꝓximū tuū. AVGV. in primo de doc. xp̄ia. Qd āt nullū hoiez excepit: q precepit ꝓximū diligere: dn̄s i parabola se

minimi relictū ostendit dicens ꝓimum qui erga illum extitit misericors: vt eum intelligamus ꝓximum cui exhibendum esset misericordie officium: si indigeret: quod nulli negandum esse quis nō videat: domino dicente: Benefacite his qui oderunt vos. AVGV. de ser. do. in monte: Gradum autem esse in pharisceorum iusticia: que ad legeꝫ veterem pertineret: hinc itelligit q̄ multi etiam eos a quibus diligunt oderunt. Ascēdit ergo aliquem gradum: qui ꝓximum diligit: q̄ȝ uis adhuc oderit inimicum. vnde ad hūc designandum subdit: Et odio habebis inimicum tuum. Que vox nō est accipienda vt iubentis iusto: sed permittentis infirmo. AVGV. contra faustum: Quero autē a manicheis cur proprium velint esse legis moysi qd dictum est antiquis: oderis inimicum tuum: an τ paulus non dixit homines quosdā deo odibiles? Querendum est ergo quomodo itelligat exemplo dei cui dixit paul⁹ quosdam odibiles odio habēdos inimicos: τ rursus exemplo dei q facit solem suuꝫ oriri sup bonos τ malos diligendos inimicos? Hec itaqꝫ regula est qua τ oderimus inimicū propter id quod in eo maluꝫ ē. i. iniquitateꝫ: τ diligamus inimicum ꝓpter id quod in eo bonum est. i. rationalem creaturaꝫ. Audito igitur τ nō intellecto quod antiquis dictuꝫ erat: Oderis inimicum tuum. ferebant homies in hoīs odium: cum nō deberent odire nisi vitium. Hos ergo corrigit dñs cuꝫ subdit: ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros. vt qui iam dixerat: Non veni soluere legem: sed implere: Precipiendo vtiqꝫ vt diligamus inimicos: cogeret nos intelligere quomodo possemus vnum eundēqꝫ hominem τ odisse ꝓpter culpam: τ diligere propter naturam. GLO. Sed sciendum est i toto corpore legis non esse scriptum: Odio habebis inimicum tuū: sed hoc dicit quantū ad traditionem scribarum: quibus visuꝫ est hoc addendū: q2 dñs precepit filijs israel ꝑsequi inimicos suos: τ delere amalech d̄ sub celo. CHRY. super math. Sicut autem quod dictum est: Non concupisces. non dictum est ad carnē sed ad animā: sic τ in hoc loco: caro quidē inimicū suum diligere non pōt: anima aūt pōt: q2 dilectio vel odium carnis in sensu est: sic vero in intellectu. Quādo ergo nocemur ab aliquo: τ si sentim⁹ odium: nō tamē exequi volumus: cognosce q2 caro nostra odit inimicū: anima vero diligit. GREGO. xxi. mora. Inimici autem dilectio tunc veraciter custodit: cum nō de profectu deijcimur: nec de ruina illius letamur. Non enim amat aliquis quem nō vult esse meliorē: cuiꝫ stantem voto persequit: quem cecidisse gratulat. Euenire tamē plerūqꝫ solet: vt nō amissa charitate τ inimici nos ruina letificet: τ rursum eius gloria sine inuidie culpa contristet: cum τ ruēte eo quosdaꝫ bene erigi credimus: τ ꝓficiente illo plerosqꝫ iniuste opprimi timeamus. Sed ad hoc seruādum est discretionis examē: ne cuꝫ nostra odia exequimur: fallamur sub specie vtilitatis aliene. Oportet etiam pensare qd debemus ruine peccatoris τ quid iusticie ferientis. nam cum peruersum quēqꝫ omnipotēs percutit. τ cōgaudendum est iusticie iudicis: τ condolendū miserie pereuntis. GLO. Qui autem sunt contra ecclesiam tribus modis ei aduersant: odio: verbis: cruciatu corporis: econtra diligit. vnde dicitur: Diligite inimicos vestros: benefacite. τc. vnde sequitur: Benefacite his que oderunt vos. vnde sequit: Et orate pro persequē. τ cal. vos. HIERO. Multi precepta dei imbecillitate sua: non sanctorum viribus estimantes impossibilia putant esse que precepta sunt: τ dicunt sufficere virtutibus: non odisse inimicos. ceterꝫ diligere plus precipi q̄ȝ humana natura patiat. Sciendum est ergo christum non impossibilia precipere: sed perfecta que fecit dauid in saul τ absalon. Stephan⁹ quoqꝫ martyr pro lapidantibus deprecatus est. Et paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hoc autem iesus τ docuit τ fecit dicens: Pater ignosce illis. AVG. in encheridion. Sed perfectorum sunt ista filiorum dei: quo qdē se debet ois fidelis extēdere τ humanū animū ad hūc affectum orando deum: secūqꝫ luctando perducere. Tamē hoc tam magnuꝫ bonū tāte multitudinis nō est quātā credimus exaudiri: cū in oratione dr: Dimitte nobis debita nostra: sicut τ nos di. debi. nostris. AVGV. de ser. do. in mōte: Orit aūt hec q̄stio q2 huic precepto dñi quo nos hortat orare pro inimicis: multe alie scripture partes videnē aduerse; q2 in ꝓphe

tis inueniuntur multe imprecationes aduersus inimicos: vt est illud: Fiant filij eius pupilli. Sed sciendū q̄ ꝓphete solēt figura imprecātis futura ꝑdicere. Sꝫ illud magis mouet qđ dicit ioānes: Est autem peccatum ad mortē non pro illo dico vt oret quis: aperte enim ostēdit esse aliquos fratres pro quibus orare nobis nō precipit: per hoc qđ premittit: Siquis scit peccare fratrē suum ꝛc̄. cum dn̄s etiaꝫ pro persecutoribus nos iubeat orare. Nec ista questio solui pōt nisi fateamur aliqua peccata esse in fratribus que inimicorum persecutione sunt grauiora. Nam ꝛ stephanus orat pro eis a quibus lapidat: q2 nōdum christo crediderāt. Et apostolus paul⁹ nō orat pro alexādro q2 frater erat: ꝛ per inuidentiam fraternitatem oppugnādo peccauerat. Pro quo aūt nō oras: iam nō cōtra illū oras. Sed quid agimus de his contra quos oratum a sanctis accipimus nō vt corrigerētur: nam hoc modo pro ipsis potius oratum est: sed ad illā vltimam damnationē nō sicut cōtra dn̄i traditorē per ꝓpherā: nā illa predictio futuroꝝ nō optatio supplicij fuit. Sꝫ sicut in apocalypsi legimus martyres orare vt vindicent: sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare vtrum cōtra ipsos hoīes: an cōtra regnū peccati petierit? Nā ipsa ꝛ iusticie ꝛ miſicordie vīdicta martyrum vt euertat regnū peccati: quo regnante tanta perpessi sunt. destruit autem partim correctione hominū: partim damnatiōe perseuerantiū in peccato. Nōne tibi videt paulus in seipso stephanum vindicasse cum dicit: Castigo corpus meum: ꝛ in seruitutē redigo? AVGV. de quest. no. ꝛ ve. testa. Vel anime occisoꝝ clamāt vindicari se postulantes: sicut sanguis abel clamauit de terra nō voce sed rōne. Nam ꝛ opus opificeꝫ laudare dicit per hoc ipsum q̄ videntē se oblectat. nō enim tam impatiētes sūt sancti vt vrgeāt fieri qđ sciunt tēpore prefinito futuꝝ. CHRY. in ho. Vide autem quot grad⁹ ascendit: ꝛ qualiter nos in ipsam virtutis verticem statuit. Primus gradus est: nō incipere in iusticiā secundus equalem nō vindicari: tertius non facere vexanti que quis passus est: quartus exponere seipsum ad patiendum mala: quintus amplius se tribuere q̄ ille vult qui fecit mala: sextus nō odio habere eum qui hoc operat: septimus diligere octauus: benefacere: nonus pro ipso orare. Et quia magnum erat preceptum. preclaruꝫ premiū subdit: scilicꝫ fieri similes deo. vnde dicit: Vt sitis filij patris vestri qui est in celis. AVGV. Siquis enim precepta dei custodiat: filius dei efficitur: ergo non in natura filius est: hic scilicet de quo loquitur sed arbitrio suo. AVGV. de ser. do. in monte: Ex illa autem regula intelligendum ē qđ hic dicit: qua ꝛ ioānes dicit: Dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est: nos aūt potestate accepta efficimur filij inquantum illa que ab eo precipiūtur implemus. Itaqꝫ nō ait: Facite ista quia estis filij: sed facite ista vt sitis filij. Cuꝫ aūt ad hoc vos vocat: ad similitudinē suam vocat. vnde sequit: Qui solem suum facit oriri sup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit sup iustos ꝛ iniustos. Pōt aūt per solē itelligi nō iste visibilis: sed ille de quo dicit: Vobis qui timetis nomē dn̄i: oriet sol iusticie: ꝛ per pluuiā irrigatio doctrine veritatis q2 ꝛ bonis ꝛ malis apparuit ꝛ euangelizatus est christus. HYLA. Vel i baptismi ꝛ spūs sacramēto tribuit solē ꝛ pluuiā. AVGV. Vel pōt accipi sol iste visibilis ꝛ pluuia qua fructus gignūtur: q2 iniqui in libro sapiētie plangūt: Sol nō ortus est nobis. Et de pluuia spirituali dicitur: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue hoc siue illud: magna dei bonitate fit que nobis imitāda precipit: nō aūt solū ait: Qui facit soleꝫ oriri: sed addidit: Suū. i. quē ipse fecit vt hinc admoneremur quāta liberalitate ex precepto eius prestare debemus: qđ nō creamus sꝫ ex muneribus ei⁹ accipim⁹. AVGV. cōtra vincentiū: Sed sicut ista dona ei⁹ laudamus: ita etiā flagella in eos quos diligit cogitem⁹. vn̄ nō oīs qui pcit: amic⁹ est: nec oīs qui vberat inimic⁹. Meli⁹ est eni cū seueritate diligere q̄ cū lenitate decipe. CHRY. sup matth. Caute aūt dixit: Sup iustos ꝛ iniustos: nō sup iustos vt iniustos; q2 oīa bona deus: nō ꝑ hoīes dat: sed ꝑ scōs: sicut ꝛ flagella ꝑ peccatores: sed in bonis nō separat peccatores a iustis: ne desperēt: nec in malis iustos a peccatoribus ne glorientur. Maxime cum malis bona nō prosint qui male vtētes ad preiudicium suum percipiunt nec bonis mala

noceãt: sed magis prosint ad iusticie lucrũ. AVG. in li. i. de ci. dei. Nam bonus tẽporalibus bonis nõ extollitur: nec malis frãgitur. Malus autem ideo huiusmodi felicitate puniť: quia felicitate corrumpitur. Uel ideo ista temporalia bona ꝛ mala vtrisq; voluit esse cõmunia: vt nec bona cupidius appetantur: que mali habere cernũtur: nec mala turpiter euitentur: quibus ꝛ boni afficiũť. GLO. Amare autẽ amãtẽ nature ẽ: inimicũ vo amare ẽ charitatis: ꝛ iõ seqť: Si eni diligitis eos q vos diligũt: quã mercedẽ habebitis. s. in celo? nullam. de his enim dicitur: Recepistis mer. vestram. Sed tamen hec oportz facere: ꝛ illa nõ omittere. RABA. Si ergo peccatores erga dilectores suos versa vice voluit esse benefici: multo magis vos maioris dilectionis signum amplecti debetis: etiam nõ amantes. vnde sequiť: Nõne ꝛ publicani hoc faciũt. i. qui publica vectigalia exigunt: vel qui publica negocia seculi vľ lucra sectantur? GLO. Si vero pro his tantum oraueris: qui aliqua affinitate vobis coniuncti sunt: quid amplius habet beneficium vestrum q̃ȝ infidelium? vnde sequiť: Et si saluta. fratres ve. tantum. quid amplius facietis? Salutatio enim est quedam species orationis. Nõne ethnici hoc faciunt? RABA. i. gentiles: nã ethnos grece latine gẽs dicitur: qui tales sunt vt fuerunt geniti scilicet sub peccato. REMI. Quia vero perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorũ non potest procedere. ideo postq̃ȝ dominus precepit diligere inimicos: subiunxit: Estote ergo ꝛ vos perfecti: sicut ꝛ pater vester celestis perfectus est. Ipse quidem perfectus est vt omnipotens: homo autem vt ab omnipotente adiutus. nam sicut: quãdoq; i scripturis pro veritate ꝛ equalitate accipitur: vt ibi: Sicut fui cum moyse ita ero ꝛ tecum. aliquando autem pro similitudine vt hic. CHRY. super matthe. Sicut enim filij carnales similant patres in aliquo corporis signo: ita filij spirituales deum in sanctitate.

¶ Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est.

GLO. Postq̃ȝ christus legem quantũ ad precepta impleuit: incipit nũc eam adimplere quantum ad promissa vt pro celesti mercede precepta dei faciamus: non pro terrenis que lex promittebat. Omnia autem terrena ad duo potissima reducuntur. s. ad humanã gloriam: ꝛ ad terrenorum affluentiam: quorum vtrũq; in lege promissum esse videtur. De gloria enim dicitur in deutro. Faciet te dominus excelsiorem cunctis gentibus que versantur in terra. De affluentia vero temporalium ibidem subditur: Abundare te faciet dominus in omnibus bonis. ꝛ ideo dominus hec duo ab itentione fideliũ excludit scilicet gloriam ꝛ terrenorum affluentiam. Sed sciendum q̃ appetitus glorie propinquus est virtuti. CHRY. super mattheum. Ubi enim res agitur gloriosa: ibi facilius inuenit locum gloriationis occasio: ꝛ ideo intẽtionem glorie primo dominus excludit. Pre omnibus enim vitijs carnalibus periculosius hoc esse in hominibus itellexit. cũ enim omnia mala seruos diaboli vexẽt: cõcupiscentia vane glorie magis vexat seruos dei q̃ȝ seruos diaboli. AVGV. in lib. de sen. prospe. Quas etiam vires nocendi habeat humane glorie amor: nõ sentit nisi qui ei bellum indixerit: quia etsi cuiq; facile est laudem non cupere duȝ negatur: difficile tamẽ est ea nõ delectari cũ offerť. CHRY. super matthe. Intuere autem qualiter incepit velut de fera aliqua difficile cognita disputans: ꝛ apta furari eum qui nõ valde vigilat: Occulte enim ingreditur ꝛ omnia que intus sunt insensibiliter aufert. CHRY. in ho. Et ideo hoc cautius cauendum mãdat dicens: Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus. Cor autem nostrum attẽdere debemus: inuisibilis enim est serpens quẽ obseruare iubemur: ꝛ latenter ingreditur ꝛ seducit. sȝ in corde mũdo si surreptio inimici successerit: mox hõ iustus discernit: q: spiritu alieno pulsať. Si aũt cor fuerit iniquitatibus plenum: suggestionem diaboli non facile intelligit. ꝛ ideo premisit: Ne irascaris: Ne concupiscas ꝛc. quia qui malis istis subiectus est: cor suũ nõ põt attẽdere. Sȝ quõ põt fieri vt nõ corã hoibus elemosynã faciamus? aut si fiat quõ nõ sentiemus? Si eni presente aliquo occurrerit paup: quõ



dabitur et absconse: sed educendo eum in se
creto videtur quia datur. Sed considera q̄
non dixit: Ne tantum coram hominibus fa
ciatis. s3 addidit: Ut videamini ab eis. Qui
ergo nō ideo facit vt ab hominibus videat:
⁊ si coram hominibus fecerit: non tamen co
ram hominibus fecisse videtur. qui enim ali
quid facit propter deum: neminem vidit in
corde suo nisi deum: propter quē3 facit: sicut
artifex eum semper habet pre oculis: qui sibi
opus faciendu3 cōmisit. GREGO. Si
ergo dantis gloriam querimus: ⁊ publicata
nostra opera in conspectu illius occulta ser/
uamus. si vero per hoc nostram laudem cō/
spicimus: foras ab eius conspectu iam fusa
sunt: etiam si a multis ignorentur. sed valde
perfectorum est sic ostenso opere actoris glo
ria3 querere: vt de illata laude: priuata nesci
ant exultatione gaudere: quam infirmi quia
perfecte contemnendo non superant: necesse
est vt bonum quod operantur abscondant.
AVG. de ser. do. in monte. In hoc vero
q̄ dicit: Ut videamini ab eis. nihil addens:
apparet hoc eum prohibuisse vt ibi fine3 no
stri propositi collocemus. nam ⁊ apostolus
qui dicit: Si adhuc hominib⁹ placerem: chri
sti seruus non essem. Alio loco dicit: Ego
omnibus per omnia placeo. Quod nō ideo
facit: vt placeret hominibus: sed deo: ad cu/
ius amorem corda hominu3 volebat conuer
tere ex eo quod eis placebat: Sicut non ab/
surde loqueret qui diceret: In hoc ope quo
nauem quero: non nauem quero. sed patri/
am. AVG. de sermo. do. Dicit aute3: Ut
videamini ab eis. q̄ sunt quidam qui sic fa/
ciunt iusticiam coram hominibus vt non vi
deantur ab eis: sed vt ip̄sa opera videātur:
⁊ glorificetur pater qui in celis est: non enim
suam iusticiam deputant: sed eius cuius fide
viuūt. AVG. de ser. do. ī monte: In hoc
etiam quod addit: Alioquin mercedem non
habebitis apud patrem vestrum qui in celis
est: nihil aliud demonstrat: nisi illud nos ca/
uere oportere ne humanam laudem pro no/
stroru3 opeꝝ mercede q̄ramus. CHRY.
super matth. Quid autem a deo recipies: q
deo nihil dedisti? Nam quod propter deum
fit: deo datur: ⁊ ab eo recipitur. quod autem
propter homines fit: in ventos effunditur.
Que est autē sapientia res dare ⁊ verba va
cua comparare: ⁊ mercede3 dei contemnere?
Uel illum aspice a quo laudem expectas: q
te propter deum facere putat: alioquin vitu/
peraret te magis. Ille aute3 qui plena quidē
volūtate propter homines facit: ille propter
homines fecisse videtur. Si autem per alicu
ius cor cogitatio vana ascendit desiderās ho
minibus apparere: anima aute3 intelligens
contradicit: ille non propter homine3 fecisse
videtur: quia quod cogitauit passio carnis ē:
quod eligit iudicium anime.

**Cum ergo facis elemosynam: no
li tuba canere ante te: sicut hypocrite
faciunt in synagogis ⁊ vicis vt honori
ficentur ab hominibus. Amē dico vo
bis receperunt mercedem suam. Te
autem faciem te elemosynā: nesciat sini
stra tua quid faciat dextera tua: vt sit
elemosyna tua in abscōdito: ⁊ pater tu
us qui videt in abscōdito reddet tibi.**

AVG. de ser. do. in monte. Generaliter
supra dominus iustitiam nominauit cum di
xit: Attendite ne iustitiam vestram ⁊c̄. nunc
autem per partes exequitur. CHRY. su/
per matth. Ponit. autem tria fortia bona: s.
elemosynam: orationem: ⁊ ieiunium: contra
tria mala: aduersus que dominus tētationis
bellum suscepit: pugnauit. n. pro nobis con
tra gulam in heremo: contra auaritia3 supra
montem: contra vanam gloriam supra tem/
plum. Est ergo elemosyna que dispergit: cō
tra auaritiam que congregat: ieiunium con/
tra gulam: quia est ei contrarium: oratio ve/
ro contra vanam gloriam: quia cū omne ma
lum ex malo nascatur: sola vana gloria d̄ bo
no procedit: ideo non destruitur per bonu3:
sed magis nutritur. nullum ergo remedium
potest esse contra vanam gloriam nisi oratio
sola. AMBRO. Omnis autem senten/
tia discipline christiane in misericordia ⁊ pie
tate est: ⁊ ideo ab elemosyna incipit dicens:
Cum ergo facis elemosynam noli tuba ca/
nere ante te. GLO. Tuba aute3 est omnis
actus vel sermo per quem operis iactantia d̄
monstratur: puta qui facit elemosynam quā
do aliquem videt presentem: vel interceden
te aliquo: aut honestiori persone que potest
retribuere: alias autem non facit. Sed ⁊ si i

loco secreto fecerit: eo proposito vt laudabilis videatur: tuba est. AVG. Sic ergo qd dicit: Noli tuba canere ante te: ad hoc respicit quod superius ait: Attendite ne iusticiam vestram faciatis co. ho. HIERO. Qui autem tuba canit elemosynam faciens hypocrita est. Et ideo subdit: Sicut hypocrite faciunt. ISIDO. Nomen hypocrite tractum est a specie eorum qui in spectaculis contecta facie incedunt distinguentes vultum vario colore: vt ad persone quam simulant colorem perueniant: modo in specie viri: modo in femine vt fallant populum dum in ludis agunt. AVG. de ser. do. in mote: Sicut ergo hypocrite. i. simulatores tanquam imitatores personarum aliarum agunt partes illius quod non sunt. non. n. qui agit partes agamenonis: vere ipse est: sed simulat eum: sic et in ecclesiis et omni vita humana quisquis se vult videri quod non est: hypocrita est. Simulat n. se iustum et non exhibet: qui totum fructum in laude hominum ponit. GLO. Et ideo subdit loca publica cum dicit: In synagogis et vicis. Et finem intentum cum subdit: Vt honorificent ab hominibus. GREGO. xxxij. mora. Sciendum vero est quod sunt nonnulli: qui et sanctitatis habitum tenent: et perfectionis meritum exequi non valent: quos nequaquam credendum est inter hypocritarum numerum currere: quia aliud est infirmitate: aliud callida simulatione peccare. AVG. de ser. do. in monte. Tales autem qui simulatione peccant: ab inspectore cordis deo mercedem non capiunt: nisi fallacie supplicium et ideo subditur: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. HIERO. Non dei mercedem: sed suam. Laudati. n. sunt ab hominibus: quorum causa exercuere virtutes. AVGV. de ser. do. in monte: Hoc autem respicit ad illud quod supra posuit: Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum. Sic ergo non quomodo illi elemosynam facias: sed quomodo facienda sit iubet conuenienter cum dicit: Te autem faciente ele. nes. sini. tua: quid fa. dex. tua. CHRY. in ho. Hoc autem per superabundantiam dicitur: ac si dicat: Si possibile est teipsum ignorare: et ipsas manus latere possibile esset studiosissimum est tibi. CHRY. super math. Apostoli autem interpretantur in li. canonum sic: Dextera est populus christianus: qui est ad dexteram christi. Sinistra autem est omnis populus qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit ne christiano elemosynam faciente que est dextera infidelis aspiciat qui est sinistra. AVG. de ser. do. in monte: Sed secundum hoc videbitur nulla esse culpa velle placere fidelibus: cum tamen in quorumlibet hominum laudem finem boni operis constituere prohibeamur. Vt autem te imitentur quibus facta tua placuerint non tantum fidelibus: sed etiam infidelibus exhibendum est. Si autem vt alij dicunt: sinistram inimicum putaueris: vt nesciat inimicus tuus cum elemosynam facis: cur ipse dominus inimicis iudeis circunstantibus misericorditer sanauit homines? Deinde quomodo cum ipso inimico faciemus: vt illud impleamus preceptum: Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Tertia opinio est ridenda eorum qui dicunt: sinistre nomine vxorem significari: vt quoniam in re familiari tenaciores pecuniarum solent esse femine: lateat eas cum aliquid viris alienis impendunt propter domesticas lites. Non autem solis viris hoc preceptum datum est: sed etiam feminis. cui ergo sinistre iubetur femina occultare opus misericordie sue? an etiam vir sinistra erit femine? quod si quispiam putat: cum preceptum sit talibus vt se inuicem bonis moribus lucrifaciant: non sibi debent occultare bona opera sua: nec furta facienda sunt vt promereatur deus quod si occultandum est aliquid quamdiu alterius infirmitas id equo animo non potest sustinere: quamuis non illicite fiat: non tamen femina per sinistram significari facile apparet totius capituli significatione. Et etiam quam sinistram vocet: quod. n. in hypocritis culpatum est: quod. s. laudes hominum querunt: hoc tu facere vetaris. quapropter sinistra videtur significare delectationem laudis: dextera autem significat intentionem implendi precepta diuina. Cum ergo conscientie facientis elemosynam miscet se appetito laudis humane: fit sinistra conscia dextre. Nesciat ergo sinistra. i. non se misceat conscientie tue laudis humane appetitio. Dominus autem noster multo magis prohibet solam sinistram in nobis operari: quam eam misceri operibus dextre. Quo autem fine hoc dixerit: ostendit cum subdit:

Vt sit elemosyna vestra in abscondito. i. in ipsa bona conscientia: que humanis oculis demonstrari non potest: nec verbis aperiri qm̄ quidē multi multa mentiuntur. Sufficit autem tibi ad promerendum premium ipsa conscientia: si ab eo expectas premium: qui solus conscientie inspector est. Et hoc est qđ subditur: Et pater tuus qui vi. i abscon. reddet tibi. Multa latina exēplaria habēt: Reddet tibi palam. CHRY. super matth. Impossibile est. n. vt opus bonum hominis in abscondito dimittat deus: sed in hoc seculo manifestat ⁊ illo glorificat: quia gloria dei ē: sicut ⁊ diabolus manifestat malū: in quo malicie eius virtus ostenditur. Proprie autem publicat deus omne bonū in seculo illo: cuius bona non sunt cōmunia bonis ⁊ malis. Ideo cuicunq; illic benefecerit deus: manifestum est: q2 pro mercede iusticie sue meruit illud. Merces autem iusticie in hoc seculo manifesta non est: q2 hic non solum boni sed etiam mali sunt diuites. AVGV. de ser. do. in monte: Sed in grecis exemplaribus que propria sunt non inuenimus Palam. CHRY. in hom. Si ergo vis habere inspectores eorum que facis: ecce habes nō solum angelos aut archangelos: sed deum vniuersorum.

¶ Cum oratis non eritis sicut hypocrite qui amant in synagogis ⁊ in angulis platearum stantes orare: vt videantur ab hominibus: amē dico vobis receperunt mercedem suā. Tu autem cum oraueris: intra in cubiculum tuum. ⁊ clauso ostio tuo ora patrem tuū in abscondito: ⁊ pater tuus qui videt ī abscondito reddet tibi.

CHRY. super matth. Salomon dicit ante orationem prepara animam tuam. Quod quidem facit qui faciens elemosynam venit ad orationem: bona. n. opera excitant fidem cordis ⁊ dant confidentiam anime apud deum orandi. Ergo elemosyna preparatio est orationis: ⁊ idem dominus post elemosynā consequenter de oratione nos instruit. AVGV. de ser. do. in monte: Non autem hec monet nunc vt oremus sed quomodo oremꝰ: sic nec superius vt faciamus elemosynam: sed quo animo faciamus. CHRY. super matth. Est autem oratio quasi quoddam spiritale tributum quod anima offert deo de visceribus suis. Quanto ergo gloriosior est tāto cautior est seruanda: ne propter homines facta vilescat: ⁊ ideo dicit: Cum oratis non eritis sicut hypocrite. CHRY. i ho. Hypocritas vocat: qui deum se fingentes orare homines circunspiciūt. ⁊ ideo subdit: Qui amant in synagogis orare. CHRY. sup matth. Puto autē non ad locum hoc referri quod ait dominus: sed ad propositum orātis: in conuentu. n. fidelium orare laudabile est: sicut dictū est: In ecclesijs benedicite deum. Qui ergo sic orat vt ab hominibus videatur: non deum aspicit sed homines. ⁊ iō quantum ad propositum suum in synagoga orat. Cuius autem orantis mens solū aspicit deum: quamuis in synagoga oret: tamen apud se ī secreto videtur orare. Sequit̄: Et in angulis platearum: vt videantur absconse orare: Et sic dupliciter laudantur: ⁊ quia orant: ⁊ quia absconse orant. GLO. Vel anguli platearum sunt vbi via per transuersum vie ducit̄: ⁊ q̄driuiū reddit. CHRY. super matth. Eo ergo proposito in conuentu vetat orare vt a conuentu videatur vnde subditur: Vt videant̄ ab hominibus. Orās ergo nihil nouum faciat quod aspiciant homines: vel clamando vel pectus percutiendo vel manus extendendo. AVGV. de ser. do. Non autem videri ab hominibꝰ nefas est: sed ideo hoc agere vt ab hominibus videaris. CHRY. in ho. A vana. n. gloria vbiq; cruti bonum est: maxime autem in oratione: si. n. in hoc cogitationibus circunferimur. si ad orandum ingressi fuerimus: hanc habentes egritudinem: qualiter intelligemus ea que a nobis dicuntur? AVGV. de ser. do. Sic etiam fugiendum est hominum scientiam: si hoc animo aliquid fiat vt fructus expectetur placendi hominibus vnde subditur: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. CHRY. super matth. Vnusquisq;. n. vbi seminat: ibi metit. Vnde qui propter homines orant non propter deum: ab hominibus non a deo laudantur. CHRY. in ho. Dicit autem: Recepērūt. quia deus retributionem que est ab ipso tri-

bere vellet: illi autem eam que est ab hominibus vsurpant. Quomodo autem orandum sit subiungit dicens: Tu autem cum ora. intra in cubi. tuum: et clau. ostio ora pa. tuum in abscondito. HIERO. Hoc simpliciter intellectum erudit auditorem vt vanam orandi gloriam fugiat. CHRY. super math. Ut nemo sit ibi nisi ille qui orat: et illum quem orat. Testis. n. orantem grauat: non adiuuat. CYPRI. de oratione dominica: In abditis etiam locis orare magis conuenit fidei: vt sciamus dominum vbique esse presentem et maiestatis sue plenitudine occulta penetrare. Possumus etiam intelligere et ostium domus corporis: vt non clamosa voce oremus deum: sed tacito corde propter tria. Primo quia deus non voce clamosa pulsandus est: sed conscientia recta placandus: qui est cordis auditor. Secundo quia secretas orationes tuas non oportet alterum scire: nisi te et deum. Tertio quia clamose orans alterum iuxta te non permittis orare. EX COLLA. Cum summo etiam est orandum silentio: vt ipsos quoque inimicos nostros: qui orantibus nobis maxime insidiantur: lateat nostre petitionis intentio. AVGV. de ser. do. in monte: Uel per cubicula nostra sunt intelligenda corda nostra: de quibus dicitur: Que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini. Ostium est carnalis sensus: foris sunt omnia temporalia: que per sensum cogitationes nostras penetrant: et turba vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. CYPRI. de oratione dominica: Que autem segnitia est alienari et capi ineptis cogitationibus et prophanis cum dominum deprecaueris: quasi sit aliud quod magis debeas cogitare quam cum deo loquaris. Quomodo te audiri a deo postulas: cum teipsum non audias: hoc est ab hoste non cauere: hoc est deum negligentia orationis offendere. AVGV. de ser. domini: Claudendum est ergo ostium. i. carnali sensui resistendum: vt oratio spiritualis dirigatur ad patrem: que sit in intimis cordis vbi oratur pater in abscondito. vnde sequitur: Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. REMI. Et est sensus: Sufficiat tibi vt ille solus nouerit tuam orationem qui omnium corda nouit occulta: quia ipse qui est inspector erit exauditor. CHRY. in ho. Non autem dixit: Gratis dabit sed reddet tibi. Etenim debitorem seipsum tibi constituit.

¶ Sabbato. Marci. vi. cap.

Cum sero esset erat nauis in medio mari: et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat. n. ventus contrarius eis: et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare: putauerunt fantasma esse et exclamauerunt: Omnes. n. viderunt eum: et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis et dixit eis: Confidite: Ego sum. Nolite timere: Et ascendit ad illos in nauim: et cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non. n. intellexerant de panibus. Erat. n. cor eorum obcecatum.

THEO. Permisit autem dominus periclitari discipulos vt patientes fierent. vnde non statim eis astitit: sed per totam noctem periclitari permisit: vt doceret eos patienter expectare: et non a principio sperare in tribulationibus subsidium. Sequitur. n. Et videns eos labo. in remi. erat enim ventus contrarius eis: et circa quartam vigi. noctis venit ad eos amb. super ma. CHRY. Quatuor vigilias noctis dicit sacra scriptura: vnamquamque diuidens in tres horas. vnde quartam vigiliam dicit: que est post horam nonam s. in hora. x. vel posteriori hora. Sequitur: Et vo. prete. AVGV. de con. euan. Quomodo autem hoc intelligere potuerunt: nisi quia in diuersum ibat: eos volens preterire tanquam alienos a quibus ita non agnoscebatur: vt fantasma putaretur. Sequitur. n. At illi vt vi. eum am. supra ma. pu. fan. esse: et exclama. omnes enim eum vide. et contur. sunt. THEOPHI. Vide autem quoniam cum christus deberet eorum pericula compescere: tunc maiorem eis incutit

timorem. Sed statim per vocem confortauit eos. Sequitur enim. Et statim locutus est cum eis: ⁊ dixit eis: Confidite: ego sum no. time. CHRY. Statim autem in voce cognouerunt eum ⁊ timor solutus est. AVG. de con. euan. Quomodo ergo eos volebat preterire: quos pauentes ita confirmat: nisi qꝛ illa voluntas pretereundi ad eliciendū illum clamorem valebat: cui subueniri oportebat. BEDA. Scripsit autem Theodorus faratanus quondā episcopus: corporale pondus non habuisse dominum sm carnem: sȝ absqȝ pondere super mare ambulasse: sed fides catholica pondus sm carnem habere eū predicat. Ait enim Dionysius. Ignoramus qualiter non infusis pedibus corporale pondus habentibus ⁊ materiale onus: deambulat in humidam ⁊ instabilem substantiam.

THEO. Deinde per introitum in nauiculam dn̄s compescuit tempestatem. Sequitur enim. Et a scē. ad ill. in na. ⁊ ces. vent9. Magnum quidem miraculuȝ est qꝫ ambulat dominus super mare: sed tempestas ⁊ venti cōtrarietas opposita fuerūt ꝓpter maius miraculū. Apostoli enīȝ ex miraculo quinqȝ panum non ītelligentes christi potentiā: nunc ex maris miraculo plenius cognouerūt. vnde sequit: Et plus intra se stupebant. Non enim intelle. de panibus. BEDA. Stupebant quidem carnales adhuc discipuli virtutum magnitudinem: necdum tamē in eo veritateȝ diuine maiestatis cognoscere valebāt. vnde sequit: Erat enim cor eorum obcecatū. Mystice autem labor discipulorum in remigando ⁊ ventus contrarius: labores sancte ecclesie designat: que inter vndas seculi aduersantes: ⁊ īmundorum flatus spirituum: ad quietem patrie celestis peruenire conant. Bene autem dicitur: quia nauis erat in medio maris: ⁊ ipse solus in terra: qꝛ nōnūquā ecclesia tantis gentiliuȝ pressuris afflicta ē: vt redemptor ipsius eam prorsus deseruisse videretur. Sed videt dominus suos laborātes in mari: quia eos ne in tribulationib9 deficiant: sue respectu pietatis corroborat: ⁊ aliquando manifesto adiutorio liberat. Quarta autem vigilia venit ad eos diluculo appropinquante: quia homo mentem cum ad superni lumen presidij erexerit: aderit dominus ⁊ tētationū picula sopient. CHRY. Vel prima vigilia est vsqȝ ad diluuium: secunda vsqȝ ad moysen: tertia vsqȝ ad aduentum domini: in quarta venit dominus ⁊ discipulis locutus est. BEDA. Sepe autem fideles in tribulatione positos: superna pietas deseruisse visa est: vt quasi laborantes in mari discipulos preterire iesus voluisse putaret. Adhuc autem heretici putāt fantasma fuisse dominum: nec veram assumpsisse carnem de virgine. HIERO. Dicit autem eis: Confidite: ego sum: quia videbimus eū sicuti est. Cessauit autem ventus ⁊ ꝓcella iesu sedente. i. regnāte in naui que est vniuersa ecclesia. BEDA. In quocūqȝ etiā corde per gratiam sui adest amoris: mox vniuersa vitiorum ⁊ aduersantis mūdi siue spirituum malignorum bella compressa quiescunt.

¶ Et cum transfretassent venerunt in terram genezareth: ⁊ applicuerunt. Cūqȝ egressi essent de naui continuo cognouerunt eum: ⁊ percurrentes vniuersam regionem illā ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circūferre vbi audiebant eum esse. Et quocunqȝ introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebant infirmos: ⁊ deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fiebant.

GLO. Quia euangelista exposuerat periculum quod discipuli in nauigando sustinuerant: ⁊ quomodo fuerant liberati: nunc ostendit quo nauigando peruenerint: dicēs: Et cum transfre. perue. in terram gene. ⁊ applicuerunt. THEO. Post magnum autem spatium temporis ad predictum locum dominus transfretauit. Et ideo euangelista subdit: Cumqȝ egressi essent. de naui cōtinuo cognouerunt eum scilicet incole. BEDA. Cognouerunt autem eum rumore non facie: vel pro signorum magnitudine ⁊ vultu plurimis notus erat. Vide autem quanta fides sit hominum terre genezareth: vt non presentium tantum salute contenti sint: sed mittant ad alias per cir

circuitum ciuitates: quo omnes currant ad medicum. vnde sequitur: et percur. vniuer. regi. illam: ceperūt in graba. illos qui se male habebāt circūferre vbi audi. eū esse. THEOPHI. Non. n. ad domos inuitabant eum vt curaret: sed magis ipsi male habentes afferebantur ad eum. vnde etiam sequitur: Et quocunque introi. in vicos aut in vil. aut in ciui: in plateis ponebant infirmos et deprecabantur: vt vel fimb. vesti. eius tangerent. Miraculum. n. quod circa mulierem emorroissam contigerat: ad aures multorum deuenerat: et multam fidem eis dabat ex qua sanabantur. Sequitur. n. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant. BEDA. Mystice autem fimbriam vestimenti eius minimum mandatum intellige: quod quicunque trāsgressus fuerit: minimus vocabitur in regno celorum: vel assumptionem carnis per quam venimus ad verbū dei: et illius postea fruimur maiestate. HIERO. Qd autem dicitur: Et quotquot tangebant eum: salui fiebant: implebitur quando fugiet dolor et gemitus.

Dominica prima i. xl. Mathei iiij. cap.

Ductus est iesus in desertum a spiritu vt tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit.

CHRY. super matth. Postque baptizatus est dominus a ioanne in aqua: ducitur a spiritu in desertum vt baptizaretur igne tentationis. vnde dicitur. Jesus ductus est in desertum a spiritu. Tunc. s. quando pater clamauit de celo. Hic est filius meus dilectus. CHRY. i ho. Quisquis ergo post baptismum maiores sustines tentationes non turberis: etenim propter hoc accepisti arma: vt non vaces: sed vt prelieris. Ideo autem tentationem a te deus non prohibet. primum quidē vt discas: quoniā multo factus es fortior deinde vt magnitudine donorum nō extollaris tertio vt diabolus experiētia cognoscat quod perfecte ab eo abscessisti: quarto vt per hoc fortior reddaris. quinto vt crediti tibi thesauri signū accipias. neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandū nisi te in maiori honore effectū videret. HYLA. In sanctificatis. n. maxime diaboli tentamenta grassantur: quia victoria ei est magis optata de sanctis. GRE. i ho. Dubitari autem a quibusdam solet: a quo spiritu sit ductus iesus in desertum: propter hoc quod subditur Assumpsit eum dia. in san. ciui. Sed vere et absque vlla questione conuenienter accipitur vt a spiritusancto ductus esse credatur: vt illuc eum suus spiritus duceret: quo hunc ad tentandum spiritus malignus inueniret. AVG. in. iiij. de tri. Cur seipsum quoque tentandum prebuit: vt ad superādas tētationes mediator esset: nō solū per adiutorium: verum ēt per exēplū. CHRY. sup matth. Est aūt ductus a spūscō: nō quasi minor maioris pcepto. non. n. solū ductus dr qui alicuius potestate ducit: sed ēt ille qui alicuius rōnabili exhortatiōe placat: sicut scriptū est de Andrea qui inuenit Simonē fratrē suū et adduxit eum ad ihm. HIE. sup mat. Ducit aūt non inuitus aut captus: sed voluntate pugnandi. CHRY. Ad homines. n. diabolus vadit: vt tentet eos. qm aūt aduersus xpm diabolus ire non poterat: id contra diabolū xps processit. vñ dr. Vt tēta. a dia. GRE. in ho. Sed sciendū nobis est. quia tribus modis tentatiōe agit: suggestiōe: delectatiōe: et consensu. et nos cū tentamur plerūque in delectatiōe: aut in cōsensu labimur: quia de carnis peccato propagati in nobisipsis etiam gerimus vnde certamina toleramus. Deus vero qui in vtero virginis incarnatus in mundo sine peccato venerat: nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit: sed eius mentē peccati delectatio nō momordit: atque ideo ois diabolica illa tētatio foris: non intus fuit. CHRY. in ho. Tunc aūt maxime instat diabolus ad tentandum: cum viderit solitarios. vnde ēt i pncipio mulierē tentauit sine viro eā inueniens: vnde et sic per hoc ēt diabolo datur occasio tentandi quia ducit in desertū. GLO. Hoc desertum est inter hierl'm et hierico vbi morabantur latrones: qui locus vocat dorohin. i. sanguinis propter effusionē sanguinis quam ibi latrones faciebant. vñ et hō cū descēdisset a hierl'm i hiericho: incidisse dr in latrones gerens figuram

ade qui a demonibus victus est. Conueniēs ergo fuit: vt ibi xp̄s diabolū superaret: vbi diabolus hominem sub figura superasse dictus est. CHRY. super matth. Non solū autem xp̄s ductus est in desertum a spiritu: sed ⁊ omnes filij dei habentes spiritumsanctum. non enim sunt contenti sedere ociosi: sed spiritussanct⁹ vrget eos aliquid magnū apprehendere opus: quod est ire in desertū q̄ntum ad diabolum: q2 non est ibi iniusticia qua diabolus delectatur. Omne etiam bonū est extra carnem ⁊ mundum. q2 non est ſm voluntatē carnis ⁊ mundi. Ad tale ergo desertū oēs filij dei exeunt vt tententur: vtputa si non proposuisti ducere vxorem: duxit te spiritussanctus in desertū. i. extra fines carnis ⁊ mundi: vt tenteris a concupiscētia carnis. Quomodo enim tentatur libidine qui tota die est cum vxore? Scire autē debem⁹: q̄ filij dei non tentantur a diabolo nisi in desertum exierint: filij autem diaboli in carne ⁊ mundo constituti confringuntur: ⁊ parent sicut bonus homo si vxorē habuerit nō fornicatur: sed sufficit ei vxor sua. Malus autē etiam habens vxorem fornicatur: ⁊ non est vxore contentus: ⁊ sic in omnibus inuenies. Filij ergo diaboli non exeunt ad diabolum vt tententur. Quid enim opus habet ad certamen exire qui non desiderat vincere? Qui autē gloriosiores sunt filij dei extra fines carnis exeunt contra illum: q2 victorie gloriam concupiscunt? Propterea ⁊ in hoc loco xp̄s exijt ad diabolū: vt tētaret ab eo CHRY. in ho. Vt autem discas q̄ magnum bonum est ieiunium: ⁊ qualiter scutum est aduersus diabolum: ⁊ quoniam post baptismum non lasciuie sed ieiunio intendere opz: ipse ieiunauit non eo indigens. sed nos instruens. CHRY. super matth. Et vt quadragesimi nostri ieiunij poneret mensuram. xl. diebus. ⁊. xl. noctibus ieiunauit. Vnde sequit. Et cū ieiunasset. xl. diebus ⁊. xl. noctibus. CHRY. in ho. Non autem vltra processit ieiunando q̄ moyses ⁊ helias: ne incredibilis videretur carnis assumptio. GREGO. in ho. Ipse autem auctor omnium in quadraginta diebus nullum omnino cibum sumpsit. Nos quoq3 q̄ntum possumus quadragesime tempore carnem nostram per abstinentiam affligam⁹. Quadragenarius autem numerus custoditur: q2 virtus decalogi per libros quattuor sancti euangelij implet. denarius etenim quater ductus in quadragenarium surgit. Vel q2 in hoc mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus: per cuius voluntatem preceptis dominicis contraimus que per decalogū sunt accepta. Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus: dignum est vt eandē carnē quaterdecies affligamus. Vel sicut i lege offerre debemus decimas rerum: ita ei offerre contendimus decimas dierū. A prima eni dominica quadragesime vsq3 ad paschalis solēnitatis gaudia sex hebdomade veniunt quarum dies. xl. ⁊ duo sunt: ex quibus dū sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur: remanent. xxxvi. Dum vero per. ccc. ⁊ lxv. dies annus ducitur: nos aūt per. xxxvi. dies affligimur. quasi anni nostri decimas deo damus. AVG. i li. lxxxiij. q̄stio. Vel aliter omnis sapientie disciplina est creatorē creaturamq3 cognoscere. Creator ē trinitas: pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: creatura vero partī est inuisibilis sicut anima cui ternarius numerus tribuitur. Diligere. n. deum tripliciter iubemur: ex toto corde: ex tota anima: ⁊ ex tota mente. Partim visibilis sicut corpus cui quaternarius debetur: propter calidum ⁊ frigidum humidum ⁊ siccum. Denarius ergo numerus qui totam insinuat disciplinam: quater ductus. i. numero qui corpori debetur multiplicatus: quia per corpus administratio geritur quadragesimū numerum conficit: cuius partes equales ad quinquaginta perueniunt. vnum. n. ⁊ duo ⁊ quattuor ⁊ quinq3 ⁊ octo ⁊ decem. ⁊. xx. que sunt partes quadragenarij simul iuncta efficiunt. l. Et ideo tp̄s quo ingemiscimus: ⁊ dolem⁹ quadragenario numero celebratur. Status autem beatitudinis in quo erit gaudium quinquagesime celebratione prefiguratur. i. a pascha vsq3 ad pentecostē. AVGV. i ser. de quadra. Non aūt q2 xp̄s post acceptū baptismum continuo ieiunauit: regulam obseruationis dedisse credendum est: vt post xp̄i baptismū continuo ieiunare necesse sit. Sz quando acriori certamine cū tentatore confligitur: ieiunandū est: vt corpus impleat de castigatione militiā: ⁊ animus impetret de humilitatē victoriā. CHRY. super matth. Scie

bat aūt dñs cogitationem diaboli. qꝛ volebat eum tentare: audierat. n. qꝛ christus natus ē in hoc mundo angelis predicantibus: pasto ribus referentibus: magis querētibus: ꝛ io anne ostēdente. vnde dominus processit cō/ tra euꝫ: non quasi deus: sed quasi homo: ma gis autem quasi deus ꝛ homo. Maꝫ per. xl. dies non esurire: non erat hominis: aliquan do autēꝫ esurire non erat dei. vnde esuriuit: ne manifeste intelligatur deus: ꝛ sic diaboli spem tentandi extingueret: suam autem vi/ ctoriam īpediret. vnde sequitur. Postea esu riit. HILA. Maꝫ post. xl. dies non in. xl. diebus esuriit. igitur cum dominus esuriit non inedie surrepsit operatio: sed nature sue hominem dereliquit. Non enim erat a deo diabolus sed a carne vincendus: qua rerum ratione indicat post. xl. dierum consumatio/ nem quibus post passioneꝫ in seculo erat cō moraturus: esuritionem se humane salutis habiturum: quo in tempore expectatum deo patri munus: hominem quem assumpserat reportauit.

¶ Et accedens tentator dixit ei: Si filius dei es dic vt lapides isti panes fi ant. Qui respondens dixit. Scriptuꝫ est: Non in solo pane viuit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei.

CHRY. super matth. Qꝛ diabolus vi/ dens p. xl. dies christū ieiunantē desperaue/ rat: postq̄ꝫ esurientem sensit: iteruꝫ cepit spe rare. vnde sequitur. Et accedēs tentator. Si ergo ieiunaueris ꝛ tenteris: ne dicas quia p didi fructum ieiunij mei. Nam etsi non tibi profuit ieiunium tuum: vt non tenteris: ta/ men proficiet vt a tentationibus non vinca/ ris. GREGO. in ho. Sed si ipsum ordi nem tentationis aspicimus pensamus quan ta magnitudine nos a tentatione liberamur. Antiquus. n. hostis primū hominem ex gu la tentauit: cum cibum ligni vetituꝫ ad come dendum suasit. Ex vana gloria cum diceret. Eritis sicut dij. Ex auaritia cuꝫ diceret. Sci entes bonum ꝛ malum. Auaritia enim non solum pecunie est: sed etiam altitudinis: cuꝫ supra modum sublimitas ambitur. Quibus autem modis primum hominem strauit: eis/ dem modis secundo homini tētato succubu/ it. Per gulam tentat cum dicit: Dic vt lapi des isti panes fiant. Per vanam gloriaꝫ cū dicit. Si filiꝰ dei es: mitte te deorsum. Per sublimitatis auaritiam cū regna mundi ostē dit dicens. Hec oīa tibi dabo. AVGV. super lucam. Inde autem cepit vnde iam vi cerat. s. a gula. vnde dixit ei. Si filiꝰ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Quid autem sibi vult talis sermonis exorsus: nisi quia co gnouerat dei filium esse venturum: sed ve/ nisse per infirmitateꝫ corporis non putabat: aliud explorantis: aliud tentantis est: ꝛ deo se profitetur credere: ꝛ homini conatur illu/ dere. HILA. Eam ergo in tentando con ditionem operis proposuit: per quam ī deo ex mutatione lapidum in panes virtuteꝫ po testatis agnosceret. ꝛ in homine oblectamen to cibi patientiam esuriētis illuderet. HIE RO. Sed ex duobus contrarijs teneris a diabolo. Sed ad imperium eius possunt la/ pides panes fieri: ergo frustra tentas cum: qui tante potentie est. si autem non potest fa/ cere: frustra dei filiuꝫ suspicaris. CHRI SO. super mattheum. Sicut autem diabo/ lus omnes homines excecabat: sic modo in/ uisibiliter a christo est excecatus. Post. xl. enim dies esurientem sensit. ꝛ per. xl. non esurientem non intellexit cum suspicatus est eum non esse filium dei: non cogitauit quo/ niam fortis abieta ad ea que infirma sunt: descendere potest: infirmus autēꝫ ad ea que fortia sunt: ascendere non potest. Magis er go ex eo qꝫ per tot dies non esuriit intellige/ re debuit: quia deus est: q̄ꝫ ex eo qꝫ post tot dies esuriit: quia homo est. Sed dicit Moy ses ꝛ helyas. xl. dies ieiunauerunt: ꝛ homi/ nes erant. sed illi ieiunantes esuriebant ꝛ su stinebant. iste. xl. diebus non esuriit: sed po stea. Esurire enim ꝛ non manducare pati/ entie est humane: non esurire autem diuine nature. HIERO. Propositum au/ tem christi erat humilitate vincere. vnde ad/ uersarium vicit testimonijs legis: non po/ testate virtutis: vt hoc ipso ꝛ hominem plus honoraret: ꝛ aduersarium plus puni/ ret: cum hostis generis humani non qua/ si a deo: sed quasi ab homine vincere/ tur: Unde sequitur: Qui respondens di/ xit ei: Scriptum est: non in solo pane vi/

nit homo. sed in omni verbo quod procedit de ore dei. GREGO. in ho. Sic ergo tē tatus a diabolo dñs: sacri eloquij precepta rñdit: ⁊ qui tentatorem suuz mergere ī abyssum poterat virtutem sue potentie non ostēdit: quatenus nobis preberet exemplum: vt quotiens a prauis hominib⁹ aliqd patimur: ad doctrinā excitemur potius q̄z ad vindictā. CHRY. sup matth. Non autē dixit: nō in solo pane viuo: ne videat̄ de se dictū esse: sed inedie: non in solo pane viuit homo: vt posset diabolus dicere: Si filius dei es. abscondit se vt non ostendat̄: quod potest si homo est: astute excusat se: ne ostendatur non posse. RABA. Testimoniū autez hoc de deutronomio sumptum est. Ergo siquis nō vescit̄ verbo dei: iste non viuit: q2 sicut corpus humanum non viuit sine terreno cibo: ita ⁊ anima viuere nō potest sine dei verbo. Procedere autem verbum de ore dei dicit̄: cum voluntatem suam per scripturarum testimonia reuelat.

¶ Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem ⁊ statuit eum super pinnaculum templi: ⁊ dixit ei. Si fili⁹ dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: q2 angelis suis mandauit de te: ⁊ in manibus tollēt te: ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. Ait illi iesus rursum. Scriptum est: Non tētabis dominum deum tuum.

CHRY. super matth. Cum ex premisso christi rñso nihil certum dicere diabolus potuisset: vtrum christus deus esset an homo: assumpsit eum ad aliam tentationem dicens apud se: Iste qui fame non vincit̄: etsi filius dei nō est tamē sanctus est: valent enim homines sancti fame non vinci: sed postquam omnem necessitatem carnis vicerunt per vanam gloriā cadūt: ideo cepit eum tentare in gloria vana: ꝓter quod sequit̄. Tunc assūpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. HIERO. Assumptio ista non ex imbecillitate dñi venit: sed de inimici supbia que voluntatē saluatoris necessitatē putat. RABY. Sancta autem ciuitas hierusalem dicebatur in qua templum dei erat: ⁊ sancta sāctoruz: ⁊ cultus vnius dei sm legem moysi. REMI. In quo ostendit̄: quia diabolus fidelibus christi etiam in sanctis locis insidiatur. GREGO. in ho. Sed ecce dum dicitur deus homo in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus: humane aures audire expauescunt: in quorum tamē omnium diabolus caput est. Quid est autem miruz si se ab illo permisit in montem duci: qui se permisit a membris illius crucifigi? GLO. Diabolus enim semper ad alta ducit eleuando per iactantiam: vt precipitare possit. Et ideo sequit̄. Et statuit eum supra pinnaculū templi. REMI. Pinnaculū sedes erat doctorum. Templum enim non habebat culmen erectuz: sicut nostre domus habēt: sed ⁊ planum erat desuper more palestinorum: ⁊ in ipso templo tria tabulata erant. Et sciendum quia in pauimento pinnaculū erat: ⁊ in vno quoqz tabulato pinnaculum erat. Siue ergo statuerit eum in illo pinnaculo: quod erat in pauimento: siue in illis que erant in primo secundo vel tertio tabulato: intelligendum ē q2 in illo statuisset eum: vnde aliquod precipitium esse potuit. GLO. Nota vero hec omnia corporeis sensibus esse completa: q2 enim prima adinuicem conferuntur: in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est. CHRY. super matth. ¶ Sed forte dicit quomodo in corpore constitutum videntibus omnibus statuit supra templum? sed forsitan diabolus sic eum assumebat: vt ab omnibus videret̄: ipse autē nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat vt a nemine videretur. GLO. Ideo autem duxit eum supra pinnaculum cum vellet euz de vanagloria tentare: quia in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria: ⁊ ideo putauit istum positum sede magisterij inani gloria extolli posse. vnde sequit̄: Et dixit: Si fili⁹ dei es: mitte te deorsum. HIERO. In omnibus enim tentationibus hec agit diabolus: vt intelligat si filius dei sit. Dicit autem: Mitte te. quia vox diaboli qua semper homines cadere deorsum desiderat: persuadere potest: precipitare nō pōt. CHRY. super matthe. Per hanc autem propositionem quomodo poterat cognoscere si est fili⁹ dei an non? Volare enim per aerem non ē proprie opus dei: quia nulli vtile est. Si ergo aliquis volauerit prouocatus ꝓpter ostē

tationem solā ħ facit. ⁊ est potius ex diabolo
ꝙ̄ ex deo. Si ergo homini sapiēti sufficit eē
quod est: ⁊ nō esse necessariū ei apparere qđ
nō est: quāto magis fili⁹ dei ostēdere se ne-
cessarium nō habet: de quo nemo pōt tantū
cognoscere quātū ē apud se. AMBRO.
super lucam: Sed qꝛ sathanas trāsfigurat se
sicut angelus lucis: ⁊ de scripturis ipsis di-
uinis laqueū fidelibus parat: vtit testimōijs
scripturarū: nō vt doceat: sed vt fallat. vnde
sequit̄: Scriptum est enī qꝛ angelis suis mā
dauit de te. HIERO. Hec i. xc. psalmo
legimus. verū ibi non de christo: sed de vi-
ro sancto ꝓphetia est. male ergo diabolus in
terpretat̄ scripturas. CHRY. sup matth.
Vere enī filius dei angeloꝝ manibus non
portat̄: sꝫ ipse magis angelos portat: ⁊ si por
tatur manibus angeloꝝ non vt offendat ad
lapidem pedē suū quasi infirmus: sꝫ ꝓpter
honorē q̄si dominus. O diabole qm̄ fili⁹ dei
māib⁹ portat̄ legisti: ⁊ qꝛ sup aspidē ⁊ basili
scum calcat: nō legisti. Sed illud quidē exē-
plum ꝓfert quasi supbus: hoc autem tacet q̄si
astutus. CHRY. in ho. Intuere etiā qꝛ te
stimonia a domino allata sunt cōuenienter:
a diabolo autē indecenter: non enim qđ scri-
ptum est: Angelis suis: suadet ꝓijcere seipꝫ
⁊ precipitare. GLO. est ergo sic exponē-
dum. Ait enim scriptura de quolibet bono
homine: ꝙ angelis suis idest administra-
toribus spiritibus precepit de ipso: ꝙ in
manibus suis idest in auxilijs suis tol-
lent eum: ⁊ custodient ne offendat pedem. i.
affectum mentis: ad lapidē. i. ad veterē legē
scriptam in lapideis tabulis. vel per lapidē
potest itelligi omnis peccati occasio ⁊ ruine.
RA. Notandum est autem ꝙ saluator no-
ster licet permisisset se a diabolo supra pinna
culum templi poni: tamē renuit ad imperiū
eius descendere: nobis exemplum donans:
vt quisquis imperauerit viam veritatis artā
nos ascendere: obtemperemus. Si autem
vult nos de altitudine veritatis ⁊ virtutum
ad ima erroris ⁊ vitiorum precipitare nō il-
lum audiamus. HIERO. Falsas autem
de scripturis diaboli sagittas: veris scriptu-
rarum frangit clypeis. Vnde sequit̄: Ait il-
li rursum Jesus: scriptum est: Nō tentabis
dominum deum tuum. HILA. Diaboli
enim conatus contundens: ⁊ deum se prote
statur ⁊ dominum. CHRY. Non autem
dixit: Non tentabis me dominū deum tuū:
sed ita: Non tentabis dominum deuꝫ tuum
quod poterat dicere omnis homo dei: tenta-
tus a diabolo: quoniam ⁊ qui hominem dei
tentat: deum tentat. RABA. Vel aliter:
Suggerebatur ei quasi homini: vt aliquo si-
gno exploraret quantum apud deum posset.
AVG. contra faustum: Pertinet autē ad
sanam doctrinam: quando habet homo quid
faciat: non tentare dominum deum suum.
HIERO. Et notandum ꝙ necessaria te-
stimonia de deutronomio tantum protulit:
vt secunde legis sacramenta monstraret.

¶ Iterum assumpsit eum diabolus
in montem excelsum valde. ⁊ ostēdit ei
omnia regna mundi ⁊ gloriam eorum
⁊ dixit ei. Hec omnia tibi dabo: si ca-
dens adoraueris me. Tunc dicit ei Ie
sus: Vade sathana. Scriptum est enī
Dominum deum tuum adorabis: ⁊
illi soli seruies. Tunc reliquit euꝫ dia
bolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ mini
strabant ei.

CHRY. super matth. Diabolus ex secū
do responso incertus f. āsit ad tertiā tentatio
nem. qꝛ enim christus rhetia ventris disru-
perat rhetia vane glorie transiuerat ponit et
rhetia auaritie: ꝓpter quod dicit̄. Iteꝝ assū-
psit eum diabolus in montem excelsum val
de. Quē. s. diabolus circuiēs omnem terraꝫ
excelsiorem ceteris cognoscebat. Quāto enī
excelsior fuerit mōs tanto ex eo spaciosior ter
ra videt̄. vnde sequit̄. Et ostendit oīa regna
mūdi: ⁊ gloriā eoꝝ. Ostēdit autē ita non vt
ipsa regna vel ciuitates eorum: vel populos
vel argentum vel aurum videret: sed partes
terre: in quibus vnūquodqꝫ regnum vel ci-
uitas posita erat: vtputa si ascendens sup ex
celsum locum digito extenso dicam tibi. Ec-
ce ibi est roma aut alexandria: non sic ostēdo
tibi: vt ipsas videas ciuitates: sed partes ter
re in quibus posite sunt: sic ⁊ diabolus pote
rat christo singula loca demonstrare digito:
⁊ vniuscuiusqꝫ regni honores ⁊ statum ver
bis exponere. nā ostēsum dr̄ etiā qđ exponit̄
ad itelligendū. ORIGE. sup lucā. Vel
aliter nō est arbitrādū ꝙ regna ei mūdi ostē

dens: per sarum. verbigratia. regnuʒ iudeo
ruꝗʒ ostēderit: sed ostēdit ei regnū suum quō
regnaret in mūdo. i. quō alij regnent a forni
catione: alij ab auaritia. REMI. Gloriam
coꝝ appellat auꝝ argentū ⁊ lapides precio-
sos: ⁊ tpalia bona. RABA. Ostēdit autē
hec diabolus dn̄o: nō ꝗ ipse uisum eius am
plificare potuit: aut aliqd ignotum demōstra
re: sed vanitatem pompe mundane quā ipse
diligebat: quasi speciosam ac desiderabilem
verbis ostēdens in amorē christo suggerēs
venire volebat. GLO. Qui nō cōcupiscē
tie oculo intuet sicut nos: sed sicut medici vi
dent morbos sine lesione. HIER. Sequit
Et dixit illi. Hec oīa tibi dabo. Arrogans
⁊ superbus de iactantia loquit. non eniʒ po
test omnia regna dare: cum sciamus pleros
qʒ sanctos viros a deo reges factos.
CHRY. super matth. Sed ea que per ini
quitatem fiunt in mundo: vtputa per furtuʒ
aut ꝑ periuria acqsitas diuitias diabolꝰ dat.
Nō ergo diabolus quibus vult diuitias da-
re pōt: sed his qui volunt ab illo recipere.
REMI. Mirāda ēt est diaboli dementia.
illi ꝓmittebat dare regna terrena: qui suis fi
delibus dat regna celestia: ⁊ gloriā mundi ei
qui ē celestis glie dominus. AMBRO.
Habet autē ambitio domesticū periculū: vt
enim dominet alijs prius seruit: curuat ob-
sequio: vt honore dominet: ⁊ dum vult esse
sublimior: fit remissior. vnde apte subditur.
Si cadens adoraueris me. GLO. Ecce an
tiqua diaboli supbia. Sicut enim in ꝑncipio
voluit se similem deo facere: ita nūc volebat
diuinum sibi vsurpare cultum dicens. Si ca
dens adoraueris me. Ergo qui adoraturus
est diabolum ante corruit. Sequit. Tunc di-
cit ei iesus. Vade sathana. CHRY. sup
matth. In quo finem tentandi diabolo po-
nit: ne progrediatur vlterius tentās. HIE-
RO. Nō autem vt pleriqʒ putāt: eadeʒ sa
thanas ⁊ petrus condemnant sentētia. Pe
tro eniʒ dicit. Vade retro me sathana. i. seq
re me qui cōtrarius es mee voluntati. huic
autem dicit. Vade sathana. ⁊ nō ei dicit Re
tro: vt subaudiat: Vade in ignem eternum
qui paratus est tibi: ⁊ āgelis tuis. REMI.
Vel ꝑm alia exempla. Vade retro. i. remini
scere: recordare in quanta gloria conditꝯ fui-
sti. ⁊ in quātā miseriā cecidisti. CHRY.

super mattheum. Videndum autem: qꝛ chri
stus cum passus fuisset tentationis iniuriam
dicente sibi diabolo: Si filius dei es mitte te
deorsum. nō est turbatus: neqʒ diabolum in
crepauit. Nunc autem quādo diabolus vsur
pauit sibi dei honorem exasperatus est: ⁊ re-
pulit eum dicens. Vade sathana. vt nos illi
us discamus exemplo: nostras quidem iniu
rias magnanimiter sustinere: dei autem iniu
rias nec vsqʒ ad auditum sufferre: quoniam
in ꝓprijs iniurijs esse quempiaʒ patientem
laudabile est: iniurias autem dei dissimulare
nimis est impium. HIERO. Dicēs au
tem diabolus saluatori. Si cadens adoraue
ris me ecōtrario audit: ꝗ ipse magis adora-
re eum debeat quasi dominum: ⁊ deum suū.
AVGV. Contra sermo. arrianoꝝ. Vn-
de sequitur. Scriptum est enim: Dominum
deum tuuʒ adorabis: ⁊ illi soli seruies. Vnꝰ
dominus deus noster est ipsa trinitas cui so
li seruitutem pietatis iure debemus. AV-
GV. x. de ciuitate dei. Nomine autem ser
uitutis cultus deo debitus intelligit. latriam
quippe nostri vbicūqʒ sanctarum scriptura-
rum positum est interpretati sunt seruituteʒ.
sed ea seruitus que debetur hominibus: ꝑm
quā precepit apostolus seruos dominis suis
subditos esse debere: grece nūcupari solet du
lia: latria vero aut semꝑ aut tam frequenter
vt pene semꝑ ea seruitus dicit: que ꝑtinet ad
colendum deum. CHRY. super matthe.
Diabolus autem sicut rationabiliter intelligi
pōt nō quasi obediēs precepto recessit: sʒ di
uinitas christi ⁊ spūssanctus qui erat in eo ex
cussit inde diaboluʒ. vnde sequit. Tunc reliqt
eum diabolus. Quod ad nostram ꝓficit con
solationem: qꝛ nō tādiu hoīes dei diabolus
tentat ꝗ̄ʒdiu vult: sed ꝗ̄ʒdiu christus ꝑmittit.
Et si enim permittit eum paulisper tentare:
tamen repellit ꝓpter infirmam naturam.
AVGV. ix. de ciuitate dei. Post tenta-
tionem vero sancti angeli spiritibus immun
dis metuēdi quomodo ministrabant. ⁊ per
hoc magis magisqʒ innotescebat demonibꝰ
quantus esset. vnde sequitur. Et ecce angeli
accesserunt ⁊ ministrabant ei. CHRY. su
per matth. Non autem dixit: descēdētes an
geli. vt ostendat qꝛ semꝑ ad ministeriū eius
erant in terris: sed tunc precipiente domino
recesserūt ab eo: vt locus diabolo aduersus

chriſtus daretur: ne forte videns angelos circa eum nõ appropinquaret ad eum. In quibus autem rebus illi miniſtrabant ſcire non poſſumus: vtrum ad ſanationes infirmitatum: an ad correctiones animarum: an ad effugationem demonum: que omnia per angelos facit. vnde eis facientibus ipſe facere videtur: tamen manifeſtum eſt: ꝙ non ꝓpter neceſſitatem impotentie eius ei miniſtrabãt: ſꝫ ꝓpter honorẽ ꝑtãtis ipſius. non enim dicit ꝙ adiunerẽt eum: ſꝫ ꝙ miniſtrent. GREGO. in ho. Ex his autẽ vnius ꝑſone vtraꝫ natura oſtendit: q: ⁊ homo eſt quem diabolus tentat: ⁊ idẽ ipſe deꝰ eſt cui ab angelis miniſtratur. CHRY. ſuper mattheum. Tunc breuiter perſtringamus quid ſignificent chriſti tentationes. Ieiunium eſt abſtinẽtia rei male. eſuries eſt deſiderium eiꝰ. vſus eius eſt panis. Qui ergo peccatum ſibi conuertit ad vſuꝫ lapidem conuertit in panem. Reſpõdeat ergo diabolo perſuadenti: q: nõ in ſolo vſu illius rei viuit homo: ſed in obſeruãtia mandatoꝝ dei. Quando vero quis inflatus fuerit quaſi ſanctus: ductus eſt quaſi ſuper templum: ⁊ quãdo eſtimauerit ſe cõſiſtere in ſanctimonij ſummitate: poſitus ẽ ſupra pinnã tẽpli. Et hec tentatio ſequit primã. q: victoria tentationis gloriationẽ operat: ⁊ fit cauſa iactantie. ſed vide ꝙ chriſtus ieiunium vltro ſuſceperit. Super templum autem diabolus eum duxit: vt tu ad abſtinentiã laudabilem ſponte ꝓcedas. Extolli autẽ ad faſtigium ſanctitatis nõ acquieſcas: fuge exaltationẽ cordis: ⁊ nõ patieris ruinam. Aſcẽſio autẽ mõtis eſt ꝓceſſio ad altitudinẽ diuitiaꝝ ⁊ glorie huius mundi: que de ſupbia cordis deſcẽdit. Cum ergo volueris diues fieri: qḋ eſt aſcẽdere in mõtẽ: icipis cogitare de diuitijs ⁊ honoribus acquirẽdis: ⁊ tũc princeps mundi gloriam regni ſui tibi oſtendit. Tertio loco ꝓuidet tibi cauſas: vt ſi volueris illa cõſeq: ſeruias ei negligẽs iuſticiã dei. HILA. Victo autẽ a nobis calcatoq; diaboli capite: angeloꝝ miniſteria ⁊ virtutum i nos celeſtium officia non defutura oſtẽdit. AVGV. de con. euan. Lucas has tentationes non eodem ordine proſecutus eſt. vnde incertum eſt ꝙ prius factum ſit: vtrum regna terre prius demonſtrata ſint: ⁊ poſtea in pinnam templi leuatus ſit: an econuerſo: nihil tamen ad rem: dum omnia facta eẽ manifeſtum ſit. GLO. Sed quod dicit lucas magis videtur ſm hiſtoriam eſſe. Sed matthe9 has refert tentationes ſm hoc ꝙ in adam facte ſunt.

¶ Feria. ij. in. xl. Mathei. xxv. ca.



Um venerit filius hoĩs i maieſtate ſua ⁊ omnes angeli eius cũ eo: tunc ſedebit ſuper ſedẽ maieſtatis ſue ⁊ congregabũtur ante eũ omnes gentes ⁊ ſeparabit eos ab' inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidẽ a dextris: hedos autem a ſiniſtris. Tũc dicet his qui a dextris eius erũt. Uenite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutiõe mũdi. Eſuriui eñi ⁊ dediſtis mihi manducare: Sitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ operuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere eraꝫ ⁊ veniſtis ad me. Tũc Reſpõdebũt ei iuſti dicẽtes: Domine: quãdo te vidimus eſurientem ⁊ pauimus: ſitientẽ: ⁊ dedimꝰ tibi potum? Quãdo autẽ te vidimus hoſpitem ⁊ collegimus te: aut nudum ⁊ cooꝑuimus te? Aut quãdo te vidimꝰ infirmum: aut in carcere: ⁊ venimꝰ ad te? Et reſpondẽs rex dicet illis: Amẽ dico vobis q̃diu feciſtis vni de his fratribꝰ meis minimis: mihi feciſtis. Tũc dicem ⁊ his qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem eternũ qui paratꝰ ẽ diabolo ⁊ ãgelis eiꝰ. Eſuriui eñi ⁊ nõ dediſtis mihi mãducare. Sitiui: ⁊ nõ dediſtis mihi potũ. Ho

ſpes eram: ⁊ non collegiſtis me. Nu/
dus: ⁊ non operuiſtis me. Infirmus ⁊
in carcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc
reſpondebunt ei ⁊ ipſi dicentes: Do/
mine quando te vidimus eſurientem:
aut ſitientem: aut hoſpitem: aut nudū:
aut infirmum: aut in carcere: ⁊ non mi
niſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit
illis dicens: Amen dico vobis: q̄diu
non feciſtis vni de minoribus his: nec
mihi feciſtis.

RABA. Poſt parabolas de fine mūdi:
iam exequitur dominus modum futuri iudi
cij. CHRY. in ho. Eſt autem hec pars d
lectabiliſſima: quam continue in animo ver/
tentes cum ſtudio audiamus ⁊ omni compū
ctione: nam ⁊ ipſe chriſtus terribilius ⁊ luci
dius hunc pertractat ſermonem. Idcirco nō
dicit de cetero. Simile factum eſt regnum ce
lorum: ſed reuelate ſeipſu̅ oſtendit dicens.
Cum ve. fi. ho. in maieſtate ſua ⁊c̄. HIE/
RO. Poſt biduum quidem paſcha factu
rus ⁊ tradendus cruci ⁊ illudēdus ab homi
nibus: recte promittit gloria̅ triumphantis:
vt ſecutura ſcandala pollicitationis premio
compenſaret. Et notandum q̄ qui in maie/
ſtate cernēdus eſt. filius hominis ſit: AV
GV. ſuper ioannem. In forma enim hu
mana videbunt eum impij: videbunt ⁊ ad
dexteram poſiti. In iudicio. n. apparebit in
forma quam ex nobis accepit: ſed poſtea fu/
turum eſt vt videatur in forma dei: quam ſci
unt omnes fideles. REMI. Deſtruit au/
tem his verbis illoru̅ error qui dixerunt do
minum non i eade̅ forma ſerui manere: ma
ieſtatem autem appellat diuinitatē qua equa
lis eſt pr̄i ⁊ ſpirituiſancto. ORIGE. Vel
quia cū gloria huc reuertetur: vt corpus eius
ſit quale fuit cum transfiguratus fuit in mō
te. Sedes autem eius: aut quidam perfectio
res ſanctorum dicuntur: de quibus ſcriptu̅
eſt: Quonia̅ illic ſederunt ſedes in iudicio.
aut quedam virtutes angelice de quibus di
citur. Siue throni ſiue dominationes. AV
GV. xx. de ci. dei. Deſcendet. n. cu̅ ange
lis quos aduocabit de ſupernis locis ad faci
endum iudicium. Unde dicitur: Et omnes
angeli eius cum eo. CHRY. in ho. Om

nes. n. angeli cum ipſo aderunt teſtantes ⁊
ipſi q̄tum adminiſtrauerunt miſſi a domino
ad hominum ſalutem. AVGV. de peni/
tentia. Uel angelorum nomine ſignificauit
homines: qui cum chriſto iudicabunt. Ange
li. n. nuncij ſunt. Nuncios aute̅ rectiſſime
accipimus omnes qui ſalutem celeſtem ho/
minibus nunciauerunt. Sequitur. Et con/
gre. ante eum om. gen. REMI. His ver
bis vera hominis futura demōſtratur reſur
rectio. AVGV. xx. de ci. dei. Hec aute̅
congregatio per miniſterium angelicu̅ fiet:
quibus in pſalmo dicitur: Congregate illi
ſanctos eius. ORIGE. Uel non locali/
ter intelligamus q̄ ↄgregabuntur ante eum
omnes gentes: ſed q̄ iam non erunt diſper
ſe i dogmatibus falſis ⁊ multis de eo. Ma/
nifeſta. n. fiet diuinitas chriſti: vt non ſolu̅
nullus iuſtorum: ſed nec aliquis peccatorum
ignoret. Non. n. in aliquo loco apparebit fi
lius dei ⁊ in altero non apparebit: ſicut ipſe
ſm̄ cōparationē fulguris voluit demonſtra
re: q̄diu ergo iniq̄ nec ſe cognoſcūt nec xp̄m
vel iuſti p ſpeculū in enigmate vident: tādiu
non ſunt ſegregati boni a malis. Cū aūt pp
manifeſtationē filij dei oēs ad intellectū ve/
nerint ſuū: tunc ſaluator ſegregabit bonos a
malis. vnde ſequit̄: Et ſepa. eos abin. ſicut
pa. ſegre. oues ab hedis: q̄ ⁊ peccatores co/
gnoſcent ſua delicta: ⁊ iuſti manifeſte vide/
bunt ſemina iuſticie ſue ad qualē eos pduxe
rint finē. Oues aūt dicti ſunt q̄ ſaluant̄ pp
manſuetudinē qua̅ didicerunt ab eo q̄ dic̄.
Diſcite a me q̄ mitis ſū. ⁊ pp q̄d vſq̄ ad oc
ciſionē parati fuerūt veīre imitātes xp̄m: q̄
ſic ouis ad occiſionē duct9 ē. Hedi āt dn̄tur
mali: q̄ aſpera ⁊ dura ſaxa aſcēdūt: ⁊ p p̄cipi
tia eoꝝ incedūt. CHRY. in ho. Uel hos
vocat hedos: illos aūt oues: vt hoꝝ īfructuo
ſitatē oſtendat: nullus. n. ſit ab hedis fruct9.
Horum aūt vtilitatē: multus. n. eſt ouium
fructus: ⁊ a lana: ⁊ a lacte: ⁊ a fetib9 qui par
turiuntur. nomine autem ouis in ſcripturis
diuinis ſimplicitas ⁊ innocentia ſolet deſi/
gnari. Pulchre ergo i hoc loco per oues ele
cti deſignant̄. HIERO. Hedus aūt la/
ſciuum eſt aīal: ⁊ feruens ſemp ad coitu̅: ⁊
ſemp p peccatis offertur in lege: nec dicit ca
pras: q̄ poſſunt habere fetus: ⁊ tonſe egredi
unt̄ de lauacro. CHRY. in ho. Deinde

segregat eos etiā situ. Nā sequit: Et statuet oues quidē a dextris: hedos aūt a sinistris. ORIGE. Sci.n. qui dextera opa operati sunt acceperūt pro mercede suoꝝ dextere ꝝ dexterā regis in qua reges ꝛ gloria est. Mali vero ꝑpter opa sua pessima ꝛ sinistra ceciderunt in sinistrā.i. in tristiciā tormētorum. Sequit: Tūc di. rex eis q a dextris eiꝰ erūt: Venite: vt quicqd minus fuerat eis cū pfectus vniti fuerint christo: cōsequunt. Addit autē: Benedicti patris mei. vt eminētia benedictionis eoꝝ manifestet: qꝛ prius bndicti sunt a dño qui fecit celū ꝛ terrā. RABA. Vel vocant benedicti quibus pro bonis meritis debet eterna benedictio. Patris aūt sui dicit esse regnū: qꝛ ad eum refert ptātē regni a quo ipse rex est genitus. vnde per auctoritatem regiā qua ipse solus exaltabit in die il proferet iudicij sniaꝫ. vnde signanter dicit. Tunc dicet rex. CHRY. in ho. Non autē ꝙ nō dixit accipite: sed possidere siue hereditate: sicut familiaria bona: sicut paterna: sic vestra vobis antiquitus debita. vnde dicit: Para. vo. reg. a cōsti. mūdi. HIERO. Hec aūt iuxta prescientiā dei accipienda sūt: apud quē futura iam facta sunt. AVG. xx. de ci. dei. Excepto autē illo regno de quo in fine dicturus est: Possi. para. vo. reg. lꝫ longe impari modo: etiā presens ecclesia dr regnū eius in quo adhuc cum hoste confligitur: donec veniat ad illud pacatissimum regnum vbi sine hoste regnabit. AVG. de penitētia: Sed dicet aliqs regnare nolo: sufficit mihi saluū esse: in quo primū eos fallit: qꝛ eoꝝ nec salus est vlla quoꝝ iniqtas pseuerat; deinde si est aliqua dria inter regnātes ꝛ nō regnātes; oportet tamē vt in vno regno sint oēs: ne in hostium aut alioꝝ numero deputent: ꝛ ceteris regnantibus ipsi pereāt. Omnes enim romani: romanuꝫ regnū possidēt: qꝰuis nō oēs i eo regnēt. CHRY. in ho. Pro quibꝰ ergo sancti celestis regni bona acciriāt: manifestat cum subdit: Esuriui ꝛ dedistis mihi mādncare. REMI. Et notandū ꝙ in hoc loco sex opa misericordie a dño cōmemorant: que quicūqꝫ implere studuerit: regnū a cōstitutione mundi preparatum electis percipere merebit. RABA. Mystice autem qui esurientē ꝛ sitientē iusticiam pane verbi reficit: vel potu sapiētie refrigerat: ꝛ qui errantem per heresim vel per peccatum in domum matris ecclesie recipit: ꝛ qui infirmū in fide assumit: vere dilectionis obseruat iura. GREGO. xxv. moralium. Hi aūt quibus iudex veniēs in dexteram consistentium dicit: Esuriui. ꝛc. sunt q ex parte electoꝝ iudicant ꝛ regnant: qui vite maculas lachrymis tergunt: qui mala precedentia factis sequentibus redimentes qcqd illicitum aliquādo fecerant: ab oculis iudicis elemosynaꝝ superductione cooperiunt. Alij vero sunt q nō iudicātur ꝛ regnāt: q etiā precepta legis perfectionis virtute transcēdūt. ORIGE. Humilitatis ergo causa laudē beneficioꝝ suoꝝ indignos se proclamāt: nō obliti eoꝝ que fecerunt: Ipse aūt eis ostēdit suā cōpassionē in suis. vnde sequit. Tūc rn/debunt ei iusti. di. Dñe qñ te vidimus ꝛc. RABA. Hoc quidē dicunt nō diffidētes de verbis dñi: sed stupēt de tāta sublimatōe ꝛ de maiestatis sue magnitudine. Vel qꝛ videbitur eius paruum esse bonū quod egerāt ſm illud aplī: nō sunt cōdigne passiones huius tpis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Sequit: Et rñdēs rex di. eis. Amē di. vo. qꝫdiu fe. vni de fra. meis mihi fecistis. HIE. Libera quidē nobis erat intelligētia qꝫ in omni paupe christus esuriēs pasceret: sitiens potaret ꝛ sic de alijs. sed ex hoc ꝙ sequitur qꝫdiu fe. ꝛc. nō mihi videt generalr dixisse de pauperibus. sꝫ de his qui paupes spū sunt: ad quos extendens manuꝫ dixerat: fratres mei sunt qui faciunt voluntatem patris mei. RABA. Sed si fratres eius sunt, qre eos minimos vocat: ꝑpter hoc qꝛ sunt humiles: qꝛ paupes: qꝛ abiecti. Non aūt ꝑ hos monachos solum intelligit qui ad mōtes secesserunt: sed vnūquēqꝫ fidelem etiā si fuerit secularis ꝛ fuerit esuriens aut aliud huiusmodi vult misericordie ꝓcuratione potiri. Fratrem enim baptisma facit ꝛ ministerioꝝ cōmunicatio. Sequit: Tunc di. ꝛ his qui a sini. eius erūt: Disce. a me male. in ignē eternuꝫ. qui prepa. est dia. ꝛ ange. eius. ORIGE. Sicut iustis dixerat: venite: ita ꝛ iniustis dicit discedite. nam ꝓpinqui sunt verbo qui seruāt dei mādatū ꝛ vocant vt adhuc ꝓpinquiores efficiant. Longe aūt ab eo sunt ꝛ si videant ei assistere qui nō faciūt mādata ipsius: ꝓpter hoc audiūt. Discedite: vt qui mō vi

videntᷓ esse ante eum: postea nec videantur:
Cōsiderandū est aūt qm̄ in scis dictū est: bñ/
dicti patris mei. nō autez nūc dicitᷓ maledicti
patris mei. nā bñdictiōis quidē ministrator
est pater: maledictionis aūt vnusqsqȝ sibi est
actor: qui maledictione digna est operatus.
Qui aūt recedunt a iesu decidunt in ignem
eternum qui alterius est generis ab hoc igne
quem habemus in vsu. Nullus enī ignis in
ter hoies est eternus sed nec multi tpis. Et
cōsidera qm̄ regnū quidē non angelis prepa
ratum dicit. Ignē aūt eternū diabolo ꝛ ange
lis eius: qꝛ quantū ad se hoies nō ad perdi/
tionem creauit: peccantes autē coniungunt
se diabolo: vt sicut qui saluantᷓ: scis angelis
coequātur: sic qui pereūt diaboli angelis coe
quantur. AVGV. xxi. de ci. dei. Ex hoc
autē habetᷓ ꝙ idem ignis erit hominū suppli
cio attributus ꝛ demonum. si autē erit cor/
poralis tactu noxius: vt eo possint corpora
cruciari: quō in eo erit pena spirituum mali/
gnorum: nisi qꝛ sunt quedam demonibꝰ cor/
pora sicut quibusdam visum est ex isto aere
crasso atqȝ humido. Si autem aliquis nulla
habere demones corpora asserat. non est de
hac re contentiosa disputatione certandum.
Cur enim nō dicamus q̄uis miris tñ veris
modis etiā spūs incorporeos posse pena cor
poralis ignis affligi. Si spūs hominū etiam
ipsi pfecto icorporei ꝛ nūc potuerūt concludi
corporalibus mēbris: ꝛ tūc poterūt corporuz
suoꝝ vinculis insolubiliter alligari. Adhere
bunt ergo demones lȝ incorporei corporali/
bus ignibꝰ cruciādi: accipiētes ex ignibꝰ pe/
nam: nō dantes ignibꝰ vitam. Ignis aūt ille
corporeus erit: ꝛ cruciabit huiusmōi corpa cū
spiritibꝰ: demones aūt spūs sine corpibus.
ORIGE. Vel forsitan ignis ille talᷓ sub
stantia est vt inuisibilia cōburat: ipse inuisibi
lis cōstitutus: fm̄ ꝙ ait apls: Que videntᷓ tē
poralia sunt: que aūt non videntᷓ eterna. Ne
aūt mireris audiēs esse inuisibilē ignē ꝛ puni
entem: ꝛ cum videas iteriꝰ calorē corpibꝰ ac/
cidentē: ꝛ nō mediocriter cruciantē. Sequitᷓ
Esuriui. n. ꝛ nō de. mi. mā. scriptū est ad fi
deles: Vos estis corpꝰ christi. sicut ḡ aia ha/
bitans in corpe cū nō esuriat quātum ad suā
substātiā spūalē: esurit tñ corpis cibū: qꝛ co/
pulata est corpi suo: sic ꝛ saluator patitᷓ q̄ pa
titᷓ corpꝰ eius ecclesia: cum sit ipse impassibi
lis. Et hoc cōsiderā: qꝛ loquēns ad iustos p
singulas spēs eoꝝ bñficia dinumerat. Ad
iniustos aūt prescindēs narrationē adunauit
vtrūqȝ dicēs. Infir. fui. ꝛ icar. ꝛ nō visi. me:
qm̄ misericordis iudicis erat bñfacta qdē ho
minum largius predicare ꝛ āpliare: malefcā
aūt eoꝝ trāsitorie memorari ꝛ abbreuiare.
CHRY. in ho. Intuere aūt qꝛ nō in vno
tm̄ vel duobꝰ sȝ in oibus misericordiā deser
uerunt: nō eni esurientē solū nō cibauerunt:
sȝ necȝ qd̄ leuius erat infirmū visitauerunt.
Et vide qualr̄ leuia iniūgit: nō eni dixit: In
carcere erā ꝛ nō eripuistis me. Infirmus: ꝛ
nō curastis me: sȝ nō visitastis: ꝛ nō vēistis
ad me. In esuriēdo etiā non preciosam petit
mēsam: sȝ necessariū cibū. Oia ḡ sufficiētia
sunt ad penā: pmo qdē facilitas petitōis: pa
nis eni erat. scdo miseria eiꝰ qui petebat: pau
per eni erat. tertio cōpassio nature: hō enim
erat. q̄rto desideriū pmissionis: regnū eni p
misit. q̄nto dignitas eiꝰ q accipiebat. deꝰ. n.
erat qui per paupes accipiebat. sexto supabū
dantia honoris: qm̄ dignatus est ab hoibus
accipe. septimo iusticia dationis: ex suis eniȝ
a nobis accipit: sȝ cōtra vniuersa hec hoies p
auariciā excecantᷓ. GREGO. xxv. mora.
Isti aūt qbꝰ hoc dr̄: sunt mali fideles qui iudi
cantᷓ ꝛ pereunt: alij vero. s. ifideles nō iudi/
cantᷓ ꝛ pereūt: Nō. n. eoꝝ tūc cā discutitᷓ qui
ad cōspectū districti iudicis iam cū dānatiōe
sue infidelitatis accedūt: pfessionē vo fidei
retinētes: sȝ pfessiōis opa nō hñtes redargui
tur vt peāt. Isti eni saltē vba iudicis audiūt:
qꝛ eiꝰ fidei saltē vba tenuerūt. Illi in dāna/
tione sua eterni iudicis nec vba pcipiunt: qꝛ
eiꝰ reuerentiā nec vbotenus seruare volue/
runt: nā ꝛ pnceps terrenā rēpu. regēs: aliter
punit ciuē iteriꝰ delinquētē: atqȝ alr̄ hostē ex
terius rebellantē: in illo. n. iura sua cōsulit:
cōtra hostē vo bellū mouet: ꝛ de pena eiꝰ qd̄
lex hēat nō reqrit. CHRY. i ho. Verbis
āt iudicis redarguti: cū māsuetudine loquitᷓ.
Sequitᷓ. n. Tūc rñ. ei ꝛ ipsi di. Dñe qñ te vi
dimꝰ ꝛc. ORIGE. Cōsidera ꝙ iusti imo
rantᷓ in vno quoqȝ vbo: iniusti aūt non ita p
singula sȝ cursim dicūt: qm̄ ppriū est iustoꝝ
bñfacta sua relata sibi in facie diligēter ꝛ per
singula refutare cā humilitatis: maloꝝ autez
hominū ē culpas suas excusatōis cā aut nul
las esse ostēdere: aut leues ꝛ paucas: sȝ ꝛ rñ/

sio xp̄i hoc ip̄sū significat. vñ sequit̄: Tūc rñ. il.
di. Amē di. vo. Volens eni iustoꝝ bñfacta
ostēdere grādia: petōꝝ aūt cl̄p̄as nō grādes.
ad iustos qdē dicit: Ex eo qđ fecistis vni ex
minimis meis fratribus. ad iniustos aūt nō
adiecit fratrib⁹. reuera. n. frēs ei⁹ sunt q pfe
cti sunt. Grati⁹ est aūt apud deū opus bonū
qđ fit in sanctioribus q̄ in minus scīs: ⁊ le/
uior culpa est negligere minus scōs q̄ san/
ctiores. AVGV. xx. de ci. dei. Nūc aūt de
nouissimo iudicio agit̄ qñ christus de celo vē
turus est: viuos ⁊ mortuos iudicaturus: hoc
diuini iudic ij vltimū hunc diē dicim⁹. i. no/
uissimū tp̄s. nā per quot dies istud iudicium
ꝓtendat̄ icertū est: sed scripturaꝝ scāꝝ mo/
re dies poni solet pro tp̄e. Ideo aūt dicimus
vltimū iudiciū vel nouissimū: q2 ⁊ nūc iudi/
cat: ⁊ ab humani generis initio iudicauit: a li
gno vite separās p̄mos hoies ⁊ angelis pec
cantibus nō pcens. In illo aūt finali iudicio
fit̄ ⁊ hoies ⁊ angeli iudicabunt̄: fiet. n. virtu
te diuina. vt cuiqꝫ op̄a sua vel bona vel ma/
la cūcta in memoriā reuocent̄: ⁊ mētis ituitu
mira celeritate cernant̄: vt accuset vl̄ excuset
scientia conscientiam.

¶ Et ibunt hi in supplicium eternū:
iusti autem in vitam eternam.

AVG. de fide ⁊ op̄ibus: Nōnulli seip̄os
seducūt dicētes ignē eternū nō dictum ip saꝫ
penā eternā. Hoc ꝓuidēs dñs sniam suam
ita cōclusit dicēs. Et ibūt hi in sup. eter. iusti
vero in vi. eter. ORIGE. Attēde qm̄ cū
p̄us dixisset. Venite bñdicti. deīde: Discedi
te maledicti. ꝓpiea q꜡ ꝓprīū boni dei ē p̄mū
recordari bñfacta bonoꝝ q̄ malefacta malo/
rum. hic p̄us noiat penā maloꝝ: deinde vi/
tam bonoꝝ: vt p̄mū que timoris sunt euite/
mus mala: postea que honoris sunt appeta/
mus bona. GREGO. xv. mo. Si ꝗ tan
ta pena mulctat̄ qui nō dedisse cōuincit̄ qua
pena feriēdus est q redarguit̄ abstulisse alie/
na: AVGV. xix. de ci. dei: Est aūt vita eī
na summū bonū nostruꝫ ⁊ finis ciuitatis dei
de quo fine dicit apl̄s: Finē vero vitā eīnā.
Sed rursus q2 vita eīna ab his q familiari/
tatem nō hñt cū scripturis scīs pōt accipi ēt i
vita maloꝝ ꝓpt aīe imortalitatē: vel ꝓpt īter
minabiles penas ip̄oꝝ ꝓfecto finis ciuitatis
hui⁹ in quo summū habebit̄ bonū: vl̄ pax in vi
ta eīna vl̄ vita eīna in pace dicēdus est vt ab

hominibus possit intelligi. AVGV. ij. de
tri. Quod eni dixit dñs famulo suo moysi:
Ego sum qui sum. hoc cōtēplabimus cū vi/
uemus in eternū. Ita enim dñs ait: Hec ē
vita eīna: vt cognoscāt te veꝝ deū. Hec eni
nobis cōtemplatio ꝓmittit̄ actionū omniū fi/
nis: atqꝫ eterna pfectio gaudioꝝ de qua di/
cit ioānes. Videbimus eū sicuti est. HIE/
RO. Prudēs autē lector intende q꜡ ⁊ sup
plicia eterna sunt: ⁊ vita ꝑpetua metū dein/
ceps non habeat ruinarum. GREGO.
xxxiij. mo. At inquiūt iō peccātibus mīatus
est vt eos a peccatis cōpesceret. qb⁹ rñdem⁹ si
falsa minatus est vt ab iniusticiā corrigeret:
etiā falsa ꝓmiserat vt ad iusticiā ꝓuocaret. ⁊
sic dum satagūt deū phibere misericordē: nō
verent̄ predicare fallacem. at inquiunt sine fi
ne puniri non debet culpa cum fine. quibus
respōdemus q꜡ recte diceret: si iudex iustus
non corda hominum: sed facta pensaret. Ad
districti ergo iudicis iusticiā ꝑtinet: vt nū/
quā careant supplicio quorum mens in hac
vita nunq̄ꝫ voluit carere petō. AVGV.
i. de ci. dei. Nullius etiam legis iusticia attē
dit: vt tanta mora tp̄is quisqꝫ puniat̄: quāta
mora tp̄is vnde puniret̄ admisit. Null⁹. n.
extitit qui censeret tam cito nocentiū finiēda
tormēta: q̄ cito factū est homicidiū vl̄ adulte
rium. Qui vero pro aliquo grandi crimine
morte mulctat̄ nunquid morā qua occidit̄ ei⁹
supplicium leges existimant: ⁊ non q꜡ eum
in sempiternum auferant a societate viuen/
tium: Jam vero damnuꝫ ignominia: exiliū:
seruitus: cū plerūqꝫ sic infligunt̄ vt nulla ve
nia relaxent̄: nōne pro hui⁹ vite mō sil'ia pe/
nis videntur eternis: Ideo quippe eterna
esse nō possunt: q2 nec ip̄sa vita que his ple/
ctitur porrigit̄ in eternū. Sꝫ inquiūt. Quō ꝗ
veꝝ est qđ ait christus. In qua mēsura mēsi
fueritis remetiet̄ vobis si tp̄ale petm̄ suppli
cio pūit̄ eterno: nec attēdūt nō ꝓpt eq̄le tp̄is
spaciū: sꝫ ꝑp vicissitudinē mali. i. vt qui ma
la fecerit mala patiat̄ eādē dictā mēsurā fuis
se. Factus est aūt hō malo dign⁹ eīno: q hoc
in se peremit bonū qđ esse posset in eternuꝫ.
GREGO. xx. mo. At inquit: Null⁹ iu/
stus crudelitatib⁹ pascit̄: ⁊ delinquēs seru⁹ a
iusto dñō icirco cedi precipit̄: vt a neqtia cor
rigatur. Iniq aūt gehēne ignib⁹ traditi: quo
fine semꝑ ardebūt: Quib⁹ rñdem⁹ q꜡ omni/

potens deus qr pius est miseroꝝ cruciatu n̄
pascit: qr aūt iustus est: ab iniquoꝝ vltione n̄
sedat: ⁊ tn̄ ad aliqd iniqui semp concremen/
tur: vt. s. iusti tāto in eternum magis diuine
gratie debitores se esse cognoscāt: q̄zto i eter
num mala puniri cōspiciunt: que eius adiuto
rio vitare potuerūt. AVGV. xxi. li. de ci.
dei. Sed nullum est iquiūt corpus quod do
lere possit: non non possit. Necesse est autē
vt viuat dolēs: nō est necesse vt occidat do/
lor: quia nec corpora ista mortalia omnis do
lor occidit. Et vt dolor aliquis possit occide/
re illa causa est: qm̄ sic cōnexa est aīa huic cor
pori: vt summis doloribus cedat atqȝ disce/
dat: tunc autem tali corpori aīa ⁊ eo connecti
tur modo vt illud vinculuȝ nullo dolore vin
catur. nō ergo tūc nulla: sȝ sempiterna mors
erit: quando nec viuere anima poterit deum
non habendo: nec doloribus corporis care/
re moriendo. Inter huiusmodi autem eterni
tateȝ supplicij negantes: misericordior fuit.
Origenes qui ⁊ ipsum diabolum ⁊ angelos
eius post grauiora ꝓ meritis ⁊ diuturna sup
plicia ex illis cruciatibus eruendos ⁊ socian
dos sanctis angelis credidit. Sed illum ⁊ ꝓ
pter h̄ ⁊ propter alia nōnulla non immerito
reprobauit ecclesia: qr ⁊ hoc qꝫ misericors vi
debatur amisit faciēdo veras misericordias
quibus penas luerēt: ⁊ falsas beatitudines ī
quibus securum ⁊ sempiternum boni gau/
dium non haberent. Longe aūt aliter aliorū
misericordia ab humano erat affectu qui ho/
minuȝ illo iudicio damnatoꝝ misericordias
tpales. hoium vero qui vel citius vel tardi⁹
liberantur eternā felicitatē putāt. Cur auteȝ
hec misericordia ad vniuersam naturam ma
nat humanam: ⁊ cū ad angelicam ventū fue
rit: mox arescit. GREGO. xxxij. mora.
At inquiunt: Vbi est qꝫ sancti sunt: si ꝓ ini
micis suis quos tūc ardere viderint: nō ora/
bunt? Orant quidem pro inimicis suis eo tē
pore quo p̄fit ad fructuosam penitentiam eo
rum corda ꝯuertere: quomodo aūt ergo tunc
orabitur pro illis qui iaȝ nullatenus possunt
ab iniquitate cōmutari? AVGV. xxi. de
ci. dei. Item sunt alij ab eterno supplicio li/
berationeȝ non oibus hoibus promittētes:
sed tm̄modo xpi baptismate ablutis: qui par
ticipes sunt corporis eius q̄uolibet vixerint:
pp illud qḋ ait ꝺn̄s. Siquis mādu͂cauerit ex
hoc pane: nō morietur in eternū. Item sunt
q non oibus habētibus xpi sacramētum nō
solū catholicis q̄zuis male viuētibus hoc pol
licent: q non solū sacramento sed reipsa. mā
ducauerunt corpus xpi: i corpore eius qḋ est
ecclesia ꝯstituti: ēt si postea in aliquam here/
sim vel in gētilium idolatriam fuerint lapsi.
Sunt āt q pp id qḋ scriptum est: Qui perse
uerauerit vsqȝ i finem hic saluus erit: nō nisi
ī catholica ecclesia perseuerātibus hoc ꝓmit
tunt: qꝫ merito fundamēti. i. fidei p igně sal/
uent: quo igne ī vltimo iudicio puniet̄ ma/
li: Sed oibus his ꝯdicit apostolus dicens:
Manifesta sunt opera carnis que sunt imū
dicia: fornicatō: ⁊ his similia q̄ p̄dico vobis:
qm̄ q talia agunt regnū dei non possidebūt.
Siqs aūt tpalia in corde suo p̄ponit xpo: ⁊ si
videatur habere fidē xpi: nō est tm̄ in eo fun
damētuȝ xps cui alia preponunt̄: q̄ztomagis
si cōmittat illicita: nō preposuisse sed postpo
suisse xpm ꝯuincitur. Cōperi ēt quosdā pu/
tare eos solum arsuros illius eternitate sup/
plicij: qui ꝓ peccatis dignas elemosynas fa
cere negligūt: ideo iudicē ipm noluisse exist
māt cōmemorare aliud se esse dicturum nisi
elemosynas siue factas siue nō factas. Sed
qui digne ꝓ peccatis suis elemosynas facit:
prius eas facere icipit a seipso: idignuȝ ē. n.
vt ipse sibi nō faciat qui facit ī proximum cū
audiat dicētem deum: Diliges proximuȝ tu
um sicut te ipsum. Itemqȝ audiat: Miserere
aie tue placens deo. Hāc elemosynam. i. vt
deo placeat nō faciēs aie sue qūo dignas ꝓ
peccatis suis facere elemosynas dicēdus ē?
Propter hoc ergo elemosyne faciēde sunt:
vt cū de preteritis peccatis deprecāmur exau/
diamur: nō vt i eis perseuerātes licētiā ma/
le faciēdi nos per elemosynas cōparare cre/
damus. Ideo aūt ꝺn̄s a dextris elemosynas
ab eis factas i sinistris nō factas se iputatu/
rum esse predixit: vt hinc ostēderet q̄ztū va/
lent elemosyne ad priora delenda: nō ad per
petua ipūe cōmittēda peccata. ORIGE.
Vel nō vnius tm̄ iusticie spēs remuneratur
sicut existimāt multi. In qualibu͂scūqȝ. n. cau
sis mādatū xpi qs fecerit: xpm cibat ⁊ potat
q fidelaū iusticiā ⁊ veritatē māducat ⁊ bibit.
Itē xpo algēti teximus vestimētū accipiētes
sapiētie texturā: adeo vt p doctrinā aliquos
doceamus ⁊ iduamus eos viscere misericor

dic. Qñ ꝛ ꝑparamus coꝛ nostꝝ diuersis virtutibus ad receptaculũ eius vel illoꝝ q̃ sunt ipsius: ipsum pegrinãtē suscipimus i domũ peccatoris nři. Itē cũ fratrē ĩfirmũ siue i fide siue i bono ope visitauerimus: aut ꝑ doctrinã aut ꝑ icrepationē: aut ꝑ ↄsolationē ipsuꝫ xp̃m visitamus. Deinde oē qđ hic ē: carcer est xp̄i ꝛ coꝝ q sunt eius q sunt ĩ hoc mũdo degētes: quasi ēt i carcere nature necessitate ↄstricti. Cum ergo bonum opus in eis fecerimus: visitamus eos in carcere ꝛ christum in eis.

¶ Feria. iij. in. xl. Mathei. xxi. cap.



Um intrasset hierosolymam: cõmota ē vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autē dicebant: Hic est iesus ꝓpheta a nazaret galilee. Et ĩtrauit i tēplũ dei: ꝛ eijciebat oēs vēdētes ꝛ emētes i tēplo: ꝛ mēsas nũmulariorum ꝛ cathedras vēdētiuꝫ colũbas euertit. ꝛ dicit eis: Scriptũ ē: domus mea dom⁹ orõnis vocabitur: vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Et accesserũt ad euꝫ ceci ꝛ claudi i tēplo: ꝛ sanauit eos. Uidētes aũt pricipes sacerdotuꝫ ꝛ scribe mirabilia que fecit: ꝛ pueros clamãtes in tēplo ꝛ dicētes: osanna filio dauid: idignati sunt ꝛ dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus aũt dixit eis: Utiqꝫ Nunq̃ legistis: quia ex ore infantium ꝛ lactentum perfecisti laudem?

HIERO. Introeũte iesu cum turba tota hierosolymoꝝ ciuitas cõmouet: mirãs frequētiã: nesciēs veritatē. vñ dr̄. cũ ĩtras. hierosol. commo. est vni. ciui. di. Quis est hic? CHRY. sup matth. Merito aũt cõmouebant vidētes rē mirabilē: hõ laudabat q̃si deus: sꝫ de⁹ laudabat ĩ hoie. Puto aũt ꝙ nec ipsi q laudabãt sciebãt qđ laudabant: sꝫ spũs subito igressus i eos veritatis ũba fũdebat ORIGE. Sꝫ ꝛ qñ itrauit iesus hierosolymã veterani admirantes virtutes celestes dicebãt: Quis ē iste rex glie? HIERO. Alijs aũt vel ambigētibus vel iterrogantibus nisi plebecula ↄfitetur. vnde sequit: Populi aũt dicebãt: Hic ē iesus propheta a nazareth galilee. A minoribus incipiunt vt ad maiora ꝑueniant. prophetam. n. dicũt quē moyses sui similem dixerat esse venturum. A nazareth autem galilee: quia ibi educatus fuerat: vt flos campi nutriretur in flore virtutum. RABA. Notãdum aũt ꝙ hic ĩtroitus eius in hierusalem fuit ante quinqꝫ dies pasche. Narrat. n. ioãnes ꝙ aũ sex dies pasche venerit ĩ bethaniam ꝛ in crastinum asino sedēs: venerit i hierusalem. vbi notãda ē ↄcordia nõ solum i rebus sed etiam ĩ temporibus veteris ꝛ noui testamēti. Decima eniꝫ die mēsis primi agnus qui i pascha immolaretur: domuꝫ ĩtroduci iussus est: qꝛ ꝛ dñs decima die eiusdem mēsis: hoc est ante quinqꝫ dies pasche ciuitatem: i qua pateret: erat ĩgressurus. Sequitur: Et ĩtrauit iesus i templũ dei. CHRY. super matth. Hoc erat proprium boni filij vt ad domuꝫ curreret patris ꝛ illi honoreꝫ redderet: ꝛ tu imitator christi factus cum igressus fueris i aliquam ciuitatem primo ad ecclesiam curras. hoc etiam erat boni medici: vt ingressus ad ĩfirmam ciuitatem saluãdam: primum ad originem passionis itēderet: naꝫ sicut de templo omne bonum egreditur: ita de templo oē malum ꝓcedit. si. n. sacerdotiũ itegrũ fuerit: tota ecclesia floret: si auteꝫ corruptũ fuerit tota fides marcida est. sicut. n. cum videris arborem pallētibus folijs: itelligis qꝛ vitiũ hꝫ in radice: sic cum videris populum idisciplinatũ: sine dubio cognosce qꝛ sacerdotium eius nõ ē sanũ. Sequitur: Et eijciebat oēs vēdētes ꝛ emētes. HIERO. Sciēdum quidem est ꝙ iuxta mãdata legis i venerabili toto orbe templo domini: ꝛ de cũctis pene regionibus iudeorum illuc populo ↄfluēte: ĩnumerabiles immolabãtur hostie maxime festis diebus: taurorum: arietum: hircorum: pauperibus ne absqꝫ sacrificio essent ꝑullos columbaruꝫ ꝛ turtures offerētibus. Accidebat autem vt qui de longe venerãt victimas nõ haberēt: excogitauerũt igit sacerdotes quõ predã d populo facerēt: ꝛ oia aialia qb⁹ op⁹ erat ad sacrificia vēdebãt: ꝛ vt vēderēt nõ habētib⁹:

⁊ vt ipsi rursus empta susciperent. hāc ergo strophā. i. fraudē se in diuersa vertētem crebro veniētium inopia dissipabat: qui idigebāt sumptibus: ⁊ nō solum hostias nō habebāt: sed nec vnde emerēt. Posuerunt itaqꝫ nummularios qui mutuam sub cautiōe darent pecuniam: sed quia erat lege preceptum vt nemo vsuras acciperet: ⁊ prodesse nō poterat pecūia fenerata que commodi nihil haberet: ⁊ interdum perderet: sortem excogitauerunt ⁊ aliam thecbuyn. i. artem vt pro nūmularijs collibistas facerent huius verbi ꝓprietatem latina lingua non exprimit. Colliba apud illos que nos appellamus tragemata vel vilia munuscula: verbi gratia frixi ciceris vuarūqꝫ passarum: ⁊ poma diuersi generis. Igitur quia vsuras accipere nō poterant: collibiste pro vsuris accipiebāt varias species: vt que in nummo nō licebāt: in his rebus exigerēt que nūmis coemuntur: quasi nō hoc ipsum ezechiel predicauerit dicens: Vsuram ⁊ superabundantiam non accipietis. Huiusmodi dominus cernēs i domo patris negociationem seu latrocinium ardore spiritus ꝯcitatus tātam hominum multitudinē eiecit de templo. ORIGE. In quo nō debent vēdere ⁊ emere: sed orationibus tm̄ vacare: qui ꝯgregātur quasi i domo orationis. vñ sequit: ⁊ dicit eis. Scriptū est. s. i esaia: Domus mea dom⁹ oṫonis vocabitur. AVGV. in regula. Nemo ergo i oratorio aliqd agat nisi ad qđ factū ē. vñ ⁊ nomen accepit. Sequit: Vos autem fecistis illā speluncam latronum. HIERO. Latro eniz est ⁊ templum dei i latronum ꝯuertit speluncam qui lucra de religiōe sectaṫ: Mihi aūt inter omnia signa que fecit dñs: hoc videṫ esse mirabilius ꝙ vnus homo: i illo tp̄e ꝯtēptibilis: i tm̄ vt postea crucifigereṫ: scribis ⁊ pharīseis ꝯtra se seuiētibus ⁊ vidētib⁹ lucra sua destrui potuerit ad vnius flagelli verbera tātam eijcere multitudinem. Igneum enim qddam atqꝫ sidereum radiabat ex oculis eius: ⁊ diuinitatis maiestas lucebat i facie. AVGV. de cō. euā. Manifestum aūt est hoc nō semel: sed iterum a dño esse factū: sꝫ ꝑmū cōmemoratū ē a ioāne: hoc aūt vltimū a ceteris tribus. CHRY. in ho. In quo maior ē accusatio iudeorum quoniam cum bis hoc idē fecisset morabantur tamen in sua dementia.

ORIGE. Mystice aūt templum dei est ecclesia xpi. Sunt aūt multi i ea non sicut decet viuētes spiritaliter: sed ꝺm carnem militant: q domū oṫonis de lapidibus viuis cōstructam faciūt speluncam esse latronuꝫ actib⁹ suis. Si aūt oꝫ tres species eiectas a templo cautius exponere: possum⁹ dicere: Quicūqꝫ i populo xp̄iano ad nihil aliud vacāt nisi circa emptiōes ⁊ vēditiōes: rarius autem i orationibus permanēt vel i alijs actibus rectis: ipsi sunt: vēdētes ⁊ emētes i tēplo dei. Diaconi qui nō bene tractāt ecclesiarum pecunias: ⁊ diuites fiunt de rebus pauperum: ipsi sunt nummularij pecuniarum mēsas habētes quas christus euertit. ꝙ autem mensis ecclesiasticarum pecuniarum diaconi presint: docemur in actibus apostolorum. Episcopi auteꝫ qui tradūt ecclesias quibus nō oportet ipsi sunt qui vēdūt columbas. i. gratiā spiritussancti: quoruꝫ cathedras christus euertit. HYLA. Iuxta simplicem. n. itelligētiam columbe nō erāt i cathedris: sed i caueis: nisi forte columbarum institutores sedebant in cathedris: quod absurdum est: quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicaṫ: que ad nihilum redigitur cuꝫ mixta fuerit lucris. Obserua etiā ꝓpter auaritiā sacerdotū altaria dei nūmulariorum mēsas appellari. Quod aūt de ecclesijs diximus: vnusqsqꝫ ꝺ se itelligat. dicit eni apostolus: Vos estis tēplum dei: nō fit ergo i domo pectoris vestri negociatio: nō donoꝝ cupiditas: ne igrediaṫ iesus iratus ⁊ rigidus ⁊ nō alr̄ mūdet tēpluꝫ suū: nisi flagello adhibito: vt de spelunca latronū domuꝫ faciat orationis. ORIGE. Vel i secūdo aduētu eijciet vel euertet quos iueniet i templo dei idignos. CHRY. super matth. Ideo et nūmularioꝝ mēsas euertit: qđ significat ꝙ i templo dei nō debēt esse nummi nisi spirituales qui dei habēt imaginem: nō qui portāt imaginē terreni. Cathedras vēdētiū columbas euertit: loquēs ipso facto qd faciūt i tēplo multe colūbe venales: ex quo vna columba gratuita descēdit i templū corporis mei. Qđ aūt turbe ꝟbis clamauerūt: dñs factis ostēdit: vnde sequitur: Et acces. ad euꝫ ce. ⁊ clau. i tē. ⁊ sa. eos. ORIGE. In templo eniꝫ dei. i. i ecclesia nō sunt omnes videntes neqꝫ recte ambulantes: sed qui ex eis itelligūt: quia nullus est opus nisi

xpi: vt sanētur: accedētes ad verbū dei sanā tur. REMI. Qđ aūt ī tēplo sanātur: significat q̄ hoīes nō nisi in eccl'ia sanari pñt: cui data est potestas ligādi atq̄ soluēdi. HIERO. Nisi aūt mēsas nūmulariorū subuertisset: cathedrasq̄ colūbas vēdētiū: ceci ꝛ claudi lucē pstinā ꝛ ꝯsuetum gradū ī tēplo nō meruissent recipere. CHRY. in ho. Principes aūt sacerdotū neq̄ ita psuadebant: sꝫ ex reliquis miraculis ꝛ ex pconijs puerorū eū extollentibus idignabantur. vñ sequit: Vi. aūt prin. facer. HIERO. Cum. n. manū nō audeant ī eū iniicere sacerdotes: tñ opera calumniātur ꝛ testimoniū populi atq̄ puerorum qui clamabāt: O sana filio dauid benedictus q̄ venit ī noīe dñi. q̄ videlicet hoc nō dr̄ nisi soli filio dei. Videāt ergo ep̄i ꝛ q̄libet sancti hoīes cū quāto periculo dici sibi ista patiātur: si vero dño cui hoc dicebatur: q̄r nōdum solida erat credentium fides pro crimine ipigitur. CHRY. sup matth. Sicut aūt colūna si modicū obliquata fuerit accepto pondere amplius vadit in latus: sic ꝛ cor hoīs cum peruersū fuerit: si alicuius viri iusti opera videat vel audiat nō ꝯfirmatur sed magis ad inuidiam ꝯcitatur. Hoc modo sacerdotes ꝯcitati sunt contra christum dicentes: Audis quid isti dicūt? HIERO. Sꝫ christi responsio moderata fuit. Non dixit quod scribe audire cupiebant: bene faciunt pueri: vt mihi testimonium perhibeant: nec rursum: errāt: pueri sunt: debetis etati ignoscere: sed profert exemplum de octauo psalmo: vt tacēte dño testimonium scripturarum puerorum dicta firmaret. vnde sequitur: Jesus aūt dicit eis: Vtiq̄: Nun q̄ legistis ꝛc. CHRY. super mat. Tanq̄ si dicat: Esto mea culpa est: quia isti clamāt: Nūquid mea culpa est: quia ante tot milia ānorum hoc futurum propheta predixit. Infantes autem ꝛ lactētes nec ītelligere aliquem: nec laudare pñt. Dīt ergo īfantes ñ etate: sꝫ simplicitate cordis: lactētes āt qm̄ q̄si lactis suauitate: ita mirabilium delectatione excitati clamabant. Lac. n. dicitur opus miraculorum: quia miracula nullum laborem videntibus ponunt: sed videntes admiratione delectant: ꝛ ad fidem molliter inuitant. Panis autem est doctrina pfecte iusticie quā accipere nō possunt nisi exercitati sensus circa res spirituales.

CHRY. in ho. Hoc autem ꝛ typus gētium erat ꝛ apostolis nō parua ꝯsolatio: vt. n. non angustiarentur qualiter idiote existētes possent predicare: preuenientes pueri eorū eiecerūt timorem: qm̄ scilicet dabit eis sermonem qui hos fecit laudem cantare. Hoc etiam miraculum significat q̄ christus conditor erat nature: quia pueri significatiua loquebātur ꝛ prophetis consona: viri autem insipientia ꝛ insania plena.

¶ Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in bethaniam: ibiq̄ mansit ꝛ docebat eos de regno dei.

CHRY. super matth. Malum hominē melius locū dādo pōt aliqs vincere q̄ rñdēdo: quia malicia non instruitur sermonibus: sed excitatur: ꝛ ideo dñs recedēdo cōpescere studuit: quos rñdēdo nō compescuit. vnde dicitur: Et relic. il. abi. fo. extra ciui. ī betha. HIERO. Hinc autem intelligēdū est q̄ dñs tāte fuerit paupertatis ꝛ ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima nullum hospitē: nullam inuenerit mansionem: sed ī vico paruulo apud lazarū sororesq̄ eius habitaret. eorum quippe viculus bethania est. vnde seq̄tur: Ibiq̄ mansit. CHRY. super matth. Vt. s. ibi maneret corporaliter vbi sp̄ualiter repausabat. nā sanctorū virorum ē q̄ nō gaudēt vbi epule large sunt: sꝫ vbi sanctitas floret. HIERO. Discussis aūt noctis tenebris: cū ī ciuitatem reuerteretur dñs esurijt.

¶ Feria. iiij. ī. xl. Mathei. xij. cap.



Tunc respōderūt qdā de scribis ꝛ phariseis dicentes. Magister volum⁹ a te signum videre. Qui respōdēs ait illis: Generatio mala ꝛ adultera signū querit: ꝛ signū nō dabitur ei nisi signū ione pphete. Sicut eni fuit ionas ī vētre ceti tribus diebus ꝛ tribus noctibus: sic erit filius hominis ī corde terre tribus diebus ꝛ tribus noctibus.

CHRY. Quia dñs superius multotiens verbis inuerecũdã phariseoꝝ obstruxerat linguam: rursus ad opa veniunt: qđ admirans euãgelista dicit: Tũc rñderunt ei quidam de scribis ꝛ phariseis dicẽtes: Magister volumus a te signũ videre. Tũc.s.cũ flecti oporte bat: cum admirari: cũ obstupescere: sed tunc a malicia nõ desistũt. Dicunt enim volumꝰ a te signum videre: vt eum capiant. HIERO. Sic signa postulant: quasi que viderant: signa nõ fuerint: sed in alio euãgelista quid petãt pleniꝰ explicatꝰ: Volumus a te signum videre de celo: vel in morẽ helie ignẽ de sublimi venire cupiebãt: vel similitudinẽ samuelis tpe estiuo contra naturã loci mugire tonitrua: coruscare fulgura: imbres ruere: q̃si nõ possint ꝛ illa calumniari ꝛ dicere ex occultis ꝛ varijs aeris passionibus accidisse: nam qui calumniaris ea que oculis vides: manu tenes: vtilitate sentis quid facturꝰ ẽs in his que de celo veniunt: vtiqꝫ rñdebis ꝛ magos in egypto multa signa fecisse de celo. CHRY. Verba aũt eorum adulatione ꝛ ironia sunt plena: ꝛ prius quidem cõuitiabãtur demoniacum eum dicẽtes: nunc autem adulanꝰ: vocantes eum magistrum: ppter hoc ꝛ dñs eos vehemẽter arguit vnde sequitur: Qui respondẽs ait illis: Generatio mala ꝛ adultera signũ querit. Et quidẽ cum ei cõuitiabanꝰ: mansuete eis respondebat: cum aũt adulabanꝰ: cõuitiose: demonstrãs ꝙ vtraqꝫ passione erat superior: ꝛ neqꝫ cõuitijs in irã deducitur: neqꝫ ab adulatione mollitꝰ. Quod autem dicit tale est. Quid mirum si hoc ĩ me facitis: qui ignotus sum vobis: Cum in patrem cuius tantã accepistis experientiaꝫ hoc idem fecistis: derelicto eo ad demones currentes: Propter hoc autem eos dicit generationem malam: quia ingrati semper facti sunt circa benefactores ꝛ beneficijs deteriores fiũt: qđ est vltime malicie. HIERO. Egregie autem dixit: Et adultera: quia dimiserat virum: ꝛ iuxta ezechielẽ multis se amatoribus copulauit. CHRY. Vnde ꝛ mõstrat se patri equalẽ si ei non credere generationem adulteram facit. RABA. Deinde rñdere incipit nõ eis signum de celo qđ indigni erant videre: sed de pfundo inferni tribuens. Discipulis autem suis signum de celo dedit: quibus eternaꝫ beatitudinis gloriã: ꝛ prius in mõte figuraliꝰ: ꝛ post veraciter in celũ subleuatꝰ ostẽdit. vñ sequitꝰ. Et signũ nõ dabitꝰ ei nisi signũ ione pphete. CHRY. Q: nõ vt eos ĩduceret signa faciebat: sciebat enim eos lapideos esse: sed vt alios emẽdet aut quoniã nõ acciperẽt signum: quale est illud quod petebant. Signum enim eis factũ est: quãdo per ppriã penã cognouerũt eiꝰ virtutẽ: hoc igitur occulte ĩsinuãs dicit. Signũ non dabitur ei: ac si diceret: Multa beneficia demonstraui: nihil horuꝫ vos allexit ad venerandum meã virtutem: quã cognoscetis per penam quando ciuitatem vestram in terram pieciã videbitis. Interi autẽ sermonẽ de resurrectione interponit: quẽ cognituri erant per ea que postea erãt passuri dicẽs: Nisi signum ione prophete. Crux enim profecto credita non esset: nisi signa testantia habuisset. Hac autẽ non credita ꝛ resurrectio vtiqꝫ credita non esset: ppter hoc ꝛ signum hoc vocat. ꝛ figuram in medium fert vt veritas credatur: vnde seqtur: Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus ꝛ tribus noctibus. ꝛc. RABA. Ostendit iudeos ad instar niniuitarum criminosos: ꝛ nisi peniterent subuersioni proximos: sed sicut illis denunciatur supplicium ꝛ demonstratur remedium: ita iudei non debent desperare veniã: si saltem post christi resurrectionem egerint penitentiam. Jonas enim.i.columba vꝰ dolens: signum est eius super quem descendit spiritussanctus in specie columbe: ꝛ qui dolores nostros portauit. Piscis qui ionam deuorauit in pelago significat mortem quam christus passus est in mundo. Tribus diebus ꝛ noctibus fuit ille in ventre ceti: ꝛ iste in sepulchro: ille eiectus est in aridam: istẽ resurrexit in gloriam. AVGV. de con. euan. Quidam autem modum locutionis scripture nescientes: noctem voluerunt aduertere tres illas horas a sexta vsqꝫ ad nonam quibus sol obscuratus est: ꝛ diem tres horas alias quibus iterum terris est redditus.i.a nona vsqꝫ ad eius occasuꝫ. Seqꝰ.n. nox futura sabbati: qua cuꝫ suo die cõputata erũt iam due noctes ꝛ duo dies: Porro aũt post sabbatuꝫ sequitur nox prime sabbati.i. illucescentis diei dominici in qua tũc dñs resurrexit. Erũt ergo due noctes ꝛ duo dies: ꝛ vna nox etiam si tota posset intelligi: nec

ostenderemus q illud diluculum pars eius
extrema sit: quapp nec ānumeratis illis sex
horis quarum tribus tenebratus est ꝛ tribus
illuxit: constabit ratio trium dierum ꝛ trium
noctium. restat ergo vt hoc inueniat̄ illo scri
pturarum vsitato loquendi modo quo a par
te totum intellige. HIERO. Non q om
nes tres dies ꝛ tres noctes in infernum fe/
cerit: sed q in parte parasceues ꝛ dominice:
ꝛ tota die sabbati tres dies ꝛ tres noctes in/
telligantur. AVGV. iiij. de trinita. Ipm
enim triduum non plenum ꝛ totū fuisse scri
ptura testis est: sed primus dies a parte ex/
trema totus annumeratus est: dies vero ter
tius a parte prima ꝛ ipse totus: medius autē
īter eos. i. scđus dies absolute tot⁹. xxiiij.
horis suis. xij. nocturnis. xij. diurnis nox
enim vsq ad diluculum: quo domini resur
rectio declarata est: ad tertium pertinet diē.
Sicut enim pmi dies propter futurum ho
minis lapsum a luce in noctem: ita isti, ppter
hominis reparationem a tenebris in lucem
computantur. CHRY. Non autem ma/
nifeste dixit q resurgeret quia eū derisissent:
sed occulte insinuat: vt ꝛ illi crederent quod
presciuit. Nō aūt dixit i terra: sꝫ i corde terre
vt ꝛ sepulchrum osideret: ꝛ q nullus solam
mortis apparentiam suspicetur. Et tres di/
es propter hoc posuit: vt credatur q mortu⁹
est. Sed ipsa figura veritatem demonstrat:
non. n. fuit ionas in vētre ceti in phantasia:
sed in veritate: neqꝫ figura fuit in veritate: ꝛ
veritas in imaginatione: propter quod ma/
nifestum est q filij sunt diaboli marchionꝫ
sequentes: qui christi passionem phantasticā
esse asseruit: ꝛ q pro eis esset passurus lꝫ eis
non proficeret ostendit: per hoc innuit q illi
generationi signuꝫ daretur Jone prophete.

¶ Uiri niniuite surgēt in iudicio cū
generatione ista: ꝛ condemnabunt eā:
quia penitentiam egerunt in predica
tiōe ione. Et ecce plusq̄ iona hic. Re
gina austri surget in iudicio cum gene
ratione ista ꝛ condemnabit eam: quia
venit a finibus terre audire sapienti
am salomonis. Et ecce plusq̄ salo
mon hic.

CHRY. Ne aliqs existimaret q talia de
inceps futura essent in iudeis qualia niniui
tis contigerant: vt sicut ionas illos conuer/
tit ꝛ ciuitas fuit a piculo liberata: ita isti post
resurrectionem conuerterentur: domin⁹ nūc
totum contrarium ostendit: qm̄. s. ex bñficio
passionis nullum fructum perceperunt: sed
ꝛ grauia patientur vt infra ostendit per exē
plum demonis. Interim autem ostendit q
iuste patient̄ dicens: Uiri niniuite surgēt in
iudicio cū generatione ista. REMI. Ostē
dit aūt dn̄s his verbis vnam esse maloꝝ ꝛ
bonoꝝ resurrectionē futurā: cōtra quosdam
hereticos: q dixerunt vnā esse resurrectionē
bonorum ꝛ alterā malorū. Destruitur etiam
his verbis fabula iudeoꝝ q solent dicere q
añ iudicium mille annis celebretur resurre/
ctio: aperte his verbis ostēdēs quia mox vt
celebrabitur resurrectio: celebrabitur ꝛ iudi/
cium ꝛ ꝯdemnabūt eam. HIERO. Nō
snie potestate: sed comparatōis exemplo. vñ
subdit. Quia penitētiaꝫ egerūt i predicatiōe
ione: ꝛ ecce plusq̄ ionas hic. Hic aduerbiū
loci: nō pronomē itelligas. Jonas sm. lxx.
iterpretes triduo predicauit: ego tāto tempo
re. Ille assyrijs gēti icredule. ego iudeis po
pulo dei. Ille voce locutus est simplici: nihil
signorum faciēs: ego tāta faciēs: beelzebub
calumniam sustineo. CHRY. Non au/
tem hic stat dominus sed ꝛ aliam ānūciatio/
nem adiūgit dicēs. Re. au. sur. in iu. cuꝫ ge
ne. ista: ꝛ cōdem. eam qꝛ ve. a fi. ter. au. sap.
salo. Istud plus fuit q̄ prius. Jonas enim
ad illos abijt: regina auteꝫ austri nō expecta
uit salomonem ad ipsam ire: sed ipsa ad euꝫ
accessit: ꝛ mulier ꝛ barbara: ꝛ tātum remota
nō mortem formidās sola cupidine verbo/
rum sapiētum. Ibi ergo mulier aduenit: hic
ego veni. Et ipsa quideꝫ a finibus terre sur
rexit: ego autem ciuitates: ꝛ castra circumeo.
Et illa quidem de arboribus ꝛ lignis dispu
tauit: ego autem de ineffabilibus mysterijs.
HIE. Eodē ḡ mō condēnabit regīa austri
pplm iudeoꝝ: quo condēnabūt viri niniui/
te israelē icredulē. Ista ē regina saba: d qua
ī regū volumine ꝛ ī paralypomenō legim⁹
q̄ p tātas difficultates gēte sua ꝛ iperio dere
lictis: venit in iudeā sapiētiā audire salomo
nis: ꝛ ei multa munera obtulit. In niniue āt
ꝛ in regina saba occulte fides nationum pre
fertur israeli. RABA. Niniuite signifi/

cant eos qui peccare desistunt: regina vero eos qui peccare nesciunt: penitētia enim peccatū abolet. sapientia cauet. REMI. Pulchre autem ecclesia de gentibus congregata regina dicitur: quia mores suos regere nouit. De qua psalmista: Astitit regina a dextris tuis. Austri autem regina est: quia ardore spiritussancti superabundat. Auster enim ventus calidus significat spiritumsanctum. Salomon autem qui interpretatur pacificus: significat ipsum de quo dictum est: Ipse est pax nostra.

¶ Cum autem immundus spiritus exierit ab homie: ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Tunc dicit Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eā vacantem: scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et intrātes habitant ibi: et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessime.

CHRY. Quia dñs dixerat iudeis: Viri niniuite surgent in iudicio et condemnabunt generationem istam: ne propter tēporis tardationem contemnerent et fierent pinguiores: ostendit q non solum in futuro seculo: sed et hic grauissima patiētur: futuram in eis penam sub quodā enigmate subdens. vnde dicit: cum aūt immū. spi. exi. ab homine. HIERO. quidam istum locum de hereticis dictum putant: q immundus spiritus qui i eis ante habitauerat: quando gentiles erant: ad confessionem vere fidei eijcitur. postea vero cum se ad heresim transtulerint: et simulatis virtutibus ornauerint domum suam: tūc alijs septem nequā spiritibus adiunctis: reuertatur ad eos diabolus: et habitet i illis: fiātque nouissima eorum peiora prioribus. multo quidem peiori conditione sunt heretici q̄ gentiles: q in illis spes fidei: i istis est pugna discordie: cum hec intelligentia plausum quendam et colorem doctrine preferat: nescio an habeat veritatem: ex eo enim q finita vel parabola vel exemplo: sequitur: sic erit generationi huic pessime. compellimur non ad hereticos et quoscumque homines: sed ad iudeorum populum referre parabolam: vt contextus loci non passimus et vagus in diuersum fluctuet: atque insipientium more turbetur: sed herens sibi vel priora vel ad posteriora vnde respondeat. Immundus spiritus exijt a iudeis: quando acceperunt legem. Expulsus aūt a iudeis ambulauit p gentiū solitudines. vñ sequitur: Ambulat per lo. ari. q̄. sibi requiem. REMI. Loca arida appellat corda gentium ab omni humore salutarium aquarum: hoc est sanctarum scripturarum spiritaliū donorum: et ab infusione sancti spiritus aliena. RABA. Vel loca arida sunt corda fidelium: que a mollitie fluxe cogitationis expurgata callidus insidiator explorat: siquos gressus ibi figere possit: sed castas mentes effugiens diabolus in solo corde prauorum gratā sibi pōt inuenire quietē. vñ sequit. Et non inuenit. REMI. Putabat aūt diabolus se perpetuam quietem posse habere i gētili populo sed subditur: Et nō inu. q apparente dei filio per mysterium incarnationis sue gentilitas credidit. HIERO. Que cū domino credidisset: ille nō inuēto loco in nationibus dixit: Reuer. ad do. me. vñ exiui. Habeo iudeos quos ante dimiseram. Et veni. inue. va. scopis mun. et orna. Vacabat enim tēplū iudeorū: et christū hospitē non habebat dicentem: Surgite et abeamus hinc. Quia igitur et dei et angelorum presidia nō habebant: et ornati erant superfluis obseruationibus legis et traditionibus phariseorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinā: et septēnario numero sibi addito demonum habitant pristinam domum: et fiunt nouissima illius populi peiora prioribus: multo eni nunc maiore demonum numero possident: blasfemantes in synagogis suis christum iesum: q̄ in egypto possessi fuerant ante legis noticiam: quia aliud est venturum non credere: aliud nō suscepisse qui venerit: Septēnarium autem numerum adiunctum diabolo vel propter sabbatum intellige: vel propter numerum spiritussancti: vt quomodo in esaia super florem qui de radice iesse descendit septem spiritus virtutum descendisse narrātur ita econtrario vitiorum numerus in diabolo consecratus sit. Pulchre ergo septem spiritus assumi dicuntur: vel propter viola-

tionē sabbati: vel pp criminalia peccata q̄ cō
traria sunt septē donis spūssci. CHRY.
Hic penam eoꝝ demonstrat: dicit enim
q̄ cū demoniaci liberati fuerint ab infirmita
te: si desidiores efficiantur grauiorem attra/
hunt aduersus se phantasiam: ita ⁊ in vobis
fiet. Eteni ante detinebamini a demone quā
do idola adorabatis: ⁊ filios vestros demo/
nibus occidebatis: sed tamen non dereliqui
vos: sed expuli demonem illum per prophe
tas: ⁊ per me metipsuʒ rursus veni: amplius
expurgare vos volens. Quia igitur non vul/
tis attendere: sed in maiorem excidistis neq/
tiam: grauius enim est occidere xpm: q̄ʒ pro
phetas: propter hoc difficiliora patiemini.
Que enim sub vespasiano ⁊ tyto contigerūt
eis multo grauiora fuerūt his que passi sunt
in egypto: ⁊ i babylone: ⁊ sub antiocho: nec
hoc solum ostēdit: sed quoniam ab omni vir
tute erunt desolati: ⁊ demonum actibus oc/
cupabiles magis q̄ʒ ante. Hoc autem non
solum ad illos: sed ad nos etiaʒ dicta esse ra
tionem habet: si illuminati: ⁊ a prioribus eru
ti malis rursus ab eadem possideamur neq/
tia. Etenim difficilior tam erit pena posterio
rum peccatoruʒ propter quod paralytico chri
stus dixit: Ecce sanus factus es: noli pecca/
re: ne deterius tibi aliquid contingat. RA
BA. Homo enim quilibet ad fidem cōuer
sus est a quo diabolus per baptismum eijci/
tur: qui eiectus inde loca arida peragat. i. cor
da fidelium. GREGO. xxxiij. mora: lo/
ca enim arentia: atq; inaquosa sunt corda in
storum: que per discipline fortitudinem ab
omni carnalis concupiscentie humore siccan
tur. Loca vero humentia sunt terrenorū ho
minum mentes quas humor carnalis concu
piscentie quia replet fluidas facit: in quibus
diabolus iniquitatis sue vestigia tanto altius
imprimit: q̄to in eisdem mentibus pes tran
situs illius quasi illuxa terra descēdit. RA
BA. Rediens autem ad domum suam vn
de exierat: Inuenit eam vacantem a bonis
actibus per negligentiam: Scopis munda/
tam. s. a vitijs pristinis per baptismum: Or
natam simulatis virtutibus: per hypocrisim.
AVGV. de que. euā. Unde per hec ver
ba signat dominus quosdam ita credituros:
vt non possint ferre laborem continentie ⁊
ad seculuʒ redituri sunt: Quod dicit: Assumit
secum alios septē. intelligitur: quia cum quis
ceciderit de iusticia etiaʒ simulationem hēbit
Cupiditas enim carnis expulsa per peniten
tiam consuetis operibus cum non inuenerit
in quibus delectationibus conquiescat auidi
us redit: ⁊ rursus occupat menteʒ hominis:
si negligentia subsecuta est: vt non introdu/
ceretur tanq̄ʒ habitator mundate domui ser/
mo dei per sanam doctrinam: ⁊ qm̄ non so/
lum habebit illa. vij. vitia que. vij. virtutibus
sunt contraria spiritalibus: sed etiam per hy
pocrisim se ipsas habere virtutes simulabit:
propterea assumptis secuʒ. vij. alijs nequio
ribus: hoc est ipsa septenaria simulatione re
dit ipsa concupiscentia: vt sint nouissima ho
minis illius peiora prioribus. GREGO.
vij. mora. Plerunq; etiam fit vt cum mens
ex ipso exordio sui profectus extollitur: cunq;
se iam quasi de virtutibus erigit seuienti cō/
tra se aduersario aditum pandat: tantoq; se
vehementius in eius confractione exhibet:
quāto ⁊ grauius quia vel ad modicum fue/
rat protectus dolet.

Adhuc eo loquente ad turbas: ec
ce mater eius ⁊ fratres stabant foris:
querentes loqui ei. Dixit autem ei
quidam: Ecce mater tua ⁊ fratres tui
foris stant querentes te. At ipse respō
dens dicenti sibi ait: Que est mater
mea: ⁊ qui sunt fratres mei? Et exten
dens manuʒ in discipulos suos dixit:
Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Qui/
cunq; enim fecerit voluntatem patris
mei qui in celis est: ipse meus frater so
ror ⁊ mater est.

HYLA. Quia predicta omnia in paterne
maiestatis virtute loquebatur: nuncianti sibi
q̄ foris a matre atq; fratribus expectaretur
quid responderit: euāgelista demonstrat sub
dens: Adhuc eo loquēte ad turbas: ecce ma
ter eius ⁊ fratres foris stabant: querentes lo
qui ei. AVGV. de cō. euā. Hoc sine du
bio conuenienter gestum intelligere debe/
mus. premisit enim cum ad hoc narrandum
trāsiret: Adhuc eo loquēte ad turbas. Quid
est autem Adhuc nisi quando illud loqueba
tur? Naʒ ⁊ marcus post illud qd̄ de blasphe

mia spiritussancti retulerat dixit: Et venit
mater eius ⁊ fratres: Lucas aūt nō hu9 rei
geste ordinem tenuit: sed preoccupauit hoc ⁊
recordatus ante narrauit. HIERO. con-
tra heluidium: Hinc heluidij vna ꝓpositio
sumitur: ex hoc ꝙ fratres domini in euange
lio nominātur. Unde inquit fratres dñi dici
sunt: qui nō erāt fratres. Sed iam nūc scien
dum est quattuor modis in scripturis diui-
nis fratres dici: natura: gente: cognatione: ⁊
affectu. Natura: vt esau ⁊ iacob. Gente: vt
omnes iudei fratres inter se vocant̄: vt ī deu
teronomio. Non poteris constituere super te
hominē alienum qui nō est frater tu9. Por
ro cognatōe frēs vocant̄ q̄ sūt de vna familia:
sic in genesi. Dixit aūt abraā ab loth: Nō sit
rixa īter te ⁊ me: qm̄ fratres sumus. Affectu
etiā fratres dicūt̄: quod in duo diuiditur: in
spāle ⁊ commune: in spāle: q2 omnes chri
stiani fratres dicunt̄: vt saluator dicit: Uade
dic fratribus meis. Porro in cōmune: quia
omnes hoīes ex vno patre nati: pari īter nos
germanitate coniungimur: sicut ibi: Dicite
his qui oderūt vos fratres nostri vos estis.
Interrogo ergo iuxta quem modum fratres
domini in euāgelio appellētur: Iuxta natu-
ram: sed scriptura nō dicit: nec Marie eos
vocans filios nec ioseph. Iuxta gentē: Sed
absurdum est vt pauci ex iudeis vocati sint
fratres cū oēs q̄ ibi fuerāt iudei: fratres po-
tuerint appellari. Iuxta affectum humani iu
ris ⁊ spiritus verum sit: qui magis erāt fra-
tres q̄3 apostoli: quos dominus docebat īni
secus: Aut si omnes quia homines sunt fra
tres: stultum fuit nūciare quasi ꝓpriū. Ecce
fratres tui q̄rūt te. Restat igit̄ vt fratres eos
intelligas appellatos cognatiōe non affectu:
nō gentis priuilegio: non natura. HIE-
RO. super matth. Quidam vero fratres
dñi de alia vxore ioseph filios suspicātur: se
quētes delyramēta apocriphoꝝ: ⁊ quādam
mecham vel escham mulierculā cōfingētes.
nos aūt frēs dñi: nō filios ioseph: s3 cōsobri
nos saluatoris sororis Marie matertere dñi
filios itelligimus: que esse dicit̄ mater iacobi
minoris ⁊ ioseph ⁊ iude quos in alio euāge
lij loco fratres domini legimus appella-
tos: fratres autē cōsobrinos dici omnis scri-
ptura demonstrat. CHRY. Uide autem ⁊
fratꝝ eius elationē. cum enim deceret eos ī

gredi ⁊ audire cū turba: vel si h̄ nō vellēt: ex
pectarē finē sermōis ⁊ tūc eū adire: hi ex̄ eum
vocāt ⁊ coram omnibus hoc faciūt: ⁊ super-
fluum honoris amorem ostēdentes ⁊ mōstra
re volētes ꝙ cum omni potestate christo ali-
quid iniūgunt: qd̄ ⁊ euāgelista ostendit hoc-
ipsum obscure insinuans cum dicit. Adhuc
eo loquēte: ac si diceret: Nūquid non erat tē
pus aliud: Quid autē ⁊ loqui volebāt si pro
veritatis dogmatibus cōmuniter hoc ꝓpone
re oportebat: vt alios lucrarent̄. si autem de
alijs sibiipsis pertinētibus nō oportebat ita
festināter vocare. vnde manifestū est qm̄ so
lum ex vanagloria hoc faciebant: AVG.
de natura ⁊ gratia. Sed quicquid dicatur de
fratribus de sancta virgīe Maria ꝓpter ho
norem christi nullam prorsus cum de pecca-
tis agit̄ habere volo questionem. Inde enim
scimus ꝙ ei plus gratie collatū fuerit ad vin
cendum omni ex parte peccatum: ꝙ cōcipere
⁊ parere meruit eum quem cōstat nullū ha-
buisse peccatum. Sequit̄: Dixit ei quidā: Ec
ce mater tua ⁊ fratres tui foris stant queren-
tes te. HIERO. Uidet̄ mihi iste qui nū
ciat nō fortuitu ⁊ simpliciter nunciare: sed in
sidias tendere vtrum spirituali operi carnē
⁊ sanguinem preferat. vnde ⁊ dñs nō ꝙ ma
trem negaret ⁊ fratres exire contempsit: sed
quo responderet insidiāti. CHRY. Ne
q3 autem dixit: Uade dic ei qm̄ nō est mater
mea: sed ad eum qui nūciauerat extendit ser-
monem. Sequit̄ enim. At ipse respōdēs di
centi sibi ait: Que est mater mea: ⁊ qui sunt
fratres mei. HYLA. Nō autem fastidio-
se de matre sua sensisse existimādus ē cui in
passione positus maxime sollicitudinis tri-
buit affectum. CHRY. Nō si negare vel
let matrem: tūc vtiq3 negasset quādo iudei ex
probrabāt ei de matre. HIE. Non ergo iu
xta marchionem ⁊ manicheum matrē nega
uit: vt natus de phātasmate putaret̄: sed apo
stolos cognationi pretulit. vt ⁊ nos in com-
paratione dilectionis carni spm̄ preferam9:
nec maternum refutat obsequiū pietatis: cu
ius preceptū est Honora pa. tuū ⁊ matrem
tuā. S3 p̄ris se mysterijs vel affectib9 am-
plius q̄3 maternis debere demōstrat. vnde seq
tur: Et ex. ma. ī disci. di: Ecce mr̄ mea ⁊ fra.
mei. GREGO. in ho. Fideles quidē di
scipulos fratres noiare dignatus est dñs di

xerat: Qui facit pctm̄ seruus est peccati. ne
precurrat et dicat: Imolatiões bẽm⁹: ille nos
eripe possunt, ꝓpterea idducit: Ser. nõ ma. i
do. in eter. Fi. ma. in eternũ. Dom⁹ mentio
nem facit: patris pncipatũ domũ nominãs:
ostendens ex trãslatione humanoꝝ: qm̄ sicut
dñs in domo: ita ipse omniũ ptãtẽ habz. hoc
enim qḋ dicit: Non manet: significat non hz
ptãtẽ donãdi: sed filius qui est dñs dom⁹ hz.
Et ideo sacerdotes veteris legis non habe/
bant ptãtem per sacramẽta legalia peccata di
mittere. oẽs enim peccauerũt: etiam sacerdo
tes: qui pro seipsis: vt dicit apl's: nccẽ hẽbãt
sacrificia offerre: sed filius hãc hz ptãtẽ. vn/
de cõcludit: Si ergo fi. vo. li. ve. li. er. osten
dens qꝫ mũdana libertas de qua gloriabant
non est vera libertas. AVGV. Noli er/
go libertate abuti ad libere peccandum: sed
vtere ad nõ peccandum. Erit enĩ voluntas
tua libera si fuerit pia. eris liber: si fueris ser
uus iusticie.

Scio q: filij abrae estis: sꝫ queritis
me interficere: quia sermo meus nõ ca
pit in vobis. Ego quod vidi apud pa
trem loquor: et vos que vidistis apud
patrem vestrum facitis. Responderũt
& dixerunt ei: Pater noster abraam
e. Dicit eis iesus: Si filij abrae estis:
opera abrae facite. Nunc autem queri
tis me interficere: hominẽ qui verita/
tem vobis locutus sum quam audiui
a deo. Hoc abraã non fecit. Vos fa
citis opera patris vestri.

AVGV. Judei se liberos dixerãt: q: sem
erãt abrae. Quid ḡ dñs ad hoc rñderit sub/
dit: Scio q: fi. abr. es. q. d. Agnosco vos q:
filij estis abrae carnis origĩe: nõ cordis fide.
et ideo subdit: Sꝫ qri. me inter. CHRY.
Hoc enim addidit vt nõ dicant. Peccm̄ nõ
hẽmus. Dimittens enĩ oẽm coꝝ vitã redar
guere hoc qḋ pre manib⁹ erat qḋ adhuc ̄age/
re volebant: ducit in mediũ. Paulati. n. eos
a cognatione illa remouit: erudiẽs in hoc nõ
magna sape. Sicut. n. libertas et seruitus est
ab opibus: ita et cognatio: sed ne diceret hoc
taste agimus subiungit causam dicens. Q:
sermo me⁹ nõ capit in vobis. AVGV. i.

nõ capit in cor vestꝝ. q: nõ recipit a corde ve
stro. Sic est enĩ sermo dei fidelib⁹: tanqꝫ pisci
bamus: nũc capit: qñ capit: nec fit iniuria illis
qui capiunt: ad salutẽ qppe nõ ad ꝑniciẽ ca/
piunt. CHRY. Et nõ dixit: Nõ capitis
meum sermonem sꝫ non capit meus sermo
in vobis: altitudinem suorum dogmatum
ostendẽs: sed possent dicere: Quid si a teipso
loqris? ꝓpter hoc iducit subdẽs: Ego qḋ vi
di apud patrẽ meũ loquor. nõ enĩ solũ candẽ
subaz: sꝫ eãdẽ veritatẽ hẽo pri. AVGV.
Dñs aũt patrẽ suũ deũ vult itelligi. q. d. Ve
ritatẽ vidi: veritatẽ loquor: q: veritas sum. Si
ḡ dñs veritatẽ loquit: quã vidit apud patrẽ: se
vidit: se loquit: q: ipse ẽ veritas pris. ORI.
Manifestat aũt hec auctoritas saluatorẽ fuis
se visorem eorum que sunt apud patrẽ: cum
tñ homines quibus reuelatio fit visores non
sint. THEOPHI. Cũ vero audis: Qḋ
vidi loquor nequaqꝫ corporalem visionez in
telligas: sed naturalem noticiam veram et ap
probatam. Sicut enim oculi vidẽtes integre
aliquid et vere prospiciũt nec fallunt. sic ego
veraciter ea loquor que cognoui a patre meo
Sequitur: Et vos quod vidistis apud pa/
trem vestrum facitis. ORIGE. Adhuc
nõ nominat patrem ipsorum: paulo super⁹
abraam cõmemorauit: sꝫ dicturus est alteruꝫ
patrem eorum. s. diabolum: cuius filij erant
inquãtum mali erãt: nõ inquãtũ hoĩes erant:
malũ ergo qḋ faciũt dominus eis obiurgat et
corripit. CHRY. Alia lr̃a hz: Et vos q̄
vidistis apud patrẽ vestrum facite. q. d. Si/
cut ego verbis et veritate ostendo patrẽ: ita et
vos a rebus ostendite abrahã. ORIGE.
Item alia littera habz: Et vos que audistis a
patre facite: Audierãt. n. a patre ea que in le
ge et ꝓphetis scripta sunt. Qui aũt h̃ verbo cõ
tra eos qui alteri⁹ opiniõis sunt fuerit vsus:
ostẽdit qꝫ nõ ali⁹ de⁹ est q legẽ dedit: et ꝓphe
tas: et christi pr̃. Queram⁹ ẽt ab iscrẽtib⁹ du/
as naturas dicẽtes: a prẽ qdẽ audiuisse alie/
nos inconueniens est: Si aũt ꝓprij saluato/
ris erant et htẽ nature qualr querebãt illum
occidere: et saluatoris sermonẽ nõ capiebãt.
Illi autẽ longe molestius acceperũt qꝫ ꝓtule
rit dñs: quis eorum esset pater. nam euz qui
multaꝝ gentiũ pr̃ est: fatent̃ sui fore patrem
vnde sequit̃: Responderunt et dixerũt: Pa
ter noster abraã est. AVGV. q. d. Quid

tu dicturus es ɔtra abraam. Videbātur .n. eū prouocare vt aliquid mali diceret de abraã: ꝛ esset eis occasio faciēdi quod cogitabāt. ORIGE. Sed ꝛ hocipsum saluator iterinnt tanꝙ̄ falso dictū. vñ subdit: Dicit eis iesus: si filij abrae estis opera abrae facite. AVGV. Et tñ supius ait: Scio quia filij abrae estis. Vnde nunc nō negant eorū originē s₃ facta ɔdemnat. caro eoꝝ ex illo erat: sed vita nō erat. ORIGE. Vel dicendū ꝙ supra i greco habetur: Scio ꝙ semē abrae estis. vt ergo hec pateant: videamus primo corporalis seminis ꝛ filij differentiam. Manifestū est .n. ꝙ semē i seipso h₃ rōnes eius cuius est semē: adhuc manētes ꝛ pausantes. filius vero transmutato semine: ꝛ agente in appositam sibi materiam a muliere: per superinducta nutrimenta similitudinem accipit generantis: Et ꝯ̄tum ad corporalia. si aliquis est filius alicuius subsistit ex semine: si vero aliquod est semen non omnino filius efficitur. Qm̄ autem ex operibus iudicantur aliqui semen abrae: vidēdum est ne forte ex aliquibus seminalibus rationibus infusis quibusdam animabus oporteat imaginari eos qui semen sunt abrae: Nō omnes igitur homines semen sunt abrae: neqꝫ .n. omnes habent huiusmodi rationes consitas in eorum animabus. Oportet igitur eum qui abraam semē ē: eius fieri p similitudinē ꝛ filiū. Possibile Ꝟo est ex negligētia ꝛ ocio destruere h̄ qd̄ est eius semen. hi aūt ad quos sermo erat adhuc in spe erant. vnde sciebat iesus ꝙ adhuc semen erant abrae: ꝛ nondum peremerant possibilitatē fiēdi filij abrae. propter qd̄ eis dicit: Si filii abrae estis: opera abrae facite. Si autem super hoc ꝙ erant semen abrae ad augmentum magnitudinis adolevissent: verbum iesu caperent: Sed quia non accesserant ad hoc ꝙ essent filij: verbum non capiunt: sed interficere volunt verbum ꝛ quasi constringere non capiētes magnitudinē ei⁹. Si igiꝛ aliqs vestrū semē est abrae: ꝛ adhuc verbum dei non capit: non querat interficere verbum: sed transmutet se ad hoc ꝙ sit filius abrae: ꝛ tunc poterit capere filium dei. Quidam autem vnum ex operibus eligunt abrae: illud. s. credit abraam deo ꝛ reputatū est illi ad iusticiā vt aūt ɔcedaꝛ eis ꝙ fides sit opus: cur nō dictum est singulariter: Opus abrae facite: sed pluraliter. puto enim ꝙ hec dictū eqpollet ei qd̄ est: Cuncta opa abrae facite: vt tñ ex historia abrae allegorice sumpta: opa eius spiritualꝛ ɔsequamur. Neqꝫ enim oportet eū q vult esse filius abrae adire ancillaꝝ ɔiugia: nec post obitū ɔiugis i senectute aliaꝫ ducere ɔiugem. Sequitur: Nunc autē queritis me īterficere hominem qui veritatē locutus sum vobis. CHRY. Hōc. s. veritatem ꝙ est patri equalis. propter hoc enim iudei querebant eum interficere. ꝛ vt ostendat ꝙ hoc nō est cōtrariuꝫ patri subdit: Quā audiui a deo. ALCVI. Quia ipse qui est veritas a deo patre genitus erat: audire enī nihil aliud est ꝗ̄ꝫ esse a patre. ORIGE. Occidere me inquit hominem. Interim nō dico filium dei: non dico verbum: quia non moritur verbum. hoc dico quod videtis: qꝛ qd̄ videtis potestis occidere: ꝛ queꝫ nō videtis offendere. Sequitur: Hoc abraam non fecit. ALCVI. q. d. In hoc probatis vos non esse filios abrae: qꝛ facitis opera contraria operibus abrae. ORIGE. Sed differet ad hoc quidā qm̄ supflue dictuꝫ est hoc ꝙ nō fecerit abraaꝫ: quod suis temporibus nō ɔtingebat fieri. non enim in suis diebus natus erat christ⁹. sed dicēdum ꝙ ī temporib⁹ abrae natus fuerat homo: qui quam audierat a domino veritatem dicebat: nō tñ quesitus est ab abraam vt eum occideret. Et scias ꝙ spiritualis aduētus iesu: nullo tp̄e defuit sanctis. Ex hoc igiꝛ cōprehēdo omnē hoīeꝫ qui post regenerationeꝫ ꝛ ceteras apud se factas diuinitus gratias peccat denuo crucifigit dei filium proprijs reatibus in quos rediit. sed hoc abraaꝫ non fecit. Sequitur: Vos facitis opera patris vestri. AVGV. Adhuc nō dicit quis est iste pꝛ eoꝝ. CHRY. Dicit autem hoc dñs volens eis auferre superfluā gloriam de cognatiōe: ꝛ suadere eis vt nō vltra spem salutis habeant in cognatione naturali: sed in ea que est s̄m adoptioneꝫ. hoc enim eos prohibebat venire ad christum: quia estimabant cognationem abrae sibi sufficere ad salutem.

¶ Dixerūt itaqꝫ ei: Nos ex fornicatiōe nō sum⁹ nati. Vnū patrē habem⁹ deū. Dixit ergo eis iesus: Si de⁹ pater vester esset: diligeretis vtiqꝫ me.

Ego enim ex deo processi et veni. Neque enim a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meã non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

AVGV. Ceperant iudei vtrunq̃ cognoscere: q2 non de carnis generatione loqueret dominus: sed de vite institutione. Consuetudo aut scripturarum est fornicationem spiritualiter appellare: cum dijs multis et falsis anima tanq̃ prostituta subijcitur. vnde dicitur. Dixerunt itaq̃ ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. vnum patrẽ habemus deum. THEOPHI. Quasi responderent q dei quererent vltionem: et ideo aduersus eum consiliarentur. ORIGE. Vel aliter Quia redarguti sunt non esse filij abrae: atrocius respondent latenter designantes ex adulterio productum fore saluatorẽ. sed magis mihi videtur q centrixando respõderũt. Cũ eniz prius dixerant: Pater noster abraam est, et audiuissent: Si filij abrae estis opera abrae facite: fatentur se habere maiorẽ patrem q̃ abraam: scilicet deum et non ex fornicatione sumpsisse exordium. Non enim ex sponsa: sed ex meretrice seu materia demon qui nihil facit ex se producit eos qui carnalibus vsi inherent materie. CHRY. Sed quid dicitis vos patrem habetis deuz: et christum incusatis hec dicentem: Et nimirũ ex fornicatione multi eorum nati erant: et enim illicitas cõmixtiones faciebãt. nõ tamen hoc redarguit sed instat vt ostendat q non sunt ex deo: vnde sequitur: Dixit ergo eis iesus: Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̃ me. ego enim ex deo processi et veni. HYLA. vij. de trini. Religiosi nominis assumptionem dei filius in his qui se dei filios cõfitentes: patrẽ sibi deũ dicerent: non iprobauit: sz temerariã iudeoꝝ vsurpationẽ patrẽ sibi deũ ꝓsumentiũ: ꝓ id q se non diligerent obiurgat: non vtiq̃ dici põt idipsum esse ex deo exire qd venisse. Sz cum ab his qui sibi deũ patrẽ dicerent: idcirco se diligendũ ait. q2 ex deo exisset. cãm dilectionis ex cã docuit eẽ nascẽdi. Exisse enim ad incorporalis natiuitatis retulit nomen: q2 religio ꝓfitendi sibi patrẽ deũ: ex dilectione xp̃i q ex eo genitus sit merenda est. Nec. n. in deũ patrẽ sit religiosus q nõ diligit filiũ: cũ diligendi filij nõ alia cã sit q̃ q ex deo sit. Ex deo igitur filius est: non aduentu: sed natiuitate. dilectio autẽ in patrem hinc erit omnis: si filius ex eo esse credatur. AVGV. Sic ergo q de deo processit verbum eterna processio est. ab illo enĩ processit vsq̃ verbuz patris et venit ad nos: quia verbum caro factum est. Aduentus eius humanitas eius: mansio eius: diuinitas eius: dicitis deum patrem cognoscite me vel fratrem. HYLA. Non esse autez a se sibi originem docuit cuz subdidit: Neq̃ enim a meipo veni: sz ille me misit. ORIGE. Hoc arbitror dici propter quosdam per se venientes et non missos a patre: de quibus in hieremia dicitur: Non mittebam eos et ip̃i currebant. Quoniam autem qui duas naturas ingerunt: vtuntur hoc verbo: obijciendum est contra illos. Paulus enim odiebat iesuz cuz persequeretur ecclesiam dei. vnde dominus ad eum: Quare me persequeris? Si ergo verum est quod hic dicitur. Si deus pater vester esset: diligeretis me. palam est quoniam et recte conuertitur: si non diligeretis: nequaq̃ deus pater vester esset. Paulus autem aliquo tempore non diligebat iesum: fuit ergo tempus quo deus pater pauli non extitit. Non igitur natura paulus dei filius fuit: sed postmodum dei filius factus est. quando vero deus alicuius fit pater: nisi quando mãdata eius custodit? CHRY. Quia vero semper querebãt dicentes: Quid est hoc quod dicit: Quo ego vado vos nõ potestis venire? propterea subdit: Quare loquelam meaz non cognoscitis? quia non pote. audi. sermonem meum. AVGV. Ideo autem audire non poterant: quia corrigi credendo nolebant. CHRY. Primo igitur captanda est virtus que verbum diuinuz exaudiat: vt deinceps validi sistamus ad percipiendã totam locutionez iesu: quoniam quandiu gs curatus non est in auditu proprio: a verbo quod dicit surdo aperiaris: auditu percipere nequit.

C Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit: quia veritas non est in eo.

Cum loquitur mendacium: ex propriis loquitur: quia mendax est: ⁊ pater eius. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi.

CHRY. Exclusit iudeos dominus a cognatione abraaz: ⁊ quia maiora ausi sunt: vt .s. patrem suum deum dicerent: de reliquo percutit eos dicēs: Vos ex patre diabolo estis. AVGV. Hic iam cauēda est heresis manicheorum: que dicit esse quandam naturam mali: ⁊ gentem quandam tenebrarum cum principibus suis. vnde diabolus originem ducit: ⁊ hic dicunt ducere originem carnem nostram: ⁊ sm̄ hoc putant dictuz a domino: Vos ex patre diabolo estis: ꝙ esset illi velut natura mali ducentes originem de gente cōtraria tenebrarum. ORIGE. In hoc autem simile videntur incurrisse ei qui diceret alteram esse oculi videntis substantiam ⁊ alteram caligantis vel se auertentis. quemadmodum. n. in his non differt substantia: sed quedam contingit causa que facit caligare sic substantia eadem est: siue recipiet rationem siue non. AVGV. Iudei ergo filij erāt diaboli imitando: non nascendo. vnde sequit: Et desi. pa. ve. vul. fa. Ecce vnde filij estis .s. talia desiderantes: non q: de illo nati estis. Queritis. n. me occi. ho. qui veritatem vobis dico. ⁊ ille inuidit homini ⁊ occidit. vnde sequitur: Ille homici. erat ab initio. Vtiqꝫ in primo homine ⁊ in quo potuit fieri homicidium. non enim posset occidi homo: nisi prius fieret homo. Non ferro accinctus diabolus ad hominem venit: verbum malum seminauit ⁊ occidit. Noli ergo putare nō esse homicidium quando fratri tuo mala persuades. vos autem ideo seuitis in carne: quia nō potestis in mente. ORIGE. Perpende autem ꝙ non propter aliquem singulariter tm̄: sed pro toto genere quod peremit in quantū in adam cuncti moriuntur: ⁊ vere dictus est ab initio homicida. CHRY. Et nō dixit. Opera sed desideria eius facitis ostendens qm̄ vehementer ⁊ ille ⁊ ipsi ab occasionibus possidentur ⁊ quia continue cum accusabant quod nō est a deo: insinuat occulte ꝙ hoc etiam eis ex diabolo est. vnde sequitur: Et in veritate nō stetit. AVGV. .xi. de ci. dei. Forte autem aliquis dicet ꝙ ab initio sue conditionis in veritate non steterit: ⁊ ideo nunqꝫ beatus cum sanctis angelis fuerit: suo recusans esse subditus creatori ac per hoc falsus ⁊ fallax: quia pia subiectiōe noluit tenere qd̄ nature est: affectans per superbam elationez simulare quod non est. Huic sententie quisquis acquiescit non cum manicheis sapit: vt suam quandam propriam: tanqꝫ ex aduerso quodam principio diabolus habeat naturam mali: qui tanta vanitate desipiunt: vt non attendant nō dixisse dominuz: A veritate alienus fuit: sed in veritate non stetit: vbi a veritate lapsum intelligi voluit. Illud etiaz quod ait ioannes. Ab initio diabolus peccat: hoc intelligunt: si naturale est nullo modo esse peccatum: Sed quid respondetur propheticis testimonijs: siue quod ait Isaias sub figurata persona principis babylonie diabolum notans: Quomodo occidit lucifer qui mane oriebatur: siue quod ezechiel: In delicijs paradisi dei fuisti: que si aliter conuenientius intelligi nequeunt oportet quod dictuz est: In veritate non stetit: sic accipiamus ꝙ in veritate fuerit: sed non permanserit. ⁊ illud ꝙ ab initio diabolus peccat: nō ab initio ex quo creatus est peccare putādus est: sed ab initio peccati. cepit enim in ipso peccatum ⁊ ipse initium peccati fuit. ORIGE. Est autem vniforme quidem in veritate morari: variuz autem ac multiforme non morari in ea: quibusdam: vt ita dicam: trementibus gressibus ⁊ nitentibus sistere in ea: non tamen obtinere valentibus. Quibusdam vero non passis illud: sed in periculo consistentibus sm̄ illud: Mihi autez paulisper commoti sunt pedes: ⁊ ceteris ab ea cadentibus. Causa igitur cur diabolus veritatem non colat subditur: Quia veritas non est in eo. s. ꝙ vana suspicatur: ⁊ seductus est ipse a seipso: in hoc deterior ꝙ illi quidem ab eo falluntur: is autem sibiipsi deceptionis auctor existit. Sed oz inuestigare quomodo dicitur ꝙ veritas in ipso non ē vtrum q: nullam vnqꝫ veram hꝫ doctrinaz: sed cuncta q̄ opinatur falsa sunt: vel q: xp̄i particeps non est qui dixit: Ego sum veritas. Impossibile aūt est aliquam rōnalem substantiā de cunctis opinari falso: ⁊ de nullo vel exiliter rectitudinē ꝯspicere. Diabolus igit̄ saltē id vere capit dogma ꝯsiderando de se ꝙ rō

nalis est. Nō igitur eius natura ꝯsistit ex cō trario veritatis. i. ex errore ꝛ ignauia: nunq̄ enim ṽitatē cognoscere posset. AVGV. xi. de ci. dei. Vel cū dicit: Qꝛ ṽitas i eo nō est: subiecit: iudiciū quasi q̄sissemus: vn̄ ostē daꝛ ꝙ in veritate nō steterit: ait qꝛ ṽitas nō est in eo. Esset aūt i eo si in ipsa stetisset. Seq̄tur: Cū log. mē. ex pro. log. qꝛ men. est ꝛ pr̄ eius. AVGV. In his ṽbis q̄dā diabolū putauerūt patrē habere. ꝛ q̄sierunt, quis esset diaboli pr̄. hic est error manicheoꝝ. Diabolum aūt dn̄s dixit patrem mendacij: nō eniꝫ oīs q̄ mentitur pr̄ mendacij sui est. Si. n. ab alio mendaciū accepisti: ꝛ dixisti tu quidem mentitus es: sed pater mendacij non es. Ille vero quia non aliunde accepit mendaciū: quo mendacio tanq̄ veneno serpens hominem occideret: pater est mendacij: sicut deus pr̄ est veritas. THEOPHI. Is enim ꝛ deum apud homines criminatus est ad eū dicens. Qm̄ inuidēs vobis lignū inhibuit. ꝛ apud deū quondā criminatus est hoīes: vt cum dixit: An gratis colit iob dn̄m? ORIGE. Attende tamen ꝙ hoc nomen mēdax dicitur tam de diabolo q̄ mendaciū genuit: sicut hic dicitur: Qꝛ mendax est: q̄ꝫ de hoīe: sꝫ illud psalmi. Oīs hō mendax. nā siq̄s mendax non est: huiusmodi non est hō tm̄: ita ꝙ ei ꝛ similibus dici potest: Ego dixi dij estis. vnde cū aliq̄s loquitur mendaciū. de proprijs loquit̄. Spiritus aūt sanctus loquit̄ a verbo veritatis ꝛ sapientie: sm̄ illud: De meo accipiet ꝛ āmunciabit vobis. AVGV. de que. euan. Vel aliter: Diabolus non speciale nomen est: sed cōe. In quocunq̄ eniꝫ opa diaboli fuerint inuenta: diabolus ē appellandus: opis. n. nomen est nō nature. Itaq̄ h̄ i loco patrē iudeoꝝ cayn significat: cuius imitatores volētes esse iudei saluatorē pemerūt. ab ipso. n. forma data ē fratricidij: quē dixit mendaciū de ꝓprijs loq̄: vt ostēderet vnum quēq̄ non nisi ꝓpria voluntate peccare: sed qꝛ cayn imitator diaboli est patrē eius diabolū dixit: cuius opa secutus est. ALCVI. Sed quia dominus veritas est. ꝛ filius veracis dei veritatem dicit: sed iudei qui filij erāt diaboli: auersi erant a veritate. Et hoc est qđ sequitur. Ego autem quia ṽi. di. vo. nō cr. mi. ORI. Sed quomodo hoc dicitur iudeis qui in eum crediderant: sed cōsidera ꝙ potest aliquis sm̄ aliq̄ꝫ intentionem credere: sꝫ aliam vero non credere: sicut qui credunt in eū qui sub pontio pilato crucifixus est: non autem credunt in natum de maria virgine: in eundeꝫ credunt ꝛ non credunt. Sic igitur hi ad quos loquebatur credebant in eum: sm̄ ꝙ videbatur signoꝝ factor: non credebant autē his q̄ ꝓfunde ab eo dicebant̄. CHRY. Quia igitur inimici estis veritatis: in nullo me incusantes vultis me interficere.

¶ Feria. vj. Joannis. v. cap.

Erat dies festus iudeoꝝ: ꝛ ascendit iesus hierosolymam. Erat autem hierosolymis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida quinq̄ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium: cecorum claudorum: aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini descendebat secūdum tempus in piscinam: ꝛ mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque sanus fiebat a quacunq̄ detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta ꝛ octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentem: ꝛ cognouisset quia multum tempus haberet: dicit ei: Uis sanꝰ fieri? Respōdit ei languidus: Domine hominem non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me ī piscinam. Dū venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge: tolle grabatum tuum ꝛ ambula. Et statim sanus factus ē homo: ꝛ sustulit grabatū suū ꝛ ābulabat. Erat aūt sabbatū ī die illo. Dicebāt ergo iudei illi q̄ sanatus fuerat. Sabbatū ē n̄ lꝫ tibi tollere grabatū tuū. Respōdit eis: Qui me sanū

fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuuz ⁊ ambula? Js autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Jesus autem declinauit a turba constituta in loco.

AVGV. de con. euange. Post miraculum in galilea factum: inde Hierosolymam redit. Vnde dicitur: erat dies festus iudeorū: ⁊ ascēdit Jhs hierosolymā. CHRY. Mihi videt̃ ꝙ erat dies festus pentecostes: ascendit autem Jesus hierosolymaz semper in festis diebus: vt cum eis dies festos faciens non videatur legi cōtrarius: ⁊ ob h̄ multitudinem simplicem per signa ⁊ doctrinam attrahat: maxime .n. .i. diebus festis hi qui iuxta ꝓsim erant concurrebant. Sequit̃: Erat autē hiero. pro. pisci. que cogno. hebra. bethsa. quinqꝫ por. habens. ALCVI. Probaton grece ouis: dicitur. probatica ergo piscina peculiaris dicitur: vbi sacerdotes cadauera hostiarum abluebant. CHRY. Dicebat quidē baptisma dari peccata purgans: cuius imago prescripta fuit i piscina ⁊ in aliis pluribus: ⁊ primum quidem dedit deus aquam expurgantem corporum sordes ⁊ inquinationes non existētes: sed opinatas: puta eas que a funere ⁊ que a lepra ⁊ que ab aliis talibus. deinde infirmitates diuersas per aquas facit solui. Vnde sequitur. In his iace. mul. mag. lāg. ceco. clau. ⁊ ari. expe. aque mo. Volens enim deus propinquius adducere ad baptismi donū: nō adhuc inquinamenta solum mundat: sed etiam egritudines sanat: sicut .n. ministri qui prope regem sunt: his qui sunt a longe clariores sunt: ita ⁊ in figuris fit. Non autē simpliciter sanabat aquarum natura: semper enim hoc fieret: sed i angeli descēsione. vnde sequitur. Angelus autez domini descen. fm tēp us in pisci. ⁊ mo. aqua. Sic enim ⁊ in baptizatis non simpliciter aqua operatur: sed cum spiritussancti susceperit gratiam: tunc omnia soluit peccata. Angelus .n. descendens turbabat aquam ⁊ sanatiuam imponebat virtutez: vt discant iudei qm̄ multomagis angelorū dominus omnes egritudines anime sanare potest. sed nūc quidem infirmitas impedimentum volenti curari fiebat: Subditur enim: Et qui prior descen. in pisci. post mo. aq̄: sanus fiebat a quacunqꝫ detinebatur infirmitate. Nunc autem vnusquisqꝫ accedere potest: non enim angelus est qui turbat aquam: sed angelorum dominus qui omnia operatur. sꝫ ⁊ si orbis terrarum vniuersus veniat: gratia non consumitur sed similis manet. Sicut enim solares radij per vnāquanqꝫ illuminant diem: ⁊ nō consumūtur: neqꝫ a multa largitione minor fit solis lux: ita ⁊ multo amplius spiritussancti actio in nullo minuitur a multitudine eorum qui potiuntur ea. Hoc autem fiebat. s. vt vnus tm̄ post motionem aque sanaretur: vt qui didicerāt qm̄ in aqua egritudines corporis sanabantur: in hoc per multum tēpus exercitati facile crederēt ꝙ ⁊ egritudines anime aqua sanare potest. AVGV. Plus ē autem ꝙ christus vitia sanauit animarum: ꝗꝫ ꝙ sanauit languores corporum moriturorū. sed quia ipsa anima non eum nouerat a quo sananda erat: ⁊ oculos habebat in carne vnde facta corporalia videret: ⁊ nondum habebat in corde vnde deuz latenter cognosceret: fecit quod videri poterat vt sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus est locum vbi iacebat multitudo languentiū: de quibus elegit vnum vt sanaret: de quo subditur: Erat autem quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate sua. CHRY. Non autem confestim eum a principio sanauit: sed primum eum familiarem sibi facit: ꝑ interrogationem future fidei faciens viam. Non autem expetit fidem vt in cecis fecit dicens: Creditis quia possum hoc facere: quia hic nondum nouerat eum manifeste quis esset. Nam illi quidem ex alijs eius virtutem cognoscentes: conuenienter hec audierant. Alij vero nondum eum cognoscentes: sed per signa eum cogituri post miracula requiruntur de fide. vnde sequitur: Hunc cuz vidisset Jesus iacentez ⁊ cognouisset quia multum iam tempus haberet: dicit ei: Vis sanꝰ fieri? Non hoc querit vt discat: hoc enim superfluum esset: sed vt ostenderet istius patientiam qui triginta ⁊ octo annos habens: ꝑ vnumquemqꝫ annum eū; i ab egritudine expectans assidebat ⁊ non desistebat. Et vt cognoscamus propter quam causam diuitiēs

alios adhuc venit: ⁊ non dicit: Uis te cura/
bo? nondum enim aliquid magnum imagi/
nabatur ille de christo. non autem turbatus
est ad interrogationem: neq; dixit iniuriari
mihi venisti: quando interrogas si volo sa/
nus fieri: sed mansuete respōdiet Sequitur
enim. Respondit ei lang. Domine hominē
non habeo: vt cū; tur. su. aqua mit. me in pi
sci. dum venio enim ego: alius ante me de/
scen. Non noverat quis esset: qui interroga
bat: neq; ꝙ curaturus esset eum: Opinaba/
tur autem fortasse vtilem sibi fore christū; ad
mittendum eum in aquam. sed christus ostē
dit ꝙ verbo omnia potest facere. vnde seq/
tur: Dicit ei Jesus: surge tolle grabatum tu
ū; ⁊ ambula. AVGV. Tria dixit sed sur
ge non operis imperiū; fuit sed operatio sa
nitatis. Sano autem duo imperauit: Tolle
grabatum tuum ⁊ ambula. CHRY. In/
tuere diuine sapientie superabundantiā;: nō
solum sanat sed ⁊ lectum portare iubet vt ⁊
credibile faceret miraculum ⁊ nullus cristi/
met phantasiam esse quod factum est. Non
enim nisi certissime ⁊ vehementer compacta
essent membra lectulum ferre possent. Audi
ens autem languidus quoniam cum potesta
te ⁊ velut iubens dixit: Surge tolle grabatū
tuum: non derisit dicens: Angelus descen/
dit ⁊ turbat aquam ⁊ solum vnū; curat. Tu
autē; homo existens ex solo precepto speras
te magis angelis posse: sed audiuit ⁊ non di
ffcredidit ei qui iussit ⁊ sanus factus ē: vnde
sequitur. Et statim sanus factus est homo: ⁊
sustu. graba. su. ⁊ ābulauit. BEDA. Mul
tum quippe inter sanationem domini ⁊ que
a medicis infertur distare probatur. hec vide
licet voce iubentis ⁊ mox impletur. Illa ve/
ro per multa temporis interualla aliquotiēs
perficitur. CHRY. Igitur mirabile qui/
dem est hoc que autem sequentur multo ma/
iora erunt. Nam in initio quidem nullo mo
lestante suaderi non ita mirabile est sicut qđ
post insanientib⁹ iudeis ⁊ accusantibus chri
sto obediuit: vt ostendit euāgelista consequē
ter dicens. Erat autem sabbatum in illo die:
dicen. ergo iudei illi qui sanus fuerat factus
sabbatum est non li. ti. tol. graba. tuū. AV
GV. Non calumniabatur domino: quia
sanum fecerat sabbato: quia eis respondere
posset: quia si cuiusq; iumentum in puteum
cecidisset vtiq; die sabbati erueret illud ⁊ sal
uaret. sed qui portabat grabatum suum quasi
dicat: si sanitas non erat differenda nūquid
⁊ opus fuerat imperandum? sed ille auctorē
sanitatis sue obijciebat calumniatoribus: vn
de sequitur: Respondit eis qui me sanum fe
cit ille mihi dixit: Tolle grabatum tuū; ⁊ am
bula. quasi dicat quare non acciperem iussio
nem a quo acceperam sanitatē;? CHRY.
Nimirū; si malignari vellet poterat dicere:
Si crimen est accusate eum qui iussit ⁊ depo
nam lectulum. sed ⁊ curationem vtiq; occul/
tasset. Etenim sciebat non ita eos esse mor/
sos ex sabbati solutione: sicut ex infirmitatis
sanatione: sed neq; hoc occultauit: neq; veni
am petijt: sed clara voce beneficium confes/
sus est. illi vero maligne interrogauerūt. vn
de subditur: Interrogauerunt ergo eum qs
est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum
tuum ⁊ ambula? Non dicunt: quis est qui fe
cit te sanum: sed in medium inducunt id qđ
transgressio estimabatur. Sequitur: Is au/
tem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis
esset. Jesus autem declinauit a tur. consti. in
loco. Et primum quidem vt eo absente testi/
monium insuspicabile fieret. Qui enim ade
ptus fuerat sanitatem idoneus erat beneficij
testis. Demum vt non plus faceret furorem
illorum accendi: Solus enim visus eius cui
inuidetur: non paruam inuidentibus immit
tit scintillam: propterea discedens: permisit
ab ipsis suum factum examinari. Quidam
estimant hunc paralyticum esse eum qui in
matheo positus est: sed nō ē. Ille enim mul
tos habebat sui curam habentes ⁊ cum ferē
tes: hic autē; nullum. Sed ⁊ locus vtrorūq;
diuersus est. AVGV. Siquidem medio
cri corde ⁊ humano ingenio consideremus
hoc miraculum facientem quod ad potesta/
tem pertinet: non magnū; aliquid fecit: ⁊ qđ
ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant
⁊ vnus curatus est cū posset vno verbo om
nes erigere: Quid ergo intelligendum est:
nisi ꝙ potestas illa ⁊ bonitas magis agebat
quid anime in factis eius pro salute sempi/
terna intelligerent: ꝙ quid pro temporali sa
lute corporis mererentur. In illis enim fa/
ctis quicquid temporaliter sanatū; est in mē
bris mortalibus in fine defecit: anima que
credidit ad vitam eternam transitum fecit.

Piscina illa ꝛ aqua illa populum mihi vide
tur significasse iudeorum. significat enim po
pulus nomine aquarum: aperte nobis indi/
cat apocalypsis ioannis. BEDA. Bene
autem piscina probatica fuisse describitur. Il
le enim populus ouis nomine significatur:
secundum illud psalmi: Nos populus tuus
ꝛ oues gregis tui. AVGV. Aqua ergo
illa idest populus ille quinqꝫ libri moysi tan
q̄ꝫ quinqꝫ porticibus claudebatur: sed illi li/
bri prodebāt: languidos non sanabant. Lex
enim peccatores conuincebat: non absolue/
bat. BEDA. Deiqꝫ multa genera langue
tium in eadem iacuerunt: ceci. s. qui sciencie
lumine carent: claudi qui ad ea que iubentur
implenda: vires non habent. Aridi qui su/
perne dilectionis pinguedine carent. AV/
GV. Venit autem christus ad populuꝫ iu
deorum ꝛ faciendo magna: docendo vtilia:
turbauit peccatores idest aquaꝫ presentia sua
ꝛ excitauit ad passionem suaꝫ: sed latens tur
bauit. Si enim cognouissent: nunqꝫ domi/
num glorie crucifixissent. Subito enim vide
batur aqua turbata: ꝛ a quo turbabatur non
videbatur. Descendere ergo in aquam tur/
batam: hoc est humiliter credere in domini
passionem. Ibi sanabatur vnus: significans
ecclesie vnitatem: postea quisquis venerit nō
sanabatur: quia quisquis preter vnitateꝫ fue
rit: sanari non poterit. veh illis qui oderunt
vnitatem: ꝛ partes sibi faciunt in hominibꝰ.
Habebat autem. xxxviij. annos in infirmi/
tate: q sanatus est. hic enim numerus ad lan
guorem pertinet magis q̄ꝫ ad sanitatē. Qua
dragenarius eniꝫ numerus sacratus: nobis
in quadam perfectione commendatur: quia
lex in decem preceptis data est: ꝛ predicanda
erat per totum mundum: qui quattuor parti
bus commendatur. Denarius autem ꝑ quat
tuor multiplicatus ad quadragenarium per/
uenit. vel quia per euangelium quod quattu
or libros habet impletur lex. Si ergo quadra
genarius numerus habet perfectionē legis:
ꝛ lex non impletur nisi in gemino precepto
charitatis: quid miraris quia languebat qui

xl. minus duos habebat: necessarius erat illi
homo ad sanitatem. Sed homo ille qui ꝛ de
us est: ꝛ quia illum iacenteꝫ duobus minus
inuenit: quia duo quedam iubendo quod mi
nus erat impleuit. In duobus enim domini
iussis duo precepta significata sūt charitatis.
Dei dilectio priorem ordine precipiendi. ꝓ/
ximi autem dilectio: prior est ordine faciendi
Dicit ergo: Tolle grabatum tuum: quasi di/
ceret: Cum esses languidus portabat te pro
ximus tuus: sanus factus es porta ꝓximū
tuum. Dicit etiam: Ambula. Sed quo ier
agis nisi ad dominum deum tuum. BE/
DA. Quid enim est dicere: Surge ꝛ am/
la: nisi a torpore ꝛ ignauia in quibus prius
iacebas erigere: ꝛ in bonis operibus profice
re stude. Tolle grabatum tuum. id est proxi/
mum tuum a quo portaris ꝛ ipse patienter
tolera. AVGV. Porta ergo cum cū quo
ambulas: vt ad eum peruenias cum quo ma
nere desideras. Ille autem nondum Iesum
nouerat: quia ꝛ nos credimus in eum: quem
non videmus: ꝛ vt non videatur declinat a
turba Quadam solitudine intentionis vide
tur deus: turba strepitum habet. visio ista se
cretum desiderat.

¶ Postea inuenit eum Iesus in tē
plo ꝛ dixit illi: Ecce sanus factus es:
iam noli peccare: ne deterius tibi ali/
quid contingat. Abijt ille homo ꝛ nū
ciauit iudeis: quia iesus esset qui fecit
eum sanum.

CHRY. Curatus homo non secessit ad
nundinas neqꝫ voluptati aut vanaglorie de
dit seipsum: sed in templo conuersabatur:
quod maxime religionis est signum. vnde
dicitur: Postea inuenit eum Iesus in tem/
plo. AVGV. Dominus quidem Iesus
ꝛ in turba eum videbat ꝛ in templo. Ille au
tem languidus Iesum in turba non agno/
scit: in templo agnoscit in loco sacrato. AL
CVI. Quia si gratiam conditoris cogno/
scere volumus: ꝛ ad eius visionem venire:

AVGV. Quia dixerat supra dominus: Nisi credideritis q2 ego suz moriemini i peccatis vestris. Interrogāt illi velut querētes: nosse in quez deberent credere: ne in suo peccato morerentur. vnde dicitur: Dicebant ergo ei: Tu quis es. Non enim cum dixisti: Nisi credideritis quia ego sum: addidisti q̄s esses: sciebat autem ibi quosdam esse credituros. ⁊ ideo cum dixissent: Tu quis es: vt scirent quid illum credere deberent. Dixit eis iesus: principium qui ⁊ loquor vobis. nō tā quam diceret: principium sum: sed tanquam diceret. Principium me credite. quod in ꝑnomine greco euidenter apparet: vbi principium feminini generis est. principium ergo me credite: ne moriamini in peccatis vestris principium. n. mutari non potest: in se manet: ⁊ innouat omnia. Absurdum est autem vt filium dicamus principium: ⁊ patrem ꝑncipium non dicamus. non tamen duo principia: sicut nec duos deos: spiritus autem sanctus patris ⁊ filij est spūs: nec pater est nec filius. pr̄ tn̄ ⁊ filius ⁊ spūs sanctus sunt vnus deus: vnū lumē: vnū ꝑncipiū. Addidit aūt: Qui loquor vobis. q2 humilis ꝑꝑ vos fac9 ad ista v̄ba descendi. Ergo credite me eē ꝑncipiū: q2 vt hoc credatis non solū sum ꝑncipium: s3 ⁊ loquor vobis. Nā si principiū sicuti ē ita maneret apud patrē: vt nō acciperet formā serui: quō ei crederēt: cū infirma corda intelligibile v̄bū sine voce sensibili audire nō possent? BEDA. Sane in q̄busdā exemplaribus inuenit̄: Qui ⁊ loquor vobis: sed ꝯgruentius esse ꝓbat̄ si q2 legatur: vt iste sit sensus: Principiū me esse credite: q2 ꝓpter vos ad hec v̄ba descendi. CHRY. Vel aliter. Considerāda est amentia iudeoꝝ: qui post tp̄s tm̄ ⁊ signa ⁊ doctrinam interrogāt: Tu quis es: Quid igitur xp̄s a principio loquor vobis. q. d. Sermones meos indigni estis audire: non solum vt dicā vobis Quis ego sum: vos enim oia tentantes loquimini: ⁊ hec oia possem arguere ⁊ vos punire. vnde sequit̄: Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare. AVGV. Supra dixit: Ego nō iudico quēq̄z: s3 aliud est: Non iudico: ⁊ aliud habeo iudicare. nō iudico dixit ad p̄n̄s. Q8 aūt dicit: Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: iudiciū futurum dicit. Ideo autem verus in iudicio ero: q2 filius veracis, veritas suz. vnde seqtur: Sed qui misit me verax ē. Verax est pater: non participando: s3 generando veritatē. Nunq̄d eniz dicturi sumus: Plus veritas q̄z verax? si hoc dixerimus: filium incipiemus dicere patrem maiorem.

CHRY. Dicit autem hoc vt non estimēt q̄n tot audiens ex imbecillitate nō punit: aut q2 eorum cogitationes ⁊ ꝯtumelias non nouit. THEOPHI. Vel q2 dixerat. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare: iudicium futuro seculo reseruans subiungit. Sed qui me misit verax ē. q. d. Etsi vos īfideles estis pr̄ meus verax est: q̄ diē stabiliuit in quo vobis retributio fiet. CHRY. Vl aliter: Si in hoc me misit pr̄ non vt iudicē mundum: sed vt saluē mundū: verax aūt est pater. Cōuenienter nullū ego nunc iudico: sed hec loquor q̄ sunt ad salutē: nō q̄ ad iudiciū. vnde sequit̄: Et ego q̄ audiui ab eo: hec loquor in mūdo. ALCVI. Audisse aūt a patre idē est ⁊ esse a patre: q2 ab illo h3 audientiā a quo h3 essentiā. AVGV. Dat gloriam patri equalis filius: tanq̄z dicat: Do gloriā ei cui9 sum filius: quō tu superbus es aduersus cū cuius es seru9? ALCVI. Cū aūt audissent: Verax est q̄ misit me nō intellexerunt d' quo diceret. vnde subditur: Et non cog. quia pa. eius dice. deuz. Nondum. n. oculos cordis apertos habebant quibus patris ⁊ filij equalitatem intellexerunt.

¶ Dixit ergo eis iesus: Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum: ⁊ a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hoc loquor. Et qui me misit mecum est: ⁊ nō reliquit me solū: quia que placita sunt ei facio semper.

AVGV. Cū3 dixisset dominus. Verax est qui misit me: non intellexerunt iudei q̄ de patre illis diceret. videbat autem ibi aliquos quos ipse nouerat post passionem suaz

esse credituros: ⁊ ideo sequitur. Dixit ergo eis iesus: Cum exaltaueritis filiuꝫ hominis tunc cognoscetis q: ego sum. Recolite illud. Ego sum q sum: ⁊ cognoscetis qd sit dictuꝫ: Ego sum. Differo cognitionē vestrā: vt impleam passionem meaꝫ: ordine vestro cognoscetis: qui cū. s. exaltaueritis filiū hoīs. Exaltationē aūt crucis dicit q: ⁊ ibi exaltatus ē qn̄ pependit in ligno. hoc oportebat impleri ꝑ manus eoꝝ q postea fuerant credituri: qbus dicit hoc: quare? nisi vt nemo in quocunqꝫ scelere ⁊ male sibi ꝯsci⁹ desperaret: qn̄ videat eis donari homicidiū q occiderant christum. CHRY. Vel aliter continua: Qꝛ multa signa faciens ⁊ docens eos non cōuerterat: de cruce: de reliquo loquit̄ dicēs: Cū exaltaꝫ. ⁊c. q. d. Vos estimatis ꝙ tunc maxime a me separati eritis: qn̄ me occideritis. Ego aūt dico qn̄ tunc maxime scietis ⁊ grā signoꝝ ⁊ resurrectōnis ⁊ captiuitatis vestre: qm̄ ego suꝫ xp̄s filius dei: ⁊ ꝙ non ꝯtrarioꝛ illi. ꝑꝑ quod subdit. Et a meip. ni. fa. sed si. do. me pater sic loquor. ꝑ hoc enim indifferentiam substātie manifestat: ⁊ ꝙ nihil extra paternales intelligentias loquit̄. si enim deo ꝯtrarius essem: non tantā iram mouissem ꝯtra eos q me non audierunt. AVGV. Vel aliter. q: dixerat: Tunc cogno. q: ego sum. ⁊ ad ipsuꝫ esse ꝑtinet tota trinitas: ne forte subintraret error sabellianoꝝ continuo subiunxit: Et a me fa. nihil. q. d. a meipso non sum: filius enim de patre est deus. Qδ ergo addidit: Sicut do. me pr̄: hoc loquor: nemini vestꝝ obrepat cogitatō carnalis. Nolite vobis quasi duos homines añ oculos ponere: ⁊ loquentē patrem ad filiū: Sicut facis tu qn̄ aliqua verba dicis filio tuo. Que enim verba fierent vnico verbo. si aūt deus loquit̄ in cordibus vestris sine sono: quō loquitur filio suo? Incorporaliter pater locutus est filio: q: incorporaliter pr̄ genuit filiū: nec eū sic docuit: quasi indoctum genuerit: sed hoc est eū docuisse qδ est scientē genuisse. Si enim simplex est natura veritatis: hoc est filio esse ꝙ nosse. quēadmoduꝫ ergo pater illi gignēdo dedit vt esset: sic gignēdo dedit vt nosset. CHRY. Rursus ad humilius sermonē reducit. Sequitur: Et q me misit. Ne autem estiment hoc ꝙ dicit: Misit me: minorationis esse. dicit: Mecum est: nam hoc quidem dispensationis: hoc autem deitatis est. AVGV. Et cum ambo simul sint: vnus tn̄ est missus: alter misit: qm̄ missio incarnatio est: ⁊ ipsa icarnatio filij tm̄ est: nō ⁊ patris. ergo iquit. Qui me misit. i. cuius auctoritate tanqꝫ paterna icarnat⁹ suꝫ. Misit itaqꝫ pater filiū: sed non recessit a filio vñ sequitur: Et non reli. me solum. Nō eni quo misit filiū: non ibi erat pater q dixit: Celum ⁊ terra ego ipleo: sed quare eū non dereliquit subdit: Qꝛ q̄ pla. sunt ei fa. semꝑ. non ex quodā initio: sꝫ sine initō sine fine. dei. n. generatio nō hꝫ initiū tp̄is. CHRY. Videtur aliter. Qꝛ ꝯtinuo dicebat: Qm̄ nō ex deo est: ⁊ q: sabbatū nō custodit. ꝯtra qδ ait: Qm̄ q̄ pla. sunt ei fa. semꝑ. ostendens qm̄ ⁊ soluer̄ sabbatū placitū ē ei. Multipliciter. n. studet vt ostendat ꝙ nihil facit patri ꝯtrariuꝫ ⁊ q: hoc humanius locutus est subdit̄: Hec il. lo. mul. cre. in eū Ac si diceret euangelista: Ne turberis siqd humile a xp̄o audieris. qui n. post tantā doctrinā nondū suasi erant humiliora audiunt ⁊ suadent̄: igitur crediderūt qdam: sed non vt oportebat. sed simpliciter: quasi letantes ⁊ requiescentes in verboꝝ humilitate. Et hoc ostendit euāgelista in subsequentibus sermonibus in quibus narratur ꝙ rursus ei iniuriabantur.

Feria. iij. Mathei. xxiij. cap.

Locutus est iesus ad turbas ⁊ ad discipulos suos dicens: Super cathedrā moysi sederunt scribe ⁊ pharisei. Oia ergo quecūque dixerint vobis seruate ⁊ facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Dicunt. n. ⁊ non faciunt. Alligant autem onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

CHRY. super matth. Postqꝫ dn̄s sacerdotum responsionem prostrauit: ⁊ incorrigibileꝫ eoꝝ ꝯditionē ostendit: sicut clerici si male fecerint inemendabiles sunt: laici vero delinquentes facile emendant̄: tūc cōuertit sermones ad apostolos ⁊ ad populū. vnde dici

tur. locutus est iesus ad turbas ꝛ ad disci. su
os. Infructuosum nāq; est verbū in quo sic
alter confundit: vt alter nō erudiat. ORI
GE. Sunt aūt meliores discipuli christi reli
qs turbis: ꝛ inuenis in ecclesijs quosdā affe
ctuosius accedētes ad verbū dei esse discipu
los christi: ceteros aūt populū esse ipsius: Et
īterdū q̄dā discipulis solis dicit: quedā vero
turbis: alia vo turbis simul atq; discipulis
sicut sunt hec. vñ sequitur: Dicēs sup cathe-
drā moysi ꝛc. Qui legē moysi ꝓfitent ꝛ īter
pretari se gloriant hi sedēt sup cathedrā moy
si. Qui ergo nō recedūt a littera legis: scribe
dicunt. Qui aūt maius aliqd ꝓfitentes: diui
dūt seipsos quasi meliores a multis: pharisei
dicunt: qd̄ īterpretat diuisi. Qui aūt moysen
sm spiritualē virtutē intelligunt ꝛ exponūt:
sedent qdē sup cathedrā moysi: sed non sunt
scribe ꝛ pharisei: sz his meliores dilecti chri
sti discipuli. Post aduentū aūt christi sedent
sup cathedram ecclesie: que est cathedra chri-
sti. CHRY. super matth. Videndum est
tñ quō qs super cathedrā sedeat: qr nō cathe
dra facit sacerdotem: sed sacerdos cathedrā:
non locus sanctificat hoiem: sed homo locū.
Ideoq; malus sacerdos d̄ sacerdotio suo cri
men acquirit: non dignitatem. CHRY.
in ho. Ne autem aliquis dicat: qm̄ propter
hoc desidior factus sum ad agendum qr ma-
lus est doctor: hanc destruit occasionem: cuz
subdit: Omnia ergo quecunq; dixe. vo. ser.
ꝛ facite. Non. n. sua dicūt: sed que dei sunt:
que per moysen deus in legem deduxit. Et
intuere quanto circa moysen vtitur honore:
eam iterum que ad vetus est testamentuz cō
cordiaz ostendens. ORIGE. Si aūt scri-
be ꝛ pharisei sedentes sup cathedram moysi
sunt iudeorum doctores sm litteram docen-
tes legis mādata: quō iubet nos dñs sm oīa
q̄ dicunt illi facere: cū apostoli in actibus ve-
tent fideles viuere sm litterā legis: Sed illi
docent sm litterā legem spiritualiter non in
telligētes. Quecunq; ergo dicūt nobis ex le
ge intelligētes sensum legis facimus ꝛ sua-
mus: nequaq; faciētes sm opa eoꝝ. Nō. n.
sicut lex docet faciūt nec ītelligūt velamē esse
sup litterā legis. Vel cū oīa audieris nō oīa
ītelligas precepta legis: puta multa q̄ d̄ cibis
sunt ꝛ q̄ d̄ hostijs ꝛ filia: sz ea q̄ corrigūt mo
res. Sz quare nō d̄ lege gratie hoc mādauit:

sz de doctrina moysi: qr. s. nōdū erat tēpꝰ pre
cepta noue legis añ tēpus passionis manife
stare. Mihi aūt vr̄ q̄ ꝛ aliqd aliud predispē
sans hoc dicit: qr. n. accusaturus erat scribas
ꝛ phariseos in sequentibus sermonibus: ne
videretur apud stultos ex hoc eorum princi-
patuz cupere: vel propter inimicitiam hoc fa
cere: primum a se hanc suspitionez remouet:
ꝛ tunc eos incepit reprehendere: vt turbe nō
in eadem vitia incidant: ꝛ ideo ne existiment
q̄ quia debent eos audire: ideo eos debeant
in operibus imitari. Subditur enim. Secū-
dum vero opera eorum nolite facere. Quid
est autem doctore illo miserabilius: cuius vi
tam discipuli cum non sequuntur saluantur:
cuz imitantur perduntur: CHRY. super
matthe. Sicut autem aurum de terra eligit:
ꝛ terra relinquitur sic ꝛ auditores doctrinam
accipiant ꝛ mores relinquāt. Frequenter. n.
de homine malo bona doctrina procedit: si-
cut autem. ꝛ sacerdotes melius iudicant pro
pter bonos malos docere q̄z propter malos
bonos negligere: sic ꝛ subditi ꝓpter bonos
sacerdotes etiam malos honorez: ne propter
malos boni etiam contemnantur. melius est
. n. malis iniusta prestare q̄z bonis iusta sub
trahere. CHRY. in ho. Considera vero
vnde incipit eos reprehendere. Nam sequi-
tur: Dicunt. n. ꝛ non faciunt. Maxime eniz
accusatione dignus est: qui; doctrine auctori-
tatem habens: legem transgreditur. primo q
dez qr preuaricatur qui alios corrigere dz: de
inde qr peccans maiore pena dignus est pp
honorē: tertio qr plus corrūpit velut in ordi-
ne doctoris peccans. Rursus autem ꝛ aliam
eorum reprehensionem ponit: quoniam gra
ues sunt sibi subiectis. vnde sequitur. Alli-
gant. n. onera grauia ꝛc. In quo duplicem
eorum malitiam ostendit: vnam quidem in
hoc q̄ sine venia expetunt a subiectis sum-
mam diligentiam vite: aliam vero in hoc q̄
sibiipsis multam concedunt licentiaz. Opor
tet autem bonum principem econtrario se ha
bere. in his enim que sm seipsum sunt: gra-
uem iudicem esse. in subiectis autez mansue
tum. Intende aūt qualiter ꝛ eorum reprehen
sionē aggrauat. Nō eni dixit: Nō possunt:
sz Nolūt. neq; dixit. Portat: sz Digito mo
uet. i. neq; ꝓpe fieri neq; tāgere. CHRY.
sup matth. Et quidez quantū ad phariseos ꝛ

scribas de quibus loquitur: onera grauia ⁊ importabilia dicit legis mandata: de quibus petrus i actibus dicit: Ut quid vultis iponere iugū sup ceruices discipuloꝝ: qđ neq; nos neq; patres nři portare potuim⁹? Onera .n. legis quibusdam rationibus fabulosis commēdantes: auditoribus quasi vincula super humeros cordis eoꝝ alligabant: vt velut rōnis vinculo constricti non reijcerent ea a se Ipsi autem nec ex modica parte ea iplebant .i. vt non dicant pleno opere: sed nec modico tactu .i. digito. GLO. Uel alligant onera .i. vndecunq; traditiones colligunt que cōscientiam non leuant: sed grauant. HIERO. Humeri autem ⁊ digitus: ⁊ onera ⁊ vincula qbus alligāt onera: spiritaliter sunt intelligenda. Hic etiam generaliter domin⁹ aduersus omnes magistros loquitur. q grādia iubent ⁊ minora non faciūt. CHRY. super matth. Tales autē sunt qui graue pōdus veniētibus ad penitentiam imponunt: ⁊ sic dū pena presens fugitur: contemnitur pena futura. Si .n. fascem super humeros adolescentis quē non pōt baiulare posueris: necesse hꝫ vt aut fascē reijciat: aut sub pondere confringatur: sic ⁊ homini cui graue pondus penitentie imponis: necesse est vt aut penitentiam reijciat: aut suscipiens dum suffer re non potest: scandalizatus amplius peccet. Deinde ⁊ si erramus modicam penitentiam imponentes nonne melius est propter misericordiam reddere rationem q̃ꝫ propter crudelitatem? vbi paterfamilias largus est; dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus vt quid sacerdos eius auster⁹? Uis apparere sanctus? circa tuam vitam esto austerus: circa alioꝝ benignus. audiant te homines parua mandantem ⁊ grauia facientē. Talis est autem sacerdos qui sibi indulget ⁊ alios exigit: quemadmodum malus descriptor tributi in ciuitate qui se releuat ⁊ onerat tribuentes.

¶ Omnia vero opera sua faciunt vt videātur ab hominibus Dilatant .n. philateria sua: ⁊ magnificant fimbrias Amant autem primos recubitus in cenis: ⁊ primas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro: ⁊ vocari ab hominibus rabbi. Uos autē nolite vocari rabbi. Unus ē .n. magister vester omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terrā. vnus est .n. pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: q: magister vester vnus est christus. Qui maior ē vestrum: erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabitur ⁊ qui se humiliauerit exaltabitur.

CHRY. in ho. Supra domin⁹ arguerat scribas ⁊ phariseos crudelitatis ⁊ negligentie: p̄nter aūt arguit eos inanis glorie q̃ fecit eos a deo recedē: vñ dić. Oīa āt opa sua fa. vt vide. ab hoībus. CHRY. in ho. In oīre nascitur q̄ ipsaꝫ exterminat: sicut ex ligno vermis: ⁊ ex vestimento tinea. vñ sacerdotū ministeriū q positi sunt ad edificationē sanctitatis corrūpere diabolus nitiť: vt hoc ipm bonum dū pp hoīes fit: fiat malū. Tolle hoc vitiū de clero: ⁊ sine labore oīa resecabis ex hoc .n. fit vt difficile clerici peccātes pniaꝫ agāt. Uult aūt dñs i hoc ostēdere cām pp quā nō poterant credere christo: hoc est q: oīa faciūt vt videanť ab hoībus. ipossibile .n. ē vt credat xpo celestia predicāti. q gloriā hoīum concupiscit terrenā. legi .n. aliquē sic iterpretātem hūc locū. super cathedra .i. i honore ⁊ gradu quo fuerat moyses p̄stituti sunt scribe ⁊ pharisei indigne q ꝓphetantes de xpo venturo ꝓdicabāt alijs: ipsi aūt non recipiebāt p̄sitēꝫ: pp hoc hortať populum audire legē quā predicabāt .i. credere in christū predicatū a lege: ⁊ nō imitari scribas ⁊ phariseos icredulos. ⁊ reddit cām quare predicabāt ex lege christū venturꝫ. ⁊ nō credebāt in eū: q: .s. oīa opera sua faciunt: vt ab hoībus videanť. i. q: non predicabant christū venturꝫ desiderio aduentus eius: sꝫ vt doctores legis esse ab hoībus viderentur. ORIGE. Ad hoc aūt opera sua faciunt vt ab hoībus videantur: visibilē suscipientes circuncisionem: ⁊ visibiliter corporalia fermenta auferentes de domibus suis: ⁊ similiter his similia agentes: xpi v̄o discipuli legē in occultis iplent quasi i occulto p̄stituti iudei: vt apostolus dicit. CHRY. in ho. Uide autem hic q̄ cuꝫ quadā itentiōe

eos incusat. Non enim simpliciter ait: ꝙ fa/
ciant opera sua: vt videantur ab hominibus
sed addidit omnia. Deinde mõstrat ꝙ neqꝫ
in magnis vane gloriabantur: sed in quibus/
dam vilibus rebus. vnde subditur. Dilatãt
.n. philateria sua ⁊ magnificant fimbrias.
HIERO. Dominus.n.cuꝫ dedisset mã
data legis per moysen: ad extremum intulit.
ligabis ea in manu tua: ⁊ erunt semper ante
oculos tuos ⁊ est sensus. Precepta mea sint
in manu tua: vt opere compleantur: sint an/
te oculos tuos: vt die ac nocte mediteris in
eis. Hoc pharisei male interpretantes scri/
bebant in membranis decaloguꝫ moysi.i. de
cem legis verba: complicantes ea ⁊ ligantes
in fronte: ⁊ quasi coronam capitis facientes:
vt semper ante oculos mouerentur. Iusserat
quoqꝫ aliud moyses vt in quattuor angulis
palliorum hiacintinas fimbrias facerent ad
israelem populuꝫ discernendum: vt quomo
do in corporibus circuncisio signum iudaice
gentis daret: ita vestis haberet aliquam diffe
rentiam. Supstitiosi vero magistri captãtes
auram popularem: atqꝫ ex mulierculis captã
tes lucra: faciebant grandes fimbrias ⁊ acu/
tissimas in eis spinas ligabant: vt vꝫ ambu/
lantes ⁊ sedentes interdum pungerentur: ⁊
quasi hac commonitione retraherẽtur ad mi
nisteria seruitutis dei. Pictatiola ergo illa d
calogi philateria vocabant.i. cõseruatoria eo
ꝙ quicunqꝫ habuissent ea: quasi ob custodiaꝫ
⁊ munimentum sui haberent. Non intelligẽ
tibus phariseis ꝙ hec in corde portãda sunt
non in corpore: alioquin ⁊ armaria ⁊ arce ha
bẽt libros: ⁊ noticiã dei nõ hñt. CHRY.
Illorum autem exemplo ⁊ nunc multi aliqua
nomina hebraica angelorum confingunt ⁊
scribunt ⁊ alligant: que non intelligentibus
metuenda videntur: quidam vero aliquam
partem euangelij scriptam circa collum por/
tant. Sed nonne quotidie euangelium in ec
clesia legitur: ⁊ auditur ab omnibus? Cui er
go in auribus posita euangelia nihil prosunt
quõ eum possunt circa colluꝫ suspensa salua
re? Deinde vbi est virtus euangelij: in figu
ris litterarum: an in intellectu sensuum? si in
figuris: bene circa colluꝫ suspendis. si in itel
lectu: ergo melius in corde posita prosunt: qꝫ
circa collum suspensa. Alij vero sic exponũt
hunc locum: quia dilatabant verba sua de ꝓ
prijs obseruantijs: quasi philateria. i. conser
uatoria salutis ea populo assidue predicãtes:
Fimbrias autem vestimentorum magnifica
tas dicit supereminentias eorundem manda
torum. HIERO. Cum autem superflue
philateria dilatant ⁊ magnas faciant fimbri/
as: gloriam captantes ab hominibus: conse
quenter arguuntur in reliquis. vnde sequit:
Amant.n. primos accu.in ce. ⁊ primas ca/
the.in synago. RABA. Notanduꝫ ꝙ nõ
salutari in foro: non primo sedere vel discũ/
bere vetat eos: quibus h officij ordine cõpe/
tit: sed eos qui hec siue habita siue non habi/
ta indebite amãt a fidelibus: quasi improbos
docet esse cauendos. CHRY. Non enim
vituperat eos qui in primo loco recumbunt:
sed eos qui amant primos discubitus: ad vo
luntatem vituperationem referens: non ad
factuꝫ Sine causa enim loco se humiliat: qui
corde se prefert. aliquis enim iactator audiẽs
laudabile esse in vltimo loco discumbere di/
scumbit post omnes: ⁊ non solum iactantiaꝫ
cordis non dimittit. sed adhuc aliam iactanti
am humilitatis acquirit: vt qui vult videri in
stus ⁊ humilis videatur. Multi enim super
bi corpore quidem in nouissimo recumben/
tes: cordis autem elatione videntur sibi in ca
pite recumbere: ⁊ multi sunt humiles in ca/
pite recumbentes: ⁊ conscientia se in vltimo
esse existimant. CHRY. in ho. Intẽde au
tem vbi in eis vana gloria dominabatur: in
synagogis scilicet in quas intrabant: alios di
recturi. In cenis hoc pati qualitercunqꝫ tole
rabile erat: qꝫuis doctorem in admirationem
esse oporteat: non in ecclesia soluꝫ sed vbiqꝫ.
Si autem diligere talia est incusatio qꝫ malũ
ẽ studere: vt his aliqs potiatur. CHRY.
super matthe. Primas etiam salutationes
amant non solum in tempore vt eos primuꝫ
salutemus: sed etiaꝫ in voce vt clamantes di
camus. Aue rabbi ⁊ in corpore vt flexis ca/
pitibus eis incuruemur: ⁊ in loco vt ĩ publi
co salutentur. vnde dicit. Et salutationes in
foro. RABA. Quamuis in hoc culpa nõ
careat si ijdem in foro litibus interesse qui in
cathedra moysi magistri synagoge cupiũt ap
pellari: ⁊ vocari ab hominibus rabbi.
CHRY. super mattheum. i. vocari vo/
lunt ⁊ non esse: nomen appetunt ⁊ officium
negligunt. ORIGE. In ecclesia etiã xpi

inueniunt mēsaꝝ suscipiētes ꝑmatū vt dia/
cones fiāt: ꝑinter aūt ꝑmas cathedras eorū q
dicūtur presbyteri prerip͛e ambiūt. qdā aūt ma
chinant vt cp̄i vocent ab hoīb⁹: hoc ē rabbi.
xp̄i aūt discipulus diligit qdē i spiritalib⁹ ce/
nis recubu⁹ ꝑmos vt meliora spiritaliū cibo
rū māducet. Diligit ēt cū ap̄lis sedētib⁹ sup
xij. thronos ꝑmas cathedras: actib⁹ bonis di
gnū se prebere festinās cathedris huius. sic
aūt ⁊ salutationes diligit q̄ fiūt i nūdinis ce/
lestib⁹. i. celestib⁹ ꝑmitiuoꝝ ꝯgregationib⁹.
Vocari aūt rabbi neq̧ ab hoīb⁹ neq̧ ab ali/
quo alio diligit iust⁹: q2 vn⁹ ē magister oīuꝫ.
vn̄ subdit: vos autem nolite vocari rabbi.
CHRY. in ho. Vel aliter: Premissoruꝫ
de qb⁹ phariseos icusauerat: alia qdē sic par
ua ⁊ vilia ꝑtermisit. q̄si discipulis de his in/
strui nō indigētib⁹: sꝫ qd̄ erat oīum maloꝝ
cā. i. thronū appetere magistralē h̄ i medium
ducit ad discipulos istruendū. vnde subdit:
Vos aūt nolite vo. rab. vn⁹ est eni magister
vester. CHRY. sup mat. q. d. Nolite vo
cari rabbi: ne qd̄ deo debet vobis ꝑsumatis.
Nolite ⁊ alios vocar͛ rabbi: ne diuinū hono
rē hoīb⁹ deferatis. Vn⁹ ē. n. magister oīuꝫ
q oēs hoīes naturalr̄ docet. Si. n. hō hoiem
erudiret: oēs hoīes discerēt q hn̄t doctores.
nūc aūt q2 nō hō docet: sꝫ de⁹: multi qdē do/
cent: pauci aūt discūt. Nō. n. hō itellectū pre
stat hoi docēdo: sꝫ a deo ꝑstitū ꝑ admonitio/
nē exercet. HYLA. Et vt meminerint di/
scipuli se filios vni⁹ parētis: ⁊ ꝑ noue natiui
tatis generationē terreni ortus excessisse pri/
mordia subdit. Oēs autē vos fratres estis.
HIERO. ꝯtra heluidiū: Oēs aūt hoīes
affectu fratres dici pn̄t qd̄ in duo diuidit in
spāle ⁊ cōe. In speciale q2 oēs xp̄iani fratres
vocant. Porro in cōe: q2 oēs hoīes ex vno
patre nati pari iter nos germanitate ꝯiungi/
mur. Sequitur: Et patrem nolite vocari ⁊c.
CHRY. sup matth. In mundo enim q̄ꝫ/
uis homo hominē generet: tn̄ vnus est pater
qui oēs creauit. Non enim initium vite ha/
bemus ex parentibus: sed transituꝫ vite per
eos accipimus. ORIGE. Sed quis non
vocat patrem in terris qui ꝑ oēm actum sm̄
deum implens dicit: Pater noster q es in ce
lis. GLO. Quia vo a pparebat quis esset
oīum pater: in hoc qd̄ dixerat: Qui es in ce/
lis: vult exponere qs sit oīum magister. vn/
de ꝑceptū de magistro iteꝝ repetit dicēs: Ne
vocemini magistri q2 magister vester vnus
est xp̄s. CHRY. in ho. Non tn̄ dū dicit
xp̄s magister: excludit pater: sicut neq̧ ex hoc
q de⁹ pr̄ noster: dr̄ hoīum pr̄: excludit xp̄s.
HIERO. Querit aūt quare aduersuꝫ h̄
ꝑceptū ap̄ls doctorē gentiū se esse dixerit: aut
quō in monasterijs vulgato sermone se inui/
cem patres vocant: Quod sic soluit: Aliud
est esse natura patrē vel magistrū: aliud idul
gentia. Nos si hoīem patrē vocamus: hono
rē etati deferimus: non auctorē nostre osten
dim⁹ vite. magister. n. dr̄ ex ꝯsortio veri ma
gistri. ⁊ ne infinita replicē quō vnus ꝑ natu
rā deus: ⁊ vnus filius non ꝑiudicat ceteris
ne ꝑ adoptionē dij vocent ⁊ filij. ita ⁊ vnus
pr̄ ⁊ magister nō preiudicat alijs vt abusiue
vocentur ⁊ patres ⁊ magistri. CHRY. in
ho. Non solū aūt dn̄s ꝑmatus cupere prohi
bet: sꝫ ad ꝯrium auditorē inducit. vn̄ subdit:
Qui maior est vestrum: erit minister vester.
ORIGE. Vel aliter: Et si ministrat qs
verba diuina: sciens q2 xp̄s in eo fructificat:
nequaq̄ꝫ se magistrū sꝫ ministrū ꝓfitet. vnde
sequit: Qui maior est vestrū: erit minister ve
ster. qm̄ ⁊ ipse xp̄s cū esset vere magister: mi
nistrū se esse ꝓfessus est dicens: Ego sum i
medio vestrū quasi q ministrat. bene aūt post
oīa qbus vane glorie vetauit ꝯcupiscentiaꝫ:
addidit dicens: Qui aūt se exaltauerit humi
liabitur: ⁊ q se humiliauerit exaltabit. RE/
MI. Qd̄ sic intelligit. Oīs q se de suis me
ritis extollit: apud deum humiliabitur: ⁊ qui
se de beneficijs humiliat apud deū exaltabit.

¶ Feria. iiij. Mathei. xx. cap.


Scendens iesus hieroso
lymam assumpsit duode
cim discipulos suos secre
to: ⁊ ait illis: Ecce ascen/
dimus hierosolymam: ⁊
filius hominis tradetur principibus
sacerdotum ⁊ scribis. ⁊ condemnabūt
eum morte: ⁊ tradent euꝫ gentibus ad
illudendum. ⁊ flagellandūꝫ: ⁊ crucifigē
dum: ⁊ tertia die resurget.

CHRY. in ho. Dominus a galilea veni
ens non repente hierosolymaz ascendit: sed
prius miracula fecit: phariseos confutauit: et di/
scipulos de vite perfectione et remuneratiõe
instruxit: nunc iam ascensurus hierusalẽ rur
sus eis de passiõe loquitur. vnde dicitur. ascẽ.
ie. hie. assum. duode. disci. secreto. ORI.
In. xij. adhuc erat et iudas: adhuc. n. forsitã
dignus erat cũ alijs seorsum audire que pas
surus erat magister. CHRY. super mat.
Omnis autem salus hominũ in christi mor/
te posita est: nec ẽ aliqd pp qđ magis deo gra
tias agere debeamus: q̃z pp mortem ipsius.
Ideo. xij. apl'is in secreto mortis sue annun
ciauit mysteriũ: qz semp preciosior thesaurus
in melioribus vasis includitur. Si aũt alij au/
dissent passionem christi futuram: viri forsi/
tan turbarentur pp infirmitatem fidei: et mu
lieres pp mollitiẽ sue nature: ex qua i tali ne
gocio ad lachrymas excitantur. CHRY. in
ho. Dictum est quidez et ad multos: tñ occul
te sicut ibi: Soluite tẽplũ h. et signũ non da/
bitur ei: nisi signũ ione pphete. Discipulis aũt
manifeste exposuit dicens: Ecce ascendim⁹
hierosolymam. CHRY. super mat. Qđ
dicit Ecce: continuatiue sermo est vt memoriam
presentie huiusmodi in cordibus recondant.
Dicit aũt Ascẽdimus. ac si. d. Videte qz vo
luntarie vado ad mortẽ. Cuz ergo videritis
me in cruce pendentẽ ne estimetis me homi
nem esse tñ: nã etsi posse mori: hois est: vel/
le tñ mori: hois nõ est. ORI. Hoc igitur
considerantes scire debemus: qm̃ frequẽter
etiam cognoscentes qm̃ et tẽtationes aliquas
subituri sumus: nosipsos offerre debemus:
sed, supra dictum est. Si quis vos persecut⁹
fuerit in vna ciuitate fugite in aliam. sapien
tis in christo est vt cognoscat quale tempus
exigit declinationem quale autem obuiatõnẽ
periculorum. HIERO. Crebro autem đ
passione sua discipulis dixerat: sed quia mul
tis in medio disputans poterat labi de me/
moria quod audierant: iturus hierosolymã:
et secũ ducturus aplos ad tentationẽ eos pa/
rat: ne cum venerit psecutio et crucis ignomi
nia scandalizentur. CHRY. sup mat. Tri/
bulatio. n. cũ superuenerit expectantib⁹ nobis
leuior inuenitur q̃z esset futura si repentina ve
nisset. CHRY. in ho. Predicit etiam eis
vt discant: qm̃ presciens ad passionem venit
et volens: sed a principio quidem mortẽ pre
dixit eis solã. qñ autem exercitati sunt addu/
cit alia. s. qm̃ tradidit eum gentibus. RA/
BA. Tradidit. n. iudas dominum iudeis:
et ipsi tradiderunt eum gentibus. i. pilato et
potestati romanorum. Ideo autem dñs i mũ
do noluit psperari sz gratia pati: vt ostẽde/
ret nobis qui per delectationem cecidim⁹: cũ
qua amaritudine redire debeamus. vnde se/
quitur: Ad illu. et fla. et crucifigendũz. AV
GV. xviij. de ciui. dei: Passione ostendit
qd sustinere p veritate: resurrectione qd spe
rare in trinitate debeamus. vñ dicit: Et ter.
di. re. CHRY. i ho. Que qdẽ huius gra
tia dixit: vt cũ tristia viderint: resurrectionez
expectarẽt: vnde subdit: Et ter. di. re. AV
GV. iiij. de ci. dei. Vna. n. mors. s. salua
toris sm corpus duabus mortibus: nostris
saluti fuit. s. anime et corporis: et vna eius re
surrectio duas nobis resurrectiones prestitit
Hec autem ratio simplici ad duplum: oritur
quidem a ternario numero: vnũ qppe et duo
tria sunt. ORIGE. Hic autem non refe
runt discipuli dixisse aut fecisse aliqd: cũ au/
dissent tristia hec christo futura recordantes
que dominus dixit ad petrum: ne audiant ta
lia vel peiora. et nunc quidem qui diuinas lit
teras scire se arbitrantur scribe: condemnãt
iesuz morte et in linguis suis flagellãt. et cru
cifigunt eum per hoc q tollere volunt doctri
nam ipsius. Ille autem paululum deficiens:
surgit apparẽs his q acceperũt posse videre.

¶ Tunc accessit ad eum mater filio/
rum zebedei cum filijs suis adorans et
petens aliquid ab eo: Qui dixit ei.
Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeãt hi
duo filij mei vnus ad dexteram tuaz:
et vnus ad sinistram in regno tuo. Re
spondens autem iesus dixit: Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicez
quez ego bibiturus sum? Dicunt ei:
possumus. Ait illis: Calicem quidez
meum bibetis: sedere autem ad dexte
ram meam vel ad sinistram non est me
um dare vobis: sed quibus paratum ẽ
a patre meo.

HIERO. Quia post omia dixerat dñs: Et tertia die resurget putauit mulier post re/
surrectionem eum regnaturum: ꝛ auiditate
feminea presentia cupit: immemor futuroꝝ.
vnde dicitur: Tunc acces. ad eũ mr̃ filio. zebe.
cũ fi. suis. CHRY. super matth. Hec mr̃
filiorum zebedei est salome: cuius apud alte/
rum euangelistam ponit̃ nomen vere pacifi/
ca: q̃ vere filios genuit pacis. Magna laus
mulieris ex hoc loco colligitur. q2 non solum
filij reliquerunt patrẽ: sed ipsa reliquerat vi/
rũ suũ: ꝛ secuta fuerat xp̃m: quia ille sine ista
viuere poterat: ista autez sine christo salua eẽ
non poterat nisi forte quis dicat: quia infra
tempus vocationis apostolorum ꝛ passionis
xp̃i mortuus est zebedeus: ꝛ sic illa sexu fra/
gilis: etate defecta: xp̃i vestigia sequebatur.
q2 fides nunq̃ȝ senescit: ꝛ religio fatigationẽ
non sentit. Audacem autem fecerat eam ad
petẽdum nature affectus. vnde dicitur: Ado
rans ꝛ pe. ali. ab eo. i. reuerentia exhibita pe
tit vt quod petierit sibi detur. Sequit̃: Qui
dixit ei: quid vis? Non interrogat quasi ne/
sciens: ſȝ vt illa exponente manifestũ faceret
irrationabilẽ esse petitionẽ: vñ subdit̃: Ait il
li: Dic vt sedeãt hi duo filij. AVGV. de
con. euan. Qđ autem hoc per matrem dictũ
esse mattheus expressit: marcus ipsos filios
zebedei perhibet dixisse cũ illa eorum volun
tatẽ attulisset ad dominum: vnde magis ip/
sos q̃ȝ illam dixisse quod dictum est: marcus
breuiter intimauit. CHRY. in ho. Vide
bant. n. seip sos honoratos pre alijs ꝛ audie/
rant: q2 super. xij. thronos sedebitis. vnde ꝑ
matuȝ ipsius cathedre petebant accipere. Et
q2 quidem plus alijs honoris apud christum
habebant nouerant: timebant vero petrum si
bi preferri. vnde ꝛ alius euangelista dicit: q2
quia prope erant hierusalem putabant q2 re/
gnum dei esset in ianuis. i. aliquid sensibile.
Vnde manifestum est q2 nihil spirituale pe/
tebant: nec intelligẽtiam superioris regni ha
bebant. ORIGE. Sicut. n. in regno mũ
diali in honore eẽ vident̃ q sedẽt cũ rege: nõ
fuit mirũ si mulier muliebri simplicitate vel
iperitia talia se debere petere estimauit: ꝛ ipsi
fratres adhuc iperfecti: ꝛ nihil altius cogitã/
tes de regno xp̃i talia arbitrati sunt de his q
sedebũt cũ iesu. CHRY. super matthei.
Vel aliter: Nõ dicimus q2 recte peteret hec
mulier: sed hoc dicimus: q2 non terrena sed
celestia filijs suis optabat. non enim sentit si
cut cetere matres que corpora natorum suo/
rum amant: animas autem contemnunt. de/
siderant illos valere in seculo isto: ꝛ non cu/
rant quid sint passuri in illo: vt ostendant q2
corporum sunt parentes: non animarum.
Estimo autem q2 hi fratres cuȝ audissent do
minum de passione ac resurrectione sua pro
phetantem: ceperunt dicere intra se cum es/
sent fideles: Ecce rex celestis descendit ad re
gna tartarea: vt regem mortis destruat. Cuȝ
autem victoria fuerit consummata: quid ali/
ud restat: nisi vt regni gloria subsequatur?
ORIGE. Destructo enim peccato quod
regnabat in corporibus mortalibus hominũ
ꝛ omni principatu malignarum virtutum:
eminentiam christi in hominibus christum
recipit: quod est ipsum sedere in sede glorie
sue. q2 autem omnia deus facit ad dextram ꝛ
sinistram: hoc est vt iam nulluȝ malum sit an
te eum. ꝛ qui quideȝ precellunt pre ceteris ap
propinquantibus christo sunt a dextris eius
qui auteȝ inferiores sunt: a sinistris sunt eiꝰ.
Dextram autem christi vide si potes intelli/
gere inuisibilem creaturam: sinistram autem
visibilem ꝛ corporalem. Appropinquanti/
um. n. christo quidam dextram sortiuntur vt
intelligibilia: alij sinistram vt sensibilia.
CHRY. super matth. Qui auteȝ seipsuȝ
donauit hominibus: quomodo regni sui so/
cietatem non donabit? Petentis negligen/
tia reprehenditur: vbi de dantis misericor/
dia non dubitatur. Si nos rogamus magi/
strum: forsitan ceterorum fratrum corda con
cutimus. Etsi enim vinci a carne nõ possunt
quasi iam spirituales: tamen percuti possunt
quasi adhuc carnales. ergo submittamus ma
trem nostram: vt suo nomine deprecetur ꝓ
nobis. Si enim reprehensibilis inuenta fue
rit: facile merebitur veniaȝ. ipse enim sexus
excusat errorem. Si autem non fuerit impor
tuna: facilius impetrabit mater pro filijs su/
is rogans. Ipse enim dominus qui mater/
nos animos filiorum miseratione impleuit:
facilius audiet maternum affectuȝ. Tunc do
minus occultorum cognitor non ad verba
intercedentis mulieris respondit: sed ad con
silia suggerentium filiorum. Bonum qui/
dem erat eorum desiderium: sed inconside/

rata petitio. ideo eti ĩpetrare non debebant: simplicitas tñ petitionis eorum confundi nõ merebat̃: quia de amore dñi talis petitio nascebatur: propterea solam ignorantiam ĩ eis dominus reprehendit. vnde sequitur: Rñdens aũt ie. di. Nesci. quid petatis. HIERO. Nec mirũ si ista arguat̃ ĩperitie: cũ ⁊ d petro dicat̃: Nesciẽs qd diceret. CHRY. sup matth. Nã frequenter dñs patit̃ discipulos suos aliquid non recte aut dicere aut agere aut cogitare vt ex illorum culpa occasionẽ inueniat exponendi regulam pietatis: sciens quia error eorum non nocet presente magistro: ⁊ non solum in presenti: sed etiam in futuro doctrina eius edificat. CHRY. i homi. Hoc aũt dicit ostendẽs q vel nihil spirituale petebãt: vel si nouissent q̃ petebãt: non ausi fuissent tñ qd petere qd superexcedit superiores virtutes. HYLA. Nesciunt ẽt qd petãt: q2 nihil de gloria apostolorũ ambigendũ erat: iudicaturos. n. eos sermo superior exposuit. CHRY. sup matth. vel Nescitis qd petatis. q. d. Ego vos vocaui ad partem dexteram de sinistra: ⁊ vos vestro cõsilio curritis ad sinistram: ideo forsitã ⁊ per mulierẽ res agebatur. Contulit. n. se diabolus ad cõsueta arma mulierum: vt sicut adam per mulierem spoliauit: ita ⁊ istos separaret per matrem. sed iam non poterat per mulierem perdito introire ĩ sanctos: ex quo de muliere salus cunctorum processit. Vel ideo dicit: Nescitis quid petatis. Non enim solum debemus cogitare qualem gloriaz consequamur: sed quomodo euadamus ruinam peccati: q2 ⁊ in seculari bello qui semper de preda victorie cogitat difficile vincit. ideo petendũ erat: Da nobis auxilium gratie tue vt omne malum vincamus. RABA. Nesciebant etiam quid peterent: quia sedem glorie a domino: quam nondum merebantur inquirunt. Delectabat eos culmen honoris: sed prius habebant exercere viam laboris. vnde subdit. Po. bi. cali. quem ego bibi. sum. HIERO. Calicem in scripturis diuinis passionem intelligimus. vt in psalmo: Calicem salutaris accipiam. statimq3 infert quis iste sit calix: Preciosa ĩ cõspectu dñi mors sanctorũ eius. CHRY. sup matth. Sciebat aũt dñs q2 passionẽ ipsius poterãt imitari: s3 ideo interrogat vt oẽs audiamus: q2 nemo potest cum xp̃o regnare: nisi passionẽ xp̃i fuerit imitatus: res. n. preciosa non nisi precioso precio comparat̃. Passionẽ aũt dñi: dicimus nõ solũ psecutionẽ gẽtiliũ: s3 oẽm violẽtiã quã patimur cõtra peccata certãtes. CHRY. in ho. Dicit ergo: Potestis bibere ⁊c.? Ac si d. Vos mihi de honore ⁊ coronis loquimini: ego autẽ de agonibus vobis ⁊ sudoribus. nõ. n. hoc est premiorum tempus. Ex modo autẽ interrogationis eos attrahit. non enim dixit: Potestis sanguinem vestrum effundere: sed potestis bibere calicem? Deinde addit: Quem ergo bibiturus sum? REMI. Ut ex cõione ad ipm auidiores fiant: at illi qui iam martyrij libertatẽ constantiamq3 retinebãt: bibituros se pollicentur. vnde sequit̃: Di. ei. possumus. CHRY. super matth. Vel dicit hoc non tam ex fiducia sue fortitudinis q3 ex ignorantia: Inexpertis. n. leuis videtur esse tẽtatio passionis ⁊ mortis. CHRY. in homilia. Vel hoc ex desiderio pmittunt. Nec3 eni3 hoc dixissent nisi expectassent audire qd petebant. Dominus autez eis prophetat magna bona idest martyrio dignos efficiendos Sequitur. Ait il. Cali. qui. me. bibetis. ORIGE. Non ita respondit christus: Calicem meum bibere potestis: sed ad futuram eorum perfectionem respiciens dixit: Calicem quidem meũ bibetis. HIERO. Queritur autem quomodo calicem martyrij filij zebedei: iacobus videlicet ⁊ ioannes biberint. cum scriptura narret iacobu3 tñ apostolum ab herode capite truncatum: ioannes autem propria morte vita3 finierit? Sed si legimus in ecclesiastica historia q ipse ioãnes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium: ⁊ relegatus in pathmos insula3 sit: videbimus martyrio animu3 non defuisse: ⁊ bibisse ioannem calicem confessionis: que3 ⁊ tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinẽ. HYLA. Dominus ergo collaudans eorum fidẽ ait: martyrio qdẽ eos secũ cõpati posse: s3 leue eius ac dextre assidere alijs a deo patre fuisse dispositũ. vñ sequit̃: Sede. aũt ad dex. meã. Et qdẽ q̃stu3 arbitramur: ita honor iste alijs ẽ reseruatus: q tñ nec apli ab eo erũt alieni: q i. xij. patriarchaz sede psidẽtes: israelem iudicabũt. ⁊ q̃stũ sentit̃ ex ipsis euãgelijs l3: ĩ regno celorũ moyses ⁊ helias assidebũt qbus

comitantibus cum glorie sue habitu in mon
te apparuit. HIERO. Sed mihi hoc ne/
quaq̃ videtur: sed ideo sedentium in regno
celorum vocabula non dicuntur: ne paucis
nominatis ceteri putarent̃ exclusi. regnũ. n.
celoꝝ nõ est tm̃ dãtis: sꝫ accipiẽtis. Nõ. n. ẽ
ꝑsonaꝝ acceptio apud deũ: sꝫ qcũq̃ talem se
ꝓbuerit vt regno celoꝝ dign⁹ fiat: h̃ accipiet
qd̃ nõ ꝑsone. sꝫ vite paratum est. Si itaq̃ ta
les estis qui consequamini regnum celoruꝫ:
quod pater me⁹ victoribus preparauit: vos
quoq̃ accipietis illud. Ideo tñ nõ dixit: Ne
que non sedebitis. ne duos ꝯfunderet: neq̃
sedebitis. ne ceteros irritaret. CHRY. in
ho. Vel aliter: Videtur inuius oĩbus eẽ lo
cus ille nõ solũ hoĩbus: sꝫ ẽt angelis. sic. n.
precipuũ vnigenito ponit id paulus dicens.
Ad quem autem angelorum dixit vnquam.
Sede a dextris meis. Dñs ergo nõ quasi exi
stentibus qbusdam q assessuri sunt: sꝫ conde
scẽdens interrogãtiũ suspitõni rñdit. hoc. n.
vnũ solũ querebant pre alijs stare apud ipꝫ.
Sed dñs respondet: Moriemini quidem ꝓ
pter me: non tamen hoc sufficit vos facere ꝓ
mum ordinem obtinere. Si. n. aliquis alius
venerit cum martyrio ampliorem virtutem
possidens: non quia vos amo illum expellã:
⁊ vobis dabo primatum. Propter hoc au/
tem vt non infirmus esse ostendatur non di
xit simpliciter: Non est meum dare: sed Nõ
est meũ vobis dare: sed quibus paratum est.
his. s. q ab operib⁹ possunt fieri clari. RE/
MI. Vel aliter. Non est meuꝫ dare vobis
idest superbis talibus quales vos estis: sed
humilibus corde: quibus paratum est a pa/
tre meo. AVGV. primo de trinita. Vel
aliter Secundum formam serui discipulis
dominus respondet: Sedere autem ad dex/
tram ⁊c̃. Quod autẽ paratum est a patre ei⁹:
⁊ ab ipso filio est paratum: quia ⁊ ipse ⁊ pa/
ter vnum sunt.

¶ Et audientes decẽ indignati sunt
de duobus fratribus. Jesus auteꝫ vo
cauit eos ad se ⁊ ait: Scitis quia prin
cipes gentium dominantur eorum: ⁊
qui maiores sunt potestatem exercent
in eos. Non ita erit inter vos. Sed
quicunq̃ voluerit inter vos maior fie
ri: sit vester minister. Et qui voluerit
iter vos primus esse: erit vester seru⁹.
Sicut filius hominis non venit mini
strari sed ministrare: ⁊ dare animaꝫ su
am redemptionem pro multis.

CHRY. in ho. Donec christi sñia incerta
erat non tristabantur alij discipuli: sed tunc
tristati sunt quando eos increpauit. vnde di
citur: Et audien. x. indi. sunt de duo. fratri/
bus. HIERO. Non ad mulierem auda/
ciã referũt postulantis: sed ad filios q̃ igno/
rantes mensuram suam non modica cupidi
tate exarserunt. CHRY. in ho. Intellexe
runt enim: quia hec premio discipulorum fu
it quando eos dominus increpauit. Quan/
do autem eos a domino prehonoratos vide
runt in transfiguratione: ⁊ si sm̃ mentem vo
lebant: in medium efferre non audebant ve/
nerantes doctorem. CHRY. super mat/
theum. Sicut autem duo carnaliter petierũt.
ita. ⁊. x. carnaliter contristati sunt. nam velle
quideꝫ esse super omnes vituperabile est: su
stinere autem aliuꝫ super se minus est glorio
sum. HIERO. Humilis autẽ magister
⁊ mitis nec cupiditatis duos arguit postulã/
tes: nec. x. reliquos indignationis increpat ⁊
liuoris. vnde sequitur: Jesus autem vocauit
eos ad se. CHRY. i ho. Quia. n. turbati
erãt: vocatiõe eos ꝯsolat̃ de ꝓpinquo eis lo/
quẽdo. eteñ duo a societate. x. seipsos sepan
tes ꝓpius stabãt: seorsum dño loquẽtes: nõ
tñ sicut ꝑus pueros i mediũ ducẽs eos ꝯsola
tur: sꝫ a ꝯtrio iserunt dicẽs: Scitis q̃ ꝑncipes
gẽtiũ dñant̃ eorum. ORI. i. Nõ ꝯtenti tñ
regere suos subiectos: sꝫ violenter eis dñari
nitunt̃ iter vos aũt q estis mei nõ erunt hec.
qm̃ sicut oĩa carnalia i necessitate sunt posita:
spũalia aũt i volũtate: sic ⁊ q ꝑncipes sũt spũa
les: ꝑncipatus eoꝝ i dilectiõe subditoꝝ dꝫ eẽ
posit⁹: nõ i timore corporali. CHRY. in
ho. Ostẽdit aũt i hoc q̃ gẽtiliũ ẽ ꝑmat⁹ cupe
re: ⁊ sic gẽtiũ cõparatiõe eoꝝ aĩam estuãtem
ꝯuertit. CHRY. suꝑ matt. Et opus qdẽ
desiderare bonũ: bonũ ẽ: q̃ nr̃e voluntatis ẽ
⁊ nr̃a ẽ merces. ꝑmatũ aũt honoris ꝯcupisce
re vãitas ẽ: hoc. n. ꝯseq iudiciũ dei ẽ: pp qd̃
ex ꝑmatu honoris nescimus si mercedẽ iusti
cie meremur. Neq̃. n. apl̃s laudẽ hebit apd̃

deū q: apl's fuit: ſ; ſi op⁹ aplatus ſui bñ iple
uit. nec apl's ꝓ merito ſuo aſcedēti honora/
tus ē vt eſſet apl's: ſ; ad hoc miniſteriū aptꝰ
ē indicat⁹ ſm modū aīe ſue. Primatus ēt fu
giētē ſe deſiderat ⁊ deſiderātē ſe horret. con
uerſatio ergo melior deſideranda eſt: non di
gnior gradus. Volēs ergo dñs ⁊ duoꝝ fra
trū zebedei ⁊ alioꝝ idignationē extinguere:
itroducit dñiam iter ꝑncipes mūdiales ⁊ ec/
cliaſticos: oñdēs q: ꝑmatus i xp̄o nec ab ali/
quo appetēd⁹ ē nō hñte: nec alteri iuidēdus
ē hñti: q: ꝑncipes mūdi iō ſunt vt dñent mi
norib⁹ ſuis: ⁊ eos ſuuituti ſubijciāt ⁊ expoli/
ent: ⁊ vſq; ad mortē eis vtant ad ſuā vti'ita/
tē ⁊ gloriā;. Principes autem eccleſie ſiunt
vt ſeruiant minoribus ſuis: ⁊ miniſtrent eis
quecunq; acceperunt a chriſto: vt ſuas vtili/
tates negligant ⁊ illorum procurent: ⁊ mori
non recuſent pro ſalute inferiorum. Prima
tum ergo eccleſie concupiſcere neq; iuſtum
eſt neq; vtile. Nullus ſapiens vult vltro ſe
ſubijcere ſeruituti ⁊ periculo tali: vt det ratio
nem ꝓ omni eccleſia: niſi forte qui non timet
dei iudicium abutens primatu ſuo eccleſiaſti
co ſeculariter: ita vt conuertat illum in ſecula
rem. HIERO. Deniq; ſui proponit exē
plum vt ſi dicta paruipenderent erubeſcerēt
ad opera. vnde ſubdit. Sicut filius ho. non.
ve. mini. ſed miniſtrare. ORIGE. Na;
⁊ ſi angeli ⁊ martha miniſtrauerunt ei: tamē
non ideo venit vt miniſtretur: ſed vt mini/
ſtret: ⁊ tantum creuit miniſtrans: vt implere
tur quod ſequitur. Et daret animam ſuam
redemptionem pro multis. ſ. qui crediderūt
in eū: daret inquā i mortē. S; qm̄ ſolus erat
iter mortuos liber: ⁊ fortior oī ꝑtāte mortis:
oēs ſeq ſe volētes liberauit a morte. Eccleſia
rū ergo principes imitari debent chriſtum ac
ceſſibilē: ⁊ mulierib⁹ loquentē: ⁊ pueris ma
nus īponētē: ⁊ diſcipulis pedes lauantē: vt
ipſi ſimiliter faciāt fratribus. Nos aūt tales
ſumus vt ēt ꝑncipū mūdi excedere videa/
mur ſupbiam: vel nō itelligentes: ⁊ contem
nentes mandatū chriſti: ⁊ querimus ſicut re/
ges acies precedentes: ⁊ terribiles nos ⁊ ac
ceſſu difficiles maxime pauperibus exhibe/
mus: nullam affabilitatem habentes: vel hīe
ad nos ꝑmittentes. CHRY. in ho. Quā
tocunq; ergo tu humiliatus fueris: non pote
ris tñ deſcendere q̄tum dominus tuus.

❡ Feria. v. Luce. xvj. cap.



Omo quidā erat diues ⁊ induebatur purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatur quo-
tidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomi
ne lazarus qui iacebat ad ianuam eius
vlceribus plenus: cupiens ſaturari de
micis que cadebant de menſa diuitis:
⁊ nemo illi dabat. Sed ⁊ canes venie-
bant: ⁊ lingebant vlcera eius.
BEDA. Admonuerat ſupra dominus fa
cere amicos de mammona iniquitatis: quod
audientes phariſei deridebant. deinde illa q̄
propoſuerat: exemplis aſtruit dicens: Ho/
mo quidā erat diues. CHRY. Erat: non
eſt. quia preterijt quaſi vmbra fugiens. Nō
autē omnis ſancta paupertas aut diuitie cri
minoſe: ſ; ⁊ luxuria īfamat diuitias: ita pau/
pertatem commendat ſanctitas. Sequitur:
Et indu. pur. ⁊ byſſo. AMBRO. Pur
pura color regij habitus eſt: ⁊ conchis mari/
nis ferro circumciſis emiſſa. byſſus vero ge/
nus lini cādidi ⁊ molliſſimi. GREGO.
in ho. Si autem ſubtilium precioſarumq; ve
ſtium cultus culpa non eſſet: nequaq; ſermo
dei hoc tam vigilanter exprimeret. Nemo
quippe veſtimenta precioſa niſi ad inanem
gloriam querit: vt honoratior ceteris eſſe vi/
deatur. nemo. n. vult ibi precioſis veſtibus
idui: vbi ab alijs ſīi poſſit videri. CHRY.
Cinerem ⁊ puluerem ⁊ terram purpura ⁊
ſerico protegebat ſecundum veſtimenta ei⁹:
ita ⁊ epule. ⁊ nos quales epule: talia ⁊ veſti/
menta. vnde ſequitur: Et epulabatur quoti/
die ſplendide. GREGO. primo mora.
Vbi ſolerter intuendum eſt: quia celebrari ſi
ne culpa conuiuia vix poſſunt: pene ſemper
epula concomitatur voluptas. Nam cū; cor
pus in refectionis delectatiōe reſoluitur: cor
ad inane gaudium relaxatur. Sequitur: Et
erat quida; mendicus nomine lazar⁹. AM
BRO. Narratio magis q̄; parabola vide
tur: quādo ēt nomen exprimit. CHRY.
Parabola vero illa eſt: vbi exemplū ponit:
⁊ tacentur nōia. Interpretat aūt lazarus q ad

iutus ē: pauper. n. erat: et illum dominus ad iuuabat. CYRIL. Vel aliter. Presens sermo de diuite et lazaro similitudinarie scriptus est in parabola vt innotescat ꝙ qui terrenis affluunt opibus: nisi velint opitulari necessitatibus pauperum: grauem incurrent sententiam. Refert autem traditio iudeorum lazarum quendam fuisse tunc temporis in hierosolymis extrema pressum inopia et infirmitate: cuius meminit dominus introducēs eū in exemplum ad maiorem sermonis manifestationem. GRE. in ho. Notandum etiaz est: quia in populo plus solent nomina diuitum ꝙ pauperum sciri. Dominus autez nomen pauperis dicit: et nomen diuitis non dicit: quia deus humiles nouit atqz approbat: superbos ignorat: Vt autez amplius probaretur pauper: simul hunc et paupertas et egritudo tabefecit. Sequitur enim: Qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plen⁹. CHRY. Ideo iacebat ad ianuā: ne diues diceret: Nō vidi: nemo mihi nunciauit. videbat eum exiens: et reuertens. ideo vlceribus plenus: vt crudelitatem diuitis suo corpore demonstraret. mortem corporis tui vides iacere ante ianuam: et non misereris. si dei precepta nō cōsideras: saltem conditionis tue miserere: et time ne ipse talis efficiaris. egrotatio autez habet aliquod solacium: si opes habet. Quanta ergo in isto pena est: in quo inter tāta vulnera non meminit dolores plagarū: sed famē? Sequitur enim: Cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. q. d. Quod proijcis de mensa: hoc prebe in elemosynaz: fac damna lucrum. AMBRO. In solentia autē et tumor diuitum in diuitijs compe tentibus subinfertur. Sequitur eniz: Et nemo illi dabat. Ita. n. sunt conditionis humane immemores: vt tanq̃ supra naturam sint: de miserijs pauperum incentiua suarum capiant voluptatum: rideant inopem: insultēt egenti: et quorum misereri deceat: his auferant. AVGV. De ver. do. Inexplebilis enim auaricia diuitum: nec timet deum: nec hominem veretur. non parcit patri: amico fidem non seruat: viduam opprimit: rem pupilli inuadit. GRE. in ho. Insuper pauper videbat procedentem diuitem ab obsequentibus circūfulciri: se in firmitate et inopia a nullo visitari. nam quia nemo ei ad visitandum aderat: testantur canes qui licenter vulnera eius lingebant. Sequitur. n. Sed et ca. venie. et linge. vlce. eius. CHRY. Vlcera que nullus hominum lauare dignabatur et cōtractare: fere mites lambunt. GRE. in ho. Ex vna ergo re omnipotens deus duo iudicia exhibuit: dum lazarum pauperem ante ianuā diuitis iacere permisit: vt et diues impius damnationis sibi augeret vltionem: et tentatus pauper cresceret ad remunerationē quia conspiciebat ille quotidie cui misereret: videbat iste de quo probaretur.

Factum est autē vt moreretur mēdicus et portaretur ab angelis in sinuz abrae. Mortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autez oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraam a longe et lazarum in sinu eius: et ipse clamās dixit: Pater abraam miserere mei: et mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraam: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnib⁹ inter nos et vos chaos magnum firmatuz est: vt hi qui volunt hinc trāsire ad vos non possint: neqz inde huc transmeare.

CHRY. Audiuimus quid vtriqz in terra passi sunt: videamus quid vtriqz patiantur apud inferos. Quod temporale fuit preterijt: quod sequitur eternum ē. Vterqz mortuus est. illum angeli: hunc pene susceperūt. Dicitur. n. Factum est autem vt mor. mendi. et porta. in sinu abrae. Tante pene repente delitijs commutantur. Portatur post tantos labores: quia defecerat: ne saltem ambulans laboraret: et portabatur ab angelis. Nō suffecerat ad portandum pauperem vn⁹ angelus sed propterea plures veniunt vt chorum leticie faciant. gaudet vnusquisqz angelus tm̄ onus tangere: libenter talibus oneribus pregrauantur vt ducant homines ad regna celorū. Portatus est aūt in sinu abrae:

vt illuz palparet ⁊ refocillaret: Sinus abrae
paradisus est. Ideo autem angeli ministran
tes tulerunt pauperem ⁊ locauerunt eū i sinu
abrae: q: lȝ despectus iaceret: non tn̄ despera
uit: nec blasphemauit dicēs: Hic diues i ne
quicia viuens gaudet ⁊ tribulationē nō patit
ego xp̄o nec obtinere valeo necessariā escaȝ.
AVGV. de origine aīe. Qḋ aūt abrae si/
nū existimas esse corporeū vereor ne in re tā
ta iocülariter nō serio agere credaris. Neqȝ
.n. vsqȝ adeo deciperis vt arbitreris corpo/
reū sinum hōis vnius ferre tot aīas. immo
vt fm̄ te loquar tot corpora: quot illuc angeli
sicut lazaꝝ pferunt nisi opineris fortasse illā
vnā aīam solam ad eundē sinum peruenire
meruisse. Si errare pueriliter non vis: sinū
abrae intellige remotaȝ sedem quietis atqȝ se
cretam: vbi est abraaȝ: ⁊ ideo abrae dictā: nō
ꝙ ipsius tm̄ sit: sed ꝙ ipse multarum gentiuȝ
pater sit qui ad imitandum fidei principatuȝ
prepositus est. GREGO. in home. Cuȝ
auteȝ duo essent inferius corda pauperis. s.
⁊ diuitis: vnus desuper erat inspector: qui ⁊
pauperem tentando exercebat ad gloriam ⁊
diuitem tolerando expectabat ad penam. vn
de sequitur. Mortuus est autem ⁊ diues.
CHRY. Mortuus quidem est tunc cor/
pore sed erat illi ante aīa mortua: nihil enim
agebat ex operibus anime. nam totus feruor
eius qui prouenit ex dilectione proximi expi
rauit: ⁊ erat corpore defuncto defunctior.
Nullus autem est qui sepeliendo diuiti mi/
nistrasse dicatur vt lazaro. eo nanqȝ ꝙ in la/
to itinere delectatus multos habuit obsequen
tes adulatores: vt peruenit ad finem priua/
tus est omnibus. Simpliciter enīȝ sequitur:
Et sepultus est in inferno. Sed etiam ani/
ma eius duȝ viueret sepeliebatur obruta cor
pore quasi sepulchro. AVGV. de que.
euange. Sepultura autem inferni penarum
profunditas ē: que superbos ⁊ immisericor/
des post hanc vitam vorat. BASI. Est au
tem infernus quidam locus communis in
intimo terre obumbratus vndiqȝ ⁊ opacus:
cuius est quoddam orificium in profundum
tendens. per quod patet descensus animab⁹
ad mala damnatis. CHRY. Vel sicut re
gum carceres extra manent: sic ⁊ extra mun/
dum foris alicubi est infernus. vnde ⁊ exte/
riores tenebre dicte sunt. THEOPHI.
Quidam vero dicunt infernum esse transi/
tum ab apparenti ad disparens ⁊ deformita/
tem anime. Quamdiu enim anima peccato/
ris in corpore est: apparet per proprias oper/
rationes: vt auteȝ euolat de corpore fit defor
mis. CHRY. Sicut autem pauperi dum
viueret grauiorem penaȝ reddebat iacere an
te ianuam diuitis: ⁊ aliena bona prospicere:
sic diuiti mortuo augebat exitium accubitus ī
gehenna: ⁊ prospectus delectationis lazari:
ne solum tormentorum natura: sed ⁊ collatio
ne bonorum illius intolerabilius sentiret sup
plicium: vnde sequitur. Eleuans auteȝ ocu.
su. cum esset in tor. vi. abra. a longe. Eleua/
uit quidem oculos: vt illum inspiceret nō vt
despiceret. lazarus enim sursum erat: ille de
orsum. illum plures angeli portabant: istum
infinita tormenta possidebant. vnde non di/
cit: Cuȝ esset in tormento: sed In tormentis.
totus. n. in tormentis erat oculos solos libe/
ros habebat: vt alterius leticiam possit aspi/
cere: vt magis torqueatur: quia non habet qḋ
alius habet. aliorum diuitie eorum qui i pau
pertate sunt: tormenta sunt. GREGO.
Si autem abraam adhuc in imis non esset:
hunc diues in tormētis positus nō videret.
Eos. n. qui celestis patrie vias secuti sunt:
post egressum carnis inferni claustra tenue/
runt: non vt pena quasi peccatores plecteret:
sed vt illos in locis remotioribus requiescen
tes: quia necduȝ intercessio mediatoris adue
nerat: ab ingressu regni reatus prime culpe
retineret. CHRY. Multi autē erant pau
peres iusti: sed qui iacuit ad limina eius aspe
ctu occurrit ad eius tristiciam. Sequitur: Et
laza. in si. eius. Hinc innotescit ꝙ omnes q
a nobis offenduntur: obijciuntur nostro con
spectui. Diues autem lazaruȝ non penes ali
um iustum: sed in sinu abrae videt. erat. n.
abraam charitatiuus: hic auteȝ crudelitatis ar
guitur. Ille sedens ante fores venebatur trā
seuntes: ⁊ in domum propriam ingerebat:
hic xp̄o ⁊ manētes intus auertebat. GRE
GO. in ho. Qui nimirum diues eum cui⁹
in hac vita misereri nō voluit: in suo iaȝ sup
plicio positus patronum querit. THEO/
PHI. Non tamen dirigit sermonem ad la
zarum sed ad abraam: qr forsan erubescebat
⁊ putabat lazarum reminisci malorum ex ꝓ
prijs iudicās de illo. vnde sequitur: Et ipse

cla. dixit. CHRY. Magne. n. pene: magnam vocem reddebat: Pater abraaz. q. d. Patrez te voco natura: quomodo filius qui perdidit suam substantiam. licet meo vitio te patrem perdiderim. Miserere mei. Frustra agis penitentiam vbi non est penitentie loc⁹ Tormenta te cogunt: non mentis affectus. Quicunqz in regno celorū est: nescio an ei⁹ q in inferno est valeat misereri. Creator creature miseretur sue. Unus venit medic⁹ qui sanaret morbos: alij sanare non poterant. Mitte lazarum: erras miser. Abraam mittere non potest. sed suscipere pōt: vt intingat extremum digiti sui in aquam. Lazarum videre non dignabaris: ꝛ nunc digitum eius desideras. Hoc quod petis: tu ei debebas facere cum adhuc viueret. Aquam desideras: qui delicatos cibos añ fastidiebas. Vide cōscientiam peccatoris: non totum audet poscere digitum. Instruimur autem q̄z sit vtile in diuitijs non cōfidere: ecce diues indiget paupere qui quandoqz esuriebat. Mutatur res: ꝛ notificatur omnibus quis esset diues: quis esset pauper. sicut. n. in theatris cuz aduesperascit: ꝛ astantes recedunt: exeuntes ꝛ amictum deponentes: qui reges ꝛ pretores visi fuerant: omnibus vlceribus pleni videntur vt sunt: sic ꝛ adueniente morte: ꝛ soluto spectaculo: vniuersi laruis egestatis ꝛ diuitiarū depositis: ex solis operibus diiudicantur quinam vere sint diuites: qui pauperes: qui gloriosi quiue inglorij. GRE. in ho. Diues. n. iste qui vlcerato pauperi: mense sue vel minuta dare noluit: in inferno positus vsqz ad minima querenda peruenit. nam guttam aque petiuit: qui micas panis negauit. BASI. Condignum autem premium redditur diuiti illi: ignis ꝛ īfernalis pena: lingua arefacta: vice lire sonantis gemitus: vice potus desiderium stille: vice speculatorum enormium: caligo profunda: vice ambitus incessantis peruigil vermes. vnde sequitur: Ut refrigeret lin. me. quia crucior in hac flamma. CHRY. Non autē quia diues fuerat torquebatur: sed q2 misertus nō fuit. GRE. in ho. Hinc colligendum est qua pena multandus sit q aliena diripit: si īferni dānatione percutit q ꝓ. ria n̄ largit. AMBRO. Cruciat ēt: q2 luxurioso carere delitijs pena ē: aq̄ aūt ē refectio aīe ī doloribꝰ ꝯstitute. GRE. in ho. Quid aūt est q2 in tormētis posit⁹ linguā suā refrigerari postulat: nisi q2 is q ꝯuiuēdo de loquacitate peccauerat: ꝑ retributōis iusticiā in lingua atrocius ardebat? Abundare. n. ī ꝯuiuijs loquacitas solet. CHRY. Multa ēt lingua ei⁹ supba locuta ē: vbi peccatum: ibi ꝛ pena. ꝛ q2 plurimū lingua peccauit: amplius torquetur. AVGV. de que. euan. Vel q2 linguā suaz vult refrigerari cū in flamma totus arderet: significat quod scriptum est: Mors ꝛ vita in manibus lingue. ꝛ quia ore confessio fit ad salutem: quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti: vel minimam operationem significat: qua per spiritū sanctū subuenit. AVGV. de origine aīe. Dicis aūt: mēbra hic aīe describuntur: ꝛ vis ꝑ oculū totū caput itelligi: q2 dict⁹ ē leuare oculos suos: ꝑ linguam fauces. ꝑ digitū manū: Quid āt cause ē vt noīa ista mēbroꝝ in deo tibi corp⁹ nō faciāt: ī aīa faciant? An vero qñ de creatura dicuntur ꝓprie accipienda sunt. qñ aūt de creatore tropice atqz translate? Penas itaqz corporeas daturus es nobis qm̄ non creator sed creatura. i. homo dicit: Si assumpsero pennas meas diluculo. Porro si propterea linguam habuit diues ille corpoream: qm̄ dixit Refrigeret linguam meam. in nobis quoqz adhuc in carne viuentibus manus habet ipsa lingua corporea: quia scriptuz est: Mors ꝛ vita in manibus lingue. GRE. in senus. Sicut autē prestantissima speculorum tales representāt facierum imagines: quales ꝛ ipse obiecte facies extant: letas quidem letantium: tristiū vero tristes: sic ꝛ iustum dei iudiciū simile fit dispositionibus nr̄is. vñ q2 diues non fuit misertus paupꝭs iacētis ad ianuā: cū misericordia egeat nō exaudit. Sequitur. n. Et di. il. abra idest. Frecor. quia re. bo. in. vi. tua. CHRY. Aspice p̄triarche bonitatē vocat illū filiū: qd̄ māsuetudinē ei⁹ pōt exprimere: nullū tñ p̄bet auxiliū ei q se remedio priuauerat. vñ dicit: Recordare. i. aīaduertas peccata: ne obliuiscaris q2 fueris oblectat⁹ diuitijs recepisti bona in vita tua idest illa q̄ vera bona esse putabas: nō potes ꝛ in terra regnasse ꝛ hic regnare. diuitie nō p̄nt esse vere ꝛ i terra ꝛ in īferis. Sequit: Et laza. similiter mala. Nō q2 lazar⁹ ea mala putauerit: sz ex censura diuitis hoc dicebat: q inopiam ꝛ famem

⁊ durã egritudinẽ estimabat mala. Quando igitur infirmitatis ⁊ egrotationis magnitudo premit lazarum cogitemus ⁊ letanter accipiamus mala in vita nostra. AVGV. de que. euan. Hec igitur ei dicuntur: qꝛ felicitatem dilexit seculi: nec aliam vitã preter illam in qua superbus tumebat adamauit. Lazarũ aũt dicit mala recepisse: qꝛ intellexit huius seculi mortalitatem: labores: ⁊ dolores ⁊ erumnas: penam esse peccati: qꝛ oẽs in adam moriuntur: qꝛ factus est transgressione mortalis. CHRY. dicit etiam: Recipisti bona ĩ vita tua: quasi debita. q. d. Siquid boni fecisti vnde premium deberetur: oĩa recepisti ĩ illo mundo: epulans: ditatus: oblectatus: successibus prosperis. hic aũt siqd mali cõmisit vniuersa recepit paupertate: fame. ⁊ extremis oppressus miserijs: ⁊ vterqꝫ vestrũ huc nudus accessit. hic qdẽ a peccatis ꝑꝑ qꝺ ⁊ ꝯsolatõnẽ sortit: tu vero a iusticia: ꝑꝑ qꝺ imitigabilem ꝑfers penam. vnde sequitur: Nunc aũt hic cõso. tu vo cruciaris. GRE. ĩ ho. Quecũqꝫ ergo in hoc seculo bñ habetis cũ vos bona egisse recolitis: valde de ipsis ꝑtimescite: ne concessa vobis prosperitas eorũdẽ remuneratio sit bonoꝝ: ⁊ cũ quoslibet pauperes nonnulla rephensibilia ꝑpetrare conspicitis: qꝛ fortasse quos superfluitas tenuissime prauitatis coinqnat: caminꝰ paupertatis purgat. CHRY. Sed dices: Nõne est aliquis qui ⁊ hic ⁊ illic venia perfruatur: hoc quidem difficile est: ⁊ de numero impossibilium. nam ⁊ si paupertas non vrgeat: vrget tamẽ ambitio. Si egritudo non stimulet: ira inflãmat. si tentatiões non ipetunt emergunt sepius cogitationes inique. Non est aũt paruus labor iracũdiã refrenare: cõpescere illicita desideria: ostentationes sedare: desperatõnẽ remittere. vitã asperaꝫ ducere. Talia vero non agẽtẽ: ĩpossibile est saluari. GRE. in ho. Responderi etiã põt qꝛ mali in hac vita bona recipiũt qꝛ oẽ suũ gaudiũ felicitatẽ trãsitoriã putãt. Justi aũt habere hic qdẽ pñt bona: nec tñ in recõpensatione recipere: qꝛ dũ meliora. i. eterna appetunt: eoꝝ iudicio q̃libet bona affuerint: bona minime videñt. CHRY. Post misericordiã aũt dei ĩ ꝓprijs studijs spandũ ẽ de salute: nõ numerãdo ꝑatres aut ꝓpinquos vł amicos. Frater. n. nõ liberat. ⁊ iõ subdit: Et in his oĩbꝰ ma. cha. firma. est inter nos ⁊ vos.

THEO. Chaos magnũ significat iustoꝝ a ꝑctõribꝰ distãtiã. nã sicut affectus coꝝ varij fuerãt: sic ẽt mãsiões nõ modicuꝫ differunt. CHRY. Qꝺ firmatũ dr: qꝛ nõ põt dissolui: agitari: vel ꝯcuti. AMBRO. Inter diuitẽ igit ⁊ paupeꝫ chaos magnũ ẽ: qꝛ pꝰ mortẽ nequeũt merita mutari: vñ seqr: Vt hi qui volũt hĩc ad nos trãsire nõ possint: neqꝫ inde huc trãsmeare. CHRY. q. d. Videre possumꝰ: trãsire nõ possumꝰ. ⁊ nos videmꝰ qd fugerimꝰ: ⁊ vos videtis qd ꝑdideritis: ⁊ nostra gaudia cumulãt vr̃a tormẽta: ⁊ vr̃a tormẽta cumulãt nr̃a gaudia. GRE. in ho. Sicẽ. n. trãsire reprobi ad electos cupiũt. i. a suppliciorꝝ suoꝝ afflictione migrare: ita ad afflictos atqꝫ ĩ tormẽtis positos trãsire iustoꝝ est mẽte ire ꝑ misericordiã: eosqꝫ velle liberare: sꝫ iustoꝝ aĩe q̃uis ĩ sue nature bonitate misericordiã habeãt: iã tñ auctoris sui iusticie ꝯiũcte: tãta rectitudine ꝯstrigunt: vt nulla ad reprobos cõpassiõe moueant: nec iniusti ergo ad beatoꝝ sortẽ trãseũt: qꝛ dãnatione ꝑpetua ꝯstrigunt. nec iusti ad reprobos trãsire ꝑñt: qꝛ erecti iã ꝑ iusticiã iudicij: eis nullo mõ ex aliqua cõpassiõe miserent. THEO. Hic elicis argumẽtũ ꝯ origenis sequaces q dñt: Cum terminus sit imponendus supplicijs: erit tp̃s quo aggregabũtur peccatores iustis ⁊ deo. AVGV. de que. euã. Ostenditur. n. ꝑ incõmutabilitatẽ diuine sñie nullũ auxiliũ misericordie posse p̄beri peccatoribꝰ a iustis etiam si velint prebere: quo admonet vt in hac vita homines subueniant quibus possunt ne si postea etiaꝫ optime recepti fuerint eis quos diligunt opitulari non valeant. Illud enim quod scriptum est. vt ⁊ ipsi recipiant vos in eterna tabernacula: non de superbis ⁊ immisericordibus scriptum est: sed de his qui sibi eos amicos de operibus misericordie fecerunt. quos iusti non velut propria potestate quasi gratificando recipiunt: sꝫ permissione diuina.

¶ Et ait: Rogo te paꝑ vt mittas eũ ĩ domuꝫ patris mei. Hẽo. n. qnqꝫ fratres: vt testeꝑ illis: ne ⁊ ipsi veniãt ĩ hũc locũ tormẽtoꝝ. Et ait illi abraã. Habent moysen ⁊ ꝓphetas audiant illos. At ille dixit: Nõ pater abraã: sed siqs

ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi: Si moysen et prophetas nō audiunt: neqꝫ siquis ex mortuis resurrexerit credent.

GREGO. in ho. Postqꝫ ardenti diviti de se spes tollitur: eius animus ad propinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur. Et ait: Ro. te. pa. vt mit. euz in do. pa. mei. AVGV. de q. euan. Lazarꝫ petit mitti qꝛ sensit se īdignū q testimonium phibeat veritati. Et qꝛ nō ipetraverat paululū refrigerari: multo minus credit se relaxari posse ab īferis ad pdicationē veritatis. CHRY. Vide aūt puersitatē: nec in ipsis penis continet veritatem. Si pater est abraā: quō dicis: Mitte eū in domū patris mei: sed non es oblitus patris tui: qꝛ ille te pdidit. GREGO. i ho. Reproborꝫ autez mentē pena sua quoqꝫ inutiliter erudit ad charitatez: vt iam tunc et suos specialiter diligant: qui hic dū peccata diligerent: nec se amabant. vnde sequitur: Habeo enīz qnqꝫ fra. vt teste. il. ne et ipsi veni. i hūc locum tormentorūz. AMBRO. Serius autem dives iste magister esse incipit: cū iam nec discendi tempus habeatur vel docendi. GREGO. in homilia. Qua in re notandū est ardenti diviti quanta supplicia cumulantur. ad penam nanqꝫ suam ei cognitio servatur et memoria. cognovit. n. lazarum quez despexit: et fratrum suorūz meminit quos reliquit. vt. n. peccatores in supplicio amplius puniantur: et eorum vident gloriam quos contempserunt: et de illorꝫ pena torquētur quos inutiliter amaverunt: Petenti autem diviti vt lazarus mitteretur ab abraam protinus respondetur. vnde sequitur: Et ait illi abraaz: Ha. mo. et p. he. audi. illos. CHRY. q. d. Non sint tibi magis cure fratres tui qꝫ deo qui eos creavit: statuitqꝫ eis doctores q eos commonerent et sollicitarent. Vocat autem hic moysen et prophetas scripta mosaica et prophetica. AMBRO. Quo loco evidentissime declarat dominus vetus testamentum esse fidei firmitatem retundens perfidiam iudeorum et excludens nequitias hereticorum. GREGO. in home. Sed qui dei verba despexerat: hoc audire nō posse suos sequaces estimabat. vnde sequitur: At ille dixit Non pater abraam: sed siquis ex mortuis ierit ad illos penitētiā agent. CHRY. Quia. n. audiendo scripturas contemnebat et fabulas esse putabat: ex his que passus fuerat: ipse quoqꝫ divudicabat de fratribus.

GREGO. nisenus. Sed et aliud quoddam dogma docemur: qꝫ lazari quidem anima non est erga presentia sollicita nec retorquet se ad aliquod relictorum. at dives quasi quodam visco etiam post mortem a vita detinetur carnali. nam siquis omnino carnalis ſm mentem fiat: nec postqꝫ corpus exuerit removetur a passionibus eius. GREGO. in ho. Sed mox diviti veraci sententia respōdetur. Sequitur enim. Ait autē illi: Si moysen et prophetas non audiunt neqꝫ siquis ex mortuis resurrexerit credent ei. Quia q vba legis despiciunt: redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt tanto hic difficilius implebunt. CHRY. Qō autem veruz sit qꝫ qui non auscultat scripturis: nec mortuis redivivis auscultat: ostēderunt iudei: qui nunc quidem volebant occidere lazarum: nunc vero invadebant apostolos: cum tamen a mortuis non nulli resurrexerunt hora crucis. Sed et illud considera qꝫ quisqꝫ mortuus servus est. quecunqꝫ vero dicunt scripture dicit dominus. vnde et si resurgat mortuus: et si celitus descenderit angelus: omnibus magis sunt digne fide scripture. nam angelorum dominus vivorum et mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc deus qꝫ mortui resurgentes prodessent viventibus: non hoc omisisset: qui pro utilitate nostra singula queqꝫ tractat. sed et si crebro resurgerent mortui: hoc iterum tempore contēneretur: sed et diabolus facile introduceret pversa dogmata. id quoqꝫ per organa sua fingens non quidem suscitans vere defunctos sed quibusdam fallacijs spectantiuz frustrās intuitum vel ingenians quosdam mortem simulare. AVGV. De curis pro mortuis habendis. Diceret autem aliquis si nulla est mortuis cura de vivis quomodo dives rogavit abraam vt mitteret lazaruz ad quinqꝫ fratres suos? Sed nunquid quia hoc dives ille dixit: ideo quid fratres agerent vel quid paterentur in illo tempore sciuit? ita illi cura fuit de vivis: qꝫuis quid agerent oīno nesciret: sicut nobis ē cura de mortuis qꝫuis qd agāt oio nesciamus. Sed rursus occurrit qō: quō

hic abraã esse sciebat moysen ⁊ prophetas. i. libros eorum. vbi etiam nouerat diuitem illũ in delitiis: lazarũ vo i doloribꝰ vixisse? Verũ non cũ hec agererur in viuis sed eis mortuis potuit lazaro indicãte cognoscere: ne falsum sit quod ait propheta: Abraam nescuit nos. Possunt ⁊ ab angelis q rebus que agũtur hic presto sunt audire aliquid mortui. possunt etiam aliqua que necessariũ est eos nosse non solum preterita verum etiam futura spiritu dei reuelãte cognoscere. AVGV. de que. euan. Per allegoriam autem hec sic accipi possunt: vt in diuite intelligãtur superbi iudeorum ignorantes dei iusticiam ⁊ suã volentes constituere. Purpura ⁊ byssus dignitas regni est: ⁊ auferetur inquit a vobis regnum dei. epulatio splendida iactantia legis est: in qua gloriabantur plus ad pompaz elationis abutentes ea: q̃ȝ ad necessitatem salutis vtentes: Mendicus autem nomine lazarus: qui interpretatur adiutus: significat indigentem veluti gentilem aliquem aut publicanum: qui tanto magis adiuuatur: quanto minus de suarum copia facultatũ presumit. GREGO. in ho. Lazarus igitur vlceribus plenus gentilem populuȝ figulariter exprimit qui dum ad deum conuersus peccata sua confiteri non erubuit: huic vulnus in cute fuit: Quid enim est peccatorum confessio nisi quedam vulnerum ruptio? sed lazarus vulneratus cupiebat saturari d' micis que cadebant de mensa diuitis: ⁊ nemo illi dabat: quia gentilem quenq̃ȝ ad cognitionem legis admittere superbus ille populꝰ despiciebat. ⁊ quia ea verba defluebant de scientia quasi mice cadebãt de mensa. AVGV. de que. euang. Canes autẽ qui vlcera pauperis lingebant: nequissimi homines sunt amantes peccat: qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala que in se alius gemens ⁊ cõfitens detestatur. GREGO. in home. Nonnunquam etiam solent in sacro eloquio per canes pdicatores intelligi: fm illud: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canum etenim lingua vulnus dum lingit curat: quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruũt: quasi vulnus mẽtis per linguam tangunt. Diues autẽ sepultus est in inferno: in sinum vero abrae lazarus ab angelis ductus est idest in secretaȝ requiem: de qua veritas dicit: Multi venient ab oriente ⁊ occidente: ⁊ recumbent cũ abraam isaac ⁊ iacob in regno celorum. filij autẽ regni eijcientur in tenebras exteriores. De longinquo autem ad videndum lazaruȝ oculos diues leuat: quia dum per damnationis sue supplicia infideles in imo sunt: fideles quosq̃ȝ ante diem extremi iudicij su. ex. se in requie attendunt: quorum post gaudia contẽplari nullatenus possunt. Longe vero est qd' conspiciunt: quia illuc per merituȝ non attingunt. In lingua autẽ amplius ardere ostenditur: quia infidelis populus: verba legis in ore tenuit: que opere seruare cõtempsit. Ibi ergo amplius ardebit: vbi se amplius ostendit scire quod facere noluit. Abraam autem filium eum vocat: queȝ tamen a tormento nõ liberat: quoniam huius infidelis populi patres: quia multos a sua fide deuiasse considerant: eos nulla compassione a tormentis eripiunt: quos tamen per carneȝ filios recognoscunt. AVGV. de que. euan. Quinq̃ȝ autẽ fratres quos habere dicit in domo patris sui: iudeos significat: qui appellati sũt q̃nq̃ȝ: quia sub lege detinebantur que per moysen data est: qui quinq̃ȝ libros conscripsit. CHRY. Vel habuit quinq̃ȝ fratres idest quinq̃ȝ sensus quibus ante seruierat: ⁊ ideo lazarum amare non poterat: quia illi fratres non amant paupertatem. Illi ergo fratres i hec tormenta miserunt: saluari non possunt nisi moriantur: alioquin necesse est vt fratres habitent cũ fratre suo. Sed quid queris vt mittam lazarum: habent moysen ⁊ prophetas. Moyses lazarus pauper fuit: maiores diuitias esse arbitratus paupertatem christi: q̃ȝ diuitias pharaonis. Hieremias in lacum missus pane tribulationis vescebatur: ⁊ omnes prophete istos fratres docent: sed isti fratres saluari non possunt nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Isti enim fratres anteq̃ȝ christus resurgeret: me ducebant in mortem: ille mortuus est: sed isti fratres resurrexerunt. nunc oculus meus christum videt: auris eum audit: tactus amplectitur. Ex hoc autem quod diximus: locum determinamus martioni ⁊ manicheo qui destruunt vetus testamentuȝ. Vide ergo quid dicat abraam: si moysen ⁊ prophetas non audiunt. q. d. Bene facis cũ qui resurrecturus est expectando: sed in illis

christus loquitur. si illos audies ⁊ illum audicturus es. GREGO. in ho. Judaicus autem populus quia moysi verba spiritaliter intelligere contempsit: ad eum de quo moyses locutus fuerat non peruenit. AMBRO. Uel aliter: Lazarus est pauper in seculo: sed deo diues. neqꝫ enim omnis sancta paupertas aut diuitie criminose: sed sicut luxuria infamat diuitias: ita paupertatem cõmendat sanctitas. Siue apostolicus aliquis pauper in verbo: locuplex in fide: qui veraz teneat fidem: verborum infulas non requirit. Cui similem illuz puto: qui cesus sepius a iudeis: vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat. Beati canes in quos vlcerum taliuz distillat humor: vt impleat cor que custodire domum: seruare gregem: cauere assuescam lupos. ⁊ quia panis verbum est: fides autem verbi est mice: velut quedam dogmata fidei sunt mysteria scilicet scripturarum. Arriani autem qui societatem potentie regalis affectant: vt impugnent ecclesie veritatem nonne tibi videntur in quadam purpura ⁊ bysso iacere: qui cũ pro veris fucata defendant: diuitibus abundant sermonibus. Diues heresis euangelia multa composuit: ⁊ pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit: pauper ecclesia vnum deum nouit: nonne ille videntur egene diuitie: ⁊ redundare paupertas. AVGV. de que. euan. Aliter etiam intelligi potest illa narratio: vt lazarum dominuz significare accipiamus iacentem ad ianuam illius diuitis: quia se ad aures superbissimas iudeorum: incarnationis humilitate deiecit: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis idest querens ab eis vel minima opera iustitie: que sue mense idest sue potestati per superbiaz non vsurparent: que opera quamuis minima ⁊ sine disciplina perseuerantie vite bone: saltem interdum vel casu facerent: sicut mice de mensa cadere solẽt. Ulcera: passiones sunt domini. Canes qui ea lingebant: gentes sunt quos immundos iudei dicebant: ⁊ tamen passiones domini in sacramentis corporis ⁊ sanguinis eius per totum iam orbem suauitate deuotissima lambunt. Sinus abrae intelligitur secretum patris quo post passionem resurgens assumptus est dominus: quo eum portatum ab angelis: ideo dictum puto: quia ipsam receptionem qua in secretum patris accessit: angeli annunciauerunt discipulis. Cetera secundũ superiorem expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur: vbi etiam ante resurrectionem iustorum anime viuunt cum deo.

¶ Feria. vj. Mathei. xxi. cap.

HOmo erat paterfamilias qui plantauit vineam: ⁊ sepem circundedit ei: ⁊ fodit in ea torcular: ⁊ edificauit turrim: ⁊ locauit eã agricolis: ⁊ peregre profectus est. Cũ autem tempus fructuum appropinquasset misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: ⁊ fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens: Uerebuntur forte filium meum. Agricole autez videntes filium: dixerunt inter se: Hic est heres: venite occidamus eum: ⁊ habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam: ⁊ occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet ⁊ vineam suam locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus: Nunq̃ legistis i scripturis? Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic est factus in caput anguli. A domino factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis re

gnum dei: z dabitur genti facienti fru
ctum eius. Et qui ceciderit super lapi
dem istum confringetur: super quē ve
ro ceciderit: conteret eum.
CHRY. in ho. Post priorem parabolā
aliam ponit vt ostendat eorum accusationem
esse maiorem z venia indignam. vnde dici/
tur: Aliam parabolam au. Homo erat pa. q
planta. vineam. ORIGE. Homo pater
familias deus est qui dicitur homo i quibus
dam parabolis: sicut si pater cum paruulo fi/
lio suo loquat infantilia vt descendat ad ver/
ba filij sui z instruat eum. CHRY. super
mattheum. Homo autē dicitur nomine nō
natura: similitudine nō veritate: prescius eni
filius quia ꝓpter appellationem humani no
minis quasi homo purus fuerit blasphemā
dus: etiam deum patrem inuisibilem homi/
nem appellauit: qui angelorum z ꝓhominum
natura dominus est: beniuolentia pater.
HIERO. Plantauit autem vineam. de
qua isaias loquitur Vinea domini Sabaoth
domus israel est. Sequitur: Et sepem circū
dedit ei: vel murum vrbis vel angelorū au
xilia. CHRY. super mattheum. Vel per
sepem intellige custodiam patrum iustorum
qui tanq̄ murus facti sunt populo israel.
ORIGE. Vel custodia dei fuit sepes ip
sius: torcular autem locus libationū de quo
sequit: Et fodit in ea torcular. HIERO.
Altare scilicet aut torcularia illa quorum titu
lo tres psalmi prenotantur: octauus: octogesi
mus: octogesimusterius scilicet martyres.
HYLA. Vel prophetas quasi quedā tor
cularia aptauit: in quos musti modo quedā
vbertas spiritussancti feruentis influeret.
CHRY. super mattheum. Vel torcular
est verbum dei: quod cruciat hominem con/
tradicente carnis natura. Sequitur: Et edifi
cauit turrim. HIERO. idest templum de
quo dicitur per Micheam: Et tu turris ne/
bulosa filie syon. HYLA. Vel i turre emi
nentiam legis extruxit: que z in celū ex solo
egressu proueheret z ex qua specularī christi
posset aduentus. Sequitur: Et locauit eam
agricolis. CHRY. super matth. Quan/
do scilicet per legem constituti sunt sacerdo/
tes z leuite: z procurationem regendi popu/
lum susceperunt. Sicut autē colonus q̄uis
de suo munere obtulerit domino: non sic eū
placat sicut si de vinea eius redditus ei obtu
lerit: sic z sacerdos non tantum propter suā
iusticiam placet deo quomodo si populū dei
in sanctitate docuerit: quoniā ipsius iusticia
vna est: populi autem multiplex. Sequitur:
Et peregre profectus. HIERO. Nō lo/
ci mutatōne: nec enim deus alicubi abesse po
test: quo complentur omnia: sed abire vide/
tur a vinea: vt vinitoribus liberum operan/
di arbitrium derelinquat. CHRY. in ho.
Vel peregre profectus est: cum longanimi/
tatem habuit non semper eorum peccatis pe
nas inducens. ORIGE. Vel quia do/
minus qui fuerat cum illis in nube diei z in
columna ignis per noctem: nequaq̄ postea
similiter apparuit illis. In esaia ergo iudai/
cus populus vinea nominatur: z comminna
tio patrisfamilias contra vineam fit. In euā
gelio autem vinea non culpatur: sed eius co
loni. sed forte in euangelio vinea est regnū
dei idest doctrina que scripturis inserta ē sci
entie: vita autem irreprehensibilis hominū:
est vinee fructus. Littera autem scripture est
vinee sepes circumposita: vt non videantur
ab his qui foris sunt fructus qui sunt in ab/
scon so. profunditas autem eloquiorum dei ē
vinee torcular: in quod qui profecerūt de elo
quijs dei infundunt studia sua quasi fruct⁹.
Turris autem edificata est verbum de ipso
deo z de dispensationibus christi. hanc vine
ā tradidit colonis idest populo ante nos: tā
sacerdotibus q̄ laycis: Et peregre profect⁹
est ad suam profectionem dans occasionem
colonis. Appropinquat autem tempus fru/
ctuum: z sm̄ vnūquenq̄ z generaliter popu
lo vniuerso. Primū enim vite tp̄s est sm̄ in
fantiā: z tūc nihil vinea ostēdit: nisi tm̄ hn̄s
in se vitalē virtutē: cū aūt ceperit posse loqui
tp̄s est generationis. Quantū aūt proficit aīa
pueri z tm̄ vinea. i. verbū dei. z post ꝓfectū
vinea operatur fructum maturum charitatis
z gaudij z pacis z huiusmodi. Sed z popu
losq̄ui acceperunt legem per moysen tempus
fructuum appropinquat aliquando. vnde se
quitur: Cum autem tempus fruc. appropin
quasset misit suos suos ad agri. vt acci. fruc.
eius. RABA. Vnde tempus fructuū po
suit non prouentuū. null⁹ enim est fructus

populi contumacis. CHRY. in ho. Ser
uos dicit prophetas: qui offerunt quasi sacer
dotes domini populi fructus ⁊ obedientie
ostensionem per opera. Hi aũt non solũ ma
litia potiti in non dando fructum sed etiam i
indignando ad eos qui venerunt ⁊ sanguie
manus impleuerunt. vnde sequitur: Agri.
ap̃p. ser. eius: ali. ceci. ali. occi. alium vero la
pi. HIERO. Ceciderunt quidem vt hie-
remiã: occiderunt esaiam: lapidauerunt: vt
nabot ⁊ zachariam quem interfecerunt inter
tẽplũ ⁊ altare. CHRY. sup matth. Per
singulos aũt grad⁹ malitie dei misericordia
addebatur: ⁊ per singulos gradus diuine mi
sericordie malitie iudeorum crescebant: ⁊ sic
contra dei clementiam malignitas humana
certabat. vnde sequitur. Iterum misit alios
seruos plu. p̃o. ⁊ fe. illis similit. HYLA.
Missi autem plures prioribus illud temp⁹
designat quo post singulorum prophetarum
predicationem: plurimus simul numerus ꝓ
phetantiũ emissus est. RABA. Vel pri
mi serui qui missi sunt: ipse legifer moyses i
telligitur: ⁊ aaron prim⁹ sacerdos dei: quos
cesos flagello lingue vacuos emiserunt. ali-
os autem seruos prophetarum chorus intel
lige. HYLA. In filio autem ad vltimum
misso domini nostri aduentus significatur.
Sequitur enim: No. autem mi. ad eos fi.
suum. CHRY. in ho. Quare autem non
confestim misit: vt ex his que ad alios fece-
rant: seipsos accusarent: ⁊ furorem dimitten
tes verecundarẽtur propter filium aduenien
tẽ vnde sequit. Vere. fi. meũ. CHRY.
Nunc autem misit non quasi ad obnorios
pene sententiam baiulantem: sed penitentie
veniam misit eos confundere non punire.
HIERO. Quod autem dicit: Vere. fi.
meum. non de ignorantia venit. Quid eniẽ
nesciat paterfamilias qui hoc loco deus intel
ligatur? sed semper ambigere de⁹ dicitur vt
libera voluntas hoĩ reseruetur. CHRY.
in ho. Vel hoc dicit annuncians quid fieri d
bebat: quoniam oportebat eos verecundari:
per hoc enim vult ostendere peccatum eorũ
magnum ⁊ omni excusatione priuatum.
ORIGE. Vel illud quod ait: Verebun
tur filium meum: videtur impletum in illis
iudeis qui intelligentes christum crediderũt
in eum. Hoc autem quod sequitur. Agri-
cole autem videntes filiũ: dixerunt intra se:
hic est heres: venite occidamus eum. in illis
impletum est: qui videntes christũ: ⁊ cogno
scentes filium dei: nihilominus crucifixerũt
eum. HIERO. Interrogemus Arrium
⁊ Eunomium: Ecce pater dicitur ignorare.
quicquid pro patre responderint: hoc intelli-
gant de filio: qui se dicit ignorare consumatiõ
nis diem. CHRY. super matth. Dicunt
autem quidam: quia post incarnationem di-
ctus est christus filius ex baptismo: sicut cete
ri sancti: quos ex hoc loco conuincit dominus.
vbi dicitur: Mittam filium meum. Quãdo
ergo adhuc cogitabat ad transmittendum fili
um post prophetas: iam filius erat: deinde si
eo modo dicitur filius sicut omnes sancti ad
quos factum est verbũ dei debuit ⁊ prophe
tas dicere filios sicut ⁊ christum: aut ⁊ chri-
stum seruum dicere sicut ⁊ ceteros prophe-
tas. HIERO. Per hoc autem quod di-
cunt: Hic est heres. manifeste dominus ꝓ-
bat iudeorum principes: non per ignoranti-
am: sed per inuidiam dei filium crucifixisse.
Intellexerunt enim eum esse illum cui pater
per prophetam dicit: Postula a me ⁊ dabo
tibi gentes hereditatem tuã. Hereditas ꝗp
pe filio sancta ecclesia data est: quam non mo
riens pater illi reliquit: sed ipse sua morte mi
rabiliter acquisiuit. CHRY. super matt.
Tamen postq̃ introiuit in templum: ⁊ ven-
dentes animalia: que ad sacrificium pertine-
bant: foras eiecit: tunc precipue cogitauerunt
eum occidere. vnde dicunt: Venite occida-
mus eum: Dicebant enim intra se: Necesse
est vt populus per istum dimittat consuetudi
nem hostiarum que ad nostrum pertinent lu
crum: ⁊ acquiescat offerre sacrificium iusticie
quod ad gloriam pertineat dei: ⁊ sic iam non
erit populus iste possessio nostra: sꝫ dei. Si
autem occiderimus eum: dum non est qui iu
sticie fructum a populo querat: semper dura
bit consuetudo offerendarum hostiarum: ⁊
sic populus iste erit nostra possessio. ⁊ hoc ẽ
quod sequitur: Et nostra erit hereditas: hec
est cogitatio communis omnium sacerdotũ
carnaliũ: qui non sunt solliciti quomodo vi
uat populus sine peccato: sed aspiciunt quid
in ecclesia offeratur: ⁊ hoc estimant sacerdo-
tij sui lucrum. RABA. Vel hereditatem
occiso eo precipere moliebantur iudei: cum

fidem que per eum est extinguere: ⁊ suaz magis que ex lege est iusticiam preferre: ac gentibus imbuendis conabantur inserere. Sequitur: Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam ⁊ occiderunt. HYLA. Christus enim extra hierusalem tanquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. ORIGE. Vel quod dicit: eiecerunt extra vineā. tale mihi videtur. Quantum ad se alienum eum esse iudicauerunt a vinea ⁊ colonis. Sequitur: Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis? HIERO. Interrogat quidem eos dominus: non ꝙ ignoret quid responsuri sint: sed vt ꝓpria responsione damnentur. Sequitur: Aiunt illi: Malos male perdet: ⁊ vineam suaz locabit alijs agricolis. CHRY. super matth. Quod autem verum responderunt non est illorum qui iuste iudicauerunt: sed ipsius cause: veritas enim ipsis violentiaz fecit. ORIGE. Sicut enim cayphas: sic ⁊ isti non ex se prophetauerunt contra se: quoniam tollenda ab eis erant eloquia dei ⁊ danda gentibus fructum in tempore daturis: vel dominus queꝫ occiderunt statim venit resurgens a mortuis: ⁊ malos quidem colonos male perdit: alijs autem colonis .i. apostolis vineam suam consignauit idest eis qui ex iudaico populo crediderunt. AVGV. de con. euan. Marcus autem hoc ab ipsis non responsum esse commemorat: sed dominum hoc consequenter locutum post interrogationem suam ipsum sibi quodammodo respondisse. Sed facile potest intelligi vel illorum vocem ita subiectam vt non interponeretur: illi responderūt sed tamen intelligeretur: aut ideo respōsionē istam domino potius attributam: quia cum verum dixerunt: etiam de illis hoc ipse respondit qui veritas est. CHRY. in ho. Vel non est contradictionis: ⁊ enim vtraqꝫ facta sunt: quia scilicet ⁊ ipsi ꝑmo hoc respōderūt: ⁊ postea dominus intrauit. AVGV. de con. euan. Sed illud magis mouet ꝙ lucas non solum eos hoc respondisse non dicit: verum etiam contrariaz retulisse responsionem. Ita enim narrat: Quo audito scilicet hac sententia ex ore domini prolata dixerunt: Absit. Restat ergo vt intelligamus in plebe que audiebat quosdam respondisse quod mattheus commemorat: quosdam vero illud quod lucas dicit idest absit. Nec moueat ꝙ mattheus principes sacerdotum ⁊ seniores populi dixit accessisse ad dominum. ⁊ sic sine interpositione alicuius persone sermo contexitur: vsqꝫ ad hoc ꝙ de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia hec cum principibus sacerdotum locutum fuisse: sed mattheus breuitatis causa tacuit quod lucas non tacuit: parabolaz scilicet istam non ad eos solos dictam: qui de potestate interrogauerant: sed ad plebeꝫ in qua erant qui dicerent: perdet illos: ⁊ vineam suam dabit alijs: que vox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur: siue propter veritateꝫ siue propter membrorum eius cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent: Absit: quia intelligebant contra seipsos parabolaz esse dictā. CHRY. super matthe. Vel aliter. Lucas quidem secundum responsionem oris eorum narrauit. Mattheus secundum responsionem cordis. nam vere visibiliter quidem in facie contradixerunt dicentes. Absit: In conscientia autem susceperunt dicentes. Malos male perdet: Sicut cum homo deprehensus fuerit in malo: verbis quidem excusat: intus autem eius conscientia recognoscit. CHRY. in ho. Vel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam proposuit vt ipsi non intelligentes contra se sententiam proferrēt: sicut ⁊ ad dauid factum est per nathā. rursus autem intelligentes que dicta sunt contra se esse dixerunt: Absit. RABA. Moraliter autem cuiqꝫ vinea locatur colenda cuꝫ baptismi mysterium datur: ꝙ operando exerceat. Mittitur seruus vnus alter ⁊ tertius cum lex psalmus prophetia legitur: quorum monita bene operetur. Sed missus ceditur ⁊ eijcitur: cum sermo contemnitur: vel quod peius est: blasphematur: Heredem quantum ad se occidit qui filiū dei conculcauerit ⁊ spiritui gratie contumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alij datur: cum donū gratie quod superbus spreuerit humilis accipit. CHRY. super matth. Deinde quasi non acquiescentibus illis testimonium scripture inducit. Sequitur enim: dicit illis iesus. Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt. idest si parabolam meam non intelligitis: vel istam scripturam cognoscatis.

HIERO. Uariis autem parabolis res eedem contexuntur. quos enim supra operarios et agricolas appellarat. nunc edificatores idest cementarios vocat. CHRY. in ho. Lapidem autem christum vocat: Edificatores autem doctores iudeorum qui christum reprobauerunt dicentes. Hic non est a deo. RABA. Sed illis nolentibus ideo lapis caput anguli firmauit quia de vtroq3 populo: quotquot ipse voluit sua fide coniunxit. vn sequitur Hic factus est in caput anguli. HYLA. Est enim caput anguli factus: quia est inter legem et gentes lateris vtriusq3 coniunctio. CHRY. in ho. Deinde vt discant quoniam nihil eorum que fiebant: deo contrarium erat. subdit: A domino factum est. ORIGE. Idest iste lapis donum est donatum a deo edificio vniuerso: et admirabile caput in oculis nostris qui possumus eu3 videre oculis mentis. CHRY. super matheum. Quasi diceret Quare non intelligitis in cuius edificij angulo ponendus est ille lapis: non in vestro quando reprobatus est: sed in alio Si autem aliud edificium est futurum: ergo vestra edificatio est contemnenda. vnde subdit: Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur gentibus facientibus fructu3 eius. ORIGE. Regnu3 dei dicit mysteria regni dei idest diuinas scripturas quas tradidit dominus: primo quide3 populo illi priori cui credita sunt eloquia dei: secundo autem gentibus facientibus fructum: nemini enim datur verbum dei nisi facienti fructum de eo: et nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datum est: a quo et ablatum est? Sed considera quomodo quod datur intelligitur gratis datum. Quibus ergo locauit non omnino quasi electis et fidelibus dedit. quibus autem donauit cu3 iudicio electionis donauit. CHRY. super matheum. Lapis autem dicitur christus: non solum propter firmitatem: sed etiam quia est inimicorum magna confractio. vnde sequitur: Et qui ceciderit super lapidem istum etc. HIERO: qui peccator est et tamen in illum credit: cadit quidem super lapidem et confringitur. sed non omnino conteritur. Reseruatur enim per patientiam ad salutem: super que3 vero ille ceciderit: hic est cui lapis ille irruerit: et qui christum penitus negauerit: sic conteret eum vt nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aque pusillum. CHRY. super matheum. Aliud est enim confringi: et aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autem comminuitur quasi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidem non frangitur secundum quod est lapidis virtus: sed inquantu3 fortiter cadit: aut propter pondus suum: aut propter altitudinem casus: sic et christianus peccans: non tantum perit quantum potest perdere christus: sed quantum ipse se perdit per opera sua: aut propter magnitudinem peccati: aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum quantu3 potest eos perdere christus. CHRY. in home. Uel hic duas perditiones eorum ostendit: vnam ab eo quod offenderunt et scandalizati sunt quam designat dicens: Qui ceciderit super lapidem etc. aliam a captiuitate eis superuentura: quam manifestat dicens: Super quem vero ceciderit. AVGV. de que. euange. Uel de his dicit qui cadent super eum qui illum modo contemnunt vel iniurijs afficiunt. Ideo nondum penitus intereunt: sed tamen confringuntur vt non recti ambulent super quos cadet: dum veniat desuper in iudicio cum pena perditionis: Ideo dixit: Conteret eos: vt sint impij tanq3 puluis que3 proijcit ventus a facie terre.

¶ Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant.

HIERO. Quamuis duro corde iudei propter incredulitatem essent: tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicitur: Et cum audissent princi. sacerdo. et phari. parabo. eius: cogno. quod de ipsis diceret. CHRY. super matheum. Hec est autem differentia bonorum hominum et malorum. Bonus enim comprehensus in peccato gemit quia peccauit: malus autem fremit: non quia peccauit: sed quia comprehensus est in peccato: et non solum peni

tentiam non agit: sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde et isti comprehensi: magis ad maliciam sunt excitati. Sequitur enim: Et querentes tenere eum timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. ORIGE. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verum est prophetam eum estimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt secundum quod erat filius dei. Turbas autem sic sapientes de eo: et paratas pro eo pugnare timent principes: neque enim ad eorum scientiam pertingere possunt: nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est: quoniam volentium iesum tenere differentia est. Aliter enim principes et pharisei querebant eum tenere: aliter sponsa que dicit: Tenui eum: nec dimittam. adhuc eum tentura melius sicut dicit: Ascendam in palmam et tenebo altitudinem eius. Omnes enim non recte sapientes de diuinitate tenere volunt iesum et perdere eum. Et alia quidem verba preter verbum christi possibile est comprehendere et tenere. Verbum autem veritatis nemo potest comprehendere. i. intelligere neque tenere. i. conuincere: neque separare a sensu credentium neque mortificare idest destruere. CHRY. super matthe. Omnis etiam homo malus quantum ad voluntatem suam et manus mittit in deum et occidit eum. Qui enim precepta dei conculcat: qui murmurat contra deum: et turbato vultu aspicit celum: nonne si fieri potuisset manus mitteret in deum et occideret eum: vt tam licenter peccaret? RABA. Sed tamen quia timent mittere manum in iesum propter turbam quotidie in ecclesia geritur: cum quilibet solo nomine frater fidei et pacis vnitatem quam non diligit: propter bonos cohabitantes vel erubescit impugnare vel timet.

¶ Sabbato. Luce. xv. cap.



omo quidam habuit duos filios et dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abijt et adhesit vni ciuium regionis illius: et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat.

AMBRO. Tres ex ordine lucas parabolas posuit. Ouis que perierat et inuenta est: drachma perierat et inuenta est. filius qui erat mortuus reuixit: vt triplici remedio prouocati vulnera nostra curemus. Christus vt pastor te suo corpore vehit. querit vt mulier ecclesia: recipit deus pater: prima misericordia: secunda suffragatio: tertia reconciliatio. CHRY. Est etiam inter parabolas supradictas ratio distinctionis secundum personas vel mentes peccantium: vt pater filium recipiat penitentem qui arbitrij sui libertate vtitur vt cognoscat vnde ceciderit. Pastor vero ouem errantem et non sapientem reuerti requirat: et humeris suis referat irrationabili animali imprudentem hominem comparans: qui alieno dolo circumuentus errauerat sicut ouis. Presens ergo parabola proponitur cum dicitur: Ait autem. Homo quidam habuit duos filios. Sunt qui dicant de duobus filijs istis seniorem angelos esse: iuniorem vero hominem ponunt: qui in longinquam peregrinationem abierit quando in terram de celis et paradiso cecidit: et aptant consequentia respicientes ad causam vel statum ade. sed hic sensus pius quidem videtur: nescio tamen si verus sit: quia iunior filius ad penitentiam venit sua sponte recordatus preterite abundantie patris sui. Dominus autem veniens ad penitentiam vocauit humanum genus dum sponte sua regredi vnde ceciderat non cogitaret. Deinde senior filius in reditu et salute fratris sui tristatur: cum dominus dicat letitiam esse apud an-

gelos super vno peccatore penitentiam agen te. CYRIL. Quidam vero per seniorem filium dicunt significari israel secundum carnem: per alium vero qui discessit a patre: describitur multitudo gentium. AVGV. de que. euan. Hic ergo homo habens duos filios: deus habens duos populos intelligitur: et tanquam duas stirpes generis humani: vnam eorum qui permanserunt in vnius dei cultu: alteram eorum qui vsque ad colendum idola deseruerunt deum. Ab ipso ergo exordio creature mortalium: maior filius ad cultum vnius dei pertinet: minor autem petit vt sibi pars substantie que eum tangeret daretur a patre. vnde sequitur: Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantie que me contingit. tanquam anima potestate sua delectata id quod illi est viuere. intelligere: meminisse vel ingenio alacri excellere petit que diuina sunt munera. hec autem in potestate sua accepit per liberum arbitrium. vnde sequitur: Et diuisit illi substantiam. THEOPHI. Hominis substantia rationalitas est: quam concomitatur libertas arbitrij: et similiter quecunque dominus dedit nobis pro substantia nostra putabitur: vt celum terra et vniuersa creatura: lex et prophete. AMBRO. Vides autem quod diuinum patrimonium petentibus datur: nec putes culpam patris quod adolescentiori dedit nulla dei regno infirma etas: nec fides grauatur annis. Ipse certe se indicauit idoneum qui poposcit: atque vtinam non recessisset a patre impedimentum nescisset etatis. Sequitur enim. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. CHRY. Minor filius in regionem longinquam profectus est non localiter a deo decedens: qui vbique est: sed affectu. fugit enim deum peccator: vt a longinquo stet. AVGV. de ver. do. Quisquis enim ita vult esse similis deo vt fortitudinem suam ad illam custodiat: non ab illo recedat ei coherendo vt custodiat similitudinem et imaginem ad quam factus est. Porro si peruerse vult imitari deum vt quomodo deus non habet a quo regatur: sic ipse velit sua potestate vti: vt nullo regente viuat: quid restat: nisi vt recedens a veritate vanescat. AVGV. de que. euan. Quod autem non post multos dies dixit factum: vt congregatis omnibus peregre pro-

ficisceretur in regionem longinquam: que est obliuio dei. hoc est quod non multo post institutionem humani generis placuit anime per liberum arbitrium ferre secum velut quandam potentiam nature sue: et deserere eum a quo condita est fides de viribus suis: quas vires tanto consumit citius: quanto eum deseruit a quo date sunt. vnde sequitur: Et ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Luxuriosam vero vel prodigam vitam vocat amantem fundere atque spaciari pompis exterioribus intus inanescentem: cum ea quisque sequitur: que ad alia procedunt: et relinquit eum qui sibi est interior. vnde sequitur: Et postquam consummasset omnia: facta est fames magna in regione illa. Fames est indigentia verbi veritatis. Sequitur: Et ipse cepit egere. AMBRO. Merito egere cepit: qui thesauros sapientie et scientie dei: diuitiarumque celestium altitudinem dereliquit. Sequitur: Et abijt et adhesit vni ciuium regionis illius. AVGV. de que. euan. Vnus ciuium regionis illius aliquis aereus princeps est ad militiam diaboli pertinens: cuius villa est modus potestatis ipsius. de qua sequitur: Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Porci sunt immundi spiritus qui sub ipso erant. BEDA. Porcos autem pascere: est ea quibus immundi spiritus gaudent: operari. Sequitur: Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant. AMBRO. Siliqua genus leguminis est: intus inanis: foris mollis: quo corpus non reficitur: sed impletur: vt sit magis oneri quam vsui. AVGV. de que. euan. Silique ergo quibus porcos pascebat: seculares doctrine sunt: steriles: vanitatem personantes: de quibus laudes idolorum fabularumque ad deos gentium pertinentium vario sermone atque carminibus percrepant: quibus demonia delectantur. vnde cum iste satiari cupiebat: aliquid solidum et rectum quod ad beatam vitam pertineret inuenire volebat in talibus et non poterat. vnde sequitur: Et nemo illi dabat. CYRIL. Sed cum iudei multipliciter arguantur in sacra scriptura de multis criminibus: quomodo populo illi conueniet verba maioris filij dicentis: Ecce tot annis seruio tibi: et nunquam mandatum tuum preteriui. Est ergo hic sensus parabole: Arguentibus eum phariseis et scribis quod reciperet

peccatores: proponit presentem parabolam: in qua hominem vocat deũ: qui pater ẽ duorum fratrum: iustorum. s. ⁊ peccatorum quorum primus gradus est iustoꝛuꝫ ab initio iusticiam sequentium. secundus gradus est hominum per penitentiam ad iusticiaꝫ reductorum. BASILI. Facit etiaꝫ ad antiquioris consistentiam magis animus senilis ⁊ grauitas q̃ꝫ canicies capillorum: nec qui ẜm etateꝫ est iuuenis increpatur: sed iuuenis moribus qui ẜm passiones viuit. TYTVS. Abijt ergo adolescentior nondum adultus mente: petitqꝫ a patre id quod ei de hereditate cõtingit: vt. s. nõ ex necessitate seruiat: sumus. n. animalia rationalia liberum arbitrium habẽtia. CHRY. Dicit autem scriptura diuidere patrem ex equo filijs duobus subiectaꝫ suam. i. scientiam boni ⁊ mali: que vere ⁊ ꝑpetue sunt opes anime bene vtenti. Que. n. ex deo est in prima natiuitate hominibus substantia rationalis equaliter cunctis nascentibus datur. De subsequenti autem conuersatione vnusquisqꝫ plus aut minus huius substantie possidere inuenitur: duꝫ vnus ea que sumpserit patris esse credens: quasi paterna custodit: alius sicut proprie possessionis licẽtia dissipandis abutitur: Ostenditur autem libertas arbitrij: quia pater qui neqꝫ discedere volentem retinuit: ne liberi arbitrij auferat potestatem: neqꝫ manere cupientem cogit abscedere. Abijt autem longe non locorum translatione: sed mentis declinatione. vnde sequitur: Peregre profectus est in regionẽ longinquam. AMBRO. Quid. n. longinquius est q̃ꝫ a se recedere: nec regionibus sed moribus separari: etenim qui se a christo separat: exul est patrie: ⁊ ciuis mundi. Merito ergo prodegit patrimonium qui recessit ab ecclesia. TITVS. Vnde ⁊ denominatus est prodigus dissipans substantiam suã. i. intellectum rectum: castimoniã: documenta veritatis: noticiam genitoris: memoriam creationis: sensum. AMBRO. Facta ẽ autem in regione illa fames non epularum sed bonorum operum atqꝫ virtutum q̃ sunt miser abiliora ieiunia: etenim qui recedit a verbo dei esurit: quia non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo dei. qui recedit a thesauro eget. Egere ergo ideo cepit ⁊ famẽ pati: quia nihil prodige satis est voluntati.

Abijt itaqꝫ ⁊ adhesit vni ciuium. Qui enim heret in laqueo est: ⁊ videtur ciuis iste princeps esse istius mundi: Deniqꝫ ad villaꝫ eiꝰ mittitur quam emit: qui se excusat a regno. BEDA. In villam enim mitti est subiecte mundialis cupiditate subiugari. AMBRO. Pascit autem porcos illos ĩ quos petiuit diabolus introire: in sordibus ac fetore viuentes. THEOPHI. Hos igiẗ pascit quia alios p̃cellit in vitio vt sunt lenones archipdones: archipublicani: qui alijs fiũt doctores operõnis male. CHRY. Vel spiritalibus destitutus operibus: quasi prudentia ⁊ intellectu porcos pascere dicitur hoc est sordidas ⁊ immundas in anima sua cogitationes nutrire: ⁊ dedit escas irrationabiles praue conuersationis: dulces quidem egenti bonorum: quia suaue peruersis videtur omne opus carnee voluptatis: que virtutes anime penitus eneruat ⁊ perimit huiusmodi cibos quasi porcinos ⁊ male dulces. i. carnalium delectationum illecebras: siliquaruꝫ nõie scriptura designat. AMBRO. Cupiebat autem siliquis ventrem implere suuꝫ: nec enim alia est cura luxuriosis nisi vt ventrem suum impleant. THEOPHI. Quibus nullus dat saturitatem malorum: distat enim a deo qui talibus vescitur. Demones autem ad h̃ studẽt: ne vnq̃ꝫ saturitas malorum proueniat. GLO. Vel nemo illi dabat: quia cum diabolus aliquem suum facit: vltra ei abundantiam non procurat sciẽs eum esse mortuum.

¶ In se autem reuersus dixit: Quãti mercẽnarij in domo patris mei abũdant panibus: ego autem hic fame pereo: Surgam ⁊ ibo ad patrem meum ⁊ dicam ei: Pater peccaui in celum ⁊ coꝛam te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercennarijs tuis. Et surgẽs venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset: vidit illuꝫ pater suus: ⁊ misericordia motus est: ⁊ accurrẽs cecidit super collum eius: ⁊ osculatus est eum. Dixitqꝫ ei filius: Pater: peccaui in celuꝫ ⁊ coꝛam te: iam non sum dignus voca

ri filius tuus. Dixit autem pater ad
seruos suos. Cito proferte stolam pri
mam: ⁊ induite illum: ⁊ date annulum
in manu eius: ⁊ calciamenta in pedes
eius: ⁊ adducite vitulum saginatum ⁊
occidite: ⁊ manducemus ⁊ epulemur:
quia hic filius meus mortuꝰ erat: ⁊ re-
uixit: perierat: ⁊ inuentus est. Et cepe
runt epulari.
GREGO. nisenus: Contẽpserat p̄rem
i p̄mo recessu adolescẽtior filiꝰ: ⁊ opes pater
nas ꝓfuderat. At vbi lapsu tp̄is est attritus
laboribꝰ: dū mercẽnarius fieret: ⁊ eodẽ cum
porcis pabulo pasceretur: redijt in domū pa
ternam castigatus: vñ dicitur. In se āt re. di.
Quanti mercẽ. in do. pa. mei abun. pa. ego
autem hic fame pereo: AMBRO. Be-
ne in se reuertit: q̄ a se recessit. eteni q̄ ad deū
regredit se sibi reddit: ⁊ qui recedit a christo
se sibi abdicat. AVGV. de que. euan. In
se autem reuersus est cum ab eis que forinse
cus frustra illiciunt ⁊ seducunt: in conscien-
tie sue interiora suam intentionem reduxit.
BASI. Est autē s̄m tres differentias obe
dientie discretio. aut enim metuentes suppli
cia declinamus a malo: ⁊ sumus i dispositio
ne seruili. aut mercedis lucra venantes exe-
quimur que mandantur mercẽnarijs assimi-
lati: aut ipsius gratia boni ⁊ dilectionis ad eū
qui dedit legem seruimus: ⁊ sic dispositionē
redolemus filiorum. AMBRO. Filius
enim qui habet sancti spiritus pignus in cor
de: secularis mercedis lucra non querit: sed
ius seruat heredis. Sunt etiam mercennarij
boni qui conducuntur ad vineam. Isti non
siliquis: sed panibus abundāt. AVGV.
de que. euan. Vnde autem hoc scire poterat
in quo tanta erat obliuio dei: sicut in omnibꝰ
idolatris fuit: nisi quia ista recogitatio resipi
scentis est: cum euangelium predicaretur: iā
poterat talis anima aduertere multos predi-
care veritatem: inter quos quidam essent nō
ipsius amore veritatis ducti: sed cupiditate
comparandorum secularium commodorū:
qui tamen non aliud annunciant: sicut here-
tici: vnde mercennarij recte appellantur. In
eadem quippe domo eundem panem verbi
tractantes: non tamen in hereditatem eternā
vocati: sed temporali mercede conducti.
CHRY. Signanter autem subdit: Ego
autem hic fame pereo. quasi diceret: Ego nō
alienus: sed filiꝰ boni patris: ⁊ frater filij ob
sequentis. ego liber ⁊ generosus: factus sum
miserior mercennarius: a summa celsitudine
prime nobilitatis ad infimam humilitatem
delapsus. GREGO. nisenus: Non pri
us autem redijt ad pristinam felicitatem q̄z i
se rediens sentiret opprimentis erumne pre
sentiam: ⁊ meditaretur penitentie verba que
subduntur: Surgam. AVGV. de q̄. euā.
Quia iacebat. Et ibo. quia longe aberat. ad
patrem meum: quia sub principe porcorum
erat. Cetera vero sunt penitentiam meditan
tis in confessione peccati: nondum tamē agē
tis. non enim iam dicit patri sed dicturū se
esse promittit cum venerit. Intelligas igitur
hoc nunc accipiendum esse venire ad patrē
in ecclesia constituti per fidem: vbi peccato-
rum legitima ⁊ fructuosa iam possit esse con
fessio. dicit ergo dicturū se esse patri. pater.
AMBRO. Quam misericors qui offen
sus nec paternum nomen dedignatur audi-
re: Peccaui. hec est prima confessio apud au
ctorem nature: presulē misericordie: arbitrū
culpe. Sed et si deus nouit omnia: vocem ta
men tue confessionis expectat. Ore. n. con-
fessio fit ad salutem: quia alleuiat pondus er
roris quisquis ipse se onerat: ⁊ accusationis
excludit inuidiam: qui accusatorem preuenit
confitendo. frustra velis occultare quem ni-
hil fallit: ⁊ sine periculo ꝓdas quod scias eē
iam cognitum. confitere magis vt interueni
at pro te christus. roget ꝓ te ecclesia: illachry
met populus: nec verearis ne nō impetres.
Aduocatus spondet veniam: patronus pro
mittit reconciliationem. tibi paterne pietatis
pollicetur assertor. Subdit autem. In celum
coram te. CHRY. Dicens coram te: ostē
dit hunc patrem deum debere intelligi: deus
enim solus conspector est omniū a quo nec
in corde meditata peccata abscondi possunt.
AVGV. de que. euan. Vtrum autē hoc
est peccatum in celum quod est coram te vt ce-
lum appellauerit ipsam summitatem patris:
an potius peccaui in celum coram sanctis ani
mabus: coram te autem in ipso penetrali cō-
scientie. CHRY. Vel celum hoc loco in-
telligatur: qui enim in celum peccat; quod et si

supernum tamen visibile elementum est: ipse est qui peccat in hominem quem suscepit filius dei p salute nostra. AMBRO. Vel peccato anime celestia significantur dona spiritus imminuta. vel qz ab illius gremio matris hierusalem que est in celo non oportuit deuiari. deiectus autem se exaltare nō debet. vnde subdit iam non sum dignus vocari filius tuus. Et vt merito sue humilitatis possit attolli subdit: fac me sicut vnum de mercēnarijs tuis. BEDA. Ad filij affectuz: qui oia que patris sunt: sua esse nō ambigit: aspirare nequaqz presumit: sed mercennarij statum iam pro mercede seruiturus desiderat: verum nec hunc quidem nisi paterna dignatiōe se mereri posse testatur. GREGO. nise. Nunc autem filium prodiguz spiritus sanctus nobis descripsit: vt instruamur nos qualiter debeamus cordis deplorare peccamina. CHRY. Qui postqz dixit. Ibo ad patrem meum qp ei cuncta attulit bona. non mansit: sed totuz iter transiuit. Sequitur.n. Et surgens venit ad patrem suum sic et nos faciamus. nec pigeat nos longitudinis vie. quia si voluerimus fiet regressus celer et facilis: dummodo deseramus peccatum quod nos a domo paterna reduxit: est autem pater redeuntibus clemens: nam subditur: Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater suus. AVGV. de que. euan. Ante.n. qz intelligeret deum longe existens: cuz tamen iā pie quereret vidit illum pater ipsius. Impios enim et superbos conuenienter non videre dicitur tamqz ante oculos non habēs: Añ oculos.n. haberi non nisi qui diliguntur dici solent. CHRY. Sensit aūt pater pniam: non expectauit recipere pfessionis vba: sed puenit petitionē misericorditer agēs: vñ subdit: Et misericordia mot⁹ ē. GREGO. nise. Confessionis meditatio placauit ei patrez: vt obuiā iret ei et oscula collo conferret: Sequitur.n. Et occurrens cecidit sup collū eius: et osculatus est eū. Qd significat rationale iugum hoīs ori ipositum p euangelicaz traditionem que abiecit obseruātiam legis. CHRY. Quid.n. est aliud qp occurrit: nisi qz nos peccatis ipedictibus nostra virtute ad deū puenire non poteramus: Ipse autem potens ad inualidos puenire descendit. osculatur autem os p qd emissa de corde cōfessio penitentis exierat: quam pater letus excepit. AMBRO. Occurrit igiẗ tibi qz audit te intra mentis secreta tractantē. Et cuz adhuc longe sis: occurrit ne quis impediat: complectiẗ quoqz: in occursu.n. prescientia est: in cōplexu clementia: et quasi quedaz patrij amoris affectu supra collum cadit vt iacentem erigat: et oneratum peccatis atqz in terrena deflexum: reflectat ad celum. malo ergo fili⁹ eē qz ouis. Ouis.n. a pastore repiẗ: a pr̄e fili⁹ honoratur. AVGV. de q̄. euan. Vel occurrens cecidit sup colluz eius. nō eni pater vnigenitū filiū suū deseruit: in quo vsqz i nostrā longinquā peregrinatōnē cucurrit: quia deus erat in xp̄o mundu͡z reconcilians sibi. Cadere aūt sup collū eius: ē humiliari i amplexum eius brachium suum: quod est dn̄s iesus xp̄s. Cōsolari autē verbo gratie dei ad spē indulgentie peccatoꝝ: hoc est post longa itinera remeantem mereri a pr̄e osculū charitatis. Incipit autē iam constitutus in ecclesia peccata confiteri. nec dicit omnia que dicturū se esse promiserat. Sequitur enim: Dixitqz filius ei. pater peccaui in celum et coram te: et iam non suz dignus vocari filius. hoc enim vult fieri per gratiam: quo se indignum per merita fateẗ: Nō addit qd in illa meditatiōe dixerat. Fac me sicut vnuz de mercennarijs tuis. Cum.n. panem non haberet: vel mercēnarius eē cupiebat qd est post osculū pr̄is generosissime iam dedignabaẗ. CHRY. Pater aūt ad filium sermonez non dirigit: sed ministris loquitur: qz qui penitet orat: sz responsum verbo vere non accipit: misericordiam vero efficaciter in effectu intuetur. Sequitur enim: Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam et induite illum. THEOPHI. Seruos vel angelos intelligas administratorios spirit⁹: vl sacerdotes qui baptismate et verbo doctrine animam vestiunt ipso christo. Quotquot enim in christo baptizati sumus: christū induti⁹. AVGV. de que. euange. Vel stola pma est dignitas quam perdidit adam. Serui qui eam proferunt sunt reconciliationis predicatores. AMBRO. Vel stola est amictus sapientie: quo nuda corporis apl'i tegūt. accepit aūt sapiaz pmā: ē enim et alia q̄ mysteriū nescit. Annulus aūt est syncere fidei signaculum et expressio veritatis: de quo sequiẗ: Et

date ei annulum in manu eius. BEDA. Idest in operatione vt per opera fides clarescat: ⁊ per fidem opera confirmentur. AVGV. de que. euan. Vel annulus in manu pignus est spiritussancti. propter gratie participationem que digito bene significatur. CHRY. Vel iubet annulum dari siue signaculi salutaris symbolum seu magis desponsationis insigne ⁊ nuptiarum pignus quibus christus ecclesiaꝫ sponsat. cum anima resipiscens per annulum fidei iungitur. AVGV. de que. euan. Calciamenta autem in pedes preparatio est euangelizandi ad non tangenda terrena: de quibus sequitur. Et calciamenta in pedes. CHRY. Vel mādat calciamenta pedibus imponi: aut propter cooperienda vestigia. vt per lubricum mundi istius firmus incedat: aut propter mortificationem membrorum: vite enim nostre cursus ī scripturis pes appellatur: ⁊ mortificationis. species calciamentis imponitur: quia de animalium mortuorum pellibus conficiuntur. Addit ⁊ vitulum illi saginatum iugulandū in puiuij exhibitione: Sequitur. n. Et adducite vitulum saginatum. i. dominum iesum christum: quem vitulū nominat propter hostiam corporis immaculati. Saginatum autem dixit: quia pinguis ⁊ optimus intantum est: vt pro totius mundi salute sufficiat Non autem ipse pater vitulum immolauit: sed aliis immolandum tradidit. permittent. n. patre consentiens filius ab hominibus crucifixus est. AVGV. de que. euan. Vel vitulus saginatus est ipse dominus ſm carnem satiatus opprobrijs. Qđ autem imperat vt adducant eum: quid aliud est nisi vt predicēt eū: ⁊ annunciando faciant venire in exhausta fame viscera filij esurientis: Nam etiam vt occidant eum iubet. hoc est vt mortem eius insinuent. tunc enim cuiq; occiditur: cum credit occisum. Sequitur. Et manducemus. AMBRO. Bene carnem vituli q2 sacerdotalis est victima que pro peccatis fiebat Epulantem autem inducit: cum dicit epulemur: vt ostenderet qm̄ paternus est cibus salus nostra: ⁊ patris est gaudium nostrorum redemptio peccatorū. CHRY. Ipse enī pater gaudet in reditu filij: ⁊ cōuiuatur in vitulo: quia misericordie sue fructum in immolatione filij sui gaudens creator in acquisitione populi credētis epulatur. vnde sequitur: Quia hic filius meus mortuus erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuentus est. AMBRO. Ille perijt qui fuit: Itaq; gentes nō sunt: christianus est. Potest tamen ⁊ hic vna species accipi generis humani: fuit adaꝫ ⁊ in illo fuimus omnes: perijt adam: ⁊ in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat reformatur. potest ⁊ de agente penitentiam dictum videri: quia non moritur nisi qui aliquando vixerit. Et gentes quidem cū crediderit: per gratiam viuificantur: qui vero lapsus fuerit per pniam reuiuiscit. THEOPHI. Quantum ergo ad vitiorum conditionem mortuus fuerat desperatus. Sꝫ quātum ad humanam naturaꝫ que mutabilis ē: ⁊ potest a vitio ad virtutem conuerti deperditus dicitur. nam minus est perdi q̄ȝ mori. Quilibet autem reuocatus ⁊ mundatus a crimine: saginati vituli particeps causa letitie fit patri ⁊ famulis eius. idest angelis ⁊ sacerdotibus. vnde sequit̄. Et ceperunt omnes epulari. AVGV. Iste epule atq; festiuitas nunc celebrantur per orbem terrarum ecclesia dilatata atq; diffusa. vitulus enim ille in corpore ⁊ sanguine dominico ⁊ offertur patri: ⁊ pascit totam domum.

¶ Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret ⁊ appropinquaret domui audiuit symphoniaꝫ ⁊ chorum: ⁊ vocauit vnuꝫ de seruis: ⁊ interrogauit quid hec eēnt. Isq; dixit illi: Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tu⁹ vitulum saginatum: quia saluum illuꝫ recepit. Indignatus est autem ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi: ⁊ nunq̄ȝ mandatum tuum preteriui: ⁊ nunq̄ȝ dedisti mihi hedum vt cū amicis meis epularer. Sed postq̄ȝ filius tuus hic qui deuorauit substātiam suam cuꝫ meretricibus: venit: occidisti illi vitulum saginatum At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es: ⁊ omnia mea tua sunt. Epulari autem

⁊ gaudere oportebat: quia frater tuus
hic mortuus erat ⁊ reuixit: perierat ⁊
inuentus est.

BEDA. Murmurantibus de peccatorum
susceptione scribis ⁊ phariseis: tres per ordi
nem parabolas saluator posuit. Duabus pri
mis quantum ipse cum angelis de penitenti
um salute gaudeat insinuat. In hac vero ter/
tia non suum tantummodo suorumque gaudi
um demonstrat: sed ⁊ inuidentium murmur
reprehendit. Dicitur. n. Erat autem filius ei⁹
senior in agro. AVGV. de que. euang.
Maior filius populus israel est. non quidem
profectus in longinquam regionem: sed ta/
men in domo non est. In agro autem est. i.
in ipsa hereditaria opulentia legis: ⁊ prophe
tarum terrena potius operatur. Veniens au
tem de agro domum appropinquare cepit. i.
labore seruilis operis improbato ex eisdem
scripturis ecclesie libertatem considerauit. vn
de sequitur: Et cum veni. ⁊ appro. do. audi.
simpho. ⁊ chorum idest spiritusancto plenos
vocibus consonis euangelium predicare. Se
quitur: Et vocauit vnum de seruis: ⁊ inter/
rogauit quid hoc esset. idest sumit ad legen/
dum aliquem prophetarum: ⁊ in eo querens
quodammodo interrogat. vnde ista festa i ec
clesia celebrantur in qua se esse non videt. Re
spondet ei seruus patris propheta. Sequitur
enim. Isque dixit illi: Frater tuus venit: ⁊ oc/
cidit pater tuus vitulum saginatum. quia sal
uum illum recepit. q. d. In extremis terre fu
it frater tuus: sed inde maior exultatio cantā
tium domino canticum nouū: quia laus eius
ab extremis terre: ⁊ propter eum qui absens
erat occisus est vir sciens ferre imbecillitatē:
quia quibus non est narratum de eo viderūt.

AMBRO. Adolescentiori autem filio. i.
populo ex gētibus: israel tanque maior frater
beneficium paterne benedictionis inuidit: qd̓
faciebant iudei: quia christus cum gentibus
epularetur. vnde sequitur: Indignatus ē au
tem ⁊ nolebat introire. AVGV. de que.
euan. Indignatur etiam ⁊ nunc: ⁊ adhuc nō
vult intrare. Cum ergo plenitudo gentium
introierit: egredietur opportuno tempore pa
ter eius: vt etiam omnis israel saluus fiat. vn
de sequitur: Pater ergo illi⁹ egressus cepit
rogare eum. Etenim quandoque aperta voca
tio iudeorum in salutē euangelij: quam manife
stationem vocationis tanque egressum patris
appellat ad rogandū maiorē filiū. Deinde q̄
r̄ndit maior filius: questiones duas hn̄t. Se
quitur enim: At ille r̄ndens dixit patri suo: ec
ce tot annis seruio tibi: ⁊ nunque mandatū tuū
preterijui. De mandato non pretergresso fa/
cile illud occurrit: non de oī mandato dictū:
sed de vno maxime necessario: qꝛ nullum ali
um deū preter vnum creatorē oīum colere vi
sus est. Neque iste filius in oībus israelitis: sꝫ
in his itelligitur ꝑsonā habere qui nunque ab
vno deo ad simulacra conuersi sunt. Quāque
. n. terrena desideraret: ab vno tū deo iste de
siderabat bona: quis cōia cū peccatorib⁹. vn̄
⁊ in psalmo dr̄: Vt iumentū factus sum apd̓
te: ⁊ ego semꝑ tecū. Sed qs est hedus quem
nunque accepit ad epulandū. Sequitur enī: Et
nunque dedisti mihi hedum vt cū amicis meis
epularer. Peccator hedi noīe significari va/
let. AMBRO. Judeus hedum requirit:
christianus agnum. ⁊ ideo illis barrabas sol
uitur: nobis agnus immolatur. Queri etiam
in hedo videtur: qꝛ iudei ritum veteris sacri
ficij perdiderunt. vel qui hedum querunt: ex
pectant antichristum. AVGV. de q̄. euā.
Sed non inuenio exitum huius sententie.
Multum. n. absurdum est eum cui post di/
citur: Tu mecum es semper: hoc a patre op/
tasse: vt antichristo crederet. Neque omnino
aliquem iudeorum: qui antichristum creditu
ri sunt: istū filiū fas est itelligi. Quo aūt epu
laretur ex illo hedo si ipse est antichristus q ei
non crederet. Ac si hoc est epulari ex hedi oc
cisione: quod est de antichristi ꝑdıtōne letari:
quomodo dicit filius quem recepit pater: hoc
sibi non fuisse ꝯcessum: cū oēs filij de eius ꝑ
ditione letaturi sunt. Ipsum igit̄ sibi dn̄m ne
gatū ad epulandū ꝯquerit̄: dū cū peccatorem
putat. cū enim hedus est illi gentī. i. cū cū sab
bati violatorē ⁊ ꝓphanatorē estimet: iucūda/
ri epulis illius non meruit. GREGO.
Qd̓ aūt dicit: Cū amicis meis aut ex ꝑsona
ꝓncipū cū plebe intelligitur: aut ex persona
populi hierosolymitani cum ceteris populis
iuda. HIERO. Vel dicit: Nunque dedi/
sti mihi hedum. idest nullus sanguis ꝓphe/
te vel sacerdotis a romano imperio nos libe
rauit. AMBRO. Impudens autem fili/
us similis est publicano iustificāti se. quia le/

gem seruabat in littera. impie accusabat fra/
trem: q cum meretricibus paternam substã/
tiam prodegisset. Sequitur enim: Sed post/
q̃z filius tuus hic qui deuorauit substantiam
suam cum meretricibus venit: occidisti illi vi
tulum saginatum. AVGV. Meretrices
autem sunt superstitiones gentilium: cum q
bus substantiam dissipat: qui relicto vero connu/
bio veri dei: cum demone feda cupiditate for
nicatur. HIERO. In hoc autem q dicit:
Occidisti illi vitulum saginatum: confitetur
venisse christũ: sed inuidia non vult saluari.
AVGV. Non aũt pater eũ. q. mentientẽ
redarguit: sed secum perseuerantiaz eius ap
probans ad perfectionem potioris atq̃z iucũ
dioris exultationis inuitat. vnde sequitur: At
ipse dixit illi: Fili tu semper mecũ es. HIE
RO. Vel quod dixerat: iactantia est nõ ve
ritas: cui pater non consentit: sed alia compe
scit ratione dicens: Mecum es: lege qua stri
geris: non quia non peccaueris: se quia deus
eum semper castigando retraxit. Nec miruz
si patri mentiatur qui fratri inuidet. AM/
BRO. Sed bonus pater etiam hunc sal/
uare cupiebat dicens: Tu mecuz semper es.
vel quasi iudeus in lege vel quasi iustus i cõ
munione. AVGV. Quid autez sibi vult
q addidit: Et omnia mea tua sunt. quasi nõ
sint et fratris: sed sic a perfectis et immortali/
bus filiis habentur omnia: vt sint et omnium
singula: et omnia singulorum: vt enim cupi/
ditas nihil sine angustia: ita nihil cum angu
stia charitas tenet. Sed quomodo omnia: nõ
ne et angelos deus in possessionem tali filio
subiecisse putandus est: si possessionem sic ac
cipias: vt eius possessor ipse sit dominus: nõ
vtiq̃z omnia. Non enim domini erimus: s̃z
consortes potius angelorum. Si vero posses
sio sic intelligitur: quomodo recte dicim[9] pos
sidere animas: veritatez non inuenio cur nõ
vere ac pprie id possimus accipere. Nõ enĩ
id loquimur: vt dominas veritatis dicamus
aĩas. Aut si nõie possessionis ab hoc sensu i
pedimur: illud quoq̃z auferat. non enim ait
pater: Omnia possides: sed omnia mea tua
sunt: nec tamen vt ipsius domini. Quod. n.
est in nostra pecunia: potest familie nostre vl
alimentum esse vel ornamentuz vel aliud hu
iusmodi. Et certe cũ ipm patrẽ recte ille pos/
sit suum dicere: non video quomodo que ip/
sius recte vocari ponit: diuersis ditarat mo/
dis. Cum enim beatitudinem illam obtinue
rimus: nostra erunt ad videnduz superiora:
ad conuiuendum equalia: ad dominandum
inferiora. Congaudeat igitur securissimus
maior frater. AMBRO. Si enim desi/
nat inuidere: omnia sua sunt: vel iudeus sa/
cramenta veteris testamenti: vel baptizatus
noua etiã possidens. THEO. Vel aliter:
Totum persona filii: que videtur murmura
re: sumitur pro omnibus quicunq̃z scandali/
zantur in subditis: sicut Dauid introducit p
sonam passam scandalum in peccatorum pa
ce. TYTVS. Maior igitur fili[9] sicut agri
cola insistebat agriculture: non terrestrem s̃z
aĩe agrũ fodiẽs: et salutis arbores inserẽs. s.
virtutes. THEO. Vel erat in agro: hoc ẽ
in mundo colens ppriã carnẽ: vt repleat pa
nibus: et seminans in lachrymis vt i gaudio
metat. s̃z cognitis gestis nolebat itrare ad cõe
gaudiũ. CHRY. Querit autem si afficit
passione liuoris: dolens in prosperis alio[rum].
Dicendum est autem q nullus sanctorũ do/
let in talibus: immo bona aliorum sua existi/
mat: non autem oportet omnia quecunq̃z pa
rabola continet ad litteram pertractare: s̃z sen
suz elicientes cuius causa componit nihil ali
ud perscrutari. Hec ergo parabolã ad hoc ẽ
composita vt peccatores non diffidant reuer
ti: scientes q magna consequent. vnde intro
ducit alios turbatos in eorum bonis: vt indi
cet eos liuore tabescẽtes: sed tanto decore ho
noratos redeuntes: vt etiaz inuidiosi possint
aliis fieri. THEO. Vel phariseorum in/
tentionem corrigit dominus per presentem
parabolaz quos ex hypostasi nominat iustos
q. d. Esto vos vere iustos esse: nec transgres
sos aliquod mandatoruz: nunquid igitur p/
pter hoc non oportet admittere a flagitiis re/
deuntes: HIERO. vel aliter. Omnis iu
sticia in comparatione dei: est iniusticia. vn/
de paul[9]: Quis me liberabit de corpore mor
tis huius. vnde apostoli dedignati sunt pro
petitione matris filio[rum] zebedei. CYRIL.
Quod et nosipsi quandoq̃z patimur: viuunt
enim quidam prestantissimam et optimaz vi/
tam: alius autem in ipso senio multotiens ad
deum conuertitur vel forsitan extremum di
em claudere debens hac diluit reatus domi/
no miserante. Hoc quidem aliqui respuit et

importuna pusillanimitate: non attendentes mentem saluatoris qui de salute pereuntium gaudet. THEO. Dicit ergo filius patri: Gratis duxi in doloribus vitam a peccatoribus molestatus. et nunquam causa mei decreuisti mactandum esse hedum idest persequentem me peccatorem: vt paululum recrearer: qualis hedus fuit achab helie. Qui dicebat domine prophetas tuos occiderunt. AMBRO. Vel aliter. Notatur hic frater vsque adeo: vt de villa venire dicatur: hoc est terrenis operibus occupatus: ignorans que sunt spiritus dei: vt denique nunquam pro se vel hedum queratur occisum: non. n. pro inuidia: sed pro venia mundi agnus est immolatus. inuidus hedum querit: innocens agnum pro se desiderat immolari. ideo et senior dicitur: eo quod cito quis per inuidiam consenescat: ideo et foris stat: eo quod maliuolentia eum excludat. ideo chorum et symphoniam audire non potest: hoc est in villa theatralis incentiua lasciuie. sed plebis concordiam concinentis que de peccatore saluato dulcem leticie suauitatem resultat. qui enim sibi iusti videntur indignantur quando alicui peccatum fatenti venia laxatur. Quis tu es quis domino contradicas: ne videlicet culpam relaxaret: cum tu cui volueris ignoscas: sed remittendis post penitentiam debemus fauere peccatis. ne dum veniae alterius inuidemus ipsi eam non mereamur a domino non inuideamus de longinqua regione remeantibus: quia et nos fuimus in regione longinqua.

Dominica. iij. Luce. xi. cap.

Erat iesus eijciens demonium et illud erat mutum: et cum eiecisset demonium locutus est mutus et admirate sunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt In belzebub principe demoniorum eijcit demonia Et alij tentantes: signum de celo querebant ab eo.

GLO. Promiserat dominus quod spiritus bonus daret orantibus: cuius quidem beneficium subsequenti miraculo demonstrat. vnde dicitur. Et erat iesus eijciens demonium et illud erat mutum. THEOPHI. Dicitur autem mutus vt in pluribus qui non loquitur. Dicitur etiam et qui non audit: sed magis proprie qui nec audit nec loquitur. Qui autem a natiuitate non audiunt: ex necessitate non loquuntur. Ea. n. loquimur que per auditum loqui docemur. Siquis tamen ex aliqua passione superueniente auditum amiserit: hunc nihil prohibet loqui. Qui autem domino oblatus fuit et mutus erat lingua: et surdus auditu. TYTVS. Mutum autem vel surdum dicit demonium: quod hanc ingerit passionem quod non audiatur diuinum verbum. Nam demones auferentes aptitudinem humani affectus: obtundunt aic nostre auditum: iccirco venit christus vt et eijciat demonium: et audiamus verbum veritatis. vnum. n. sanauit vt vniuersalem perpetuationem faciat humane salutis. vnde sequitur: Et cum eiecisset demonium locutus est mutus. REMI. Demoniacus autem iste apud mattheum non solum mutus: sed et cecus fuisse narratur. Tria igitur signa simul in vno homine perpetrata sunt. Cecus videt: mutus loquitur: possessus a demone liberatur. quod quotidie completur in professione credentium: vt expulso primum demone: fidei lumen aspiciant. deinde ad laudes dei tacentia prius ora laxentur. CYRIL. Hoc autem miraculo perfacto extollebat eum multitudo preconiis: et gloria que deum decet. vnde sequitur. Et admi. sunt turbe. BEDA. Turbis autem: que minus erudite videbantur: domini semper facta mirantibus: scribe et pharisei vel negare: vel sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi non diuinitatis: sed immundi spiritus opera fuissent. vnde sequitur. Quidam autem ex eis dixerunt in beel. princi. demo. eijcit demonia. Beelzebub deus erat acharon. nam beel quidem ipse baal: zebub autem musca vocatur. Dicitur autem beelzebub quasi vir muscarum: ex cuius spurcissimo ritu principem demoniorum cognominabant. CYRIL. Alij vero paribus stimulati liuoris aculeis: petebant ab eo celeste videre portentum. vnde sequitur: Alij tentantes signum de celo querebant ab eo. Quasi dicerent: Quis ab homine demonium eieceris: non tamen hoc est diuine operationis argumentum, nondum. n. vidimus aliquid horribus siue miraculis. Moyses. n. transduxit populum per medium maris: iosue vero successor eius solem retardauit in gabaon. tu vero nihil horum ostendisti. Querere enim prodigia de celo innuit: quod

huiusmodi cogitatōnibus tunc temporis affi ciebantur erga christum.

¶ Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum in se ipsum diuisum: desolabitur: et domus supra domum cadet: Si autem et sathanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnum eius: quia dicitis in belzebub me eijcere demonia? Si autem ego i belzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erūt. Porro si in digito dei eijcio demonia profecto peruenit in vos regnum dei.

CHRY. Cum pharisceorum suspitio irrationabilis esset: metu multitudinis non audebant eam diuulgare: sed in animo suo eā vertebant. vnde dicitur. Ipse autem vt vi. cogi. eorum dixit eis: Omne reg. in se diui. deso. et do. supra do. cadet. BEDA. Non ad dicta: sed ad cogitata respondit: vt vel sic compellerentur credere potentie eius qui cordis videbat occulta. CYRIL. Non aūt rñdebat ex scripturis: qr non attendebāt falso eas exponentes: sed ex his respōdet que communiter accidunt. Domus enim et ciuitas si fuerit diuisa velociter dissipatur: et etiam regnuz quo nihil ē validius firmat enim regna et domos subditorum concordia. Si ergo inquit ego per demonem demonia eijcio dissensio inter eos est: et perit virtus eorum: vnde subdit: Si autem satha. in seip. diui. est: quomodo sta. reg. ipsius: qr dicitis me in beel. eijcere demonia? Non enim sathanas sibiipsi repugnat: nec suis satellitibus nocet: sed potius statuit regnum suum. Restat ergo q̄ diuina virtute conteraz sathanā. AMBRO. In hoc etiam ostendit regnum suum indiuiduum esse atq̄ ppetuum: et ideo qui non in xpo spem gerunt: sed in principe demoniorum eijcere demones opinantur: eos regni negat esse ppetui: quod spectat etiam ad populum iudeorum. Quomodo. n. pōt regnum iudeorum esse ppetuū: qñ a legis populo iesus negatur q̄ ex lege debet: ita ex parte se fides iudaice plebis impugnat. ipij gloria diuiditur: diuidendo dissoluit. et ideo regnū ecclesie manebit eternum qr indiuidua fides corpus est vnum. BEDA. Regnum ēt patris et filij et spiritussancti non est diuisuz: qd̄ est eterna stabilitate mansurum. Desistant igit̄ arriani minorē patre filiū: filio vero spiritumsanctum dicere: qr quorum vnū est regnū: horum est et vna maiestas. CHRY. Hec igit̄ est pma solutio. Scda vero q̄ est de discipulis: quā ponit subdēs. Si aūt ego in beel. eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Non dicit discipuli mei: sz filij vestri: volens eorum permulcere furorem. CYRIL. Iudei nāq̄z et a iudeis fm carnem exorti sunt christi discipuli: q potestatem in spiritus īmundos adepti erant a christo: et oppressos ab eis in noīe christi liberabant. Cū ergo filij vestri sathanaz in noīe meo conterunt: quō non hz multā amentiaz: dicere me a beelzebub virtutē habere: dānabimini igit̄ ex fide natorum vestrorum. vnde subdit̄: Ideo ipsi iudices vrī erunt. CHRY. Quoniam enim ex vobis emanantes mihi obediunt: liquet q̄ pdēnabunt operantes cōtraria. BEDA. Vel aliter. Filios iudeorum exorcistas gentis illius significat: qui ad inuocationez dei eijciebant demones. q. d. Si expulsio demonuz in filijs vestris deo non demonibus deputatur: quare i me idē opus nō candē habeat cām? Ergo ipsi vestri iudices erūt: nō potestate sz opatione: dū illi expulsionē demonū deo assignāt: vos beelzebub pncipi demonorum. CYRIL. Postq̄z ergo qd̄ dicitis calumnie notā hz: manifestū ē q̄ i spū dei eijcio demonia: vñ subdit: Porro si in digito dei eijcio demonia: pfecto puenit i vos regnū dei. AVGV. de psensu euan. Quod lucas digitū dei dicit: vbi matheus dixit spiritū: ab eadē sñia nō recedit qn potius et aliqd docet: vt nouerimus quēadmodū intelligamus vbicūq̄z scripturarum legerimus digitū dei. AVGV. de q. euan. Dr̄ aūt spūssanctus digitus dei pp ptcipatonē donorū q̄ in eo dant̄ vnicuiq̄z ppria siue hoīum siue angelorum. in nullis enim mēbris nr̄is magis apparz partitio q̄z i digitis. CYRIL. Dr̄ spūsscūs dr̄ digitus dei. filius enim manus et brachiū patris dicit̄ ē: operat̄ eni pr̄ cuncta p eū. Sicut igit̄ digitus non est alienus a manu: sed ei naturaliter isitus: sic spiritussanctus consubstantialiter cōnexus est filio: et per euz omnia filius operatur. AMBRO. Nec

tū tibi membroꝝ cōpactione nostroꝝ portio quedam videatur facienda virtutis: indiuidue enim rei nō potest esse diuisio: ⁊ ideo ad formam vnitatis: non ad distinctionem potestatis referēda digiti nūcupatō ē. ATHA. Ad presens autē non renuit dominus gratia sue humanitatis dicere se minorem spiritusancto: dicēs se in eo demones eijcere: quasi non sufficiente humana natura ad demonum expulsionem: nisi virtute spiritussancti. CYRIL. Et ideo conuenienter dicitur ꝑuenit in vos regnum dei. i. si ego homo existens in spiritu diuino eijcio demones: ditata est humana natura in me: ⁊ aduenit regnū dei. CHRY. Dicit autez. Super vos: vt eos attraheret. q. d. si vobis adueniunt prospera: cur vrā bōa fastiditis? AMBRO. Simul ostendit etiam imperialem quandam esse spiritussancti potestatem: in quo regnuz est dei: nos quoqꝫ in quibus habitat spiritus esse regalem domum. TYTVS. Vel dicit peruenit in vos regnum dei. vt intelligatur: peruenit contra vos: nō pro vobis: horrendus enīz est perfidis christi scōs aduēt⁹.

℄ Cuz fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat: ⁊ spolia eius distribuet. Qui non est mecum: aduersū me est: ⁊ qui nō colligit mecū: dispgit.

CYRIL. Quia necessariuz erat per multas considerationes detrahentium retractare sermonem: vtitur nunc exemplo manifestissimo: quod demonstrat volentibus intueri. qꝛ principem huius seculi virtute sibi insita vicit dicēs: Cū for. ar. custo. atriū suuz: in pace sunt ea q̄ possidet. CHRY. Fortez vocat diabolum: non qꝛ naturalr̄ huiusmodi sit: sꝫ innuens antiquā eius tyrānidē: quā pusillanimitas nostra causauit. CYRIL. Erat enī ante saluatoris aduentuz violentia multa: rapiens alienos greges. s. dei ⁊ quasi ad proprium ducens ouile. THEOPHI. Arma autem eius sunt omnes species peccatoruz: in qbus ꝯfidēs inualuit ꝯtra homines. BEDA. Atrium vero illius mundus vocat: qui in maligno positus est: i quo vsqꝫ ad saluatoris aduentum potiebatur imperio: qꝛ in cordibus infideliuz: sine vlla contradictione quiescebat: sed fortiori potentia christ⁹ victor: omnes homines liberando ipsum eiecit. vnde subditur Si autez fortior illo superuenerit ⁊ vicerit eum vniuersa arma eius auferet: in quibus confidebat: ⁊ spolia eius distribuet. CYRIL. Postq̄ꝫ. n. dei summi verbum tonus fortitudinis dator: ⁊ domin⁹ virtutum factum est homo: inuasit illuz: ⁊ arma eius abstulit. BEDA. Sūt ergo arma eius astutie: doliqꝫ nequitie spiritalis: spolia vero eius ipsi homines sunt ab eo decepti. CYRIL. Nam qui duduz irretiti fuerāt ab eo iudei in diuinam ignorantiam ⁊ errorē: euocati sunt per sanctos apostolos ad notitiam veritatis: ⁊ oblati sunt deo patri per fidem adhibitam filio. BASI. Distribuit etiam spolia exhibens fideles custodie angelorum ad hominum salutē. BEDA. Victor etiam christus spolia distribuit: quod est insigne triumphantis: qꝛ captiuam ducens captiuitatem dedit dona hominibus: quosdam qdem apostolos. alios euangelistas: hos prophetas: illos pastores ordinans ⁊ doctores. CHRY. Deinde ponitur quarta solutio cum subditur: Qui non est mecuz: aduersuz me est. q. d. ego volo homines offerre deo: sathanas autem contrarium: qualiter ergo q mihi nō cooperatur sed dissipat q̄ mea sunt: tam mihi consentaneus fieret: vt vna mecuz eijceret demones. Sequitur: Et qui nō colligit mecū: dispergit. CYRIL. Quasi. d. ego veni vt filios dei ab eo dispersos cōgregem: ⁊ ipse sathanas cum mecum nō sit: que collegi ⁊ saluaui tentat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispensationibus refragatur virtutez mihi ministrat? CHRY. At siqs nō cooperatur aduersarius est: multomagis qui obstat. videtur tamen mihi ⁊ iudeos ad presens sub enigmate tangere ordinans eos cum diabolo: nam ⁊ ipsi agebant contra eū: ⁊ dispergebant quos congregabat.

℄ Cum immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca iaquosa: querens requiem ⁊ non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam sco

pis mundatam. Et tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se: et ingressi habitant ibi: et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. CYRIL. Post premissa ostendit dominus: quod contingit populo iudeorum vt ad huiusmodi opiniones laberentur de christo dicens: Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa: querens requiem. Quod .n. hoc exemplum ad iudeos spectet matheus expressit dicens. Sic erit et generationi huic pessime. Quamdiu enim erant in egypto viuentes ritu egyptiorum: inhabitabat in eis spiritus malignus: qui expulsus est ab eis: quando mactauerunt agnum in figura christi: et liniti sunt eius sanguine: et sic euitauerunt destructorem. AMBRO. Itaque in vno homine totius populi iudaici comparatio est: a quo per legem spiritus immundus exierat. Sed quia in gentibus quorum corda prius arida erant: sed postmodum per baptisma rore spiritus humescebant: propter fidem christi requiem diabolus inuenire non potuit. Immundis enim spiritibus christus incendium est: ideo regressus est ad plebem iudeorum: vnde sequitur: Et non inue. dicit: Reuertar in do. me. vnde exiui. ORIGE. i. ad eos qui sunt ex israel: quos vidit nihil diuinum in se continentes: sed desertos et vacantes habitioni eius. vnde sequitur: Et cum ve. inue. sco. mu. AMBRO. Forensi enim et perfunctorie specie compta animo manet interiore pollutior. Neque .n. sacri fontis irriguo aut abluebat aut restringebat ardorem: meritoque ad eum spiritus redibat immundus: adducens secum septem spiritus nequiores. vnde sequitur: Et tunc va. et as. se. sep. ali. spi. ne. se: et ingressi ha. ibi. quoniam .s. in hebdomada legis et octaue mysterium commisit. Itaque vt nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia: ita illis immundorum spirituum omnis cumulatur iniuria. Vniuersitas .n. hoc numero aliquotiens comprehenditur. CHRY. Incolunt autem animas iudeorum demones peiores prioribus: nam tunc temporis in prophetas seuiebant: nunc vero ipsi domino prophetarum iniuriantur: atque ideo a vespasiano et tito peiora passi fuerunt: quam in egypto et in babylone: vnde sequitur: Et fiunt no. ho illius pe. prioribus. Tunc etiam aderat eis diuina prouisio: et gratia spiritussancti. nunc vero etiam hac cura priuantur: propter quod virtutis maior penuria nunc: et erumna intensior: et demonum exactio seuior. CYRIL. Sunt etiam nouissima peiora prioribus: secundum illud apostolicum: Melius erat eis veritatis viam non cognoscere quam post agnitam retroire. BEDA. Potest etiam hoc accipi de heretico quolibet vel scismatico vel etiam malo catholico: de quo tempore baptismatis spiritus exierat immundus: loca que inaquosa peragrat. i. corda fidelium: que a mollitie fluxe cogitationis expurgata sunt: callidus insidiator explorat si quos ibi nequitie sue gressus figere possit. Dicit autem: Reuer. in do. meam. vnde exiui. In quo timendum est ne culpa quam in nobis extinctam credebamus: per incuriam nos vacantes opprimat. Inuenit autem eam scopis mundatam: hoc est gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam: sed nulla boni operis industria cumulatam. Per septem autem malos spiritus quos assumit: vniuersa vitia designat. Nequiores autem dicuntur: quia non solum habebit illa septem vitia: que septem spiritualibus sunt contraria virtutibus: sed etiam per hypocrisim ipsas se virtutes habere simulabit. CHRY. Non solum autem illis: sed et nobis fore dicta accipiamus que sequuntur. Et erunt nouissima hominis illius peiora prioribus: quia si illustrati: et a pristinis malis remoti: denuo redimus ad eandem nequitiam: grauior deinceps erit pena sequentium peccatorum. BEDA. Posset etiam simpliciter intelligi dominum hec ad distinctionem suorum et sathane operum aduintisse: quod scilicet ipse semper polluta mundare: sathanas vero mundata grauioribus sordibus contaminare festinet.

Factum est autem cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit: Quinimmo: beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud.

BEDA. Scribis et phariseis dominum tentantibus: simul et blasphemantibus: incarnationem eius magna fiducia quedam mulier confitetur. vnde sequitur. Factum est autem cum hec diceret: Extol. vo. quedam mulier de tur. di. illi: Beatus venter qui te por. et vbe

ra que suxisti. vbi ꝛ presentium calumniam: ꝛ futurorum confundit hereticorum perfidiam. naȝ sicut tunc iudei sancti spiritus opera blasphemando verum dei filium negabant: sic heretici postea negando mariam semper virginem: spiritussancti cooperante virtute: nasciturо vnigenito deo: carnis sue materiã ministrasse: verum consubstantialemqȝ patri: filiuȝ hominis fateri non debere dixerũt. Sed si caro verbi dei sm̃ carnem nascentis a carne virginis matris pronunciatur extranea: sine causa venter qui eũ portasset: ꝛ vbera que lactassent: beatificantur. Qua vero cõsequentia eius lacte credatur nutritus: ex cuius semine negatur conceptus: cum ex vni⁹ ꝛ eiusdeȝ fontis origine sm̃ physicos vterqȝ vigor manare perhibeat. Non autem tm̃mõ ea q̃ verbuȝ dei corporaliter generare meruerat: sed ꝛ oẽs qui idem verbuȝ spiritaliter auditu fidei concipere: ꝛ boni opis custodia vel in suo vel in proximorũ corde parere ꝛ quasi alere studuerint: asserit esse beatos. Sequit̃ enim. At ille dixit: Quinimo: beati qui audiunt verbũ dei ꝛ custodiũt illud. CHRY. Non fuit hoc responsum repudiantis matrem: sed ostendentis ꝙ nihil ei partus profuisset: nisi valde bona ꝛ fidelis fuisset. Ceterum si marie non proderat sine virtutibus anime christum ab ea ortũ traxisse: multo magis nobis siue patrem siue fratrem siue filiũ virtuosum habeamus: nos autem absistam⁹ ab illius virtute: nequaqȝ hoc prodesse valebit. BEDA. Eadem autem dei genitrix: ꝛ inde quideȝ beata: quia verbi incarnandi ministra est facta temporalis. ȝ inde multo beatior: quia eiusdem semper amandi custos manebat eterna. Hac etiam sententia sapientes iudeorum percutit qui verbum dei non audire ꝛ custodire: ȝ negare ꝛ blasphemare querebant.

¶ Feria. ij. Luce. iiij. cap.



Uanta audiuimus facta in capharnaum: fac ꝛ hic i patria tua. Ait autem: Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis multe vidue erant in diebus helie in israel quando clausum est celum annis tribus ꝛ mensibus sex: cum facta esset fames magna i omni terra: ꝛ ad nullam illarum missus est helias: nisi in sarepta sidonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: ꝛ nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus.

CYRIL. Cõmune qdeȝ ꝓuerbium erat apud hebreos ad ĩproperiũ excogitatum: clamabãt. n. aliq ꝯtra medicos ĩfirmos: Medice sana teipm̃. GLO. Quasi diceret: Qui in capharnaũ plures te curasse audimus. cura ẽt teipm̃. i. fac similiter in tua ciuitate: vbi ꝯceptus es ꝛ nutrit⁹. AVGV. de ꝯsen. euã. Cũ aũt iam magna ab illo facta fuisse cõmemorant: que se nondum narrasse scit: qd euidentius q̃ȝ hoc eum scienter preoccupasse narrandũ: Neqȝ enim tm̃ ab eius baptismo progressus est vt oblitus putetur: nondum se aliquid commemorasse de his q̃ in capharnaũ gesta fuerant. AMBRO. Non ocio se autem saluator se excusat ꝙ nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit: ne fortassis aliquis viliorem patrie nobis esse debere putaret affectum. Nam sequitur Ait autem. Amen dico vobis. q꞉ propheta ne. acce. est ĩ patria sua. CYRIL. q. d. Uultis multa ꝓdigia inter vos a me fieri: penes quos suȝ nutritus: sed non latet me quedam cõis que multis accidit passio. contemnuntur enĩ quodammodo semper etiam optima queqȝ quando non raro contingunt alicui: sed suppetũt ad velle: ꝛ sic ẽt contingit in hominibus: familiaris enim q꞉ semper presto est: debita reuerẽtia priuat̃ a notis eius. BEDA. Prophetã autem dici in scripturis christuȝ ꝛ moyses testis est qui dicit: Prophetam vobis suscitabit deus de fratribus vestris. AMBRO. Hoc autem exemplo declaratur ꝙ frustra opem misericordie celestis expectes: si aliene fructibus virtutis inuideas. Aspernator enim deus inuidorum est: ꝛ ab his qui diuina beneficia in alijs persequuntur: miracula sue potestatis auertit. Domini

ce quippe carnis actus diuinitatis exemplū
est: ⁊ inuisibilia eius nobis per ea que sunt vi
sibilia demonstrantur. Uidete igit̄ quid ma
le inuidia afferat. indigna propter inuidiam
patria iudicat̄ in qua ciuis operet̄ que digna
sunt: i qua dei filius nasceret̄. ORIGE.
quantum ad Luce historiam pertinet: necdū
in capharnaum fecisse aliquod signū descri
bitur: nam anteq̄ʒ veniret in capharnaum in
nazareth dixisse legitur queuūq̄ʒ audiuimus
facta in capharnaum. vnde puto in presenti
sermone aliquid latitare mysterij: ⁊ nazareth
esse typum iudeorum: capharnaum typum
gentium: Erit enim tempus quando dictu/
rus est populus israel. que ostendisti vniuer
so orbi: ostende ⁊ nobis: predica sermonē tu
um populo tuo israel: vt saltē cū subintraue
rit plenitudo gentiū tunc oīs israel saluus fi/
at. Quaōbrē videt̄ mihi ꝯuenienter rn̄disse
saluator. Nemo ꝑpheta acceptus est in pa.
sua. plus iuxta sacramentum q̄ʒ iuxta lrāʒ: lʒ
⁊ hieremias ⁊ anathoth patria sua non fuerit
acceptus: ⁊ reliqui prophete. sed magis vide
tur mihi intelligi vt dicamus patriam omni/
um prophetarum fuisse populū circumcisio/
nis. Et nationes quidem susceperunt vatici
nium iesu christi: magis habentes moysen ⁊
prophetas de christo predicantes: q̄ʒ illi qui
ex his non susceperunt iesum. AMBRO.
Bene autem apto comparationis exemplo:
arrogantia ciuium retunditur inuidorum do
minicumq̄ʒ factum scripturis docetur vete/
ribus conuenire. Naʒ sequitur: In veri. di.
vo. mul. vi. erant in israel in diebus helie.
Non quia helie dies fuerunt: sed in quibus
helias operatus est. CHRY. Ipse quidē
terrestris angelus celestis homo: qui nec te/
ctum nec mensam nec amictum habēbat: vt
multi: clauem celorū gerit in lingua. Et hoc
est quod sequit̄: Quando clau. est celum an.
tri. ⁊ mensi. sex. Postq̄ʒ autē celum serauit:
terramq̄ʒ reddidit sterilem regnabat fames:
⁊ ꝯsumpta sunt corpora. vnde sequit̄: Cum
fcā esset fames i terra. BASI. Ut eni aspe
xit ex saturitate non modicū generari obpro/
brium: per famem illis ieiunium attulit: quo
culpam eorū que in imensum crescebat cohi/
buit. Corui autem facti sunt iusto cibi mini/
stri: qui consueuerunt aliorum pabula vsur/
pare. CHRY. Sed qm̄ exiccatus ē fluuꝰ

ex quo pocula iuste dabātur: vade inquit de/
us in sareptam sidonie: illic mandabo mulie
ri vidue vt pascat te. vnde ⁊ h sequitur: Et
ad nullam earum missus est helyas nisi in sa
repta sidonie ad mulierem viduam. Quod
ex quadam dei dispensatione factum est: fe/
cit enim deus eum per longū iter ꝑgere vsq̄ʒ
in sidonem vt visa mundi peste poscat a do/
mino pluuias. Multi autem tunc temporis
opulenti erāt: sed nullus tale aliquid fecit vt
vidua. reuerentiam enim mulieris ad ꝑphe
tam: non prediorum: sed voluntatis fiebant
diuitie. AMBRO. Mystice autem dicit:
In diebus helie: quia dies faciebat illis qui
in eiꝰ operibus lucem videbant gratie spiri/
talis. ⁊ ideo aperiebatur celū videntibus di
uina mysteria: claudebat̄ quādo fames erat:
quia nulla erat cognoscende diuinitatis vber
tas. In vidua autem illa ad quaʒ helias dire/
ctus est typus ecclesie premissus est. ORI
GE. Occupante. n. fame populū israel. s.
audiendi sermonē dei venit propheta ad vi
duam: de qua dicitur: Multi filij deserte ma
gis q̄ʒ eius que habet virū: ⁊ cum venisset:
panem illius ⁊ alimenta multiplicat. BE/
DA. Sidonia autem venatio inutilis: Sa
repta incendiū: vel angustia panis interpre
tatur. Quibus omnibus gentilitas exprimi/
tur: que inutili venationi dedita. i. lucris ⁊ ne
gocijs seculi seruiens: incendium carnalium
cupiditatum panisq̄ʒ spiritalis angustias pa
tiebatur: donec helias idest propheticus ser/
mo cessante scripturarum intelligentia: pro
perfidia iudeorum venit ad ecclesiam vt rece
ptus pasceret ⁊ reficeret corda credentium.
BASI. Quelibet etiam anima viduata ⁊ ꝑ
uata virtute ⁊ diuina notitia: postq̄ʒ diuinū
verbum recipit propria delicta cognoscens:
docetur nutrire verbum virtutum panibus:
⁊ irrigare fonte vite doctrinam veritatis.
ORIGE. Sed ⁊ aliud ad eundem sensū
pertinens loquitur cum subdit: Et multi le
prosi erant in israel sub heliseo propheta: ⁊
nemo eorum mundatus est nisi naaman sy/
rus: q vtiq̄ʒ nō erat ex israel. AMBRO.
Mystice autem populus ecclesiam contin/
git vt sequat̄ populus ille ex alienigenis con
gregatus: ante leprosus prius q̄ʒ mystico ba
ptizaretur in flumine idest post sacramēta ba
ptismatis: maculis corporis ⁊ mētis ablutis

immaculata virgo cepit esse sine ruga. BEDA. Naaman enim qui decorus interpretatur populum significat nationum: qui septies lauari iubetur: quia illud baptisma saluat quod septiformis spiritus regenerat. Caro eius post lauacrum sicut pueri apparet: quia mater gratia omnes in vnam parit infantiam. vel quia christo conformatur de quo dicitur. Puer natus est nobis.

¶ Et repleti sunt omnes in synagoga ira hec audientes. Et surrexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt illum vsq; ad supercilium mo͂tis super quem ciuitas illoru͂ erat edificata: vt precipitarent eum. Ipse aute͂ transiens: per medium illorum ibat.

GRECVS. Qr prauam eoꝝ intento͂ne͂ redarguerat: ideo indignant. et hoc est quod dicitur: Et repleti sunt oe͂s in synagoga ira. pro eo e͂t quod dixerat: hodie completa e͂ hec prophetia arbitrati sunt qꝫ seipsum compararet prophetis: et ideo indignant et fugant eu͂ extra ciuitate͂. vnde sequit: Et surrexe. et eiece. illum extra ciuitate͂. AMBRO. Nec mirum si perdiderunt salutem: qui eiecerunt de suis finibus saluatorem. Dominus aute͂ qui docuerat apostolos exemplo sui omnibus omnia fieri: nec volentes repudiat: nec inuitos alligat: nec eijcientibus reluctatur: nec rogantibus deest: non mediocriter autem inuidia proditur: que charitatis oblita in acerba odia causas amoris inflectit. Cum enim ipse dominus per populos beneficia diffunderet: illi iniurias irrogaba͂t vnde sequit: Et dux. il. vsq; ad superci. montis super quem ciuitas illorum erat edificata: vt precipitarent eu͂. BEDA. Peiores su͂t iudei discipuli: diabolo magistro. Ille vero ait: Mitte te deorsum. isti facto mittere conant: sed illoꝝ me͂te mutata subito vel obstupefacta descendit: qr adhuc illis penitentie locum reseruat. vnde sequit: Ipse au. transi. ꝑ medium illoꝝ ibat. CHRY. In quo et que sunt humanitatis: et que sunt diuinitatis oste͂dit. stare. n. in medio insidiantium et non apprehendi: diuinitatis eminentia͂ ostendebat: discedere vero dispensationis approbat mysterium. AMBRO. Simul intellige non ex necessitate fuisse: sed volu͂taria͂ corporis passione͂. etenim qn͂ vult capit: quando vult elabit. Nam que͂admodum a paucis teneri potuit qui a populo non tenet: sed voluit sacrilegium esse multorum. vt a paucis quidem affligeret. sed ꝓ toto orbe moreret. Quin etiam malebat iudeos adhuc sanare q͂ ꝑdere: vt efficaci furoris exitu desinerent velle qd͂ i͂plere non possent. BEDA. Nondum etia͂ venerat hora passionis: que in parasceue pasche futura extiterat: necdum locum passionis adierat qui non in nazareth: sed hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur: nec hoc genus mortis elegerat: qui crucifigendu͂ se a seculo ꝑconabat.

¶ Feria. iij. Mathei. xviij. cap.

SI autem peccauerit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsu͂ solu͂. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuu͂. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.

CHRY. Quia superius vehemente͂ sermone͂ aduersus scandalizantes ꝓposuit: vndiq; eos terre͂s: ne rursus hi qbus sca͂dala i͂ferunt. sic fia͂t resupini: vt toti ꝯte͂ne͂tes i aliud vitiu͂ incida͂t. s. neglige͂tie: et sca͂daliza͂tes ꝑ oi͂a sibi pci vole͂tes i elatione͂ icida͂t: h dn͂s eos co͂primit: et redargutione͂ fieri iubet dice͂s: si au͂t pec. i te fra. tu᷒: va. et cor. eu͂ iter te et ip. solu͂. AVGV. de ꝟ. do. Admonet nos qde͂ dn͂s nr͂ no͂ negligere inice͂ pct͂a nr͂a: no͂ q͂re͂do qd reph͂e͂das: s; vide͂do quid corrigas. Debem᷒. n. ama͂do corripe no͂ nocendi auiditate: s; studio corrige͂di si neglexeris: peior eo fact᷒ es. Ille iniuria͂ fecit: et iniuria͂ facie͂do graui seipm vulnere ꝑcussit: tu vuln᷒ fratris ꝯte͂nis peior es tace͂do q͂ ille conuitiando. AVGV. i. de ci. dei. Pleru͂q; eni͂ a malis doce͂dis: admonendis: aliqn͂ e͂t obiur

gãdis ⁊ corripiẽdis male dissimulaꝛ: vel cuȝ laboris piget: vel cuȝ eoꝝ inimicitias deuitamꝰ ne ipediãt ⁊ noceãt i istis tpalibꝰ rebꝰ: siue quas adipisci adhuc nr̃a cupiditas appetit siue quas adhuc amittẽ formidat infirmitas. Si aũt ppea qſqȝ obiurgãdis ⁊ corripiendis male agẽtibꝰ pcit: q2 oppoꝛtunius tp̃s ingrit: vel eisdẽ ipsis metuit ne deteriores ex h̃ efficiant: vel ad bonã vitã ⁊ piã erudiẽdos ipediãt alios ifirmos: aut p̃mãt atqȝ auertãt a fide: nõ vr̃ eẽ cupiditatis occasio: ſȝ ꝯsiliũ charitatis. Longe aũt grauiorẽ hñt cãm eccliãrũ p̃positi q i ecclijs ꝯstituti sunt vt nõ pcãt obiurgando pctã. nec iõ tñ ob huiuscemodi culpã penitꝰ alienꝰ ẽ: q lȝ p̃positꝰ nõ sit: i eis tñ qbꝰ vite huiꝰ necessitate ꝯiungiꝛ: multa monẽda vel arguẽda nouit ⁊ negligit: deuitans eoꝝ offensiões pp̃ illa qbꝰ i hac vita nõ idebite vtiꝛ. ſȝ plꝰ q̃z d̃buit d̃lectaꝛ. CHRY. Cõsiderãdũ aũt q̃ q̃nqȝ dñs eũ qui contristauit ad eũ q contristatus ẽ ducit. sicut cũ dicit: si recordatus fueris q̃ frater tuꝰ hȝ aliqd aduersum te: vade reconciliari fratri tuo. Quãdoqȝ autem eum qui iniusta passus est iubet dimittere proximo sicut ibi: Dimitte nobis d̃bita nostra: sicut ⁊ nos di. de. nostris. Hic aũt aliũ excogitat modũ. cum. n. q ꝯtristatꝰ ẽ duci ad eũ q contristauit: ⁊ ideo dicit: Si peccauerit in te frater tuus. Quia enim ille qui iiusta fecit non facile veniret ad excusationeȝ: verecundatus hunc qui passus est ad illum trahit: ⁊ non simpliciter: sed vt corrigat quod factum est: vnde dicit. Vade ⁊ corripe eum. RABA. Non passim iubet peccanti dimittere. sed audienti. i. obedienti ⁊ penitenti am agẽti: ne vel difficilis sit venia vel remissa indulgentia. CHRY. Non autẽ dicit: accusa: neqȝ increpa: neqȝ vindictas expete: sed argue. i. rememora sibi peccatum. dic ei que ab eo passus es. Ipse enim ira ⁊ verecũdia detinetur ebrius factus quasi graui somno. Vnde opȝ te qui sanus es ad illum qui egrotat abire. HIERO. Sciendum tamẽ q̃ si peccauerit in vos frater vester: ⁊ in qualibet causa vos leserit: dimittendi habetis potestatem imo necessitatẽ: q2 precipiꝛ: vt debitoribus nostris debita dimittamus. pp̃ qd̃ ⁊ hic dr̃. Si peccauerit i te frater tuꝰ. Si aũt in deũ qs peccauerit: nõ ẽ nr̃i arbitrij. Nos ecõtrario in dei iniuria benigni sumꝰ: i nr̃is ꝯtumelijs exercemus odia. CHRY. Ideo aũt precepit arguere ei q in passus est iniuriam ⁊ non alij. q2 ille qui fecit iniuriam ab eo mansuetius sustinet: ⁊ maxime cũ solus eum corripiat. Cum enim qui vindictam expetere d̃bebat: hic salutis videꝛ diligentiã habere maxime hoc cũ põt ꝓpriũ facere. AVGV. de ver. do. Quãdo ergo in nos aliquis peccat: habeamus magnam curam: non pro nobis: nam gloriosum est iniuriam obliuisci: ſȝ obliuiscere iniuriam tuam non vulnus fratris tui: ergo corripe eum iter te ⁊ ipsum solũ studẽs correctioni: parcẽs pudori. Forte. n. pre verecundia incipit defendere peccatũ suum: ⁊ quem vis facere correctionẽ facis peiorem. HIERO. Corripiendus est enim seorsum frater ne si semel pudorem atqȝ verecundiam amiserit permaneat in peccato.

AVGV. de ver. dñi. Apostolus aũt dicit Peccantem corã oĩbus argue: vt ⁊ ceteri timorẽ habeant. Aliquando ergo scias corripiendum esse fratrẽ solum. aliquando aũt corã omnibus. Quid aũt ante facere debeamus itendite ⁊ videte: Si peccauerit iquit in te frater tuus corripe eum inter te ⁊ ipsum solum. quare? quia in te peccauit: tu scis quia peccauit. Quid est in te peccauit? Quia. n. secretum fuit quando in te peccauit: secretum quere cum corrigis que peccauit. naȝ si solus nosti: quia peccauit in te: ⁊ cum vis coram omnibus arguere: nõ es corrector sed proditor. Peccauit ergo in te frater tuus: sed si tu solus nosti: tunc vere in te solum peccauit. Nã si multis audientibus tibi fecit iniuriam: ⁊ in illos peccauit quos testes sue iniquitatis effecit: ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus que peccantur coram omnibus: ipsa corripienda sunt secretius que peccanꝛ secretꝰ. Distribuite tp̃a: ⁊ ꝯcordate scripturas. Quare aũt ꝓximũ corripis: q2 tu doles q̃ peccauerit i te? absit. si aũt amore tui id facis: nil facis si amore illiꝰ facis: optime facis. Deniqȝ in ipsis v̾bis attẽde cuius amore id facere d̃beas: vtrũ tui: an illius? Sequiꝛ. n. Si te audierit: lu. eris fra. tuũ. Ergo pp̃ illum fac vt lucreris illum. Agnosce q2 in hominem peccãdo peristi: nam si non perieras quõ te lucratus est? Nemo ergo ꝯtẽnat qñ peccat in fratreȝ. CHRY. In quo ẽt demonstratur q̃ inimicitia damnum est cõe: ⁊ pp̃ hoc nõ dixit

q illе lucratus est seipsum sed q tu lucratus es eu. ex quo ostendit: qm̄ ⁊ tu ⁊ ille damnuz passi etatis ex discordia. HIERO. Per salutem. n. alterius nobis quoqꝫ acquirit salus. CHRY. Quid autem facere debeas si non persuadeat: subdit. Si autez te nō audierit: adhibe tecum vnum vel duos. Quanto. n. inuerecundior fuerit ⁊ pertinatior: tāto magis nos ad medicinaz studere oz: non ad iram ⁊ odium. Etenim medicus cuz viderit morbum non remitti nō desistit: sed tunc magis preparat ad curandum. Vide aūt qualit̄ non vindicte gratia hec correptio fit: sed emēdationis: ⁊ propter hoc non confestim iubet duos accipere: sed quando ipse corrigi nō voluerit: neqꝫ tunc ad eum mittit multitudinez: sed vnum vel duos: ⁊ ad hoc legis testimonium inducit dicens: Vt in ore duorum testium vel trium stet oē verbū. q. d. Habes iaz testimonium q totum fecisti quod tuuz erat. HIERO. Vel intelligendum est. Hoc modo: Si te audire noluerit: adhibeat vnus frater tm̄ q si nec illum audierit: adhibeatur ⁊ tertius: vel corrigendi studio: vt. s. vel admonitione. aut pudore corrigatur vel conueniendi sub testibus. GLO. Vel si dixerit: non esse peccatum: vt probent illud esse peccatum. HIERO. Porro si nec illos audire noluerit: tunc multis dicendum est vt detestationi eum habeant: vt qui non potuit pudore saluari: saluetur obprobrijs. vnde sequitur. Qd̄ si non audierit eos: dic ecclesie.

CHRYSO. i. his qui ecclesie president. GLO. Vel dic toti ecclesie: vt maiorez eru bescentiam patiatur. Post hec omnia sequatur excommunicatō que fieri debet p os ecclesie. i. p sacerdotem: que excōicante tota ecclia cum eo operat. vnde sequit: Si aūt ecclīam non audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. AVGV. de V. do. i. noli illum iam deputare in numero fratrū tuorum: nec sic tm̄ salus eius negligenda est: nā ⁊ ipsos ethnicos. i. gentiles ⁊ paganos in numero gdem fratrum non deputamus: sed tamen eoꝝ salutem semp inquirimus. CHRY. Nihil tm̄ tale p̄cipit dn̄s obseruādū in his q extra eccl̄iam sunt: quale p̄cipit hic de fratrib' corripiē dis. Sz d' exteriorib' dicit: Siqs percusserit te i vna maxilla: p̄be ei ⁊ aliā: qd̄ ⁊ paulus dic̄: Quid mihi ē de his qui foris sunt iudicare?

HIERO. Fratres aūt ⁊ arguere ⁊ auertere iubet. Qd̄ aūt dicit: Sicut ethnic' ⁊ publican': ostēdit maioris esse detestatiōis qui sub noīe fidelis agit opa infideliū: q̄z hi q apte gētiles sunt. Publicani eni vocant q seculi sectant lucra ⁊ exigūt vectigalia p negociationes ⁊ fraudes ac furta scelerata atqꝫ periuria. ORIGE. Videamus autem ne forte sententia hec: non de quocunqꝫ peccato posita sit: quid eniz si aliqs peccauerit aliqd̄ peccatoꝝ q̄ sunt ad mortē: puta masculoꝝ concubitor factus: adulter: homicida: aut mollis: nunquid talem rationis est arguere solus ad solum: ⁊ si audierit statim eum dicere lucrifactum: ⁊ non prius expulerit eum de ecclesia: nisi postq̄z coram testibus argutus ⁊ ab ecclesia: persiuerit in actu priori. Alius autem respiciens ad immensam misericordiam christi: dicet quoniam cum verba christi nullaz faciant differentiā peccatorū: contra christi misericordiam faciunt qui hec ad minima tantū peccata pertinere distinguunt. Alius contra caute ipsa verba considerans: non de omni peccato hec dicta defendet: quoniam qui grādia illa peccata facit: non est frater: sed nominatur frater: cum quo fm apostoluz nō oportet nec cibum sumere. sicut autem negligentibus peccandi occasionem dant: qui ad omne peccatuz hoc pertinere exponunt: sic econtra qui docet in minimis ⁊ non mortiferis peccatis. peccantem post argutionem testiuz vel ecclesie fieri oportere: sicut ethnicum ⁊ publicanum: aliquid crudelitatis videtur inducere. Vtrū. n. omnino peat pronunciare non possumus. primum qz qui ter argutus non obedluit: potest ta quarto obedire. deinde qz aliquando non fm opera hominis redditur ei. sed amplius: q̄z peccauit: quod expedit i hoc mundo. demū qz non dixit solum: Sicut ethnicus ⁊ publicanus. sed Sit tibi. Qui ergo in peccato leui correctus ter non se emendat: nos quidem debem' eum habere sicut ethnicum ⁊ publicanum: abstinentes ab eo vt confundatur: an autem etiam a deo quasi publicanus ⁊ ethnicus iudicetur: non est nostrum pronunciare: sed est in iudicio dei.

¶ Amen dico vobis quecūqꝫ alligaueritis super terram erunt ligata ⁊ i celo ⁊ quecunqꝫ solueritis super terram

erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quancumque petierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum.

HIERO. Quia dixerat si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus: et poterit contempti fratris hec esse responsio vel tacita cogitatio. Si me despicis: et ego te despicio: si me condemnas et tu mea sententia condemnaberis: potestatem tribuit apostolis vt sciant quod qui talibus condemnantur: humanam sententiam diuina sententia corroborari. vnde dicitur: Amen dico vobis: quecumque alli. su. ter. erunt li. et in celo. et quecumque sol. super ter. erunt so. et in celo. ORIGE. Non dixit. In celis: sicut petro: sed in celo vno: quia non sunt tante perfectionis sicut petrus. HYLA. Per hoc tamen ad terrorem maximi metus quo ad presens omnes continentur: immobile seueritatis apostolice iudicium demonstrauit: vt quos in terris ligauerint. i. peccatorum nodis innexos reliquerint: et quos soluerint: confessionem. s. venie acceperint in salutem: hi in celis ligati sunt vel soluti. CHRY. Et notandum quod non dixit primati ecclesie: Liga talem: sed Si ligaueris: indissolubilia erunt ligamina: quasi hoc eius iudicio dimittens. Vide autem qualiter incorrigibilem duplicibus colligauit necessitatibus. s. et pena que est hic. s. proiectione ab ecclesia: quam supra posuit dicens. Sit tibi sicut ethnicus etc. et supplicio futuro: quod est ligatum esse in celo: vt multitudine iudiciorum dissoluat fratris iram. AVGV. de ver. do. Vel aliter: Cepisti habere fratrem tuum tamquam publicanum ligas eum in terra: sed vt iuste alliges vide. Nam iniusta vincula disrumpit iustitia. Cum autem correxeris et concordaueris cum fratre tuo: soluisti illum in terra. cum solueris in terra: solutus erit et in celo. Multum prestans: non tibi sed illi: quia multum nocuit non tibi: sed sibi. GLO. Non solum autem de excommunicatione: sed etiam de omni petitione que fit a consentientibus in vnitate ecclesie dat confirmationem cum subdit: Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram. Vel penitentem recipiendo: vel superbum abiiciendo: vel de alia re quam petierint que non est contraria ecclesie vnitati. Fiet illis a patre meo qui in celis est. Per hoc autem quod dicit: Qui in celis est: eum super omnia esse ostendit: et per hoc complere eum posse quod petitur. Vel in celis est. i. in sanctis: quod valet ad probandum quod fiet illis quicquid petierint quod dignum sit: quia illum apud se habent a quo petunt. Unde rata est sententia consentientium: quia deus cum eis habitat. et ideo sequitur: Ubi enim sunt duo vel tres congre. in no. meo: ibi sum in medio eorum.

CHRY. Vel quia dixerat: Fiet illis a patre meo: vt ostendat se etiam esse datorem simul cum patre subdit: Ubi sunt enim duo vel tres. ORIGE. Non autem dixit: In medio eorum ero: sed sum. Mox. n. vt aliqui consenserint xpus inuenitur in eis. HYLA. Ipse. n. qui pax atque charitas est sedem atque habitationem in bonis atque pacificis voluntatibus collocabit. HIERO. Vel aliter: Omnis superior sermo ad concordiam nos prouocauerat: igitur et premium pollicetur: vt sollicitius festinemus ad pacem cum se dicat inter duos vel tres medium fore. CHRY. in ho. Non autem dixit simpliciter: Ubi congregati fuerint: sed addit: In nomine meo. q. di. Si quis propter me principalem causam amicitie ad proximum habuerit: cum eo ero: si et in aliis virtuosus erit. Quomodo ergo non ibi consentientes consequuntur id quod petunt: Primo quidem quia non expedientia petunt. Secundo quia indigni sunt qui petunt: et ea que sunt a seipsis non inferunt. vnde dicit: Si duo ex vobis: qui euangelicam ostenditis conuersationem. Tertio: quia aduersus eos qui contristauerunt orant vindictam querentes. Quarto: quia petunt misericordiam peccantibus qui non penituerunt.

ORIGE. Et ista est etiam causa propter quam non exaudimur orantes: quia non consentimus nobis per omnia super terram neque dogmate neque conuersatione. Sicut. n. in musicis nisi fuerit conuenientia vocum non delectat audientem: sic in ecclesia nisi consensum habuerit non delectatur deus in ea: nec audit voces eorum. HIERO. Possumus autem et hoc spiritualiter intelligere: quod vbi spiritus et anima corpusque consenserint: et non intra se bellum diuersarum habuerint voluntatum: de omni re quam petierint impetrent a patre. nulli enim dubium est: quin bonarum rerum postulatio sit vbi corpus vult habere ea que spiritus. ORIGE. Vel in quo duo testamenta consentiunt sibi: eius inuenitur oratio de omni re acceptabilis deo.

Tunc accedens petrus ad eum dixit: Domine quotiens peccauerit in me frater meus: et dimittam ei? Usque septies? Dicit illi iesus: Non dico tibi usque septies: sed usque septuagies septies.

HIERO. Supradixerat dominus: Videte ne contemnatis unum de pusillis istis. et adiecerat: Si peccauerit in te frater tuus et cetera. et premium repromiserat dicens: Si duo ex vobis et cetera. vnde prouocatus apostolus petrus interrogat. et hoc est quod dicitur: Tunc accedens ad eum pe. dixit: Domine quo. pec. in me fra. meus et di. ei? et cum interrogatione profert sententiam dicens: Usque septies? CHRY. Putauit quidem petrus aliquid se magnum dicere. Sed quid amator hominum christus responderit subditur: Dicit illi ie. Non tibi di. usque sep. sed usque sep. septies. AUGU. de ver. do. Audeo dicere et si septuagies octies peccauerit ignoscas: et si centies: et omnino quotiens peccauerit ignosce: Si. n. christus milia peccatorum inuenit et tamen omnia donauit: noli subducere misericordiam. Ait. n. apostolus: Donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut deus in christo donauit nobis. CHRY. Cum ergo dicit: Usque septuagies septies. non numerum determinatum ponit vt numero concludat remissionem: sed quod continue et semper est significauit. AUGU. de ver. do. Non tamen sine causa dominus septuagies septies dixit: nam lex in decem preceptis commendatur. lex. n. per decem: peccatum per. xi. significatur: quia transgressio denarij est. Septem autem solet pro toto computari: quia septem diebus voluitur tempus. Duc autem septies. xi. fiunt septuagies septies. Omnia ergo peccata dimitti voluit: quia ea septuagesimo septimo numero prefignauit. ORIGE. Vel quia numerus sex videtur esse operis et laboris: septimus autem requietionis dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo de gentibus: secundum res huius mundi peccantibus. Si autem aliquis vltra ea peccata peccauerit: iam non habebit remissionem. HIE. Vel intelligendum est septuagies septies. i. quadringentis nonaginta vicibus: vt totiens peccanti fratri dimitteret quotiens ille peccare posset. RABA. Aliter tamen datur venia petenti fratri: vt nobis. s. socia charitate coniceret: sicut Joseph fratribus: aliter inimico persequenti: vt bonum ei velimus: et si licet faciamus: vt dauid lugens Saul.

¶ Feria. iiij. Mathei. xv. cap.



Tunc accesserunt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis: Quare et vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit: Honora patrem et matrem: et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis quicunque dixerit patri vel matri munus quodcunque est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suum aut matrem suam: et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram.

RABA. Homines genezareth et minus docti credunt sed qui sapientes videntur ad pugnam veniunt: iuxta illud: Abscondisti a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. vnde dicitur: Tunc acces. ad eum ab hiero. scri. et pha. AUGU. de con. euan. Ita autem contexit euangelista narrationis sue ordinem dicens. Tunc accesserunt: vt quantum ipse transitus indicat rerum etiam consequentium ordo seruetur. CHRY. Propter hoc autem euangelista hic tempus designat: vt ostendat ineffabilem illorum nequitiam nulli cedentem. tunc enim venerunt quando plurima signa operatus est: quando infirmos ex tactu fimbrie curauerat. Quod autem ab hierosolymis venisse dicuntur scribe et pharisei: sciendum est quod per omnes tribus erant disseminati: sed qui in metropoli habitabant: peiores alijs erant: velut ampliori fruentes honore: et maiorem superbiam possidentes. REMI. Duabus autem de causis reprehenduntur: et quia ab hierosolymis venerant. i. a loco sancto descenderant: et quia seniores populi et legis doctores erant:

τ non ad discendū: sȝ ad rep̄hendendū dn̄m venerant. Subdit enim Dicentes: quare di sci. tui trāsgre. tra. senio: HIERO. Mira phariseoꝝ scribarūqȝ stulticia: dei filiū arguunt quare traditiones hominum τ precepta non seruet. CHRY. Vide aūt qualiter a sua interrogatione capiuntur. Non enim dicunt: Quare transgrediunt legē moysi: sȝ Traditionem senioꝝ. vnde manifestum est ꝙ multa noua inducebant sacerdotes: q̄uis moyses dixerit Non adijcietis ad verbū qđ ego propono vobis hodie: τ nō auferetis ab eo. τ quando oportebat eos ab obseruationibus liberari: tunc amplioribus obseruationibus se alligabant: timentes ne aliquis eoꝝ principatum auferret: terribiliores esse volētes quia τ ipsi essent legislatores. REMI. Que autem fuerint traditiones manifestat marcus cum ait: Pharisei τ omnes iudei nisi crebro lauent manus suas: non manducāt panem. vnde τ h̄ discipulos reprehendūt dicentes: Non. n. la. ma. su. cuȝ pa. man. BEDA. super mattheum. Verba. n. prophetarum carnaliter accipientes quod dictuȝ erat: Lauamini: τ mundi estote. de corpore soluȝ lauando seruabant. τ ideo statuerāt non nisi lotis manibus mādu cādū eē. HIERO. Manus aūt idest opera non corporis: sȝ aīe lauande sunt: vt fiat in illis verbum dei. CHRY. Ideo aūt discipuli non lotis manibus mādu cabant: q2 iam sup̄flua despiciebant: ea solū q̄ sunt necessaria attendentes τ neqȝ non lauari ꝓ lege habentes: sȝ vt ꝯtingebat alterutrū facientes. Qui. n. τ ip̄m necessariū cibū ꝯtemnebant: qualiter circa hoc studiū haberent? REMI. Vel reprehendebant pharisei discipulos domini non de ista lauatione que consueto more ꝯgruis τ necessarijs t̄pibus agitur: sȝ de illa superflua que de sup̄stitiosa traditione senioꝝ fuerat repta. CHRY. Xp̄s aūt non excusauit: sed ꝯfestim reaccusauit demonstrans q̄m eū qui magna peccat pro ꝑuis peccatis alioꝝ sollicituȝ esse non oȝ: vnde sequitur: Ipse aūt r̄ndens ait illis. Quare τ vos transgredimini mandatū dei ꝑꝑ traditionē v̄ram? Nō aūt dicit ꝙ b̄n faciūt transgredientes: vt nō det eis occasionē calūnie: neqȝ t̄n vitupat qđ ab ap̄lis factū ē: ne approbet eoꝝ traditiōes. Neqȝ rursus accusat seniores: ne tanq̄ iniuriatorē euȝ repulissent: sȝ increpat eos q aduenerāt: tangens ēt seniores q talē traditionē statuerāt dicens. HIERO. Cū vos ꝑꝑ traditionem hoīum p̄cepta dei negligatis: quare discipulos meos arguendos creditis ꝙ senioꝝ iussa ꝑuipendant vt dei precepta custodiant? nam deus dixit: ho. pa. τ ma. Honor ī scripturis non t̄m in salutationibus τ officijs deferendis q̄tum in elemosynis ac munerum oblatione sentit. Honora inq̄t ap̄ls viduas q̄ vere vidue sunt. h̄. n. honor donū intelligitur. Preceperat ergo dn̄s vel ībecillitates vel etates vel penurias pentū ꝯsiderans vt filij honorarent ēt in vite necessarijs ministrandis parentes suos. CHRY. Voluit aūt mōstrare ꝙ pentes essent valde honorādi: ꝑ hoc ꝙ adiunxit τ p̄miū τ penā: sȝ dn̄s h̄ p̄mium pretermittens qđ honorantibus repromittit: s. esse longeuū sup terrā ponit qđ terribilius est. s. penā: vt τ ipsos stupefaceret: τ alios attraheret. vnde addit. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriat. in quo demōstrat eos morte dignos esse. Si. n. qui verbo dehonorat parenteȝ morte punit: multomagis vos qui opere τ non solum dehonoratis parētes: sȝ τ alios h̄ doccetis: Qui igit neqȝ viuere debetis: qualr meos discipulos incusatis? Q̄uo aūt dei mandatū trāsgrediant: manifestat cū subdit: Vos aūt dicitis: Quicūqȝ dixe. pa. vel ma. mun⁹ qđcūqȝ ē ex me: tibi ꝓde. τc̄. HIERO. Premissam. n. ꝓuidētissimā dei legē volentes scribe τ pharisei subuertere: vt ipietatē sub noīe pietatis inducerent: docuerunt pessimos filios: vt siqs ea q̄ pentib⁹ offerēda sunt: deo voluerit soluere q verus est pr: oblatio dn̄i p̄ponat parentum muneribus. GLO. vt sit sensus: Qđ ego offero deo τ mihi τ tibi ꝓderit τ ideo nō debes sumere. s. res meas in tuos vsus: sȝ pati vt deo offerā. HIERO. Vel certe ipsi parentes q̄ deo ꝯsecrata cernebant: ne sacrilegij crimē incurrerēt: declinantes egestate ꝯficiebant: atqȝ ita fiebat vt oblatio liberoꝝ sub occasione tēpli τ dei in lucra cederēt sacerdotū. GLO. Vt sit sensus: Quicunqȝ. i. q̄squis vestruȝ o iuuenes: Dixerit. i. dicere poterit. vel dicet patri vel matri: O pr: munus qđ ē deo ex me iaȝ deuotū: ꝓderit tibi admirādo. quasi diceret: non debes sumere: ne sis reus sacrilegij. Vel pōt legi ꝑ defectū h̄ mō. Qui

cunq; dixerit patri ⁊c. subaudi faciet dei mādatū: vel cōplebit legē vel erit dign⁹ vita eterna. HIERO: Pōt aūt ⁊ hūc breuiter habere sensum. Cōpellitis ingt filios: vt dicant parentibus suis: Quodcūq; domū oblatur⁹ eram deo in tuos ɔsumo cibos: tibiq; ꝓdest o pater ⁊ mater: quasi diceret: non. GLO. Et sic propter istas persuasiones auaricie vestre: ille iuuenis non honorificabit patrem ⁊ matrem. vnde sequitur: Et non honorificabit patrem ⁊ matrem. quasi diceret: Vos filijs ista pessima suasistis: ⁊ propter hoc filius postea patrem ⁊ matrem non honorificabit: ⁊ ita mandatum dei de sustentandis parentibus fecistis irritum: propter traditionem vestram. s. auaricie vestre seruientes. AVGV. Contra aduersarium legis ⁊ prophetarum. Euidenter autem hic christus ostendit ⁊ illam esse dei legem quaꝫ hereticus blasphemat: ⁊ iudeos habere suas traditiones a libris propheticis ⁊ legitimis alienas: quas apostolus appellat prophanas fabulas ⁊ viles. AVGV. Contra faustuꝫ. Multa etiam nos hic dominus docet: ⁊ iudeos a deo suo se non auertere: ⁊ eius mandata non tantum se non infringere: verum etiam illos ⁊ quibus infringerentur arguere: ⁊ non nisi ꝑ moysen ista mandasse. AVGV. de quest. euangelista. Vel aliter: Mun⁹ quodcūq; est ex me: tibi proderit. idest munus quod offers causa mei: ad te iam pertinebit: quibus verbis significant filij iaꝫ sibi non necesse esse parentum pro se oblationem ꝙ ad eam etatem peruenissent: vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo etate constitutos vt possent parentibus suis hoc dicere: cum hoc dixissent negabant pharisei reos esse si parentibus non prestarent honorem.

¶ Hypocrite: bene prophetauit de vobis esaias dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas ⁊ mandata hominuꝫ. Et conuocatis ad se turbis dixit eis: Audite ⁊ intelligite. Nō quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.

CHRY. Mōstrauerat dominus ꝙ pharisei non erant digni accusare transgredientes mandata seniorum: cum dei legē destruerent: Rursus autem demonstrat hoc ipsuꝫ ⁊ a propheta. vnde dicit: Hypochrite bene ꝓphetauit de vobis esaias dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. REMI. Hypocrita dicitur simulator: quia aliud opere simulat ⁊ aliud corde gestat. Isti ergo bene hypocrite dicuntur: quia sub honore dei terrēa sibi lucra accumulare cupiebant. RABA. Preuidit autem esaias simulationes iudeorum ꝙ in dolo pugnarent contra euangelium. Et ideo dixit ex persona domini Populus hic labijs eū honorat ⁊c. REMI. Iudeorum nanq; populus labijs ⁊ ore deo appropinquare ⁊ honorare eum videbatur: quia vnius dei cultum se habere gloriabatur: sed corde longe a deo recessit: quia visis signis atq; miraculis nec diuinitatem eius cognoscere: nec eum suscipere voluerunt. RABA. Item labijs euꝫ honorabant quando dicebant: Magister: scimus quia verax es. sed cor eoruꝫ longe ab eo fuit. quādo miserunt insidiatores vt eū caperent in sermone. GLO. Vel commendando exteriorem munditiam eum honorabant: sed dum interiori que vera est carebāt: cor eoruꝫ longe erat a deo: ⁊ illis talis honor inutilis erat. Vnde sequitur: Sine causa auteꝫ colunt me: docentes doctrinas ⁊ mandata hominum. RABA. Non enim habebunt mercedem cuꝫ veris cultoribus docentes doctrinas ⁊ mandata hominuꝫ contemptis preceptis diuinis. CHRY. Augmentata ergo accusatione phariseorum a testimonio ꝓphete: ⁊ illis non emendatis: iam eis non loquitur sed turbis: vnde dicit. Et conuocatis ad se turbis dixit eis Audite ⁊ itelligite. Qr turbis dogma excelsum ⁊ multa philosophia plenum propositurus erat: non simpliciter hoc enunciat sed susceptibileꝫ facit sermonē. primo quidem ⁊ ore ⁊ sollicitudine exhibita circa turbas: quod ostendit euāgelista dicēs: Et conuocatis ad se turbis. Deinde etiaꝫ susceptibilem facit sermonem ex tpe: quia post mortuos suscitatos: post victoriam ɔtra phariseos habitam: tunc legem proponit: vt facilius suscipiatur. Et non solum simpliciter turbas aduocauit sed etiam eos attentio

res fecit i hoc ꝙ dixit: Audite ⁊ intelligite. i. attendite ⁊ erigamini mente ad hoc audiendum. Non autem dixit eis: Nihil est obseruatio escarum: neqꝫ ꝙ moyses male iniunxerat: sed per modum admonitionis ⁊ consilij a rerum ipsarum natura testimonium accipiens ait: Nō quod intrat in os coinquinat hominē. sed quod procedit ex ore: hoc coinquinat hominem. Hieronimus habet communicat. HIERO. Verbum communicat ꝓprie scripturarum est: ⁊ proprio sermone nō teritur. populus autem iudeorum cum partē dei se esse iactans: communes cibos vocat quibus omnes vtuntur homines: verbi gratia: Suillam carnē: ostreas: lepores: ⁊ istiusmodi animantia que vngulam non findunt: nec ruminant: nec squamosa in piscibus sunt. Unde ⁊ in actibus apostolorū scriptum ē: Quod deus sanctificauit: tu ne commune dixeris: Commune ergo quod ceteris hominibus patet quasi nō de parte dei pro immundo appellatur. AVGV. contra faustum: Testamento autem veteri non est contraria ista sententia: qua dominus dicit: Non quod intrat in os ⁊c. ⁊ qua apostolus dicit: Omnia munda mundis: ⁊ omnis creatura dei bona est. Si possunt hoc apostolum de ipsis dixisse naturis intelligant manichei: illas autem litteras propter quasdam prefigurationes tēpori congruentes: animalia quedam non natura sed significatione immūda dixisse. Itaqꝫ verbi gratia: Si de porco ⁊ agno requiratur vtrunqꝫ natura mundum est: qꝛ omnis creatura dei bona est: quadam vero significatiōe agnus mundus: porcus immundus est: tanq̄ si stultum ⁊ sapientē diceres: vtrunqꝫ hoc verbum natura vocis ⁊ litterarum ⁊ syllabarum quibus constat vtiqꝫ mundum est: significatione autem vnum horum verbum quod dicitur stultus; immundum dici potest: non natura sui; sed quoniam quoddam immundum significat. Et forasse quod est in rerū figuris porcus: hoc est in hominum genere stultus. ⁊ tam illud animal q̄ iste due syllabe quod dicitur stultus quoddam vnum idēqꝫ significant. Immundū quippe illud animal in lege positum est: eo ꝙ non ruminet: nō autem hoc eius vitiū: sed natura est. Sunt autem homines qui per hoc animal significantur immundi proprio vitio: non natura: qui cum libenter audiāt verba sapientie: postea d' his omnino non cogitant. Quod enim vtile audieris velut ab itestino memorie: tanqꝫ ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare: quid aliud est q̄ spiritaliter ruminare: quod qui non faciunt: illorum animalium genere figurantur. Hec autem similitudinea rerum in locutionibus vel obseruationibus figuratis rationales mentes vtiliter ⁊ suauiter mouent. sed priori populo multa talia nō tātum audienda verum etiam obseruanda precepta sunt. Tempus enim erat quo non tantum dictis: sed etiā factis prophetizari oportebat ea que posteriore tempore: fuerant reuelanda. quibus per christum atqꝫ in christo reuelatis fidei gentium onera obseruationum non sunt imposita: prophetie tamen est auctoritas commendata. Requiro autem a manicheis: vtrum ista domini sententia qua dixit: non inquinari his hominem que in os eius intrant: vera aut falsa sit. Si falsam dicunt: cur eorum doctor Adimantus a christo prolatam dicens: ad expugnanduꝫ vetus testamētum obiecit? Si autē vera est: cur aduersus eam credunt se coinquinari? HIERO. Opponat autem prudens lector ⁊ dicat: Si quod intrat in os non coinquinat hominem: quare idolotitis non vescimur? Sciendum igitur ꝙ ipsi quidem cibi ⁊ omnis dei creatura per se munda sit: sed idolorum ⁊ demonū inuocatio ea facit immunda apud eos. s. qui cum conscientia idoli idolotituꝫ manducant: ⁊ conscientias eorum cum sit infirma polluitur: vt apostolus dicit: REMI. Quicunqꝫ autem tante fidei est vt intelligat creaturarū dei nullo modo inquinari posse: sanctificetur cibus per verbum dei ⁊ orationem: ⁊ comedat quicquid vult: ita tamen ꝙ hec licentia offendiculum non fiat infirmis: vt ap'ls dicit.

¶ Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur Sinite illos: ceci sunt: ⁊ duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadūt. HIERO. Ex vno sermone domini ois

superstitio obseruationū iudaicaꝝ fuerat cli/
sa: q in cibis sumendis abominandisq; reli/
gionē suā sitā arbitrabant. CHRY. Pre
missa itaq; cū audissent pharisei: nihil ꝯtradi
xerūt illi: q2 vehementer eos ꝯuicerat: nō re/
darguēdo solū: sed ꝛ doluz illoꝝ ꝓpalando:
ꝫ scandalizati sunt: pharisei. s. non aūt turbe
vñ dicit: Tunc accedentes discipuli eius di/
xerūt ei: Scis q2 pharisei audito h̄ verbo scā
dalizati sunt? HIERO. Quia crebro teri
tur in ecclesiasticis scripturis scandalum: bre
uiter dicendū quid significat scandalum: nos
offendiculum vel ruinam ꝛ impactionem pe
dis possumus dicere. Quādo ergo legim⁹:
Quicunq; scandalizauerit: hoc intelligimus
qui dicto vel facto occasionem ruine dederit.
CHRY. Christus autem non soluit: pha
riseorum scandalum sed magis eos increpa/
uit: vnde sequitur: At ille respondens ait:
Omnis plantatio quam non plantauit pa/
ter meus celestis eradicabitur. Hoc autem
manichei de lege dictum esse dicunt: sed con
futant eos que antea dicta sunt. Si enim de
lege dixisset: qualiter superius pro lege pu/
gnasset dicens. Quare trāsgredimini man/
datum dei propter traditionē vestram? Qua
liter etiam prophetam induxisset in mediuz.
Si etiam deus dixit: Honora patrem ꝛ ma
trem: qualiter hoc quod in lege dictum est nō
ē dei plātatio? HYLA. Dicens ergo om/
nem plantationem que non a patre sit: docet
traditōnem hominum eradicandaz cuius fa
uore legis ꝑcepta trāsgressi sunt. REMI.
Omnis etiam falsa doctrina ꝛ superstitiosa
obseruatio cuz suis actoribus permanere nō
potest. ꝛ q2 a deo patre non est cum eisdē era
dicabitur. Illa ergo sola ꝑmanebit: que a deo
patre est. HIERO. Nunquid ergo era/
dicabit ꝛ illa plantatio. de qua apostolus ait:
Ego plantaui: apollo rigauit? Sed soluitur
questio ex eo quod sequitur: Deus autem in
crementum dedit. Dicit ꝛ ipse: Dei agricul
tura: dei edificatio estis: ꝛ alibi: cooperatores
dei sumus. Si autem coopatores: igit plan/
tante paulo ꝛ rigante apollo: deus cū coopa/
toribus suis plātat ꝛ rigat. Abutunt aūt hoc
loco q diuersas naturas introducūt dicētes:
Si plantatio quā nō plantauit pr̄ eradicabit:
ergo quā ille plantauit nō pōt eradicari. Sed
audiāt illud hyeremie: Ego vos plātaui vi/
neā verā: quō versi estis in amaritudinē vi/
tis aliene: Plantauit qdē deus: ꝛ nemo pōt
eradicare plantationē eius. Sed qm̄ ista plā
tatio in voluntate proprij arbitrij est. nullus
alius eam eradicare poterit nisi ipsa tribuerit
assensum. GLO. Vel plantatio ista docto
res legis significat cum sequacibus suis qui
christum non habebant fundamentuz. Qua
re autem sunt eradicandi subditur Sini. il.
Ceci sunt ꝛ du. cecorum. RABA. Ceci
quidem sunt. i. luce mādatorum dei priuati:
ꝛ sunt duces cecorum: quia alios in precipiti
um trahunt errantes ꝛ in erroreꝫ mittentes.
vnde subditur: Cecus autem si ceco ducatuꝫ
prestet: ambo in foueā cadunt. HIERO.
Hoc etiam est quod apostolus preceperat:
Hereticum hominem post primam ꝛ alterā
correctioneꝫ deuita sciens q2 peruersus sit hu
iusemodi. In hunc sensum ꝛ saluator preci/
pit doctores pessimos dimittendos arbitrio
suo sciens eos difficulter ad veritatem pos/
se retrahi.

¶ Respōdēs autem petrus dixit ei:
edissere nobis parabolam istam. At il
le dixit: Adhuc ꝛ vos sine intellectu
estis? Non intelligitis q2 omne quod
in os intrat: in ventrem vadit: ꝛ in se-
cessum emittitur. Que autem proce-
dunt de ore: de corde exeunt: ꝛ ea coin
quinant hominem. De corde enim
exeunt cogitationes male: homicidia:
adulteria: fornicationes: furta: falsa te
stimōia: blasphemie: Hec sunt que co
inquinant hominem. Non lotis autē
manibus manducare non coinquinat
hominem.

REMI. Cōsueuerat dn̄s parabolice loq.
ꝛ ideo petrus cū audisset: qđ intrat in os non
coinqnat hoīem: putauit illuꝫ ꝑabolice fuisse
locutū: ꝛ ideo iterrogauit vt subdit: Rn̄dēs
aūt petrus dixit ei: Edisse no. para. istā. Et
q2 ex ꝑsona ceteroꝝ hoc dixerat: iccirco simul
cū alijs a dn̄o rephēsus ē. vñ sequit. At ille
dixit: Adhuc ꝛ vos si. intel. estis? HIE/
RO. Corripit aūt a dn̄o quare parabolice
dictū putet: qđ ꝑspicue locut⁹ ē. Ex quo ani/
maduertimus vitiosum esse auditorem qui

obscura manifeste aut manifeste dcā obscu re velut itelligere. CHRY. Del iō dn̄s in crepat eū qꝛ nō erat ex icertitudine qđ quesie rat: sed ex scādalo quo scādalizatꝰ erat. Tur/ be eni nō itellexerāt qđ dictū erat. Discipu li aūt scandalizati fuerāt. vñ a pricipio quasi ꝑ phariseis interrogare volebāt: sʒ qꝛ audie rāt eū magna dicētēʒ ois plātatio ⁊c. repres/ si fuerūt: Sʒ petrꝰ q vbiqʒ feruēs erat neqʒ tūc silet: quē dn̄s increpat ⁊ icrepatiōi rōnem addidit dicēs: Nō intelligitis qꝛ om. qđ i os itrat i vē. va. ⁊ i seces. emitti. HIERO. Ex hac snia qdā calūniātur qꝛ dn̄s ꝑhysice disputatōis ignarus: putet oēs cibos i ven/ trē ire ⁊ in secessum digeri cū stati ifuse esce ꝑ artꝰ ⁊ venas ac medullas: neruosqʒ fūdā/ tur. Sed sciēdū qꝛ tenuis hūor ⁊ liquēs esca cū in venis ⁊ artubꝰ cōcocta fuerit: ⁊ dige/ sta ꝑ occultos meatꝰ corporis quos greci po ros vocāt: ad inferiora dilabit: ⁊ in secessuʒ vadit. AVGV. đ vera religione: Alimē ta carnis corrupta. i. amittētia formā suam i mēbrorū fabricā migrāt: ⁊ corrupta reficiūt i aliā formā ꝑ cōuenientiā trāseūtia: ⁊ ꝑ vitaleʒ motuʒ dijudicantur quodāmodo: vt ex eis instructurā huius pulchri visibilis que apta sunt assumātur: nō apta vero per congruos meatꝰ abijciātur: quorū aliud feculētissimuʒ reddit terre ad alias formas assumēdas: aliđ ꝑ totū corpus exhalat: aliud totꝰ aīalis latē/ tes neruos accipit: ⁊ inchoatur in prolem. CHRY. Cū aūt hoc dn̄s dicit adhuc di/ scipulis ꝫm iudaicam infirmitatem respon det. dicit enim quoniam cibus non manet: sed egreditur: q̄muis ⁊ si maneret: non face/ ret immundum: sed nondum hec audire po terant propter hoc autem moyses tantū tem ꝑus dicit esse immundos: quātū cibus itus manet. In vespere. n. iubet lauari ⁊ mundū esse q̄si tēpus digestionis ⁊ egestionis dime tiens. AVGV. xv. de trini. Duo autem quedā hoīs ora dn̄s cōplexus est vnū corpo ris: aliud cordis. nā cū dicit. Omne quod in os intrat ⁊c. apertissime demōstrauit os cor/ poris. At in eo qđ sequitur: os cordis: ostēdit dicens. Que aūt ꝓcedūt de ore: đ corde ex. ⁊ ea coinqui. hominē. CHRY. Que eni cordis sunt: intꝰ in homine manēt: ⁊ exeū/ tia inquināt nō manētia solū: imo tūc magis cum exierit vnde subiungit: De corde enim

exeunt cogitationes male quas ꝑ pōit: quia hoc erat iudaicū vitiū qui. s. ei insidiabantur. HIERO. Principale igitur aīe nō ꝫm platonē in cerebro est: sed iuxta christū in cor de: ⁊ arguendi sunt ex hac sententia: qui cogi tationes a diabolo immitti ꝑutāt ⁊ nō ex ꝓpria nasci volūtate. Diabolus adiutor esse ⁊ incē tor malarū cogitationū pōt: auctor esse nō po test: Si aūt semꝑ in insidijs positus leuē co/ gitationū nostrarū scintillā suis fomitibus in flāmauerit: non debemꝰ opinari cum queqʒ occulta cordis rimari: sed ex corporis ha/ bitu ⁊ gestibus estimare quid versemꝰ intin secus. verbi gratia: Si pulchrā mulierē nos crebro viderit inspicere: intelligit cor ab ocu lis vulneratū. CLO. Ex cogitationibꝰ au tem malis proueniunt ⁊ mala facta ⁊ mala v̄ ba: que lege prohibentur vnde subdit homi cidia: que prohibentur illo legis precepto n̄ occides. Adulteria: fornicatōnes. que intelli guntur prohiberi illo precepto. Nō mecha/ beris. Furta: que ꝓhibētur illo p̄cepto. Nō furtū facies. Falsa testimonia: cōtra illđ p̄/ ceptum. Nō dices aduersus proximū tuum falsum testimoniū blasphemie: cōtra illud p̄ ceptum: Nō assumes nomen dei in vanum. REMI. Nominatis aūt vitijs que diuina lege prohibent pulchre dn̄s subiungit: Hec sunt q̄ coinquināt hoīeʒ. i. imūdū ⁊ ipurū red dūt. CLO. Et qꝛ huiusmōi verba dn̄i ex phariseorū nequitia occasionē sumpserāt: q traditiones suas diuinis preceptis preferē/ bat: cōsequenter cōcludit incōueniētiam tra/ ditionis premisse dicens: Non lo. āt mani. mādu. nō coin. n̄ hoīeʒ. CHRY. Nō āt dixit escas i lege prohibitas, mādurare n̄ coī quinat hominem: vt non possent illi contra/ dicere: sed concludit de illo de quo disputa/ tio erat.

¶ Feria. v. Luce. iiij. cap.

SUrgens iesus de syna/ goga introiuit in domū simonis. Socrus autem simonis tenebatur ma/ gnis febribus. ⁊ rogaue/ runt illum pro ea. Et stans super il

lam imperauit febri ⁊ dimisit illā ⁊ cō/
tinuo surgēs ministrabat illis.

AMBRO. Postq̄ lucas virū a spiritu nequitie liberatū ante premisit: substituit femine sanitatē. Vtrūq̄ eni serū dn̄s curaturus aduenerat: ⁊ prior sanari debuit qui prior creatus est. vnde dicitur: Surgens de synagoga itrouit i domū simōis. CHRY. Manebat eni apud discipulos honorans ipsos: ⁊ ob hoc aiosiores reddēs. CYRIL. Aspice aūt quō manet penes virū inopem christus qui spontanea volūtate paupertatē pro nobis passus est vt discamus cū pauperibus conuersari: nec spernere depressos ⁊ pauperes. Sequitur: Socrus aūt Simonis tenebatur magnis febribus ⁊ rogauerūt illum pro ea. HIERO. sup Matth. Mō saluator rogat⁹: mō vlt̄ⁿ curat egrotos ostēdēs se cōtra peccatoꝝ quoq̄ passiones ⁊ precibus semp annuere fideliū: ⁊ ea q̄ ipsi minime in se intelligunt vel itelligenda dare: vel nō intellecta dimittere. fm illud. Delicta qs intelligit: ab occultis meis mūda me domine. CHRY. Qd̄ aūt mattheus hic reticuit ñ differt. illud enim est breuitatis: hoc autē exquisite interpretatiōis. Sequitur: Et stās super illā: imperauit febri ⁊ dimisit illā. BASI. In quo lucas figurauit sermonē tanq̄ d̄ precepto aiali sensibili facto sic dicens febri imperatū: ⁊ q̄ febris nō omisit imperantis operationem. vnde sequitur: Et continuo surgens ministrabat illis. CHRY. Qr enī morbus curabilis erat ꝑ modū medēdi ptātem suā declarauit: faciēs qd̄ minime ars medicine facere potuisset. Post febris enim sedationē multo tēpore patiētes egēt: vt pristine restituantur sanitati: hic autē simul omnia facta sunt. AMBRO. Si aūt altiori cōsilio ista ꝑpēdam⁹: animi debem⁹ itelligere ⁊ corporis sanitatē: vt prius aius qui serpētis laborabat insidijs absolutus sit. Denīq̄ nō prius eua esurijt q̄ serpentis eā ꝟsutia tentauit: ⁊ ideo aduersus ipsum auctorem peccati prius debuit medicia salutis operari. Fortassis etiam in typo mulieris illius varijs criminū febrib⁹ caro nr̄a languescebat: nec minorē febrē amoris esse dixeri q̄ caloris. BEDA. Si enim virū a demonio liberatū moraliter aium ab imūda cogitatione purgatum significare dixerim⁹ consequēter femina febribus tenta sed ad imperium dn̄i curata: carnē ostendit a cōcupiscētie sue feruore per continentie precepta frenatam. CIRYL. Et nos ergo suscipiam⁹ iesū. cum enim visitauerit nos: ⁊ portam⁹ cum in mente ⁊ corde: tunc enormium voluptatum estum extinguet: ⁊ incolumes faciet vt ministremus ei hoc est ei beneplacita peragamus.

❡ Cū aūt sol occidisset oēs qui hēbāt ifirmos varijs lāguorib⁹ ducebāt illos ad eū: at ille singulis manus iponēs curabat eos. Exibant aūt demōia a multis clamantia ⁊ dicentia quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse christum.

THEOPHI. Considerandum est turbe desiderium: nam cum sol occidisset: adducunt ad eum infirmos: non a tempore impediti. vnde dicitur. Cum autem sol occi. omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. ORIGE. Ideo quidē circa solis occasum idest elapsa die illos educebant: quia verecundabantur vel timebant phariseos: vel quia de die intenti erant circa alia: vel quia putabant nō licere sanare in sabbato ipse autem sanabat eos: vnde sequitur: At ille singu. ma. impo. cura. eos. CIRYL. Quāuis aūt vt d̄us potuisset omnes verbo pellere morbos tamē tangit eos: ostendens propriam carnē efficacem ad prestāda remedia: nam caro dei erat. Sicut enim ignis appositus vasi eneo imprimit ei proprie caliditatis effectum: sic oiperēs dei verbum cū vniuit sibi veraciter assumptū tēpli ex virgine aiatū ⁊ itellectum particeps sue potestatis eius effectum inseruit. Tangit ⁊ nos: immo potius nos illam tangamus quatenus ⁊ nos ab animarum ifirmitatibus liberet: necnon a demonum impugnatione ⁊ superbia. Sequitur enim: Exie. āt demo. a mul. cla. ⁊ dicen. quia tu es fi. dei. BEDA. Demonia filium dei confitētur. ⁊ sicut postea dicitur: Sciebāt ipsum esse christum. quia cum ieiunio fatigatum cum diabolus videret: verum hoiem

intellexit: sed quia tentando non preualuit: vtrum filius dei esset dubitabat. nunc autem per signorum potentiam vel intellexit vel potius suspicatus est esse filiuz dei. Non igitur ideo iudeis eum crucifigere persuasit: qz christum siue dei filiuz non esse putauit: sed quia se morte illius non preuidit esse damnandū. De hoc enim mysterio a seculis absconditio dicit apostolus: ꝙ nemo principuz huius seculi cognouit. Si. n. cognouissent: nunq̄z dominum glorie crucifixissent. CHRY. In hoc autem ꝙ sequitur: Et increpans non sinebat ea loqui. percipe christi humilitatem: non sinebat vt demones immundi eum manifestarent. non enim oportebat eos subripere officij apostolici gloriam: nec decebat christi mysteriū ligua feda publicari. THEOPHI. Quia nō est speciosa laus in ore peccatoris: vel quia nolebat inuidiam accendere iudeoruz: ex hoc ꝙ ab omnibus laudaretur. BEDA. Ipsi autem apostoli precipiuntur reticere d' illo: ne diuina maiestate predicata: passionis dispensatio differretur.

⁋ Facta autem die egressus ibat ī desertum locum ⁊ turbe requirebant euz ⁊ venerunt vsq̄z ad ipsum ⁊ detinebāt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee.

CHRY. Postq̄z satis vtilitatis populis per miracula est collatum oportebat eum abesse: maiora nanq̄z putantur miracula post absentiam operantis: duz ipsa magis exclamāt ⁊ vice vocis fruuntur: vnde dicitur: Fa. autem die egres. ibat in des. locum. GRECVS. Abijt etiam in desertum vt marcus dicit ⁊ orabat: non ꝙ ipse oratōne indigeret: sed vt nobis bone operationis fieret forma. CHRY. Pharisei quidem ipsis prodigijs predicantibus potentiam christi scandalizabantur. Populi vero eloquia audiētes acquiescebant: ⁊ sequebantur. vnde sequitur: Et turbe requirebant eum ⁊ venerunt vsq̄z ad ipsum ⁊ detinebant illuz ne discederet ab eis. non quidem aliqui primatum aut scribarum sed quoscunq̄z malicie fucus non denigrauerat: ⁊ illesam habebant conscientiam. GRECVS. Qd' autez marcus dicit apostolos peruenisse ad eum dicentes: ꝙ oēs q̄runt te: Lucas vero dicat populos puenisse: non discrepant ab inuicem. Applicuerant enim ad ipsum populi: apostolorum sequentes vestigia. Dn̄s aūt gaudebat detētus: sed mādabat vt eū dimitterēt: vt etiaz alij participes forēt eius doctrine: quasi ipe sue p̄ntie ñ multuz duraturo. vnde sequit': Quibus ait: Quia ⁊ alijs ciui. oz me euā. reg. dei qz ideo missus sum. Marc⁹ dicit: Ad hoc veni ostēdens diuinitatis eius celsitudinem ⁊ voluntariam exinanitionem. Lucas vero dicit Ad hoc missus sum. i. incarnationez ostendens: necnon beneplacitum patris missionem appellans. ⁊ ille quidem simpliciter dicit: Vt predicē. iste vero regnum dei adiungit quod est ipse christus. CHRY. Simul etiaz cōsidera ꝙ poterat in eodez loco manendo omnes attrahere ad se: non tamen hoc fecit: prebens nobis exemplum vt perambulemus ⁊ requiramus pereuntes sicut pastor ouez perditam: ⁊ medicus accedit ad infirmum: vna enim anima recuperata: poterit aliquis mille delicta abolere. vnde ⁊ hic sequitur: Et erat predicans in synagogis galilee. frequētabat quidem synagogas: docēs illos ꝙ non esset seductor: naz si iugiter inhabitata coleret: diffamarent eum velut latitantem. BEDA. Si autem occasus solis mystice mors domini exprimitur: die redeunte resurrectio illius indicatur cuius manifestata luce a credentiuz turbis requiritur ⁊ ingentium deserto inuentus: ne abeat detinetur: maxime cū hoc pingeret prima sabbati quo resurrectio celebrata ē.

⁋ Feria. vi. Joannis. iiij. cap.



Enit iesus in ciuitatem samarie que dicit' sychar iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob: Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. hora aūt erat quasi sexta.

BEDA. samaria sita est inter iudeam et galileam. Est autem samaria insignis prouincie palestine ciuitas: adeo vt tota regio ei sociata samaria dicatur. Ad quem igitur ipsius regionis locū dominus venerit euangelista ostendit: vnde ergo dicitur. Venit ergo i ciuitatem samarie que dr̄ sichar. CHRY. Locus ille erat vbi pro dyna leui et symeon grauē occisionē fecerūt. THEOPHI. Postq̄ aūt filij iacob illam ciuitatē desertā fecerūt occidentes sichimitas: hanc ciuitatem desertā tēpore procedente dedit iacob i sortē ioseph: vnde dicitur in genesi. Do tibi ptem vnam extra fratres tuos: quā tuli de manu amorrei in gladio et arcu meo: et hoc est qd̄ subditur. Iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Seqtur: Erat āt ibi fons iacob. AVGV. Puteus erat: sed omnis puteus fons: non omnis fons puteus: vbi eni aqua de terra manat: et vsum prebet haurientibus fons dicitur: sed si in promptu et superficie sit: fons tantum dicit. Si autem i alto et in profundo sit: ita puteus vocatur vt nomē fontis nō amittat. THEOPHI. Quare autem euangelista de predio et fonte facit mentionē? primo quidem vt cum audieris mulierem dicentem q̄ pater noster iacob dedit nobis hunc fontem: nō admireris: secūdo ex commemoratōe fontis et predij edocemur: q̄ ea que patriarche ꝑꝑ fidē quā i deo habebant adepti sunt: iudei ꝓpter eorum impietatem perdiderunt: et eorū loca gentibus tradita sunt: quare nihil noui nunc accidit q̄ gētiles pro iudeis regnū celorū cōsecuti sūt. CHRY. Christus igit in samariam accedens facilem et delitiosam vitā abijciens: laboriosam vero sequens: nō subiugalibus vtitur: sed ita difficulter incedit vt ex itinere fatigetur: erudiens nos ita a superfluis alienos esse: vt multa necessaria abscindamus a nobis: et hoc euangelista ostendit dicēs: Iesus ergo fatigatus ex itinere. AVGV. Inuenimus iesum fortē et infirmū. fortē qr̄ i principio erat verbum. infirmū qr̄ verbū caro factum est. Sic ergo infirmus iesus ab itinere fatigatus sedebat sic sup fōtē. CHRY. q. d. Non in throno aut puluinari: sed simpliciter vt contigebat super terrā. Sessio autem propter laborem facta est: et vt expectaret discipulos: et propter estum refrigerans corpus apud fontem. vnde sequitur: Hora autem erat quasi sexta. THEOPHI. Et ne quis incusaret dn̄m: quare ipse in samariam venerit: cum hoc discipulis suis ꝓhibuerit: ꝓpter hoc dicit q̄ circa illum locum sedebat scilicet ab itinere fessus. ALCVI. Mystice aūt dn̄s reliquit iudeā. i. infidelitatem eorū q̄ eū reprobauerūt: et per apostolos abijt in galileā. i. in volubilitatē huius mundi: docēs suos trāsmigrare de vitijs ad virtutes. Predium autem non tam ioseph q̄ christo arbitror dcrelictū: cuius figurā ioseph portauerit: quē vere sol adorat et luna et oēs stelle. Ad hoc predium venit dn̄s: vt samaritani qui hereditatē sibi patriarche israel vēdicare cupiebant agnoscerent et conuerterentur ad christum: qui est patriarche legitimus heres factus. AVGV. Iter aūt ipsius est caro: pro nobis assumpta. qui enim vbiq̄ ē: quo it: nisi quia non ad nos veniret: nisi formā visibilis carnis assumeret: ideo fatigatus ab itinere quid est aliud q̄ fatigatus i carne? Quare ergo hora sexta? qr̄ etate seculi sexta. Computa tāquā vnā horā vnam etatem ab adā vsq̄ ad noe: secūdā a noe vsq̄ ad abraā tertiā ab abraā vsq̄ ad dauid: q̄rtā ad dauid vsq̄ ad trāsmigratōnē babylōis: quītā vsq̄ baptismū Ioānis. inde sexta agitur. AVGV. li. lxxxiij. questionū. Hora igit sexta venit ad puteum dn̄s noster. Video i puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo itelligere mūdi huius infimas ptes. i. terrenas: quo venit dn̄s iesus hora sexta. i. sexta etate generis humani: tanq̄ senectute veteris hominis: quo iubemur exui vt induamur nouo. nam sexta etas senectus est: quoniam prima est infantia: secunda pueritia: tertia adolescentia: quarta iuuentus: quinta grauitas. Hora etiam sexta venit dominus ad puteum: idest media die. vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quoniam nobis vocatis a christo visibilium delectatio minuitur: vt inuisibilium amore homo interior recreatus ad interiorem lucem: que nunquā excidit: reuertatur. Q d̄ aūt sedit humilitatem significat: vel quoniam solent sedere doctores: magistri denuntiat personā.

¶ Venit mulier de samaria haurire aquā. Dicit ei iesus. Da mihi bibe-

re. Discipuli autem eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Nõ enim contũtur iudei samaritanis. Respondit iesus ⁊ dixit ei. Si scires donum dei: ⁊ quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: ⁊ dedisset tibi aquã viuã. Dicit ei mulier: domine neqꝫ in quo haurias hẽs ⁊ puteus altus ẽ: vnde ergo hẽs aquã viuam? Nunquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum hunc ⁊ ipse ex eo bibit ⁊ filij eius ⁊ pecora eius.

CHRY. Ne quis dicat: quoniam aduersatur suo precepto samaritanis loquens: posuit euangelista multas causas eius que ad mulierem locutionis: non enim ad hoc venit antecedenter vt samaritanis loqueret: nõ tamẽ qꝛ propter hoc non venit: aduenientez ad se expellere oportebat. dicitur enim. Venit mulier de samaria haurire aquã: vide qꝫ ⁊ mulierem ostendit propter estũ exeuntẽ ad aquam. AVGV. Hec aũt mulier forma est ecclesie non iustificate: sed iam iustificande. Pertinet autem ad imaginem rei qꝫ ab alienis venit. Samaritani enim alienigene fuerunt quãuis vicinas terras incolerent: ventura enim erat ecclesia de gentibus ⁊ aliena a genere iudeorum. THEOPHI. Congrue autem disputatio ad mulierem a siti sũpsit occasionem. Sequitur enim Dicit ei iesus. Da mihi bibere. qꝛ sm humanitatem sitiebat: ⁊ propter laborez ⁊ estũ. AVGV. li. lxxxiij. questio. Sitiebat etiam iesus mulieris illius fidem: eorum enim fidem sitit pro quibus sanguinem fudit. CHRY. Disci mus autem domini non solum circa itinera validum robur: sed etiam circa cibaria negligentiam: non enim discipuli eius deferebãt viaticula: ꝓpter hoc enim subdit. Discipuli autem eius abie. in ciui. vt ci. emerent. Hic etiam euangelista ostendit christum humilez in eo qꝫ solus relinquebatur: ⁊ nimirum poterat si vellet aut nõ omnes emittere: aut abeuntibus illis alios ministros habere: sꝫ noluit. Etenim ita discipulos assuefecit oẽz superbiam conculcare. Sed forsitan dicet aliquis. Quid magnum est si humiles erãt discipuli: piscatores existentes ⁊ tabernaculorum factores: sed repente facti sunt omnibꝰ regibus reuerentiores: collocutores ⁊ secutores domini orbis terrarum. Maxime autem qui ex humilibus sunt: quando dignitates quandoqꝫ assumpserint facilius ad supbiam eleuantur. velut inexpte se habẽtes ad tantum honorem. Detinens igitur discipulos dominus in eadem humilitate erudiebat eos: vt per omnia se restringerent. Mulier ergo audiens: Da mihi bibere: valde sapiẽter ad formandam interrogationem: cuꝫ qui a christo accepit sermonẽ: vnde sequitur. Dicit ergo illi mu. Quomodo tu cum iu. sis a me bi. pos. que sum mu. samaritana? Iudeum quidem eum esse estimauit a figura ⁊ a locutione. Intuere vero qualiter mulier ingsitina erat. Etsi enim oportebat custodire iesum vt non coueteretur illi: non tamen oportebat illam custodire. Non dixit euangelista qꝫ samaritani iudeis non couterentur sꝫ subdit. Non enim contũtur iudei samaritanis. Iudei igitur a captiuitate reuertẽtes zelotipe se ad samaritanos habebant sicut ad alienigenas ⁊ impugnatores. Neqꝫ etiam scripturis omnibus vtebantur: solum enim ea que moysi sunt suscipientes: prophetarum non multam curam habebant. Contendebãt etiã se in nobilitatem iudaicam immittere: vnde ⁊ iudei eos cum omnibus gentibus abominabantur. AVGV. Et omnino eorum vasculis non vtebantur iudei. Et qꝛ ferebat secum mulier vasculuz vnde aquam hauriret: eo mirata est qꝛ iudeus petebat ab ea bibere: quod non solebant facere iudei. GHRY. Sed qualiter christus quesiuit ab ea bibere lege non concedente: Si autem quis dixerit qꝛ presciebat eam non daturam: imo ꝓpter hoc neqꝫ petere oportebat. Est igitur dicendum qꝫ ideo petijt: quia indifferens erat de reliquo tales obseruantias preterire. AVGV. Ille autem qui bibere querebat sitiebat fidem ipsius mulieris: vnde sequit. Respondit iesus ⁊ di. ei: si scires do. dei: ⁊ quis ẽ qui dicit ti. da mihi bi. tu. for. petis. ab eo ⁊

de.ti.aquā viuā. ORIGE. Nam quasi dogma quoddam est neminē accipere diuinū donū ex non querentibus illud: ipsū autem saluatorem iubet pater poscere vt det illi sibi illud. Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam. Et ipse saluator dicit: Petite ⁊ dabitur vobis. ⁊ ideo signanter dicit: Petisses ⁊ dedisset tibi. AVGU. lxxxiij.q. Hinc aūt ostendit non se talē aquā petisse qualē ipsa intellexerat: sꝫ quia ipse sciebat fidem eius: eidē sitienti spiritūsanctum dare cupiebat. Hanc enim recte intelligim⁹ aquā viuam quod est donum dei: sicut ipse ait: Si scires donū. AVGU. super Jo: dicitur enim vulgo aqua viua illa que de fonte exit. illa enim que colligitur de pluuia in lacunas: aut cisternas aqua viua non dicit. Etsi de fonte manauerit ⁊ in loco aliquo collecta steterit: nec ad se illud vnde manabat admiserit: sed in rupto meatu tanqꝫ a fontis tramite separata fuerit: non dicitur aqua viua. CHRY. Spiritus enim sancti grām quādoqꝫ scriptura ignem quandoqꝫ aquam vocat ostendens: quoniam nō substantie sūt hec nomina representatiua: sed actōis. Per ignis quidē appellationem erectiuū ⁊ calidū gratie ⁊ consumptiuū peccatorū enigmatice insinuat. per aque vero nūcupationē purgamentum quod est ex spiritu ⁊ multū refrigerium recipientibus eum mētibus ostendit. THEOPHI. Gratiā ergo spiritussācti dixit aquā viuā.i. viuificatiuā: refrigeratiuā ⁊ motiuā. Nam gratia spiritussancti semꝑ mouet illū qui bona operatur ascensiones in corde suo disponens. CHRY. Iteruꝫ autem dominus eam ab humili suspitione erexit: qua estimabat eū vnū multoꝝ esse. multū enim honorem tribuens dn̄m vocat. Sequitur. n. Dicit ei mulier dn̄e neqꝫ in quo hauria: ⁊ pu. alt⁹ ē vn̄ ergo hēs aquā viuā? AVGU. Videte quomō itellexit aquā viuā. s. aquā q̄ erat i illo fōte. q. d. Tu mihi vis dare aquā viuā ⁊ ego fero vn̄ hauriā: ⁊ tu n̄ fers. de hac q̄ aq̄ viua mihi dare nō potes: qm̄ hauritoriū n̄ hēs: fonte aliū fōtē ꝓmittis. Sꝫ nūqd tu ma. es pa. no. ia. q de. no. pu. istū ⁊ ipse ex eo bi. ⁊ fi. ei⁹ ⁊ pec. ei⁹. CHRY. q. d. nō potes dicere q iacob dedit nobis hunc fontē ⁊ alio ipse vsus ē: eteni ipse ⁊ sui ex eo bibebāt: qd nō esset: si meliorē aliū hūissent: de h igit fonte dare nō potes: aliū autē meliorē nō ē te hr̄e nisi cōfitearis teipsuꝫ maiorem eē iacob. vn̄ igit hēs aquā quā ꝓmittis te daturꝫ se nobis? THEOPHI. Qd aūt dic. Et pecora ei⁹: ostēsiua ē abūdātie aquaꝝ: q̄si diceret. Nō solū suauis est aqua vt iacob ex ea biberet ⁊ filij ei⁹: sed ēt itāū est abūdans. vt tāte multitudini pecoꝝ patriarche sufficiat. CHRI. Vide āt q̄liter seipsā ipulit in nobilitatem iudaicā. Samaritani eni abraā ꝓgenitorē suū dicebāt: q̄si a chaldea existentē: sed ⁊ iacob patrē vocabāt q̄si ipsi⁹ existētem nepotē. BEDA. Vel patrē suū iacob vocat: qꝛ ipsa sub lege moysi vixerat ⁊ ꝓdiū qd iacob filio suo ioseph dederat possidebat. ORIGE. Mystice aūt fōs iacob scripture sunt. sigdē instructi i scripturis bibūt: vt iacob ⁊ filij eius. Simplices āt ⁊ rudes bibunt more pecorum iacob.

¶ Respōdit iesus ⁊ dixit ei. Dis qui biberit ex aqua hac sitiet iterū. Qui āt biberit ex aqua quā ego dabo ei: non sitiet in eternū: sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitā eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam: vt non sitiam neqꝫ veniam huc haurire. Dicit ei iesus. Uade voca virum tuuꝫ: ⁊ veni huc. Respondit mulier ⁊ dixit: non habeo virum: Dicit ei iesus: Bene dixisti qꝛ nō habeo virū. Quinqꝫ eniꝫ viros habuisti: ⁊ hunc quē habes non est tuus vir: hoc vere dixisti.

CHRI. Cū mulier q̄siuisset: nūqd tu maior es patre nostro iacob: nō dixit maior sū: ne videretur gloriari: sed per ea que subdit hoc ostendit. Sequitur enim. Respondit ie. ⁊ di. ei. Omnis qui bi. ex aqua hac sitiet iterum. qui autem bi. ex aqua quam ego da. ei. non sitiet in eter. q. d. Si mirabilis fuit iacob: quia hanc aquā dedit: si dabo tibi multo hac potiorē: qd dices? n̄ aūt ab hac excusatiōe sꝫ ex supeminētia cōpatiōnē fac: nō. n. dicit: qm̄ hec aq̄ vilis ē ⁊ cōtēptibilis: sꝫ id qd natura testat hoc ponit. s. ois q bibit ex aq̄ hac sitiet iterum. AVGU. Quod quideꝫ ve-

rum est ⁊ de aqua sensibili. ⁊ de ea quaꝫ signi
ficat illa aqua: eteniꝫ aqua in puteo voluptas
est: seculi in profunditate tenebrosa: hic eam
hauriunt homines hydria cupiditatum: nam
qui premiserit cupiditatem: peruenire nō po
test ad voluptatem. Cum peruenerit quisqꝫ ad
voluptatē seculi huius: nunqd nō iteꝝ sitiet?
ergo de hac aqua qui biberit sitiet iterum. Si
aūt acceperit a me aquam sitiet in eternū: naꝫ
quō sitient q inebriabunt ab vbertate domus
dei? promittebat ergo saginam qndam in sa/
tietatē spiritussancti. CHRY: Hanc aūt
excellentiā huius aque vi. s. q ex ea biberit si
sitiat in eternū: ꝑ ea que ↄsequunt ondit. Se
quit. n. Sed aqua quā ego dabo ei fiet in eo
fons aque salientis in vitā eternā. q. d. Sicut
q fontē hꝫ intra se positū nequaqꝫ afficiet siti:
ita ⁊ q hanc aquam hꝫ. s. quam ego ei dabo.
THEOPHI. Illā aqua quā ego tribuo
semꝑ multiplicat: semina enim ⁊ ꝑncipiū bo
ni sancti sumūt ꝑ grām: ipsi vero negociant
⁊ opant ad eius augmentū. CHRY. Vi
de aūt qualiter mulier paulatim ad dogmatū
altitudinē ducit. nā primū qdē estimauit eum
iniquū quendā esse iudeum: deinde audiens
aquaꝫ viuam suspicata est de sensibili hoc di
ci: postea discens: qm̄ spiritualia erant que di
cebant: credidit quidem qm̄ potest aqua sitis
necessitatem tollere: nondum autem sciebat q̄
esset hec aqua: sed querebat eam superiorem
sensibilibus estimans. vnde subditur. Dicit
ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquā
vt non sitiam neqꝫ veniam huc haurire. Et
sic eum patriarche iacob preponit: de quo taꝫ
magnam opinionem habebat. AVGV.
Vel aliter. Adhuc illa mulier carnem sapit:
delectata est non sitire: ⁊ putabat hoc ſm car
nem sibi promissum esse a domino: dederat
autem deus aliquando seruo suo helie vt per
dies. xl. nec esuriret nec sitiret. qui hoc potuit
dare per. xl. dies. non poterat dare semper:
delectata autem tali munere rogat vt ei aquā
viuam daret: vnde sequitur. Dicit ad eū mu
lier: Domine da mihi hanc aquam vt non si
tiam: nec veniam huc haurire. Ad laborem
enim indigentia cogebat: ⁊ laborem infirmi/
tas recusabat: vtinam audiret. Venite ad me
omnes q laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego vos
reficiam: hoc enim dicebat iesus vt iam non
laboraret: sed illa nondū intelligebat: deniqꝫ

voluit dominus vt intelligeret: vnde sequi/
tur. Dicit ei ie. va. vo. viruꝫ tuū ⁊ veni huc.
Quid est hoc? ꝑ virum suuꝫ ei volebat aquā
illam dare? an q2 non intelligebat: per virum
suum eam volebat docere: sicut apostolus di
cit de mulieribus. Si que volunt discere do
mi viros suos interrogent: sed ibi dicit: vbi
non est iesus qui doceat: cum vero ipse do/
minus aderat quid opus erat vt per viruꝫ ei
loqueretur: nunquid per virum loquebatur
marie que sedit ad pedes eius. CHRY.
Quia igit instabat mulier accipere aquam ꝓ
missam querens: dicit ei iesus. Voca virum
tuuꝫ: quasi ostendens qm̄ ⁊ illum oportet his
cōicare: hoc auteꝫ festinans accipere ⁊ rei tur
pitudinem occultans adhuc estimabat se ad
hominem loqui: vnde sequitur. Respondit
mu. ⁊ di. non ha. virum. hoc audiens chri/
stus opportune de reliquo redargutionē īdu
cit: nam ⁊ priores viros enumerat ⁊ euꝫ qui
nunc occultabatur redarguit: vnde sequitur.
Dicit ei ie. bene dixisti q2 non habeo virum.
AVGV. Intelligas reuera istā mulereꝫ
non habuisse tunc viꝝ: sed vtebat nescio quo
non legitimo viro: vnde ei cōuenienter my
steria loquitur dicens. Quinqꝫ viros ha/
buisti. ORIGE. Vide autem si possibile
est fonteꝫ iacob mystice totas esse scripturas:
aquam vero iesu ea pro quibus edite sunt: q̄
non est licitum omnibus perscrutari eo q2 q̄
scripta sunt dictauerunt homines. Que ve/
ro oculus non vidit nec auris audiuit nec in
cor hominis ascenderunt: in scriptis nō pos/
sunt redigi: sed ex fonte aque salientis in vi/
tam eternam. i. ex spiritusancto discipline pa
tefiunt his qui nondum humanum cor gestāt
sed possunt dicere. Nos sensum christi habe
mus. Qui ergo non suscipit profunditatem
verborum xp̄i ad modicum quieuerit denuo
insistens dubitabit: qui autem bibit de aqua
christi: ad hoc promouet: vt fons omnium q̄
sitorum prorumpat in eo: sursum scaturizan
tibus aquis ⁊ ꝓuolante eius mēte ad ↄsequē
tiam huius aque ad vitā eternaꝫ. Volebat au
tem mulier sine aqua iacob angelice ⁊ super
hominem discere veritatē: neqꝫ enim angeli
indigent fonte iacob vt bibant: sed quilibet ī
se hꝫ fontem aque scaturientis in vitam eter
nam ab ipso verbo. Et hoc est quod subdit.
Dicit ei mulier. Domine da mihi hāc aquā:

sed impossibile est hic absq; ea que haurit ex fonte iacob aquaz carere que datur a verbo: vnde petenti samaritane aquam videtur dicere iesus se illam prebere non alibi q̄ i fonte iacob. vnde sequit. Dicit ei iesus: vade voca virum tuuz et veni huc. Si enim sitiam⁹: idoneuz est primo pocula sumere ex fonte iacob. sm autem apostolum vir anime lex est. AVGV. li. lxxxiij. q. Quinq; autē viros quiq; libros qui per moysen ministrati sunt nonnulli accipiunt: quod autem dictum est: Et hunc quem habes non est tuus vir: de seipso dominum dixisse intelligunt: vt iste sit sensus pmo quinq; libris moysi quasi qnq; viris seruisti: nunc autem queȝ habes. i. quē audis non est tuus vir: qr nondum in eū credidisti: sed qm̄ nondum credens christo adhuc illorum quinq; virorum. i. quinq; librorū copulatione tenebatur: potest mouere quō dici potuerit: quinq; viros habuisti: quasi nūc eos iam non haberet. deinde quomodo pōt intelligi a quinq; illis libris recedere hominez vt ad christum transeat: cum ille qui credit in christum: non relinquendos illos quinq; libros sed spiritualiter intelligēdos multo auidius amplectatur. Est ergo alius intellect⁹. AVGV. super Jo. Vidēs. n. iesus quia mulier non intelligebat: et volens eam intelligere. Voca inquit virum tuum. i. presenta intellectum tuum: cum enim ordinata fuerit vita: intellectus animam regit: ad ipsam animam pertinens: non enim aliud aliquid ē q̄ anima: sed aliquid anime est intellectus. hoc ipm anime qd intellectus et mens dr illuminat luce superiore. Talis lux cum muliere loquebat: et in illa intellectus non aderat: ergo dominus tanq̄ diceret illustrare volo. et non adest quem. voca inquit virum tuum. i. adhibe intellectum per quem docearis: quo regaris: et adhuc illa nondum vocato illo viro nō intelligit. Videtur autem mihi quinq; viros priores anime nos posse accipere quinq; sensus corporis ante eniȝ q̄ quisq; possit vti rōne non regit nisi sensibus carnis: ȝ cū ceperit aīa capax esse rōnis: aut a sapiente mente regit: aut ab errore: sed error non regit sed pdit. Post illos ergo qnq; sensus mulier illa adhuc errabat: error aūt ille nō erat legitim⁹ vir: sed adulter. Dicit ergo dominus. Tolle istum adulterum qui te corrumpit: et voca virum tuū vt intelligas me. ORIGE. Vbi autem decebat confutari a iesu putatuȝ samaritane virum non esse virum nisi apud fontē iacob: Potest etiam intelligi si vir anime lex est: qr samaritana sm congruam acceptioneȝ verborum legis ritui infideliuȝ tanq̄ viro illegitimo se subijciebat. Reuocatur autem ad verbum veritatis quod resurrecturum erat a mortuis non deinceps moriturum.

¶ Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri i monte hoc adorauerunt: et vos dicitis quia hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei ies⁹. Mulier crede mihi: quia venit hora quando neq; in mōte hoc: neq; in hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quando veri adoratores adorabunt patreȝ in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum: in spiritu et veritate oportet adorare.

CHRY. Mulier aūt a xpo rephensa non contristata ē: neq; dimittēs fugit: sed admirat magis et imorat: vñ dr: Dicit ei mulier. dñe vi. qr ppha es tu. q. d. In hoc qr mihi occulta dicis ostēderis pphetā esse. AVGV. Et sic cepit ad eā venire vir: nōdū plene venit. Prophetā dñm putabat erat qdē et ppheta: nā de seipso ait. Nō ē ppheta sine honore nisi i patria sua. CHRY. Deinde qr hoc suspicata ē: nihil mūdanū eū iterrogauit: nō de corporis sanitate: nō de vitijs: nō molestat sitiēdo p doctrinis sollicita. AVGV. Et incipit q̄rere qd illā solet mouere dicēs: Patres. no. in mō. hoc ado. et vos di. qr hiero. est lo. vbi ado. oz. Cōtentio qppe fuerat iter samaritanos et iudeos: qr iudei i tēplo a salomone fabricato adorabāt deū: et iō meliores se esse iactabāt. Quib⁹ samaritani dicebant: quō iactatis vos: qr tēplū hētis qd nos non hēm⁹: nunqd patres nostri q deo placuerūt i illo tēplo adorauerūt. Meli⁹ ergo nos i hoc

monte deũ rogam⁹: vbi patres nostri deum adorauerunt. CHRY. Q̃d autem dicit. Patres nostri eos qui circa abraam sunt intelligit: etenim illic aiunt filium suum obtulisse. ORIGE. Vel samaritani montem q dicitur garizun: iuxta quem iacob habitauit sanctum reputantes in eo deum adorant. Sz iudei montem syon sacrum quid arbitrantes illum locum putant esse electum a deo: veruz quia iudei a quibus salus processit exemplũz sunt opinantium sanos sermones. Samaritani vero diuersimode opinantium congrue garizim quidez samaritani significant: quod vocatur distinctio seu diuisio: at iudei syon quod est specula. CHRY. Christus autẽ non soluit questionem confestim: sed ad altiora mulierez trahit: de quibus non prius ei locutus est: donec cõfessa est qm̃ propheta est. vt cũz multa certitudine audiat de cetero que dicuntur: vnde sequitur. Dicit ei ic. Mu. cre. mi. quia ve. ho. quando ne. in mon. hoc neq̃z in hiero. ado. patres Dicit autem. Crede mihi. quia vbiq̃z nobis opus est fide matre bonorum: que salutis est medicamentũz: sine qua nihil magnorum est possidere: sed q tentant assimilantur his qui sine naui pelag⁹ tentant transire: qui parum quidez natare sufficiunt vltra vero procedentes cito merguntur. AVGU. Merito autem iam presente viro audit mulier. Crede mihi. Iam enim est in te qui credat: cepisti adesse itellectu: sed nisi credideritis non intelligetis. ALCV. Q̃d autem dicit. Venit hora: tempus euangelice doctrine quod iam instabat dicit: quando ablata omni vmbra figuraruz veritas pura luce mentes credentium illustratura erat. CHRY. Superuacuum autem erat christo docere propter quid patres in monte τ iudei in hierosolymis adorabant: ideo hoc tacuit: veruntamen reuerentiores iudeos indicauit: non a loco: sed a mente: vñ subdit. Vos ado. quod. nes. nos ado. quod sci. quia salus ex iudeis est. ORIGE. Q̃d dico vos: q̃ztum ad vocem: samaritani q̃ztum ad anagogẽ: q erga scripturas aliene sunt opiniones. Nos quoq̃z quo ad verbum iudei: quo ad allegoriam vero ego verbum: qui vere ƒm me conformati sunt: obtinentes salutem ex verbis iudaicis. CHRY. Samaritani quidem quod nesciebant adorabant quoniam localez τ particularem deum estimabant: nihil de eo plus imaginãtes q̃z de idolis. Et iccirco cultum dei cum cultu demonum miscuerunt: iudei vero ab hac eruditi erãt suspitione: etenĩz orbis terrarum eum nouerant esse deum: propterea dixit. Nos ado. quod sci. Iudeis autem seipsum connumerat ƒm opinionez mulieris: loquẽs quasi propheta iudeus existẽs: ideo dixit. Adoramus: cum tamen manifestum sit q ipse est qui ab omnibus adoratur. Per hoc autem quod dicit. Quia sa. ex iu. est: nihil aliud ostendit: q̃z q orbi terrarum ĩde salutaria facta sunt. Scire enim deũ τ idola detestari illinc principium habuit τ alia dogmata: sed ipsum quod est apud nos a iudeis orationis principium habuit. Presentiaz etiam suam salutem vocat quam dicit ex iudeis esse: ƒz illud apostoli. Ex quibus christus ƒm carnem. Vide qualiter applaudit veteri testamento quod radicem ostendit bonoruz: per omnia semetipsum non esse contrarium legi demonstrans. AVGU. Multuz igitur dedit iudeis ex quorum persona dixerat. Nos ado. quod sci. Sed non ex persona iudeorum reproborum: sed ex qualibus fuerãt apostoli: quales fuerãt prophete: quales fuerant omnes illi sancti qui precia rerum suarũ ad pedes apostolorũ posuerunt. CHRY. Sic igitur superabundantius vobis habent iudei o mulier in modo adorationis: verumtamen τ hic adorationis modus de reliquo finez habebit: vnde subdit. Sed ve. ho. τ nũc est quando veri ado. ado. pa. in spiritu τ ve. Quia enim prophete ante longa tẽpora multa predixerunt. Ideo dixit. Et nunc est. Ne estimes hanc talem esse prophetiam que post multum temporis impleatur: res iam instat τ in ianuis est. Dixit autem: Veros adoratores ad distinctionem falsorum: quoniam quidaz sunt falsi adoratores per temporalia τ caduca querunt in oratione: siue qui contra hoc qd̃ orant agere non cessant. CHRY. Vel dicens: Veros excludit cum samaritanis iudeos. Etsi enim iudeis illis meliores essent: tamen futuris multo minores sunt tanq̃z figura veritate: Sunt igitur veri adoratores q neq̃z loco circuncludunt dei culturam: τ deũz in spiritu colunt. ORIGE. Vnde τ paulus dicit. Cui seruio in spiritu meo. His autem scribitur: Venit hora. τ primo quidẽ nõ

adest ꝛ nunc est. In secundo vero dicitur: Et nunc est: ꝛ puto primum quidem notare adorationem preter corpus futuram in perfectione. Secundum vero eam que fit in vita presenti perfecta quantum licet humanam procedere naturam. Cum ergo venerit hora quaꝫ dicit dominus: ciuitādus est mons samaritanorum: ꝛ in syon vbi est hierosolyma adorād⁹ est deus: que ciuitas esse dicitur a christo celsi principis: Et hec ē ecclesia vbi sacra oblatio: spirituales victime diuinis aspectibus offeruntur a his qui legem spiritualem intellexerunt. Cum aūt venerit tpis cōplementū: tūc nequaq̄ꝫ pēsandū vex cultū hierosolymis. i. in presenti ecclesia amplius ptractari. Neqꝫ enim angeli apud hierosolymam colunt patrem: sic ꝛ qui similitudinem nacti sunt iudeorum melius q̄ꝫ hi qui sunt hierosolymis colunt patrem. Cum aūt hec hora euenerit: patri aliquis in filium deputat̃. Ea propter nō dictum est. Adorabitis deum: sed adorabitis patrem. Sed in presenti colunt patreꝫ in spiritu ꝛ veritate veri adoratores. CHRY. Dicit ergo hoc de ecclesia ĩ qua est vera adoratio ꝛ deo congrua: vnde subdit. Naꝫ ꝛ pater tales querit qui adorant euꝫ. Etsi olim volebat eos veteribus immorari concessit eis figuraꝫ. hoc tamen fecit eis condescendens vt per hoc ad veritatem inducantur. ORIGE. Si autem pater querit: per iesum querit: qui venit querere ꝛ saluare quod perierat quos erudiens veros cultores efficit. Qd' autem subditur. Spiritus est deus: inde abstractum esse suspicor quod ad vitam veraꝫ nos perducit. nam ꝛ corporali vita viuificamur a spiritu. CHRY. Vel indicat q̄ deus icorporeus est: oportet igitur incorpoream eius culturam esse: hoc est per animam ꝛ intellect⁹ puritateꝫ nos ei offerre: vnde subdit: Et eos qui adorant eum in spiritu ꝛ veritate oportet adorare. Quia enim iudei animam quidē negligebant: multum autem circa corpus studium faciebant ad omnipharium purgantes: ꝛ ideo ait: quia non corporis mundatione sed ĩcorporeo quod est in nobis hoc est intellectu: quem dicit spiritum deus incorporeus colit. HYLA. ij. de trinitate. Vel cum in spiritum deum spiritum docuit adorandū ꝛ libertatem ac scientiam adorantium ꝛ adorandi infinitateꝫ ostendit: fm illud apostoli. Vbi spirit⁹ domini: ibi libertas. CHRY. In veritate autem oportet adorare: quia priora figura erant scilicet circumcisio holocausta ꝛ thymiamata: nunc autem totum est veritas. THEOPHI. Vel quia multi putant se deum fm spiritum. i. animaꝫ adorare non rectam opinionem de eo habentes vt heretici: propter hoc addidit. Et veritate. Forte etiaꝫ dicet aliquis q̄ duas partes philosophie que fm nos sunt insinuat in predictis: actionem. s. ꝛ contemplationem: per spiritum nāqꝫ actiuum insinuat: fm illud apostoli. Qui spiritu dei aguntur ꝛc̃. per veritatem vero contemplatiuum. Vel aliter: Samaritanorum erat opinio q̄ deus loco concluderetur: ꝛ q̄ ĩ hoc loco deum adorari oporteat. Contra quos dicit q̄ veri adoratores non localiter: sed spiritualiter adorant: iudeis vero omnia sub figura ꝛ vmbra erant: ꝛ ideo dicit q̄ veri adoratores non in figura adorabunt: sed in veritate: quia. n. deus spiritus est: spirituales adoratores querit: quia vero veritas: veros. AVGV. Querebas montem forte adorandūꝫ vt deo esses propinquior: sed ipse qui in altis habitat: humilibus appropinquat: ergo descēde vt ascendas. Ascensiones inquit in corde ei⁹ ĩ ꝯualle ploratōis q̄ humilitatē hꝫ in templo. Vis orar̃: i te ora: sꝫ p̄us esto tēplū dei.

¶ Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum qui loquor tecum.

CHRY. Mulier coꝝ q̄ dcā sunt altitudine fatigata obstupuit. vñ sequit̃: Dic̃ ei mu. scio. quia mes. ve. qui dicit̃ xp̃s. AVGV. Vnctus latine: grece xp̃s est: hebraice messias est: Sciebat ergo q̄s eū posset docere: sed iaꝫ docentē nondū agnoscebat. vnde subdit: Cū ergo ve. il. no. annū. oīa. q. d. mō iudei de tēplo ꝯtendūt: nos d' mōte: cū ergo ille venerit ꝛ mōtē spnet: ꝛ tēplū euertet: ꝛ docebit nos: vt ĩ spū ꝛ veritate nouerimus adorare. CHRY. Sꝫ vñ erat samaritanis expectare xp̃i aduētū: Moysi qdē suscipiētes legē: ab ipsis moysi lr̃is hoc nouerant. Jacob. n. d' xp̃o ꝓphetizans dixit. Non deficiet p̃nceps de iuda: nec dux de femore eius donec veniat

qui mittendus est. Sz ꝛ moyses dicit Prophetā nobis suscitabit de⁹ de fratribz nrīs. ORIG. Siquidem non est ignorandum q̄ sicut ex iudeis surrexit iesus: christum se esse nō solū dicēs sed ostendens: sic ex samaritanis qdā dosithe⁹ noīe asserebat se fore xp̄z qui predicabat. AVGV. li. lxxxiij. que. Forta ſſe aūt vt intelligentib⁹ indicaret quīqꝫ corporis sensus: qnqꝫ virorū nomine significari: post qnqꝫ carnales responsiones que supra in littera patēt: sexta responsione nominat xp̄m. CHRY. Christ⁹ aūt ꝺ reliquo mulieri reuelat seipsum. vnde sequit. Dicit ei iesus. Ego sum qui loquor tecuz. Et quidē si circa principiū hoc mulieri dixisset: videret ei ex vanitate loqui: nunc aūt paulatim in memoriā christi eam reducēs: opportune reuelauit seipsum: ꝛ quidē iudeis querentibus: Si tu es christus dic nobis palaz: non manifeste seipsum reuelauit: q: nō pro discendo querebāt: sed ꝑ iniuriādo. Hec vero ex simplici mēte loquebatur.

¶ Et cōtinuo venerūt discipuli ei⁹: ꝛ mirabantur q: cuz muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei quid queris aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: ꝛ abijt in ciuitatem ꝛ dicit illis hominibus: Venite ꝛ videte hominem qui dixit mihi omnia quecunqꝫ feci. Nunquid ipse est christus? Exierūt ergo de ciuitate ꝛ veniebant ad eum.

CHRY. Expleta doctrina ꝛ cōuenienter ad tēpus discipuli occurrerūt: vnde dicitur. Et cōtinuo ve. discipuli eius ꝛ mira. q: cuz muli. loque. Admirabant quidē supabundātem christi māsuetudinē ꝛ humilitatē: quoniam ita ꝑspicuus existens: sustinuit loq cum tanta humilitate mulieri inopi ꝛ samaritane. AVGV. Q2. f. querebat perditā q venerat q̄rere qd̄ ꝑierat: hoc illi mirabant: bonuz enī mirabantur ꝛ nō malum suspicabantur. CHRY. Sz tamē admirātes nō interrogauerūt eām. vnde subditur. Nemo tamen dixit ei: qd queris aut quid loqueris cuz ea? Erāt erudīti discipulorū ordinē obseruare: ita eū timebant ꝛ venerabant: ꝛ nunirū alibi videnī cōfidenter interrogare: q: ad eos ꝑtinentia necesse habebant scrutari: hic autē nihil ad eos ꝑtinebat qd̄ fiebat. ORIGE. Et fere quidē quasi quodā apostolo ad ciues vtit hac muliere: adeo eā iflāmās per verba vt amphora dimissa iret in ciuitatē relatura cōciuibus: vnde sequitur. Reliquit ḡ mulier hydriam suam. Nō curās de corpore ac viliori ꝑpter vtilitatē pluriū. Interest quoqꝫ nostra omissis corporeis ꝛ neglectis satagere ad ipartiendū alijs de cōmodis acqsitis. AVGV. Hydria aūt greco nomie appellatur tanqꝫ si aquariū diceret. quoniam grece aqua hydor vocat. CHRY. Et sicut apostoli vocati dimiserunt rhetia: ita hec dimittit hydriam ꝛ euangelistaꝝ opus fecit: ꝛ non vnū tantū vocat: sed ciuitatē integraz: vnde sequit. Et abijt in ciui. ꝛ dicit illis ho. venite ꝛ videte hoīem qui dixit mihi oīa quecunqꝫ feci. ORIGE. cōuocat quidē illos ad videndū hominē cōtinētē verbū supra hoīem. Quecūqꝫ aūt fecit mulier: erat cōtubernium quinqꝫ cōiugū: ꝛ post illos cōuersatio cū sexto nō proprio viro quē deserēs ꝛ septio adherens: lagenam dereliquit iam pudica. CHRY. Nō verecūdata aūt est hoc dicere. Aia enī cū ignita fuerit igne diuino: ad nihil coꝝ que sunt in terra de reliquo aspicit: neqꝫ ad gloriā nec ad verecundiam: sed ad vnam solā que detinet eā flāmā. Volebat āt nō ex ꝑpria āūciatione eos inducere: sz ex auditu ꝑprio eos facere cōmunicatores doctrine christi: vnde dixit: Venite ꝛ videte hominem: non dixit: Venite ꝛ credite: sed venite ꝛ videte: quod lenius erat. Nouerat enī manifeste quoniā solū gustātes de illo fonte eadem paterentur que ꝛ ipsa. ALCVI. Paulatim aūt venit ad predicandū christū: primo vocat hoīem: ne si diceret christū: auditores irascerēt ꝛ nollēt exire. CHRY. Vnde etiā neqꝫ manifeste annūciauit xp̄m: neqꝫ tamē totaliter siluit: sed dixit: Nunqd ipse est christus? ꝛ ideo sermonem eius acceperunt. vnde sequitur. Exierunt de ciuitate ꝛ veniebāt ad euz. AVGV. i li. lxxxiij. questi. Quod autem relicta hydria discessit mulier: non negligenter pretereundum est. hydria enim amorem huius seculi significat. idest cupiditatem: qua homines de tenebrosa profunditate: cuius imagi-

nem puteus gerit: hoc est de terrena conuersatione: hauriunt voluptatez. Oportebat autem vt christo credens seculo renunciaret: & relicta hydria cupiditatem secularem se reliquisse demonstraret. AVGV. super ioannem. Proiecit ergo cupiditatem & properauit annunciare veritatem. Discant qui volũt euangelizare vt prius hydriam ad puteũ ꝓiciant. ORIGE. Facta etiam mulier receptaculuz honeste discipline: ea que primitus sapiebat: paruipendens deponit.

¶ Interea rogabant euz discipuli dicentes: Rabbi: manduca. Ille autez dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me vt perficiaz opꝰ eius.

AVGV. Ierãt discipuli eiꝰ emere cibos: & venerãt: quos xp̃o offerebant: vñ dr̃. Interea rogabant eum discipuli diccites. Rabbi. mãduca. CHRY. Videntes enim euz fatigatũ ex itinere & estu q̃ erat rogabãt eum vulgari coꝝ voce. Neq̃z. n. erat hoc temeritatis: sꝫ amoris cura circa magistrũ. ORIGE. Arbitrant̃ aptũ fore tp̃s ad prandiũ qd̃ erat iĩ recessum mulieris ad ciuitatẽ: & aduentum samaritanoꝝ ad ipsum: non. n. coram aliquo aduena sibi propinquabãt escas. Ob hoc bene positum est: Interea. THEO. Dominus vero sciens q̃ samaritana totam ciuitatem ad eum traheret: hoc discipulis significauit: vnde sequit̃: Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. CHRY. Hominum salutem h̃ cibum vocauit: ostendens quantum desideriũ hꝫ nostre salutis sicut. n. nobis ↄcupiscibile est comedere: ita ei saluare nos. Tu vo ĩtuere q̃ nõ statĩ reuelat: sed vbiq̃z in q̇õnẽ imittit auditorẽ vt incipiens q̃rere qd̃ dicit̃: & laborans: cum amplior suscipiat desiderio. THEO. Dicit autem quẽ vos nescitis. i. nescitis q̃ cibum voco salutem hominũ: vel nescitis q̃ samaritani credituri sunt & salui fient. Discipuli autem adhuc dubitabant: vnde sequitur. Dicebant ergo dis. ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei mãducare? AVGV. Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam: ecce discipuli non intelligunt escam. CHRY. Et quidem assuetaz reuerentiam & honoꝛez magistro prebent ad se inuicem quidem loquentes: ipsuz vero nõ presumẽtes interrogare. THEOPHI. In hoc autem q̃ dicunt discipuli. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Considerandũ ẽ q̃ cibos ab alijs oblatos dominus suscipere solebat: non q̃ alieno ministerio indigeret: q̃ dat escam omni carni: sed vt deferentes meritum consequerentur: simulq̃z formam tradens non erubescere paupertatem: neq̃z graue putare ab alijs nutriri. proprium. n. & necessarium est doctoribus: alios habere procuratores ciboꝝ: vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationem procurent sollicite. AVGV. Audiuit dominus cogitationes discipuloꝝ & instruit eos vt magister: non ꝑ circuitum sicut mulierez sed aperte: vnde sequitur. Dicit eis iesus: meus cibus ẽ vt fa. vo. eius qui misit me. ORIGE. Idoneus cibus filio dei cum actoꝛ paterne volũtatis efficitur. hoc velle ĩ semetipso ꝓtestans qd̃ erat ĩ patre. Solus aũt filius ꝑfecti operis paterne voluntatis est capax: ceteri vero sãcti nĩl p̃ter diuinã paguni voluntatẽ. Plenam autem & integram facit dei voluntatẽ qui dixit. Meus cibus &c̃. ꝓprius. n. cibus eius ostendit̃. Quid autem sit velle patris inuit sermo sequens: Vt perficiam opus eius. Siquidem simplicius quis asseret: quoniã opus est iussum mandantis: puta si dicant edificãtes vel fodientes se perficere opus eius qui cõduxit eos: sed si per christum perficitur opus dei: restat vt priusq̃z perficeretur erat diminutuz. Qualiter autem diminutum erat opus cum esset dei? perfectio quidem operis: rationalis nature est perfectio: ad huiꝰ enim operis perfectionem cum esset imperfectum: verbum caro factum accessit. Cum enim quodammodo homo perfectus fieret: ob trãsgressionez factus est imperfectus. & ideo missus est saluator: primo quidem vt perficiat voluntatez eius qui misit euz. secundo vero: vt consummet opꝰ: dei: vt quilibet perfectus fiat ad solidi cibi vsum. THEO. Opus etiam dei perfecit. s. hominem dei filius: nostram naturam in seipso sine peccato ostẽdens ĩ omni

peccato ostendens in oĩ opere pfectã: ⁊ icorruptã. Opus ẽt dei. s. legem perfecit: quia finis legis christus eam cessare faciens omnibus que in ea erãt perfectis: ⁊ a corporali cultu in spũalem reduxit. ORIGE. Mystice autem post poculi negocium: ac disciplinã distinctionis aquarum: consequens erat ⁊ de cibo disceptare. Samaritana quidẽ petita potum non habebat prebere Jesu dignum poculum. Discipuli vero inuenientes humilia pulmenta apud alienigenas ei obtulerunt rogantes eũ vt manducaret: Et attende si forsan verentur ne verbum dei proprijs nõ vigoratuz escis in eis deficiat. Quecunqꝫ ergo repertunt discipuli his iugiter proponũt verbum alere: vt corroboratum: atqꝫ roboratum pseueret penes eos qui nutriũt ipsam. Quẽadmodum autem corpora egentia cibo neqꝫ eisdem aluntur neqꝫ eadem q̃ntitas ciborum cunctis sufficiens est: si intelligendum est ⁊ in his que sunt supra corpus. nam horuz hoc quidem plurimi. hoc aũt paucioris indiget nutrimenti: dissimilis capedinis entia. Sed neqꝫ qualitas alentium verboꝝ atqꝫ intentionum contemplatiuarum operationum eadem congruit omnibus. Nam nuper geniti infantes rationale appetant lac: perfectorum autem est solidus cibus. Veridicus est ergo iesus dicens: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Semper enim qui preest infimis ac nequeuntibus eadem cum validis videre hoc dicere potest.

C Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor menses sunt ⁊ messis venit. Ecce dico vobis: leuate oculos vestros ⁊ videte regiones: quia albe sunt iã ad messem. Et qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructum in vitam eternam: vt Et qui seminat simul gaudeat. ⁊ qui metit. In hoc enim est verbum veruz: quia alius est qui seminat alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij laborauerũt: ⁊ vos in labores eorum introistis.

CHRY. Que sit voluntas patris de cetero interpretatur dicens: Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quatuor menses sunt ⁊ messis venit. THEO. Scilicet materialis. Ego aũt dico vobis ꝙ messis intelligibilis adest. hoc enim dicebat propter samaritanos veniẽtes ad ipm: vnde subdit. Leuate oculos vestros ⁊ videte regiões: q2 albe sunt iam ad messez. CHRY. Rursus consuetis nominibus ad maximorum eos contemplationem reducit. Regio enim ⁊ messis hic indicat multitudinem animarum que parate sunt ad predicationis susceptionem. oculos autem hic dicit ⁊ eos qui mẽtis ⁊ eos qui corporis. Etenim videbant de reliquo multitudinem samaritanorum venientem. Has autez preparatiões hominum decenter regiones albatas vocat: sicut enim spice cum dealbate fuerint ad messem sunt parate: ita ⁊ hi ad salutez sunt parati. Sed propter quid non manifeste dicit ꝙ preparati sunt homines ad susceptionẽ verbi? Duarum quidem occasionuz gratia: vnius quidez vt manifestior fiat sermo ⁊ maius sub visum ducat que dicuntur: alterius autez dulcior sit narratio: ⁊ permanentior eorum q̃ dicuntur memoria. AVGV. In opus autem feruebat ⁊ operarios mittere festinabat: vnde subditur. Et qui metit mercedem accipit ⁊ congregat fructum in vitam eternaz: vt ⁊ qui seminat simul gaudeat ⁊ qui metit. CHRYSO. Per ea que h dicit: diuidit terrena a celestibus: sicut enim supra dixerat de aqua ꝙ qui bibit hanc aquaz non sitiet: ita hic dicit: Qui metit congregat fructum in vitam eternam: ⁊ iterum: Qui seminat simul gaudeat ⁊ qui metit. Prophete enim sunt qui seminant: sed non illi messuerunt: sed apostoli: quia enim infra dicet ꝙ alius seminat ⁊ alius metit: ne quis estimet ꝙ prophete seminãtes mercede priuentur: extraneum quiddam inducit: ⁊ a sensibilibus alienum: nam in rebus quidem sensibilibus: si contingat alium seminare ⁊ alium metere: non simul letãtur: sed dolent qui seminant quasi alijs laborantes: letantur autem soli qui metunt: hic autem non ita. Sed ⁊ qui non metunt seminantes: simul cum metentibus letantur qm̃ in mercede communicant. AVGV. Disparis. s. temporis labores habuerunt apostoli ⁊ prophete: sed gaudio pariter perfruentur mercedem simul accepturi sunt vitam eternam. CHRY. Ad hoc autem ꝙ dixerat sermonem prouerbialem inducit. vnde subdit. In

hoc enim est verbum verum: quia alius est q seminat: et alius qui metit. Hoc quidem vulgariter dicebatur: siquando alij labores sustinuerunt: et alij fructus metebant. Sed et hic sermo iste maxime habet veritatem: quia prophete laborauerunt: sed vos fructus ex illorum laboribus metitis. vnde subdit: Ego misi vos metere quod vos nõ laborastis. AVGV. Quid ergo messores misit non seminatores? Ibi ergo messores mittendi: vbi iam prophete predicauerant legite labores illorum et non in omnibus eorum laboribus est prophetia christi: ergo iam in iudea messis parata erat quando tot milia hominum precia rerum suarum offerebant. et ad pedes apostolorum ponentes expeditis humeris a sarcinis secularibus: christum dominum sequebant. de ipsa messe eiecta sunt pauca grana: et seminauerunt orbem terrarum: et surgit alia messis que in fine seculi metenda est: ad quã metendã non apostoli sed angeli mittent. Messores inquit sunt ãgeli. CHRY. Dicit ergo: Ego misi vos metere quod vos non laborastis. q. d. Ubi minor labor est: maior autem delectatio ad hoc vos reseruaui: et quod laboriosius erat: hoc fuit prophetarum. s. mittere semina. vnde subdit: Alij laborauerunt et vos in labores eorum introistis. Per hec omnia vult ostendere q prophetarum voluntas erat vt homines ad eum accederent. Et hoc lex ordinabat et propterea illi seminauerunt vt hunc facerent fructum. Ostendit etiam q ipse illos misit et q multa est cognatio noui ad vetus testamentum. ORIGE. Vel aliter totum. Qualiter quidem non est inconueniẽs hoc quod est. Leuate oculos vestros etc. allegorizare: Quod autem dicitur. Nõne vos dicitis: qm quatuor mẽses sũt et messis venit non sim allegoriam tractare? Putamus ergo talia quedam esse in hoc q dicunt discipuli. Quatuor mẽses sunt et messis venit. Plurimi. n. discipulorum verbi animaduertentes veritatem incomprehensibilem fore humane nature: quando coniecerunt aliam esse vitam a presente que corruptioni quatuor elementorum quasi quatuor mensium subijcitur: putant solum post hanc vitam cognitionem esse veritatis. Dicunt igitur discipuli de messibus que sunt terminus operum ad veritatem conducentium: q post instantem quaternitatem contingunt. huiusmodi autem opinionẽ arguens velut non sanam: inquit verbum incarnatum his qui talia suspicantur: Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor mẽses sunt et messis venit? Ego autem hoc dico: Leuate oculos vestros. In pluribus locis scripture diuine hoc legitur: iubente nobis verbo diuino extollere: ac sublimare consideratões et cogitationes deorsum consitas: nec valent erigi nisi eleuante illas iesu: Nemo enim consistens in passionibus et viuens carnaliter hoc propositum seruat mandatum. quapropter qui talis est non videbit regiones si albe sunt ad messem. Albescunt quidem regiões ad messem: cum adest verbum dei illustrãs: singulas regiones scripture fecundans in eius aduentu: et etiam omnia sensibilia sunt quasi regiones albe parate ad messem: presto existẽte leuantibus oculis ratione que de quolibet est: vt quisquis fulgorem prospiciat profuse vbilibet veritatis. Qui autem mittit predictas messes duplex habet in metendo emolumentum: vnum quidem dum accipit premiũ: vnde dicitur. Et qui metit: mercedem accipit: quod arbitror dictum causa futurarum remunerationum. Alterum quod sequitur. Et congregat fructum in vitam eternam. Bonum habitum quoddam denotat intellectus qui ẽ fructus ex ipsa speculatione proueniens. Arbitror autem q in qualibet doctrina seminat quidem qui principia excogitat. que suscipientes alij ac perpetrantes siquid noui potuerint exprimere coniungentes fiunt sue inuentionis gratia: posteris causa: vt metendo quasi maturos fructus aggregent: Quanto autem magis hoc in arte artium expedit contemplari: Siquidem seminantes sunt moyses et prophete preuenientes aduentum christi. Metẽtes autem sunt apostoli qui christum susceperunt et gloriam eius perspexerunt. Semen autem erat tota ratio secundum reuelationem mysterij temporibus preteritis obfuscati silẽtio: regiones autem idest legales ac propheticę scripture nondum albuerant his qui aduẽtus verbi nequaquam extiterunt capaces. Quod autem simul serens et metens gaudeat erit: cum priuatio meroris et angustie in futuro fiet seculo: dum etiam iesus trans-

figuraretur in gloria: simul cum messoribus petro iacobo τ ioanne moyses τ helyas sato/res pariter gaudent in videndo filij dei glo/riam. Attende tamen si hoc quod dico alias τ alias intelligi potest: propter aliam τ aliam vite conuersationem in qua homines iustifi/cati sunt vt liceat dicere alium quidem legis cultorem: aliuz vero euangelij: τ tamen exul tant simul dum idem finis ab vno deo per vnum christum in vno spiritusancto reponi tur. Ad labores autem prophetarum τ moy si aduenerunt apostoli instruente iesu: meten tes ac in horrea colligentes anime sue intelle ctum in scripturis illorum reconditum: τ sem per qui debite capiunt disciplinam priorum labores ad maiorem euidentiam trahunt: nõ tantum laborantes sunt hi qui semina con/diderunt.

¶ Ex ciuitate autem illa multi credi derũt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhi bentis: quia dixit mihi omnia quecun que feci. Cum venissent ergo ad illuz samaritani rogauerunt eum vt ibi ma neret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter ser monem eius. Et mulieri dicebant: q2 iam non propter tuam loquelaz credi mus. Ipsi enim audiuimus τ scimus: quia hic est vere saluator mundi.

ORIGE. Postq̃z dicta sunt discipulis que tractata sunt: resumit scriptura d' his qui venerant de ciuitate ad iesum: τ crediderant per testimonium mulieris. CHRY. Si/cut autem in messe cum facilitate fructus con gregantur: τ in momento vno area manipu lis repletur: ita τ nunc fit: vnde dicitur: Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritãorum propter verbum mulieris te/stimonium perhibentis quia dixit mihi om/nia quecunq̃z feci. Considerabant eniz q ne quaq̃z mulier gratanter eum admirata esset: qui eius delicta redargueratː nisi magnus q3 esset τ excellens qui predicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credẽtes τ nul lum signum videntes exierunt deprecantes christuz vt apud eos maneret: τ hoc est quod sequitur: Cum ergo venissent ad illuz sama ritani: rogauerunt euz vt ibi maneret. Iudei vero miracula videntes non detinuerunt eũ apud seipsos: sed omnia egerunt vt a regio/ne eorum eum abijcerent: nihil enim liuore τ inuidia deterius: nihil inani gloria diffici/lius: que infinita corrumpere consueuit bo/na. Et quidem samaritani volebant euz sem per secum detinere; ipse autem hoc non susti nuit: sed solum mansit ibi duobus diebus. τ post hec quod subditur: Et mansit ibi duos dies.

ORIGE. Non incongrue autem aliquis illud obijciet: quomodo rogatus sal/uator cum samaritanis manet: qui iussit ciui/tatem samaritanorum non ingredi? Palam enim quoniam τ discipuli eius cuz eo ingres si sunt. Ad quod dicendum q in viam genti um pergere est imbui gentili dogmate τ in il lo ambulare. Ciuitatem vero samaritanoruz intrare est acceptare falsam doctrinam recipi entium legales: prophetica: τ euangelicos: τ apostolicos sermones. Cum autem deserue rint propriam doctrinam τ venerint ad ie/sum licet cum eis manere.

CHRYSO. Et iudei quidem etiam signis visis incorre/cti manserunt. hi autem τ sine signis multaz circa eum fidem demonstrauerunt: soluz eni verba audierunt: vnde sequit: Et multo plu res crediderunt propter sermonez eius. Cu ius igitur gratia hec verba non dicunt euan/geliste: vt discas quoniam multa magnorũ transcurrerunt: a fine vero totuz ostenderũt: suasit enim toti ciuitati per ea que dicta sunt. Vbi autez auditores non persuadentur: tũc euãgeliste coguntur dicere ea que dicta sunt: ne quod est ex indeuotione auditorum: impu tet quis defectui predicantis: ipsi autem disci puli christi iam facti magistram repulerunt. vnde sequitur: Et mulieri dicebant: quia iaz non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus τ scimus quia hic est vere saluator mundi. Vide autem qualiter confe/stim intellexerunt q orbem terrarum libera/re venerat: τ q ad communem salutem veni ens non debebat in iudeis suam concludere prouidentiaz: sed vbiq̃z seminare sermonẽ. Dicentes etiam q est saluator mundi: osten derunt q mundus perditus erat: in magnis malis existens: τ quidem venerunt saluare prophete τ angeli: sed hic est vere saluator: q

salutem tribuit non solum temporaneam sed eternam. Vide etiam qualiter audientes mulierem dubitanter dicentem: Nunquid hic ē christus? non dixerunt hi: Quoniam nos suspicamur: sed quoniam scimus: ⁊ non simpliciter: sed quoniaꝫ hic est vere saluator mūdi: non quasi vnum ex multis christum confitentes: solum verba audierunt ⁊ hoc dixerunt quod dicere habebant si miracula multa ⁊ magna vidissent. ORIGE. Ceteruꝫ si meminimus predictorum: non difficile est conijcere quomodo cum repererint verbum syncerum alias disciplinas relinquunt quasi dogmatum ciuitatem: de qua egredientes saluti se credunt: ⁊ puto studiose protulisse ioannem: cum non dixit: Rogabant eum samaritani intrare tantum samariam vel īgredi ciuitatem: sed etiam ibi manere. Manet nāqꝫ iesus penes deprecantes: ⁊ presertim quotiens qui precantur exeunt ciuitatē ⁊ versus eum veniunt. AVGV. Manet apud eos biduo: hoc est dat illis duo precepta charitatis. ORIGE. Neqꝫ enī capaces erāt tertie diei eius: non enim erant auidi miraculosum quid cernere: quale qui fuerant ī chana galilee post triduum cum iesu conuiuantes. Initium autem credendi multis fuit mulieris verbū. non enī sic per seipsū verbū cōficitur illumināns capientem: velut cū alteri⁹ dicto sibi testimoniū perhibet. AVGV. Sic ergo christū cognouerūt. primo ꝑ famā. postea ꝑ presentiā: sicut agitur hodie cū eis qui foris sunt: ⁊ nondū sunt christiani: christus nunciatur per christianos amicos: tāqꝫ illa muliere hoc est ecclesia nunciante ad xpꝫ veniūt: credūt per istā feminā: ⁊ multo plures ⁊ firmius in eo credunt: quoniam vere se est saluator mundi. ORIGE. Impossibile est nāqꝫ eādem circa intellectuꝫ fieri passionem videnti: ⁊ ei qui per videnteꝫ instruitur: magisqꝫ est per spem ambulare qꝫ per fidem. vnde hi non solum testimonio hominis: sed ob ipsam quoqꝫ veritatē credunt.

¶ Sabbato: Joannis. viij. ca.



Esus autē perrexit ī mōteꝫ oliueti: ⁊ diluculo iterum venit in templum: ⁊ omnis popul⁹ venit ad eum: ⁊ sedēs docebat eos. Adducunt auteꝫ scribe ⁊ pharisei mulierem in adulterio deprehensaꝫ: ⁊ statuerunt eam in medio: ⁊ dixerunt ei: Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possēt accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cum autem perseuerarent interrogantes. erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illaꝫ lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem vnus post vnum exibant incipientes a senioribus: ⁊ remansit solus iesus: ⁊ mulier in medio stans. Erigens autē se iesus dixit ei: Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Que dixit: Nemo domine. Dixit ei iesus: Nec ego te condemnabo. Vade ⁊ iam amplius noli peccare.

ALCVI. Dñs maxime circa suā passionem hāc sibi effecerat cōsuetudinē: vt in die quidē ī tēplo quod erat hierosolymis verbū dei predicaret: signa ⁊ miracula ostēderet: sero reuertebatur in bethaniam: vbi apud sorores lazari hospitabatur: ⁊ mane iterum ad simile opus reuertebatur. Igitur sm̄ hūc morem cum in vltimo die scenophegie tota die in templo predicasset: vespere perrexit ī mōtē oliueti. ⁊ hoc est quod dicitur. Jesus autē perrexit in montem oliueti. AVGV. Vbi enim decebat docere christum nisi ī mōte oliueti? in monte vnguenti: in monte chrismatis. christi enim nomen a chrismate dictum est. Chrisma autem grece: latine vnctio nominatur. Ideo autem nos vnxit: quia luctatores contra diabolum fecit. ALCVI. Vnctio enim olei fessis ⁊ dolentibus membris solet afferre leuamen. Mons etiam oliuaruꝫ sublimitatem dominice pietatis designat: oleos grece: latine misericordia. Natura quoqꝫ olei mysterio aptissime congruit: sup

fertur enim omnibus liquoribus: ꝛ sicut ait
psalmista: Miserationes eius super omnia
opera eius. Sequitur: Et diluculo iterū ve/
nit in templum. vt scilicet misericordiam cuȝ
incipiente noui testamenti lumine: fidelibus
in tēplo vȝ suo pādēdāqȝ ꝓbēdāqȝ signaret.
Ad.n. diluculo redibat exortū noue gratie ꝯ
signat. BEDA. Significatur autē ꝙ post/
ꝗ̄ȝ per gratiam cepit inhabitare i templo suo
idest in ecclesia: ex omnibus gentibus credi
derunt in eum. vnde sequitur. Et omnis po
pulus veniebat ad eum ꝛ sedens docebat
eos. ALCVI. Sessio humilitatem in/
carnationis insinuat. Sedente ergo domi/
no ad eum venit populus: qꝛ postquā ꝑ su/
sceptam humanitatem visibilis apparuit: ce/
perunt eum multi audire ꝛ in eum credere:
quē ꝑ humanitatē sibi proximū meminerāt.
Mansuetis aūt ꝛ simplicibus sermonē dn̄i
admirantibus: scribe ꝛ pharisei interrogāt:
nō vt discant: sed vt veritati laqueos nectant
vn̄ seq̄r. Adduciūt aūt scribe ꝛ phari. mulie. i
adul. depre. ꝛ statu. eam in medio: ꝛ dixe. ei.
Magister hec muli. depre. est modo i adul/
terio. AVGV. Animaduerterāt eni euȝ
nimium esse mitē. De illo quippe fuerat an/
te predictum: Procede ꝛ regna: ꝑpter veri
tatē ꝛ mansuetudinem ꝛ iustitiam. Ergo at/
tulit veritatē vt doctor: mansuetudinem vt li
berator: iustitiam vt cognitor. Cū loquerer̄:
veritas agnoscebat̄. cū aduersus inimicos n̄
moueret̄ mansuetudo laudabat̄. In tertio ḡ
iustitia scilicet scandalum posuerunt. Dixe/
runt enim apud seipsos. Si eam dimitti cē/
suerit: iustitiā non tenebit. lex enim qđ iniu
stum erat iubere non poterat: ꝛ ideo legem i
ducunt dicentes: In lege autē moyses māda
uit nobis huiusmodi lapidare. vt autē man/
suetudinem non perdat in qua iam populis
amabilis factus est: eā dimitti debere dictu/
rus est. vnde eius sententiam requirūt dicen/
tes: Tu ergo quid dicis: Hinc nos inuenie
mus ad accusandū occasionem ꝛ reū faciem⁹
tāqȝ legis preuaricatorē: vnde euāgelista sub
dit: Hec autē dicebant tē. eum vt pos. accu.
eū. Sed dn̄s in respondēdo ꝛ iusticiā ser/
uaturus ē: ꝛ a mansuetudine nō recessurus.
Sequitur enim: Jesus aūt incli. se deorsum
digi. scribe. in terra. AVGV. de cō. euā.
Tāqȝ illos tales in terra scribendos signifi/
caret: non in celo vbi monuit discipulos vt
se scriptos esse gauderent: aut ꝙ se humiliā/
do quod capitis inclinatione monstrabat: si/
gna in terra faceret: aut ꝙ iam tempus esset:
vt in terra que fructū daret: non in lapide ste
rili: sicut antea lex eius conscriberetur. AL
CVI. Per terrā eni cor humanum osten
ditur quod bonaꝝ vel malaꝝ actionum solet
reddere fructus. per digitum autem qui arti
culorum compositione flexibilis est: sublimi
tas discretionis exprimitur: Nos ergo in/
struit: vt cum quelibet mala proximorū con/
spicimus nō statim ea temere damnem⁹: sed
prius ad cōsciētiā cordis humiliter reuersi:
digito discretionis ea sollicite disquiramus.
BEDA. Quātū etiā ad historiam ꝑtinet
per hoc ꝙ digito scripsit in terra. illum se fo
re monstrauit qui quōdam legē in lapide scri
psit. Sequitur. Cum autem perseuerarent i
terrogantes eum erexit se. AVGV. Nō
dixit: non lapidetur: ne contra legem dicere
videretur. Absit autem vt diceret lapidetur.
venit enim non ꝑdere quod inuenerat sed
querere quod ꝑierat. Quid ergo respondit.
Qui sine peccato est vestrum: primus in il/
lam lapidem mittat. Hec vox iustitie ē: pu/
niatur peccatrix sed non a peccatoribus: im/
pleatur lex: sed non a preuaricatoribus le/
gis. GREGO. viiij. mora. Qui eni pri
us semetipsum non iudicat: quid in alio rec/
tum iudicet ignorat: Et si nouit etiam per
auditum: recte tamen aliena merita iudicare
non valet cui conscientia innocentie ꝓprie nl̄
lam iudicij regulam prebet. AVGV. Cū
ergo eos telo iusticie percussisset: nec digna
tus est cadentes attendere: sed auertit ab eis
obtutum: vnde sequitur. Et iterum se incli/
nans scribe. i terra. ALCVI. Potest ēt
intelligi fecisse hoc dominus iuxta consuetu
dinem: vt quasi aliquid agens vltu intēdēs
in aliud: liberam eis exeundi facultatem da
ret. In hoc etiam figurate admonet: vt ꝛ pri
usqȝ peccantem fratrem corripiamus ꝛ post
adhibitam correctionem diligenter perpen/
damus: vtrū ipsis peccatis de quibus alium
castigamus aut i alijs: obnoxij sim⁹. AV/
GV. Sic igitur illi voce iusticie tanqȝ telo
percussi sese inspicientes ꝛ reos inuenientes:
vnus post vnum omnes recesserunt. ꝛ hoc
est quod subditur. Audientes autē hec: vn⁹

post alium exibant: incipientes a senioribus. GLO. Qui forte magis rei erant vel magis culpas suas cognoscebant. AVGV. Relicti sunt autem duo: miseria ⁊ misericordia: nam sequitur. Et remansit solus iesus ⁊ mulier in medio stans. Credo territa est illa mulier: ab illo se puniendam sperabat. in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iusticie leuans in illam oculos mansuetudinis interrogauit eam: vnde sequitur. Erigens autem se iesus dixit ei: Mulier vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? que dixit. Nemo domine. Audiuimus supra vocem iusticie: audiamus nunc mansuetudinis: nam sequitur Dixit ei iesus. Nec ego te condemno a quo te forte condemnari timuisti: quia in me peccatum non inuenisti. Quid est Domine? Faues ergo peccatis? non plane. Attende quod sequitur: Vade ⁊ amplius noli peccare. Ergo ⁊ dominus damnauit: sed peccatum: non hominem: nam si peccatorum auctor esset diceret: Vade ⁊ viue vt vis: de mea liberatione esto secura. Ego te quantumcumque peccaueris etiam a gehenna ⁊ inferni tortoribus liberabo: non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem: ⁊ timeant veritatem. Etenim dulcis ⁊ rectus dominus.

ℭ Dominica. iiij. Joannis. vi. ca.



Abijt iesus trans mare galilee: quod est tyberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem iesus: ⁊ ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum. Cum subleuasset ergo oculos iesus: ⁊ vidisset: quia multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisque modicum quid accipiat: Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater simonis petri: Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos ⁊ duos pisces: Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus: Facite homines discumbere: Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo iesus panes ⁊ cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter ex piscibus quantum volebant. Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis: Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo: ⁊ impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis que superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum dicebant: Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

CHRY. Sicut iacula cum in durum aliquid inciderint cum multo impetu iaciuntur: cum autem non habuerint aliquid obuians: dissoluitur cito immissio ⁊ quiescit: ita ⁊ si cum audacibus hominibus impetuose incesserimus seuiunt magis. Si autem cesserimus facile mollimus eorum insaniam. Propterea christus furorem ex premissis sermonibus natum secedendo mitigauit: in galileam vadens: non tamen ad eadem loca vnde in hierusalem ascenderat. non enim in chana galilee: sed vltra mare iuit. vnde ait: abijt iesus trans mare galilee quod est tyberiadis. AL. Hoc mare pro diuersitate locorum diuersis nominibus vocatur secundum quantum ad presentem locum mare galilee propter prouinciam: tyberiadis autem a

ciuitate dicit̃. Mare aũt dicit̃: non q2 sit ama
ra aqua: sed iuxta hebraicũ modũ oium ꝯgre
gatiões aquaꝝ maria vocant̃. Qđ mare dñs
ẽt frequenter transit vt populis ibi manẽtib⁹
ꝯbũ ꝑdicationis ipendat. THEO. Tran
sit. n. de loco ad locũ ꝓbando populi volũta/
tem: ⁊ auidiores hoies vniuscuiusqꝫ ciuita/
tis: ⁊ sollicitiores reddẽs. vnde sequitur: Et
seq. eum mul. ma. q2 vide. si. q̃ fa. sup his q
infirmabant̃. ALCVI. Scilicet ꝙ cecos
illuminabat: ⁊ alia huiusmodi. Et sciendũ ẽ
ꝙ quoscunqꝫ in corpore sanabat: eos pariter
reformabat in aia. CHRY. Tãta aũt do/
ctrina potiẽtes a signis magis mouebant̃: ꝙ
grossioris mẽtis erant. Signa. n. vt ait pau/
lus nõ sunt data fidelibus sꝫ infidelib⁹. Sa/
pientiores aũt erãt illi de qbus ĩ mattheo dr̃:
ꝙ stupebant in doctrina eius. Sꝫ quare non
dicit q̃ signa videbant eũ facientẽ. qm̃ hic euã
gelista maiorẽ partẽ libri in sermonibus dñi
ꝯsumere studuit. Sequit̃ Subijt ḡ ĩ montẽ
iesus ⁊ ibi sede. cũ disci. suis. In montẽ qdẽ
ascendit pp signũ qđ fieri debebat. Sꝫ ꝙ di/
scipulos secũ ascendere fecit: accusatio multi/
tudinis erat non sequentis eũ. Ascendit ẽt in
montẽ: erudiens nos a tumultibus ⁊ ab ea q̃
in mũdo ẽ turbatione qescere: aptũ. n. ad phi
losophiã solitudo ẽ. Sequit̃: Erat aũt, primũ
pa. di. fe. iu. Vide qualr̃ in anno integro ni
hil plus euãgelista nos docuit de signis chri
sti q̃ꝫ ꝙ paralyticũ sanauit ⁊ filiũ reguli. n̄. n.
studuit vniuersa annunciare sꝫ ex multis ma
gna ⁊ pauca. Qualr̃ igit̃ non ascendit ad diẽ
festum: paulatim enim soluebat legẽ occasio
nem capiens a iudaica nequitia. THEO.
Quia. n. iudei eũ ꝑsequebant̃: occasionem re
cessus accipiens legẽ exclusit: inuens obser/
uantibus ꝙ veritate adueniente: ois cessat fi
gura. ⁊ ꝙ legibus non subijcit̃: vt legalia fe/
sta ꝑficeret: ⁊ vide hoc qđ non erat festũ chri/
sti: sed iudeoꝝ. BEDA. Siquis aũt verba
euangelistarum diligenter ꝯsiderauerit faci/
le cognoscet: q2 vnius anni spacium fuit in/
ter decollationẽ ioannis ⁊ passionẽ dñi. Cũ
ẽn. mat heus dicat: q2 dñs audita nece ioan/
nis secessit in desertum locum: ⁊ ibi turbas
pauit: ⁊ ioannes dicit ꝙ proximũ erat pascha
iudeorũ qñ turbas pauit: aperte demonstrat̃
q2 iminente pascali festiuitate decolatus est io
annes. Euoluto aũt vnius ãni spacio passus
est christus in eadẽ festiuitate Sequit̃: Cum
subleuasset ergo oculos iesus ⁊ vidis. q2 mul
ti. mar. ve. ad eũ dixit: ad phi. vnde eme. pa.
vt man. hi. Dixit cum subleuasset oculos ie/
sus vt disceremus ꝙ oculos nõ erigebat huc
atqꝫ illuc sed pudice sedebat attentus cum di
scipulis suis. CHRY. Neqꝫ etiaꝫ simpli
citer sedebat cum discipulis suis: sed diligen
ter loquens aliquid eis ⁊ eos ad seipsum con
uertens. Deinde respiciens vidit turbam ad
se venientem. Cuius igit̃ gratia philippum
interrogat? sciebat. n. ꝙ discipuloꝝ ei⁹ ꝯgre/
gatio ampliori indigebat doctrina. Talis aũt
erat philippus qui postea dixit. Ostende no
bis patrem ⁊ sufficit nobis. propterea igitur
prius eum erudiebat. Nam si simpliciter fa/
ctum esset miraculuꝫ non tantum appareret:
nunc aũt prius cogit confiteri inopiam vt cer
tius discat miraculi magnitudinem. vnde se
quitur: Hoc aũt dice. te. eũ. Non qdẽ igno/
rans id qđ debebat ab ipso dici: sed humane
hoc dictũ est. Sicut enim ꝙ dr̃: Qui scrutat̃
corda hoium: non ostendit ignorantie scruta
tionẽ sꝫ certissime cognitõis: ita cũ hic dicat.
ꝙ tentauit eũ: nihil aliud dicit q̃ꝫ quoniã scie
bat certissime. Sed ⁊ aliud est dicere quoniaꝫ
probatiorem eum faciebat: per talem interro/
gationem inducens in certissimam signi co/
gnitionem propter hoc ⁊ euangelista ne infir
mitate locutionis minorationem aliquam su
spiceris subiungit: Ipse enim sciebat quid es
set facturus. ALCVI. Interrogat igitur
nõ vt ignorata discat: sed vt discipulo adhuc
rudi propriam tarditatem ostendat. quam ip
se in se perpendere non valebat. THEO.
Vel etiam vt alijs ipsum ostenderet: non tã
q̃ꝫ cor eius ignorans. AVGV. đ cõ. euã.
Sed si dominus ꝫm narrationem ioannis ꝓ
spectis turbis quesiuit a philippo tẽtans eũ.
vnde illis esce dari possent: põt mouere quo
modo sit verum quod alij narrauerunt pri⁹
dixisse domino discipulos: vt dimitteret tur/
bas. Quibus ille respondit ꝫm mattheum:
Non habent necesse ire: date eis vos mãdu
care. intelligit̃ igit̃ post hec verba dominum
inspexisse multitudinẽ ⁊ dixisse philippo: qđ
ioannes cõmemorat: alij aũt pretermiserunt.
CHRY. Vel aliter: Alia quidẽ sunt illa:
alia autem sunt hec non eisdem facta tempo/
ribus. THEO. Philippũ igit̃ dñs tẽtãs

vtrum fidem haberet inuenit cum adhuc hu
manis passionibus subiacentem : quod pa/
tet ex hoc quod sequitur: Respōdit ei philip
pus. Ducentorum denariorum panes non
sufficiunt eis: vt vnusquisq modicū quid ac
ci. ALCVI. In quo tarditatem suaz ostē
dit. nam si perfecte de creatore intelligeret: ď
eius potentie largitate non diffideret. AV/
GV. de con. euā. Qď aūt philippus hꝫ apď
ioannē respondet : hoc marcus a discipulis
responsum esse cōmemorat: volens intelligi
hoc ex ore ceterorum philippū respōdisse: q̄q̄
z pluralem numerum pro singulari vsitatis/
sime ponere potuerit. THEO. Sed z an
dreā dn̄s similē philippo inuenit: q̄uis altꝰ
de illo cōtēplantē. Sequit̄ eni. Dicit ei vnꝰ
ex discipulis eius Andreas fra. simo. petri
Est puer hic qui habet quinq panes hordea.
z duos pisces. CHRY. Estimo quidem
non sine causa id eum dicere: sed q2 audiue/
rat signum quod heliseus de panibus horde
aceis fecerat: pauit enim de. xx. panibꝰ cen/
tum homines. Ascendit igitur mente in ali/
quod excelsum: sed ad sūmū non potuit per/
uenire: quod patet per hoc quod subdit: Sꝫ
hec quid sunt inter tantos? Estimabat enim
q de paucioribus pauciora: z de pluribꝰ plu
ra facturus esset qui miracula faciebat: sꝫ hoc
nō erat verū. Similiter enim ei facile erat z
ď pluribus z de paucioribus pascere turbas
nō enī materia subiecta indigebat: sed ne vi
derent̄ creature aliene esse ab eius sapientia
ipsis creaturis vtitur ad materiam miraculo
rum. THEO. Confundātur manichei q
dicunt q panes z omnia huiusmodi creata
sunt a malo deo: q2 boni dei filius iesus xp̄s
panes multiplicauit. nam si creature male fu
issent: nequaquā bonus mala multiplicasset.
AVGV. de con. euan. Qď aūt andreas
apud ioannem de quinq panibus z duobꝰ
piscibus suggessit : hoc ceteri pluralem nu/
merum pro singulari ponentes ex discipulo
rum persona retulerunt. CHRY. Disca
mus autem hic qui voluptati attendimꝰ: que
comedebant mirabiles viri illi z magni: z q̄
titatem eorum que inferebant̄: z vilitatē men/
se eorum. Nondum autem apparentibꝰ pa/
nibus iussit eos discumbere: vt discas quoni
am nō entia vt entia ei subsistunt: sicut paulꝰ
ait: Qui vocat ea que non sunt: tāq̄ ea que
sunt: Sequitur enim. Dicit eis iesus : facitē
ho. discumbere. ALCVI. Ad litterā ho/
mines discumbere dicimus iacendo comede
re more antiquo. vnde sequitur. Erat autem
fenum multum in loco. THEO. i. herba
viridis. Erat enim pascha q in primo men
se vernis perficiebatur: Sequitur. Discu. er/
go viri nu: quasi quinq milia. Soli viri nu/
merantur ab euangelista: q2 legalem consue/
tudinem sequebatur: Etenim moyses a. xx.
annis z supra populum cōnumerauit nulla
mentione de mulieribus facta: innuens q oē
quod virile est z iuuenile dignum z honora
bile est apud deum. Sequitur Accepit ergo
iesus panem: z cum gratias egisset distri. di
scū. similiter ex piscibus quātum volebant.
CHRY. Sed quare paralyticum debens
sanare non orat: neq suscitans mortuos: ne
q mare quietans: hic aūt orat gratias agēs:
vt scilicet ostendat eos qui comestionem inci
piunt gratias agere oportere deo. Sed z ali
ter in minoribus maxime orat : vt discas q
non propter indigentiā orat. Si enim indi/
geret orare multomagis in maioribus hoc fe
cisset. Quia vero illa ex auctoritate facit : ma
nifestum ē q hic cōdescendēdo nobis orat.
z adhuc quoniā turba multa erat p̄sēs: opor
tebat eis suaderi q s̄m voluntatē dei adue/
nerat: z ideo cum occulte aliquod miraculuꝫ
faciebat: non orabat: sed coram multis ora/
bat, ne crederent q esset deo contrarius.
HYLA. iij. ď tri. Quinq igitur panes of
feruntur turbe z frāgūtur: subrepūt in fran/
gentiū manus quedā fragmētorū procreatio
nes. nō imminuitur vnde prefringitur: z ta/
men prefringentis manū fragmenta occu/
pant: nō sensus: nō visus profectum tā con
spicabilis operatōnis assequitur est quod nō
erat. videtur qď nō intelligitur: solū superest
vt deus omnia posse credatur. AVGV.
Unde enim multiplicat de paucis granis se
getes : inde i manibꝰ suis multiplicauit qn/
q panes: ptās. n. erat i manibꝰ xp̄i: pāes āt
illi quinq quasi semina erant: non quidē ter
re mandata: sed ab eo qui terrā fecit multi/
plicata. CHRY. Uide autem quanta est
serui z domini differentia. nam prophete q̄si
ex mensura habentes gratiam ita miracula
faciebant. christus autem absoluta virtute fa
ciens cum multa superabundātia omnia ope

rsbatur. Sequitur: Ut autem imple. sūt: di/
rit discipulis: Colli. que super. frag. ne pe/
reāt. Collegerunt ergo rc. Nō qdē hec ostē
tatio superflua fuit: sed ne phantasiā existia/
rēt qđ factū est. propter quod etiā ex subiecta
materia miraculū fecit. Sed quare nō turbis
dedit fragmenta portanda: sꝫ discipulis: quī
bos maxime erudire volebat: q orbis terrarum
debebant esse magistri. Ego aūt non solum
admiror multitudinem panum que facta ē:
sed ꝛ certitudinē superfluorum: qꝛ neqꝫ plꝰ ne/
qꝫ minus fecit superfluū esse: sed tantuꝫ quā
tū volebat scilicet. xij. cophinos sꝫm numerum.
xij. apostolorum. THEOPHI. Addisci/
mus autem ex miraculo perpetrato nō fieri
pusillanimes in coartatōnibus paupertatis.
BEDA. Turbe aūt cū vidissent signū qđ
fecit dn̄s mirabantur: qꝛ nōdū cū deū esse co
gnouerāt: ideoqꝫ euāgelista subdit: Illi ergo
hoīes. qꝛ carnales erāt ꝛ carnaliter ītellige/
bāt cū vidissent qđ fecerat signū dicebant: qꝛ
hic est vere propheta qui venturus ē ī mun/
dum. ALCVI. Nōdum pleni fide domi
nū vocāt pphetā: qui nēdū deū dicere noue/
rāt sed iā multū pfecerāt ex virtute miracul:
qui eū secernētes ab alijs: pphetā vocabāt:
sicut sciebant in populo illo prophetas ali/
quando miracula fecisse: nec fallūtur si dicūt
eum prophetam cum ipse dn̄s nouerit se p/
phetam dicens: Non capit prophetam peri/
re extra hierusalem. AVGV. Sic autem
propheta est christus ꝛ dominus prophetarum
sicut angelus ꝛ dn̄s angelorū. ex eo enim q
presens annunciauit angelus erat: ex eo qđ
futura predixit propheta erat. ex eo q verbū
caro factum est: ꝛ angelorum ꝛ prophetarum dn̄s
erat. nullus enim propheta sine verbo dei.
CHRY. Ex hoc aūt quod dicūt: Qui vē
turus est in mundū: manifestū ē q prophe/
tā quēdā principalē expectabant. Et iō quod
dicitur: Hic est vere propheta. in greco cum
adiectione articuli ponitur: ad ostendendum
scilicet eum esse discretuꝫ ab alijs prophetis.
AVGV. Considerandum autem q dici
tur: qꝛ deus nō ē talis substātia que oculis vi
deri possit: ꝛ miracula eius quibꝰ totū mun/
dum regit: vniuersāqꝫ creaturā administrat:
assiduitate viluerunt: seruauit sibi quedam q̄
faceret opportuno tempore: preter vsitatum
cursum originēqꝫ nature: non vt maiora sed
insolita videndo stuperent: quibus quotidia
na viluerunt. Maius enim miraculum est
gubernatio totius mundi q̄ꝫ saturatio qnqꝫ
milium hoīum de quinqꝫ panibus: ꝛ tamen
hoc nemo miratur. Illud mirātur homines:
non qꝛ maius: sed qꝛ rarum est. Nec tamen
sufficit hoc intueri in miraculis christi. qꝛ enī
dominus est in monte: verbum dei est in al/
to. proinde non quasi humiliter iacet: nec trā
seunter pretereunduꝫ est. ALCVI. My
stice enim nomine maris turbidum seculum
designatur. Mox autem vt christꝰ mare mor
talitatis nostre adijt nascendo: calcauit morē
do: transijt resurgendo: secute sunt eum cre
dendo ꝛ imitando turbe credentiū ex vtroqꝫ
populo collectorum. BEDA. Tunc aūt
dominus subijt in monteꝫ quando celū ascē
dit: quod designatur per montem. AL/
CVI. Qđ enim turbis inferioribus reli/
ctis ad altiora cum discipulis ascendit: osten
dit q simplicibus minora precepta sunt com
mittenda: perfectioribus altiora. q īminente
pascha illos reficit: significat: qꝛ quisqꝫ pane
diuini verbi ꝛ corpore ꝛ sanguine domini ꝺ
siderat refici: ꝺbet spirituale pascha facere. i.
de vitijs ad virtutes transire. Oculi vero
domini sunt dōa spiritualia: que cū dominꝰ
electis suis misericorditer concedit: tunc in
eos oculos suos dirigit idest respectum pie/
tatis impendit. AVGV. libro. lxxxiij. q.
Quinqꝫ autem panes hordeacei significant
veterem legem: siue qꝛ nondum spiritalibus
sed adhuc carnalibꝰ data est lex. i. qnqꝫ corpo
ris sensibus deditis. Nam ꝛ ipse turbe qn/
qꝫ milia hominum fuerunt: siue qꝛ p Moy/
sen lex ipsa data est. Moyses eni quinqꝫ li/
bros scripsit. Et q hordeacei erāt panes: be
ne significauit vel ipsam legem: que ita data
erat: vt in ea vitale anime alimentum corpo
ralibus sacramentis obtegeretur. Ordei enī
medulla tenacissima palea tegitur: Vel ipsuꝫ
populum nondum expoliatum carnali desi/
derio tanqꝫ palea cordi eius inherebat. BE/
DA. Ordeum etiam pabulum est iumen/
torum ꝛ cibus seruorum: ꝛ lex vetus data ē
seruis ꝛ iumētis idest carnalibꝰ. AVGV.
li. lxxxiij. questi. Duo autem pisces qui sa/
porem suauem pani dabant: duas illas per/
sonas videntur significare: quibus populꝰ
ille regebatur: regiam scilicet ꝛ sacerdotaleꝫ.

que tamen due persone dominum nostrum prefigurabant: ambas enim ille sustinuit. ALCVI. Vel duo pisces dicta vel scripta prophetarum ⁊ psalmistarum significat ⁊ cum quinarius ad quinqꝫ sensus corporis referatur: mille ad perfectõnez refertur. Qui vero quinqꝫ sensus corporis perfecte regere student: viri dicuntur a viribꝰ quos feminea mollities non corrũpit: sed sobrie ⁊ caste viuunt: ⁊ celestis sapientie dulcedie merentur recreari. AVGV. super Jo. Puer autem qui ista habebat forte populꝰ israel erat qui sensu puerili ea portabat: nec mãducabat. Illa enim que portabat causa onerabãt aperta pascebant. BEDA. Pulchre autez dicit: Hecquid sunt inter tantos? qꝛ lex vetus parum proficiebat: quousqꝫ eaz suis manibus suscepit idest opere impleuit. ⁊ eandem spiritualiter intelligenda esse docuit: qꝛ lex neminem ducebat ad perfectum. AVGV. super ioan. Frãgendo autem panes multiplicata sunt. Quinqꝫ enim libri moysi multos libros cum exponũtur tãqꝫ frãgendo. i. disserendo fecerunt. AVGV. lib. lxxxiij. q̃stu. Dñs ẽt tãqꝫ frãgẽdo ⁊ aperiẽdo qd durũ erat ⁊ clausũ i lege discipulos impleuit: cũ eis pꝰ resurrectionẽ apuit scripturas. AVGV. super Jo. Quia autem ignorãtia populi erat in lege: propterea tentatio domini ignorantiam discipuli demonstrabat. Super fenum autem discumbebant: qꝛ carnaliter sapiebãt. ⁊ i carnalibꝰ qescebãt: ois enĩ caro fenũ. Illi aũt de panibꝰ dñi iplent: g qd auribꝰ audiũt operibꝰ implent. AVGV. Que sunt autem fragmenta nisi que populus non poterat manducare? Quid ergo restat nisi vt secretiora intelligentie que non potest capere multitudo illis credantur qui idonei sunt: ⁊ alios docere valent: sicut erant apostoli. vnde ⁊. xij. cophini impleti sunt. ALCVI. Cophinis enim seruilia implentur officia: Cophini igitur sunt apostoli ⁊ eorum imitatores: qui licet in presenti sint despicabiles: spiritualium sacramentorum diuitijs sunt interius referti. Dicuntur aũt apostoli fuisse cophini: qꝛ p apostolos fides sancte trinitatis erat predicãda in quattuor ꝑtibus mundi. Quod autem nouos panes noluit facere: sꝫ allatos cumulauit: significat qꝛ veterem scripturã nõ reprobauit: sꝫ aperiendo patefecit.

Feria. ij. Joannis. ij. ca.


PRope erat pascha iudeorum ⁊ ascendit iesus hierosolymam.

ORIGE. Sed qd itẽdit ibi appositio iudeorũ? nõ. n. natõis alterꝰ pasce solẽnitas fuerat. Forsã ideo qꝛ q̊ddã ẽ pasca hũanũ: eorũ q ꝓcul a ꝓposito scripture celebrãt illd. quoddã vero diuinũ ⁊ verũ qd in spiritu ⁊ veritate perficitur: ad distinctionem ergo diuini dicitur iudeorũ. Sequitur. Et ascẽdit hierosolymã. ALCVI. Bis i euãgelijs legit iesũ ascẽdisse hierosolymã. semel i primo anno ꝑdicationis dũ adhuc ioãnes nõ erat missus i carcerẽ: de hoc ascẽsu nũc agit: ⁊ iterũ illo ãno q̃ erat passus: dedit aũt nobis exẽplũ dñs q̃ꝫ ta cura diuinis subdi debeamꝰ ĩperijs. Si enĩ ipse dei filꝰ decreta legis a se data iplebat: celebrãs solẽnitates cũ ceteris hoibꝰ quãto studio bonorũ operũ serui debẽt solẽnitates ⁊ ꝓuenire ⁊ celebrare. ORIGE. Mystice aũt cũ facta ẽ nuptiarũ ꝑparatio in chana galilee descendit vna cũ matre: fratribꝰ ⁊ discipulis in capharnaũ: que interpretatur ager cõsolatõis. Oportebat enĩ post vini alacritatẽ ad agrũ cõsolationis vna cũ mr̃e ⁊ discipulis ascẽdere saluatorẽ: cõsolaturũ i futuris fructibus: i agrorũ multitudine suscipientes disciplinã eius: ⁊ animã que illũ spũscõ cõcepit ⁊ iuuãdos ibi. Sũt enĩ qdã fructificãtes ad q̊s dñs ipse descẽdit vna cuz verbi ministris atqꝫ discipulis: adiuuãs huiusmõi presente mr̃e sua. Videtur aũt q capharnauz ducti sũt: nõ capere diuturnã apud se iesuz ꝑsẽtiã: qm̃ illumiatõem q̃ dꝫ pluribꝫ dogmatibꝰ ẽ: iferioris cõsolatõis agelꝰ nõ capit cum paucorũ capax existat. ALCV. Vel capharnaũ villa pulcherrima ẽ ⁊ significat mũdũ i quẽ verbũ pr̃is descẽdit. BEDA. Nõ mlt̃is aũt diebꝰ ibi mãsit: qꝛ puo i h mũdo tẽpore cũ hoibꝰ cõuersatꝰ ẽ. ORIGE. Est aũt hierosolyma ciuitas regis magni: velut ipse saluator ait: ad quã nullus eorũ qui manent in terris conscendit nec ingreditur. Sꝫ

quelibet anima que naturalem obtinet celsitu
dinem ⁊ acumen intelligibilium perspicuum
eius ciuitatis est incola: ad quam solus iesus
ascendisse dicitur. Videntur tamen post di/
scipuli fore presentes duz recolunt Zelus do
mus tue comedit me: sed quasi in quolibet di
scipulorum iesus ascendit.

¶ Et inuenit in templo vendentes
oues ⁊ boues ⁊ columbas ⁊ nummula
rios sedentes. Et cum fecisset quasi fla
gellum de funiculis: omnes eiecit de tē
plo: oues quoqꝫ ⁊ boues: ⁊ nummula
riorum effudit es: ⁊ mensas subuertit.
Et his qui columbas vendebāt dixit.
Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere do
mum patris mei domum negociatio
nis. Recordati sunt vero discipuli eiꝰ
quia scriptum est: zelus domus tue co
medit me.

BEDA. Dominus hierusalez adueniēs:
continuo tēplum oraturus adijt: nobis dans
exemplum vt quocunqꝫ properamus: domū
dei primo ingrediamur dominum deprecatu
ri. vnde dicitur. Et inuenit in templo vendē
tes oues ⁊ boues ⁊ columbas. AVGV.
Sacrificia enim illi populo pro eius carnali
tate talia data sunt: quibus teneret ne ad ido/
la deflueret: ⁊ immolabāt boues ⁊ oues ⁊ co
lumbas. BEDA. Sed quia de longinquo
properantes que iussa sunt immolari domi/
no: secum ferre non poterant: eorum precia
deferebant. vnde nacta occasione hec anima/
lia in templo scribe ⁊ pharisei vendi institue
runt vt venientes emerent ⁊ offerrent. Ea/
demqꝫ oblata ipsi alijs venderent ⁊ sic sua lu
cra accumularent. Vnde ⁊ nummularij ad
hoc sedebant ad mensam: vt inter emptores
venditoresqꝫ hostiarum prompta esset pecu/
nia: vnde subditur. Et nummularios seden
tes. Dominus autem nolens aliquid in do/
mo sua terrene esse negociationis: neqꝫ eius
que honesta putaretur: negociatores omnes
expulit foras. AVGV. Et qui flagellan/
dus erat ab eis: prior illos flagellauit: vnde
sequitur. Et cum fecisset quasi flagellum de
funiculis: omnes eiecit de tēplo. THEO/
PHI. Neqꝫ solum eos eiecit qui vendebāt
⁊ emebant: sed etiam res eorum: vnde subdi
tur. Oues quoqꝫ ⁊ boues ⁊ nummulariorūz
effudit es ⁊ mensas euertit. s. nummularias
que erāt quasi vasa denariorū. ORIGE.
Consideremus autez ne forte enorme videa
tur ꝙ dei filius captis funiculis parat sibi fla
gellum ad eijciendum de templo. Vnum ta
men refugium ad horum responsionem re/
linquitur diuina potestas iesu: vt cum vole/
bat posset iracundiam hostium suffocare: qꝫ/
uis essent innumeri: ⁊ sedare mentium turbi
nes Dominus enim dissipat cogitatōnes gē
tium. Presens autem historia in nullo mino
rem potestatem pretendit his que ab eo mira
culosius edita sunt. quinimmo constat hanc
maiorem demonstrare potentiam miraculo
quo aqua conuersa est in vinum: eo ꝙ illic in
animata subsistit materia: hic vero tot miliuz
hominum domantur ingenia. AVGV.
de consen. euan. Manifestum est autez non
semel: sed iterato hoc factum esse a domino.
Sed illud primum commemoratur hic a ioā
ne: illud vltimum a ceteris tribus. ORI/
GE. Et ioannes quidem hic dicit ꝙ expulit
vendentes de templo. Matheus autem ait.
Quē expulit vendentes ⁊ ementes. Multo
autem maior erat numerus ementium qꝫ vē
dentium: quorum expulsio transcendebat di
gnitatem eius qui reputabatur filius carpen
tarij: nisi ꝙ diuīa potestate sibi omnes subie
cit vt dictum est. BEDA. Commendatur
autez in hac lectione vtraqꝫ christi natura: hu
mana quidem in hoc ꝙ matrem comitem ha
buisse perhibetur. diuina vero in hoc ꝙ verꝰ
dei filius demonstratur. Sequitur enim. Et
his qui vendebant columbas dixit. Auferte
ista hinc: ⁊ nolite facere domū patris mei do
mum negociationis. CHRY. Ecce patrē
vocat: ⁊ non irascuntur: estimant enim sim/
pliciter eum dicere: sed quia postea apertius
loquebat̄ vt solam representaret paritatis in
telligentiā: propterea seuiebant. Et matheꝰ
quidem dicit ꝙ eijciens eos dicebat. Nolite
facere domum meam speluncam latronū. Il
lud enim fecit ad passionez veniens: ideo du
rioribus sermonibus vtebatur. Hoc autem
in principio signorū fecit: vnde non ita aspe/
ra sed remissa quodammodo increpatiōe vti
tur. AVGV. Ecce templum illud figura
adhuc erat ⁊ eiecit inde dominus omnes qui

ad nundinas venerant. ⁊ que ibi vendebãt: que opus habebant homines in sacrificio illius temporis. Quid si ibi ebriosos inueniret si negociationis non debet fieri domus dei: potationis fieri debet? CHRY. Sed cuius gratia tali vehementia christus vsus est: quia enim in sabbato curaturus erat ⁊ multa facturus que videbãtur ab eis esse legis trãsgressio: vt non videatur deo contrarius hoc cum periculo fecit dans intelligere ꝙ qui periculis se exponit pro bono ornatu domus: dominum domus non contemnit: ⁊ ideo vt ostenderet sui consonantiam ad deum: non dixit. Domum sanctam: sed domum patris mei. Et propter hoc etiam subditur: Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptuꝫ ẽ. zelus dom⁹ tue comedit me. BEDA. Discipuli enim videntes in eo hunc feruentissimum zelum: recordati sunt quia zelo domus patris saluator eiecit impios de templo. ALCVI. Zelus cum in bono accipitur: est quidam feruor animi quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. AVGV. Comedit ergo zelo dom⁹ dei: qui omnia que videt ibi peruersa cupit emendare: ⁊ si emendare non potest: tolerat ⁊ gemit: si ergo in domo tua ne quid peruersum fiat satagis: in domo dei vbi salus proposita est: debes pati quantum in te est si quid peruersi videris? Amicus est: admoneatur leniter: vxor est: seuerissime frenetur: ancilla est: etiam verberibus compescatur: fac quicquid potes pro persona quã portas. ALCVI. Mystice autem quotidie deus spiritaliter suam ecclesiam intrat ⁊ qualiter ibi vnusquisqꝫ conuersetur attendit. Caueamus ergo ne in ecclesia dei fabulis vel risibus vel odijs vel cupiditatibus vacemus: ne improuisus veniens nos flagellet ⁊ de ecclesia sua eijciat.

ORIGE. Possibile est enim hierosolymitanum quoqꝫ delicto subiacere ⁊ capacissimos deuiare: qui nisi post delictum citissime conuertantur capacitatem amittunt: inuenit igitur in templo idest in sacris vel in enunciatione ecclesiastici sermonis quosdã qui patris domuꝫ negociationis constituebant: qui scilicet venales exponunt boues quos oportet obseruare ad aratruꝫ: ne retrocedentes nõ disponantur ad regnum dei. Qui etiam preferunt mammonam iniquitatis ouibus: ex quibus habent ornatus materiam: qui etiã solertiam columbarum priuata qualibet amaritudine vilipendunt. Cum ergo hos inuenit saluator in domo sacrata: facto de funiculis flagello fugat illos: vna cum venalibus ouibus ⁊ bobus suis. Expargit eris pẽdera velut indigna in domo dei retineri: subuertitqꝫ constitutas tabulas in animabus auarorum ⁊ mandat ne vlterius in domo dei columbe vendantur: Arbitror autem ⁊ exemplum ipsum statuisse per predicta secretius. vt intelligamus per hoc si quid agi debet erga sacram illam oblationem a sacerdotibus non debere ritu sensibilium oblationum agi: nec legem obseruari debere vt carnales iudei volebãt: nam iesu propellente boues ⁊ oues: iubente auferri columbas: que plurimum offerebantur iuxta consuetudinem iudeorum: ⁊ subuertente mensas materialium nummorum non expresse: sed figuraliter continentiuꝫ diuinas impressiones: ea scilicet que ſm legis scripturam videbantur honesta: ⁊ vtente eo in plebeꝫ flagellis: dissoluenda ⁊ dispergenda hec erant: translato regno ad eos qui ex gẽtibus crediderunt. AVGV. Vel vendentes in ecclesia sunt qui que sua sunt querunt: non que iesu christi. Venale habent totum: quia volunt redimi. Symon ideo volebat emere spiritum sanctum quia vendere volebat: erat enim de illis qui columbas vendunt: etenim in columba apparuit spũssanctus: colũba aũt non est venalis: gratis datur: quia gratia vocatur. BEDA. Vendunt igitur columbas qui acceptam spiritussancti gratiam non gratis vt preceptum est: sed ad premium dant. Qui manuum impositionem qua spiritussanctus accipitur: etsi non in questum pecunie: ad vulgi tamen fauorem tribuunt qui sacros ordines non ad vite meritum sed ad gratiam largiuntur. AVGV. Boues autem intelligũtur apostoli ⁊ prophete: qui nobis scripturas sacras dispensauerunt. Qui ergo ipsis scripturis fallunt populos a quibus querunt honores: vendunt boues: vendunt ⁊ oues idest ipsas plebes: ⁊ cui vendunt nisi diabolo? Quicquid enim de vnica ecclesia pcipitur: quis tollit nisi leo rugiẽs. BEDA. Vel oues sunt opera mundicie ⁊ pietatis. Vendunt ergo oues qui humane gratia laudis opera pietatis exercent. Nummos mu/

tuo dat in templo: qui aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt domum etiam domini faciunt domum negociationis: non soluz hi qui propter sacros ordines precium pecunie vel laudis vel honores querunt: verumetiaz hi qui gradum vel gratiam spiritualem quaz in ecclesia domino largiente perceperunt: nō simplici intentione: sed cura humane retributionis exercent. AVGV. Signum autez quoddaz nobis ostendit dominus q̄ fecit flagellum de resticulis: ⁊ inde negociationem ī tēplo facientes flagellauit. Etenim vnusq̄sq3 in peccatis suis restem sibi texit: dum peccata addit peccatis. Quando ergo aliquid patiuntur homines ꝓpter iniquitates suas agnoscant: quia dominus facit flagellum de resticulis: ⁊ adhuc admonet eos vt mutent se: nā si se non mutauerint: audient in fine. Ligate illi manus ⁊ pedes. BEDA. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo: q̄ de parte sortis sanctorum eijciuntur: qui īter sanctos positi vel ficte vel aperte faciunt opere mala. Oues quoq3 ⁊ boues eiecit quia talium vitam pariter ⁊ doctrinam ostendit esse reprobam. Nummulariorum quoq3 effudit es ⁊ mensas subuertit: quia damnatis ī fine reprobis etiam ipsarum quas dilexerunt rerum tollet figuram: venditionem columbarū de templo auferri precepit: quia gratia spiritus que gratis accipit̄: gratis dari debet. ORIGE. Potest etiam per templuz intelligi anima studiosi: propter inhabitans verbuz dei: in qua ante doctrinam iesu consisterant terrestres ⁊ bestiales motus. Signum autem terrestrium motuum bos est: quoniam est agricultor. Insensatorum autem motuum ouis: quod ē pluribus animalibus irrationalibus. Leuium vero atq3 inconstantium mentium signum est columba. Eorum vero que bona videntur signa sunt era que christus verbo doctrine expellit vt non vltra domus patris eius sit forum.

¶ Responderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit iesus ⁊ dixit eis: Soluite templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est templum hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autez dicebat de templo corporis sui. Cum autem resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat de corpore suo: ⁊ crediderūt scripture ⁊ sermoni quem dixit iesus.

THEOPHI. Quia iudei videbant iesum talia facere cum potestate multa ⁊ dicentem. Nolite facere domuz patris mei domū negociationis: signum ab eo petunt: vnde dicitur. Responderunt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Quod signuz ostendis nobis: quia hec facis? CHRY. Sed nunquid signa opus erant: vt ea que male fiebant cessare faceret? Nonne zelum talem accipere pro domo dei maximum signum virtutis erat? Non autem illius prophetie meminerant: sed signuz petebant: simul quidem de suo turpi lucro īpedito dolentes: simul autem ⁊ per hoc prohibere eum volentes. opinantur enim eum aut prouocare ad miracula: aut cessare ab his que fiebant: propterea non dat eis signum: sicut ⁊ post petentibus signū respondit dicēs. Generatio mala ⁊ adultera signum querit ⁊ signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. Sed tunc quidem manifestius nūc autem obscurius respondet idem. Non autem vtiq3 qui non petentes ꝓoccupat ⁊ signa dat: hic petentes auertisset nisi mentem eorum cognouisset dolosam. Sequitur enim: Et dixit eis: Soluite templuz hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud. BEDA. Quia enim signuz querebant a domino quare solita commertia proijcere debuerit ex templo. Respōdit. Quia ipsum templum significabat tēpluz corporis sui: in quo nulla prorsus esset alicuius macula peccati. q. d. Sicut inanimatum templum a vestris commertijs sceleribusq3 mea expio potestate: ita ⁊ hoc corporis mei tēpluz cuius istud gestat figuram: vestris manibus dissolutū: tertia die resuscitabo. THEOPHI. Nequaq̄3 tñ illos ad homicidiū prouocat dicens soluite: sed hoc eis affectantibus: non sibi esse absconditū demonstrat. Audiant autē arriani quō dn̄s mortis destructor dixit: Excitabo virtute videlicet propria. AVGV. Resuscitauit eū q̄dē ⁊ pater cui dicit in psal/

mis: Excita me & reddam illis: Sed quid fecit pater sine verbo: quomodo ergo eum pater resuscitat: sic & filius resuscitauit. quia filius dixit: Ego & pr̄ vnū sumus. CHRY. Propter quid autem signum resurrectionis dat eis: quī. s. h̄ maxime erat q̄ ostendebat eū non esse hominem purū: posse aduersus mortem statuere triumphum & tyrannidem eius longam velociter dissoluere. ORIGE. Vtrūq̧ autem. s. & corpus iesu & templū exēplar mihi fore videtur ecclesie: eo q̄ ex viuis lapidibus construitur in domum spiritualez in sacerdotium sanctum: & ꝑpter illud: Vos estis corpus christi & membra de membro. Quamuis autem dissolui lapidum videatur structura: ac dissipari oīa ossa christi aduersitatibus tribulationum instaurabitur tamē ac resuscitabitur die tertia: que ī nouo celo & noua terra presens erit. Sicut enim illud christi corpus sensibile crucifixum est ac sepultuz & postea resurrexit sic & totale sanctorum christi corpus concrucifixū est christo. Quilibet enim eorū in nullo alio gloriatur nisi in cruce christi: per quam ipse crucifixus est mundo: sed & consepultus est christo & resurrexit cuz eo: q2 in quadam nouitate vite ambulat. sed ƀm beatam resurrectionem nonduz surrexit: vnde non scriptum est. Tertia die restaurabo illud: sed in tribus diebus: perficitur enim eiꝰ erectio in omnibꝰ tribus diebus. THEOPHI. Iudei enim de inanimato templo putantes eum hoc dicere deridebant eum: vnde sequitur. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc & tu in tribꝰ diebꝰ excitabis illud? ALCVI. Et notandum q̄ non de prima edificatione: que a salomone septem annis perfecta est: s3 de reedificatione que facta est sub zorobabel ꝑ quadraginta & sex annos impedientibus inimicis respondebant. ORIGE. Vel dicit aliquis: quadraginta & sex annorum exurgere compositum. ex quo dauid allocutus ē nathan prophetam consulens de constructione templi: ex tunc satagens ad congregandā materiam templi: Animaduerte vero si possibile est quadragenariū numerū statui erga tēplū ꝑꝑ quattuor elemēta mūdi: ac senariū ꝑꝑ hoc q̄ homo sexto die creatus ē. AVGV. iiij. de tri. Vel hic numerꝰ ꝑfectioni dn̄ici corporis apte ꝯgruit: q̄dragesies enī sexies seni: fiunt ducēta sexaginta sex: q numerꝰ dierū cōplet nouē mēses & sex dies. Ipse aūt ꝑfectio corporis dn̄i tot diebꝰ ad partū ꝑducta cōperit sicut a maioribꝰ traditū suscipiēs ecc̄lie custodit auctoritas. Octauo enī kalēdas aplis ꝯceptꝰ credit: quo & passus. Natꝰ aūt tradit octauo kalendas ianuarij. Ab illo ergo die vsq̧ ad istum computati ducēti sexagintasex reperiuntur dies: qui senarium numerū quadragesies sexies habent. AVGV. octuagintatriū questionū. Dicit ēt ꝯceptio humana sic procedere & ꝑfici primis sex diebꝰ quasi lactis habeat similitudinez: sequentibus nouem diebus ꝯuertatur in sanguinem: deinde duodecim diebus solidet: reliqs decez & octo diebus formetur vsq̧ ad ꝑfecta lineamenta omnium membrorū: & in reliquo tp̄e vsq̧ ad tp̄s partus magnitudine auget. Sex autez & nouem & duodecim & xviij. in vnuz coacti fiunt. xlv. addito ergo vno fiunt quadraginta sex: qui si fuerint multiplicati per ipsum senarium numerū: q huius ordinationis caput tenet: fiunt ducenti & septuagintasex. i. nouem menses & sex dies. Non ergo absurde q̄dragintasex annis dicitur fabricatū esse templuz qđ corpus eius significabat: vt quot anni fuerint in fabricatione templi: tot dies fuerunt ī corporis dominici perfectione. AVGV. super Ioan. Vel aliter: q2 dominꝰ noster de adam corpus accepit non de adam peccatum traxit: templum corporeum inde sumpsit: nō iniquitatem que de templo pellēda est. Si autem facias quattuor nomina greca. Anatole qđ est oriens. Disis qđ est occidēs: Arctos qđ est septētrio. Mesembria: quod est meridies: capita verborum adam habent. A quattuor enim ventis dominus collecturum se dicit electos suos cum venerit ad iudiciū. Habent autem littere nominis adaz numerū ƀm grecos: & ibi inueni quadragintasex ānis edificatum templum. Habet enim adam alpha quod est vnum: & delta quod quattuor & alpha quod est vnum & .m. quod est quadraginta: & sic habes quadragintasex. Sed iudei q2 caro erant: carnalia sapiebant: ille spiritualiter loquebatur: & de quo templo diceret per euangelistam nobis aperuit. Sequitur eniz. Ille autem dicebat de templo corporis sui. THEOPHI. Ex hoc autem apollinarius ꝯtradictionem sumit: volens ostendere

ꝙ caro christi esset inanimata eo ꝙ templum fit inanimatum. ergo carnē christi ⁊ lapidē ⁊ lignū facies: q᷑ ex his tēplū ꝯsistit. Si aūt quod dr̄. Anīa mea turbata ē: ⁊ ptātem hēo ponēdi aīam meā: nequaq̄ꝫ dici dixeris: vbi pones illud. In man⁹ tuas dn̄e comēdo spi rītū meū? nō enī hoc de aīa irrationali itelli/ gere poteris. Neqꝫ qđ dr̄. Nō derelinquens aīam meā i iferno. ORIGE. Jđ aūt cor p⁹ dn̄i tēplū itelligit: q᷑ sicut tēplū gloriā dei cōtinebat habitantē in ipso: sic corp⁹ christi representās ecclesiā: vnigenitū cōtinet: q est imago dei ⁊ gloria. CHRY. Duo autem erāt que obstabant discipulis ne interim in/ telligerent: vnum ipsa resurrectio: alterū ve ro qđ maius erat. s. ꝙ de⁹ erat q i illo corpo/ re hitabat: qđ dn̄s occulte ostēderat dicens: Soluite tēplum hoc ⁊c. Et ideo subditur. Cum er. sur. a mor. re. sunt dis. eius quia hoc dicebat de cor. suo: ⁊ cre. scri. ⁊ ser. queꝫ dixit Jesus. ALCVI. Añ resurrectioneꝫ enī nō intelligebāt scripturas: q᷑ nōdū acce/ perāt spiritūsanctū. Sed in die resurrectio/ nis apparens dn̄s apparuit discipulis sen/ sum: vt intelligerent que de ipso scripta erāt ī lege ⁊ prophetis: ⁊ tūc crediderūt scripture ꝓphetarū: q predixerūt christum tertia die re surrecturū: ⁊ sermōi quē dixit Jesus. Solui te tēplū hoc. ORIGE. Secūdū anago/ gē vero cōplemētū fidei attigem⁹ in magna corporū resurrectōe tot⁹ corporis Jesu. i. ec clesie ei⁹ cū fides q̄ ē ex specie multū differat ab ea que est per speculū in enigmate.

Cum autem esset hierosolymis i pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa que fa/ ciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis: eo ꝙ ipse nosset om/ nes: ⁊ quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse .n. sciebat quid esset in homine. BEDA. Superius euāgelista narrauit qđ dominus hierusaleꝫ adueniēs gesserit: nūc vero eodē hierosolymis cōmorante quid ab alijs erga eum actum fuerit refert. vnde di citur. Cū autem es. hie. i pas. in die fe. mul. cre. i no. ei⁹ vi. sig. que fa. ORIGE. Re spiciēdū āt quō ex signis ei⁹ pleriqꝫ vidētes credebāt i eū. Nō enī dicit ꝓdigia fecisse hie r̄lis: nisi forte cum facta sint in scripturis n̄ habentur. Animaduerte vero si possibile est in miraculis deputari ꝙ fecerit flagellū ex funi culis ⁊ eiectos ex tēplo ꝓpulerit. CHRY. Prudentiores aūt fuerāt discipuli q ad chri stum accesserant nō ꝓpter signa sed propter doctrinā: nā grossiores quidem ꝑ signa tra/ hūtur: rōnabiliores vero ꝑ ꝓphias seu doc/ trinā. vnde subditur: Ipse aūt Jesus nō cre debat semetipsum eis. AVGV. Quid si bi vult hoc? Illi credebant i noie eius: ⁊ ipse iesus non credebat semetipsum eis? An for te non credebant ei ⁊ fingebāt se credidisse? Sed non diceret euangelista: Multi credi/ derunt in nomine eius. Magna ergo res ⁊ mira: Credunt homines in christū: ⁊ christ⁹ nō se credit hominibus: presertim q᷑ fili⁹ dei est: ⁊ vtiqꝫ volens passus est: ⁊ si nollet nun quā pateret: sed tales sunt oēs cathecumini. Si dixerimus cathecumino: credis christo? respōdet: credo ⁊ signat se. Si interrogem⁹ eum: Manducas carnē filij hominis? nescit quid dicimus: quia iesus non se credidit ei. ORIGE. Vel dicendū ꝙ iesus nō se cre didit credētib⁹ i nomie ei⁹: ⁊ nō i illum. In illum enim credunt qui angustam viā vadūt ducentem ad vitā. qui aūt credunt signis: nō in eū sed in nomine ei⁹ credūt. CHRY. Vel hoc dicit q᷑ nō cōfidebat in eis vt in di scipulis perfectis. neqꝫ cōmittebat eis omnia dogmata vt iam firmiter: fidelibus fratrib⁹. Nō enī intendebat exterioribus verbis: ad mētē eoꝝ intrās ⁊ tēpus opportunū manife ste sciens. vnde sequit: Eo ꝙ ipse nosset om nes: ⁊ q᷑ opus nō erat vt quis testimonium perhiberet de hoie: ipse enī sciebat quid esset in hoie. Scire enī ea que sunt in corde homi nū est dei: qui solus corda plasmauit. non in digebat ergo testibus vt propriorum plasma tum mentē addiscat. AVGV. Plus etiā nouerat artifex quid esset in opere suo q̄ꝫ ip/ sum opus quid esset in semetipso. Nā ⁊ pe trus nouerat quid in ipso esset quādo dixit: Tecū ero vsqꝫ ad mortē. ꝫ dn̄s nouerat qđ esset in hoie dicēs: priusq̄ꝫ gallus cantet ter me negabis. BEDA. Quapropter mone mur vt nūq̄ꝫ de cōsciā nr̄a securi sim⁹: ꝫ sp̄ sollíciti formidem⁹: q᷑ quod nos latet eterni arbitriū latere non valet.

¶ Feria.iij. Joannis.vij.cap.

IAm autem die festo mediante ascendit iesus in templum ꝛ docebat. Et mirabantur iudei dicentes Quomodo hic litteras scit cum non didicerit? Respondit eis iesus ꝛ dixit: Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Siquis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina vtrū ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit eum: hic verax est. ꝛ iniusticia in illo non est.

que morte futura est in octaua etate: non tolle
tur morte: s indissolubilis permanebit. BE
DA. Defunctus autem qui extra portaz ci
uitatis multis est intuentibus elatus signifi/
cat hominem letali funere criminum sopora/
tum ꝛ anime mortem non cordis adhuc cubi
li tegentem: sed ad multorum noticiā per lo/
cutionis operisue indiciuz: quasi per ciuitatis
hostia propalantez. Portā enim ciuitatis pu
to aliquem de sensibus esse corporalibus: qui
bene filius vnicus matris sue fuisse ꝓhibetᷣ:
qꝛ vna est ex multis personis collecta mater
ecclesia: viduam autem esse ecclesiam: omnis
anima que se domini morte redemptā memi
nit agnoscit. AMBRO. Hanc enim vi
duā populoꝝ turba circūseptam plus video
esse q̃ feminā que resurrectionem vnici ado
lescentis filij a pompa funeris reuocat ad vi
tam suarum contemplatione lachrymaꝝ: que
flere prohibentr cum cui resurrectio debeba
tur. BEDA. Vel nouati dogma confundi
tur: qui dum penitentium mundationez eua
cuare conatur: matrem ecclesiam de natorum
suorum spiritali extinctione plorantez spe vi
te reddende negat consolari debere. AM/
BRO. Hic autem mortuus in loculo ma
terialibus quattuor ad sepulchrum ferebatur
elementis: sed spem resurgendi habebat: qꝛ
ferebatur in ligno: quod ꝛ si nobis ante non
proderat: tamen postea q̃ christus id tetigit:
proficere cepit ad vitam: vt esset indicio salu/
tem populo per crucis patibulum refunden
dam. In secreto enim iacemus exanimes: cū
vel ignis in modice cupiditatis exestuat: vel
frigidus humor exundat: ꝛ pigra quadaz cor
poris habitudine vig. ꝛ hebetatur animorū.
BEDA. Vel loculus in quo mortuus ef/
fertur male secura desperati corporis consci/
entia est. qui vero sepeliendum portant: vel i
munda desideria vel blandimenta sunt socio
rum: qui domino loculum tangente steterūt:
quia superni formidine iudicij tacta conscien
tia: carnales sepe voluptates ꝛ iniuste laudā
tes cohercens ad se reuertitur: vocantiq̃ ad
vitam respōdet saluatori. AMBRO. Si
ergo graue peccatum est: qđ penitentie tue la
chrymis ipse lauare non possis: fleat. pro te
mater ecclesia: assistat ꝛ turba iam resurgens
a funere: ꝛ incipies alia vita loqui timebunt
omnes. vnius enim exemplo omnes corri/
guntur. Laudabunt etiā deū qui tanta nobis
remedia vitande mortis indulsit. BEDA.

Visitavit autem deus plebem suam non solum semel verbum suum incorporando: sed semper in corda mittēdo. THEOPHI. Viduam etiam potes intelligere animam virum amittentem. i. divinum sermonem. filius enim est intellectus qui extra civitatem effertur viventium. Loculus eius est corpus eius: quod quidam dixerunt esse per sepulchrum: Tangens autem eum dominus elevat ipsum iuvenescere faciens eū qui surgēs a peccato incipit loqui ꝛ alios edocere. Non enim prius ei crederetur.

¶ Feria. vi. Joannis. xi. cap.

Erat quidaʒ languens lazarus a bethania: de castello marie ꝛ marthe sororū eius. Maria auteʒ erat que vnxit dominum vnguento ꝛ extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce quem amas infirmatur. Audiens autem iesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad morteʒ: sed pro gloria dei vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham ꝛ sororem eius mariam ꝛ lazarum.

BEDA. Dixerat euangelista dominū trās iordanem abiisse: tuncqʒ lazarum contigit infirmari. vnde dicitur: Erat quidam lan. la. a be. Hinc est ꝙ in quibusdam exemplaribus copulatiua coniunctio: Et posita inuenitur: vt sequentia verba superioribus connexa videantur. Interpretatur autem lazarus adiutus. Inter omnes enim mortuos quos dominus suscitauit: hic magis ab eo adiuuatur: quē non solum mortuum sed quatriduanum suscitauit. AVGV. Inter omnia enim miracula que fecit dominus lazari resurrectio precipue predicatur. Sed si attendamus quis fecerit: delectari debemus potius: qʒ mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominē. plus enim est hominem creare qʒ resuscitare. Infirmabatur autem in bethania lazarus. vnde dicitur: A bethania de castello marie ꝛ marthe sororum eius. Quod castellum erat proximum hierosolymis. ALCVI. Et quia plures femine huius nominis erant: ne erraremus in nomine: ostendit ex notissima actione. nam sequitur: Maria autem erat que vnxit dominum vnguento: ꝛ extersit pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infirmabatur. CHRY. Igitur primum quideʒ illud necessarium discere: quoniam hec non fuit illa meretrix que in luca legitur. Hec eniʒ honesta fuit ꝛ studiosa circa christi susceptionē. AVGV. de con. euan. Vel aliter. Hoc dicens ioannes attestatur luce: qui hoc in domo pharisei cuiusdam simonis factū esse narrauit. iam itaqʒ hoc maria fecerat. Quod autem in bethania rursus fecit. aliud est: quod ad luce narrationem non pertinet: sed pariter narratur a tribus. AVGV. de ver. do. Inuaserat igitur lazarum pernicies inimica languoris miserandi hominis. corpus quotidie edax febris incendium consumebat. Aderāt autem due sorores languenti: ꝛ casum dolentes: iuuenis egrotātis lectulo iugiter inherebant. vnde de eis mox subditur: Miserunt ergo soro. eius ad eum dicentes: Domine ecce queʒ amas infirmatur. AVGV. super ioannem: Non dixerunt veni ꝛ sana. nō ausi sunt dicere: Ibi iube ꝛ hic fiet: sed tantummodo: Ecce quem amas infirmatur. q. d. sufficit vt noueris: non enim amas: ꝛ deseris. CHRY. Per h. n. ad miserenduʒ voluīt attrahere christum. adhuc enim ei quasi homini intendebant. Ideo autem non iuerunt ad christum sicut centurio ꝛ regulus. sed mittūt: quia vehementer confidebant de christo: propter multam familiaritatem: quam habebant ad euʒ: ꝛ quia luctu detinebātur. THEO. Et quia mulieres erant quas non decet de facili domum exire. Multam autem deuotionem ꝛ fidei magnitudinem exprimunt dicentes: Ecce quem amas infirmatur. tantaʒ enī potentiam in domino esse credebant: ꝙ miraʒ videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare. Sequitur: Audiens autem iesus dixit eis: Infirmitas hec nō

est ad mortē. quia ipsa mors non erat ad mortem: sed potius ad miraculum: quo facto crederent homines in christum & vitarent verā mortem. vnde sequitur: Sed pro gloria dei. Ubi ex obliquo dominus deuz se dixit contra hereticos qui dicunt: q filius dei non sit deus. pro gloria ergo cuius dei audi quod sequitur: Ut glorificetur filius dei per eam. s. infirmitatem. CHRY. Hoc autez vt: nō est causale: sed euentus. Nam euenit quidez aliunde infirmitas: vsus est autem ea in gloriam dei. Sequitur: Diligebat autem iesus martham & sororē eius mariā & lazarum. AVGV. Ille languens: ille tristes: omnes dilecti. Habebant ergo spē: quoniam diligebantur ab eo qui est dolentiuz consolator: languēntiumqz sanator. CHRY. Per hoc etiam erudit nos euāgelista non tristari siqua infirmitas facta fuerit circa bonos viros & dei amicos.

¶ Ut ergo audiuit quia infirmabatur tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi: nunc querebant te iudei lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit iesus: Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt: Si autem ambulauerit in nocte: offendit: q lux non est in eo.

ALCVI. Dominus nunciata infirmitate lazari quousqz quatriduum compleretur: sanare distulit vt mirabilius suscitaret. vnde dicitur: Ut autem audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. CHRYSO. Ut scilicet expiraret & sepeliretur & dicant: Quoniam fetet vt nullus posset dicere quoniam nonduz defunctū euz suscitauit. sed stupor fuit & nō mors. Sequitur: Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. AVGVSTI. Ubi pene fuerat lapidatus: quia propterea inde discessisse videbatur ne lapidaretur. Discessit enim vt homo. Sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem: ostendit potestatem. CHRYSO. Nusquam autem alibi dominus predixit discipulis quo iturus esset: sed hic predixit: quia formidabant vehementer: vt non repente eos conturbet. Nam sequitur: Dicunt ei discipuli: Rabbi: nunc querebant te iudei lapidare: & tu iteruz vadis illuc? formidabant enim & pro eo & pro seipsis. nondum enim erant in fide firmati. AVGVSTI. Cum autem vellent dare consilium homines deo: discipuli magistro: corripuit eos. vnde sequitur: Respondit iesus: Nonne duodecim hore sunt diei? Ut enim diem sese ostenderet duodecim discipulos elegit. In hoc autem verbo non ipsuz iudam: sed successorem eius preuidebat. Juda enim cadente successit mathias: & duodenarius numerus mansit. Hore ergo illustrentur a die & per horarum predicationem credat mundus in diem. Me ergo sequimini: si non vultis offendere. vnde subdit: Siqs ambulauerit in die. non offendit: quia lucem huius mundi videt. Siquis autem ambulauerit in nocte offendit quia lux non est in eo. CHRYSO. q. d. qui sibi nihil conscius est nequicie: nihil patietur versutie. Qui vero mala agit patietur. Itaqz non oportet formidare: nihil enim dignuz morte gessimus. Vel aliter: Siquis lucem huius mundi videt. securus est: multomagis qui mecum est nisi amouerit se a me. THEOPHILVS. Quidam vero hunc diem intelligūt tempus precedens passionem: noctem vero ipsam passionem. Dicit ergo eis. Dum dies est idest dum nondum imminet tempus passionis non offendetis. Non enim vos persequentur iudei. Cum autez nox venerit passionem propriam dico: extunc noctem possidebitis angustiarum.

¶ Hec ait: & post hec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem euz. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit saluus erit: Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. Sed

eamus ad eum. Dixit ergo thōas q̄ dicitur didymus ad cōdiscipulos: Eam⁹ ⁊ nos ⁊ moriamur cū eo.

CHRY. Posita vna cōfortatione discipulorū: hic alio modo eos confortat ostendēs qm̄ nō hierosolymā debent ire sed in bethaniā. vn̄ dicit: Hec ait: Et post h̄ dicit illˀ. Lazar⁹ amic⁹ nr̄ dormit sed vado vt a sōno excitē eū. q. d. Non eo rursus disputatur⁹ cōtra iudeos: sed amicū nostrū excitaturus: ꝑp hoc ergo dicit: Amic⁹ noster: vt ostendat necessariū suum aduentū. AVGV. Q̄d aūt dixit dormit verū dixit: dn̄o dormiebat: hominibus mortuus erat q̄ eū suscitare nō poterāt. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro quāta tu excitas dormiētē de lecto. Ergo s̄m potentiam suam dixit dormiētem: sicut ⁊ apostolus dicit: De dormientibus autem nolo vos ignorare: dormientes appellauit: quia resurrecturos prenunciauit. Sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt ⁊ exurgunt: quid quisq̄ʒ videat in somnis: alij sentiunt leta somnia: alij torquētur: Sic vnusquisq̄ʒ cum causa sua dormit: cum causa sua surgit. CHRY. Discipuli autem impedire voluerunt eius aduentum in iudeam. vnde sequitur: Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dor. sal. erit. Solet enim esse somnus egrotantium salutis indicium. q. d. Si dormit non igitur vtile est: q̄ tu vadas ad excitandum eum. AVGV. Quomodo ergo intellexerunt discipuli sic responderunt. vnde sequitur: Dixerat autē iesus de morte eius. illi vero putauerunt q̄ de dormitione somni diceret. CHRY. Si vero quis dicat quomodo non cognouerunt discipuli mortuum esse ab eo quod dixit: Vado vt excitē illum: stultum enim erat cum ire per tot stadia vt lazarum a somno excitaret. Istud dicemus: quoniam estimabant h̄ enigma eē qualia multa loquebatur. AVGV. Quia ergo obscure dixerat: Dormit: manifestat quod dixerat. vnde sequitur: Tūc ergo dixit eis ie. mani. Laza. mor. ē. CHRY. Non autem hic adiecit. Vado vt resuscitem eum. non enim volebat verbis perdicere qd̄ per opera debebat certificare: vanam gloriaʒ vbiq̄ʒ nos fugere docens: Et q̄ non oportet simpliciter ꝓmittere. Sequitur. Et gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. AVGV. Eger enim non mortuus fuerat nunciatus: sed quo lateret eum qui creauerat: ad cuius manus anima morientis exierat. Ait ergo: Gaudeo propter vos vt credatis: quoniam non eram ibi. vt iam inciperent admirari: quia dominus poterat dicere mortuum quod nec viderat: nec audiuerat. Ubi meminisse debemus q̄ adhuc etiam ipsorum discipulorum miraculis edificabatur fides: non vt esse inciperet: sed vt que ceperat cresceret: q̄ ergo dicit: Ut credatis: intelligendum est vt amplius robustiusq̄ʒ credatis: THEO. Intellexerunt autem quidam hoc sic: Gaudeo inquit pro vobis. nam cuʒ illic non extiterim: cōfert ad maioritatē fidei vestre: quoniam si astitissem egrotantem curassem quod esset modicum signum ad mee virtutis indicium. q̄r vero me absente superuenit mors: potius in fide mea corroboramini: cum videbitis me posse etiam defunctum putrescentem resuscitare. CHRY. Igitur omnes discipuli quidem timebant iudeos: super alios vero thomas. vnde sequitur: Dicit ergo thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos: Eam⁹ ⁊ nos ⁊ mori. cum eo. Infirmior enim erat alijs ⁊ infidelior: postea oībus fortior factus est ⁊ irreprehēsibilis: q̄ solus orbem terrarum percurrit: ⁊ in medijs plebibus voluebatur volentibus eum interficere. BEDA. Vel castigati discipuli superioribus domini verbis non ausi sunt vltra contradicere. Sed thomas pre omnibus socios hortatur: vt irent ⁊ morerentur cum eo. In quo magna eius videtur esse cōstantia. Sic enim loquebatur: q̄si facere posset que alios hortabat̄: īmemor sue fragilitatis: sicut ⁊ petrus.

¶ Uenit itaq̄ʒ iesus: ⁊ inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs quindecī. Multi autem ex iudeis venerant ad martham ⁊ mariam vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit: quia iesus venit occurrit illi: maria autem domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesuʒ: Domi-

ne si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed ⁊ nunc scio quia quecũqꝫ poposceris a deo dabit tibi deus.

Dicit illi iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus: Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊ omnis qui viuit ⁊ credit in me non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: Utiqꝫ domine: Ego credidi: quia tu es christus filius dei viui qui in hunc mundum venisti.

ALCVI. Dominus ad hoc venire distulerat: vt quatriduum impleretur: vt lazarus gloriosius resuscitaretur. vnde dicitur: Uenit itaqꝫ ie. ⁊ inue. cum qua. di. iaz in mo. habentem. CHRY. Manserat. n. domin⁹ duobus diebus ⁊ ante duos dies venerat nũcius. In qua die lazarus est defunctus: ipse autem quarta die accessit. AVGV. De q̃ttuor autez diebus multa dici possunt. Diuersis. n. modis vna res significari potest. Est enim vnus dies mortis quem homo trahit d̉ mortis propagine. Sed ⁊ legem naturalem transgrediũtur homines: ecce alter dies mortis. Lex etiaz scripture data est diuinitus per moysen ⁊ ipsa contemnitur. Adde tertiũ diem mortis. venit euangelium ⁊ ipsum transgrediũtur homines. Ecce quartus dies mortis: etiam ad tales excitandos dominus non dedignatur accedere. ALCVI. Aliter. Primum peccatum extitit latio in corde: secundum consensus: tertium factum. quartũ consuetudo. Sequitur: Erat au. be. iuxta hiero. quasi stadijs. xv. CHRY. Quod erat miliaria duo. Hoc autem inducitur ad ostendendum ꝙ congruum fuit multos iudeorum a hierosolymis adesse. vnde subditur: multi autez ex iu. vene. ad ma. ⁊ mar. vt conso. eas de fra. suo. Sed quomodo iudei consolabantur dilectas a christo cum iam statuissent ꝙ si quis christum confiteretur extra synagogam fieret. Sed propter calamitatis necessitatem: aut q̃si nobiles has mulieres reuerentes eas consolabantur: aut quia hi aderant q non mali erant. multi enim ex ipsis credebant. Hoc autem dicebat euangelista: ad ostendendum ꝙ lazarus vere mortu⁹ erat. BEDA. Nõdum autem dominus castelluz introierat: vnde adhuc extra castellum posito occurrit martha. vnde seq̃r: Martha au. vt. au. q2 ie. ve. occurrit illi Maria au. do. se. CHRY. Non autem assumit sororem obuiam christo vadẽs. Uult. n. singulariter christo loqui: ⁊ qd̉ factum est ei ãnunciare cũ vero eã i bonã spem duxit: tunc abit ⁊ vocauit mariam. THE. Primo itaqꝫ non pandit sorori: volens astãtes hoc latere: qm̃ si ꝑcepisset maria xp̃m accedere: obuiã iret ⁊ comitarent̃ eã presentes iudei: quibus notũ fore aduentuz iesu martha nolebat. Sequitur. Dixit autez martha ad iesum: domine si fu. hic fra. me. nõ fuisset mortu⁹. CHRY. Credebat. n. i christum: sed non vt oportebat: nondum eniz cognoscebat: quoniã deus erat: ⁊ ideo dicebat: Si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. THEO. Quasi diffidens quoniam etiam absens si vellet: posset prohibere mortem fratris sui. CHRY. Nondum etiam cognoscebat ꝙ ꝓpria virtute hoc faceret: qd̉ apparet ex hoc quod subditur: Sed ⁊ nunc scio quia quecunqꝫ poposceris a deo dabit tibi deus: vt de virtuoso quodam ⁊ approbato viro loquens. AVGV. Non autez dixit ei: Rogo te vt resuscites fratrem meum. vnde eniz sciebat: si fratri eius resurgere vtile fuerat: hoc tm̃ dixit: Scio quia potes si vis facere: vtrum facias: iudicij tui est: non presumptionis mee. CHRY. Dominus autem vtraqꝫ que non cognoscebat eaz docuit. vnde sequitur: Dixit ei ie. resur. fra. tuus. Non dixit petam vt resurgat: sed si diceret: Non indigeo adiutorio: a meipso omnia facio: valde fuisset graue mulieri. sed hoc dicere: Resurget: mediũ erat. AVGV. Ambiguum autem fuit ꝙ dixit Resurget. Non enim ait Mõ. ⁊ ideo sequitur: Dicit ei mar. Scio quia resurget in resurrectõne in nouis. die. De illa resurrectione secura sum: d̉ hac incerta sum. CHRY. Audierat autez mulier multa a christo de resurrectõne loquente. dominus autem manifestius suam ostendit auctoritatem. nam subditur: Dicit ei ie. Ego sum resur. ⁊ vi. ostendens quoniam non indiget alio adiutorio. si enim alio adiutorio indigeret: qualiter erit resurrectio? Si vero ipse

est vita: non loco circūcluditur: sed vbiq̄ existens potest sanare. ALCVI. Ideo ego sum resurrectio: quia vita. Per quem tunc cum alijs resurget: per eundem potest ⁊ modo resurgere. CHRY. Illa ergo dicente quecunq̄ petieris: ipse dicit: Qui cre. in me etiam si moꝛ. fue. vi. ostendens quoniam ipse est tributoꝛ bonoꝛum ⁊ ab ipso opoꝛtet petere: per hoc autem eius intellectum eleuat. si enim hoc erat solum quod querebatur: vt solum lazarum suscitaret sed etiā opoꝛtebat eā ⁊ qui pꝛesentes erant discere resurrectionē. AVGV. Dicit ergo: Qui cre. in me etiam si moꝛ. fu. in carne. Viuet in anima. donec resurget caro nūq̄ postea moritura. Nā vita anime fides est. Sequitur: Et omnis q̄ vi. in carne. ⁊ cre. in me. etiam si moꝛiatur ad tempus propter moꝛtē carnis. Non moꝛietur in eternum. ALCVI. Propter vitā spiritus ⁊ immoꝛtalitatem resurrectionis.

Sciebat autem dominus: quem nihil latet: ꝙ hoc credebat: sed confessionem qua saluaretur querit. vnde sequitur: Credis hoc? Ait illi: vtiq̄ domine ego cre. quia tu es chꝛistus filius dei viui q̄ in hūc mun. ve. CHRY. Videtur mihi non intellexisse mulier quod dictum est: sed quoniam magnum quid erat intellexit: non tamen cognouit quid est: propterea aliud interrogat: aliud respōdit. AVGV. Vel aliter: Qm̄ hoc credidi ꝙ filius es dei: credidi quia tu es vita: quia ⁊ qui credit in te etiam si moꝛiatur viuet.

¶ Et cū hec dixisset: abijt ⁊ vocauit mariam soꝛoꝛem suam silentio dicens: Magister adest: ⁊ vocat te. Illa vt audiuit surrexit cito: ⁊ venit ad eū nōdū. n. venerat iesus in castellū: sed erat adhuc ī illo loco vbi occurrerat ei martha: Iudei ergo qui erant cum ea ī domo ⁊ consolabantur eam: cū vidissent mariam quia cito surrexit ⁊ exijt: secuti sunt eam dicētes: Quia vadit ad monumentum vt ploꝛet ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat iesus videns eum: cecidit ad pedes eius: ⁊ dixit ei. Domine si fuisses hic non esset moꝛtuus frater meus.

CHRY. Ex virtute sermonum chꝛisti interim martha lucrata est luctus dissolutionē. ea enim que ad magistrum erat deuotio: non permittebat eam sentire pꝛesentia que luctū inducere poterant. vnde dicitur: Et cum hec dixisset: abijt ⁊ vo. ma. soꝛo. suā silen. AVGV. Aduertendum ꝙ suppꝛessam vocem silentium nuncupauit. nam quomodo siluit: cum subdatur dicens. Magister adest ⁊ vocat te. CHRY. Ideo autem occulte soꝛoꝛē vocat: si. n. sciuissent iudei chꝛistum aduenire recessissent: ⁊ non fuissent testes miraculi. AVGV. Aduertendum etiam quemadmodum euangelista non dixerit: vbi vel quādo vel quomodo mariam dominus vocauerit: vt hoc in verbis marthe potius intelligeretur narratōnis breuitate seruata. THEO. Siue etiam ipsam chꝛisti pꝛesentiam vocationē reputauit. q. d. Inexcusabile est vt eo pꝛesente tu non exeas obuiam ipsi. CHRY. Omnibus autem assidentibus illa lugens ⁊ plangens non expectauit ad se venire magistrum neq̄ dignitatem seruauit: neq̄ a luctu detenta est: sed surgens confestim obuiauit. vnde sequitur: Illa vt audi. sur. cito ⁊ ve. ad eum. AVGV. Ex quo patet ꝙ non illam pꝛeuenisset martha si ei notus fuisset aduentus iesu. Sequitur. Nondum enim venerat Ie. in cast. sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. CHRY. Vacantius enim ibat: vt non videatur inijcere seipsum miraculo: sed rogari ab alijs. Hoc igit vult occulte euāgelista insinuare: aut quia cito currebat: vt anticiparet eum venientē. venit autē non sola: sed omnes trahens iudeos. vnde sequitur: Iudei igitur qui erant in domo cum ea: ⁊ consola. eam. cum vidis. ma. quia cito surre. ⁊ exijt: secuti sunt eam dicentes: q̄ va. ad mo. vt ploꝛet ibi. AVGV. Hoc ptinuit ad euangelistam narrare vt videamus que occasio fuerit ꝙ plures ibi essent: quando lazarus resuscitatus est: vt tā grande miraculum quatriduani moꝛtui resurgentis testes plures inueniret. Sequitur. Maria ergo cum ve. vbi erat iesus: videns eum ce. ad pedes eius. CHRY. Feruentioꝛ hec soꝛoꝛe erat: non. n. turbā verecundata est: nec suspitionem timuit: quam de chꝛisto iudei habebant: cū aliqui inimicoꝛū chꝛisti interessent:

sed omnia contempsit humana presente magistro ⁊ soli se dabat ei qui ad magistrum honori. THEOPHI. Quamuis etiã se diminute videbatur habere dicens: Domine si fuisses hic fra. meus non fuis. mor. ALCVI. q. d. Dum nobiscũ presens fuisti: non morbus: non infirmitas aliqua apparere ausa est: apud quas vita nouerat habitare sine hospitati. AVGV. de ver. D. O infidelis conuenio te adhuc posito in seculo lazarꝰ amicus moritur. Si amicus moritur inimicꝰ quid patietur? parum est si non tibi soli superi seruiunt. Ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. BEDA. Non autẽ omnia dixit maria que martha protulerat: quia consueto hominum more lachrymis non omnia que voluit ⁊ in animo habuit proferre potuit.

¶ Jesus ergo vt vidit eam plorantẽ ⁊ iudeos qui venerant cum ea plorantes ifremuit spiritu ⁊ turbauit seipsum ⁊ dixit. Ubi posuistis eũ? Dicunt ei Domine veni ⁊ vide. Et lachrimatꝰ est iesus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex ipsis dixerunt: Non poterat hic q aperuit oculos cecinati facere vt hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremẽs in semetipso venit ad monumẽtum. Erat autem spelunca: ⁊ lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidẽ. Dicit ei martha soror eiꝰ q mortuꝰ fuerat: Domine iam fetet: quatriduanus est. n. Dicit ei iesus: Nonne dixi tibi: quoniã si credideris videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidẽ.

CHRY. Marie loquẽti nihil christus loquitur: neqꝫ ea dicit que sorori dixerat. turba. n. aderat multa ⁊ non erat tempus illorum verborum: Sed condescendit ⁊ humiliatur: humanam naturam denudans: quia. n. miraculum magnum erat futurum: ⁊ multos per id lucraturus: sua condescensione attrahit testes: ⁊ humanã monstrat naturam. vñ dr: Jesus ergo vt vidit eã plorantẽ: ⁊ iu. q ve. cum ea plo. ifre. spũ ⁊ turba. semetipsum. AVGV. Quis. n. eũ posset nisi ipse turbare? Turbatꝰ ẽ xp̃s: qr voluit. esuriuit: qr voluit: i illiꝰ potestatẽ erat sic vel sic affici vel nõ affici. Verbũ. n. aiã suscepit ⁊ carnẽ: totꝰ hoĩs sibi coaptans in persone vnitate naturã: ac p hoc vbi summa potestas ẽ: sm voluntatis nutum turbat ifirmitas. THEO. Ad approbãdã. n. cditionẽ humanã iubet ei qd suũ est psequi: necnon imungit ei vtute spũssci illãqꝫ cõpescit. Nec aũt cũcta naturã pati dñs cnivet: cũ approbãdo q hõ verꝰ ⁊ nõ apparens fuerat: tũ ẽt nos monẽdo: ac metã mesticie ⁊ iocunditati iponendo. Nã ex toto nec cõpati nec merere ferinũ: ac hoꝝ exuberãtia mulierbre? Sequitur ⁊ dixit. vbi posuistis eũ. AVGV. de v. do. Non locũ sepulti ignorare credi debuerat: sꝫ fidẽ populi approbare volebat. CHRY. Nõ. n. vult ipse se inijcere: sꝫ oĩa ab alijs discere ⁊ rogatꝰ facere vt ab omni suspitiõe eripiat signũ. AVGV. li. lxxxiij. que. Qd ⁊ iterrogat vocatõnẽ nostrã q̃ fit i occulto arbitror significare. Predestinatio. n. nostre vocatõis occulta ẽ: cuiꝰ secreti signũ ẽ iterrogatio dñi quasi nesciẽns cum ipsi nesciamꝰ: vel q ignorare se pctõres alio loco dñs ostẽdit dicẽs: Nõ noui vos. qr i disciplina ⁊ pceptis eiꝰ nõ sunt peccata. Sequitur: Dicunt ei dñe veni ⁊ vide. CHRY. Nondũ. n. aliqd signũ resurrectionis monstrauerat: vnde ita videbat iturus vt lachrymaturus: nõ vt resuscitaturꝰ. propter hoc ei dicunt: Veni ⁊ vide. AVGV. Videt autem dominus quando miseretur: vnde illi dicitur: Vide humilitatem meam ⁊ laborẽ meum ⁊ dimitte omnia peccata mea. Sequitur: Et lachryma. ẽ iesus. ALCVI. Qr fons pietatis erat: flebat p pte humãitatis: quẽ resuscitare poterat p potẽtiã diuinitatis. AVGV. Quare aũt fleuit xp̃s: nisi qr hoĩes flere docuit? BEDA. Est autem hominum consuetudo caros suos mortuos lugere. Secundum hanc consuetudinem iudei dominum flere putabant. vnde subditur: Dixerunt ergo iu. Ecce quomodo amabat eum. AVGV. Quid est amabat eum? Nõ veni vocare iustos: sed peccatores ad penitentiam. Sequitur. Quidam autẽ ex ipsis dixe. Nõ pote. hic qui ape. ocu. ceci nati facere vt hic non moreretur? Plus est qd facturus ẽ: vt mortuus suscitetur. CHRY. Erãt autem ex inimicis eius qui hoc dixerunt. Ex

quib⁹ igitur oportebat ei⁹ admirari virtutem
ex his ei detrahūt. s. ex illuminatōe ceci nati q̄
si nec illo miraculo facto. In hoc etiã se ostē
dunt esse corruptos: q: nondū christo adue-
niente ad monumentum presumūt accusa-
tiones non expectantes rei finez. Sequitur:
Jesus ergo rur. fremens in semetipso ve.
ad monu. Studiose euangelista frequenter
dicit q̄ lachrymatus est ⁊ q̄ fremuit: vt di-
scas q̄ vere nostram naturam induit. Quia
enim hic magis alijs euangelistis magna de
eo loquitur: etiam in rebus corporalibus hu-
miliora dicit. AVGV. Fremas autem ⁊
in te si disponis reuiuiscere: omni homini di
citur q̄ premitur pessima consuetudine. Se
quitur: Erat autem spelū. ⁊ lapis superposi
tus ei. Mortuus sub lapide: reus sub lege.
Lex enim que data est iudeis in lapide scri-
pta est. Omnes autem rei sub lege sunt: iu-
sto autem non est lex posita. BEDA. Est
autem spelūca. rupis cauata. Porro monu-
mentum dicitur eo q̄ mentem moneat: hoc ē
mortuos ad memoriaz reuocat. Sequit: Ait
iesus tollite lapidem. CHRY. Sed qua-
re non lapide iacente fecit resuscitari? Non-
ne poterat qui corpus mouit mortuū voce ēt
multomagis lapidem mouere? Non autem
hoc fecit vt eos testes faciat miraculi: vt non
dicant quod in ceco dixerant: Non est hic:
Manus enim ⁊ accessus ad monumentum
testabantur q̄ ipse est. AVGV. Mystice
autem dicit: Remouete lapidem. remouete
legis pondus. gratiā predicate. AVGV.
lib. lxxxiij. que. In quo puto illos significa-
re qui venientibus ad ecclesiam ex gentibus
onus circūcisionis imponere volebant: vel
eos qui in ecclesia corrupte viuunt: ⁊ offensi
oni sunt credere volentibus. AVGV. de
ver. do. Jam autem maria ⁊ martha sorores
lazari que christum frequenter mortuos re-
suscitasse viderant fratrem suum posse resu
scitare penitus non credebant. Naz sequit:
Dicit ei mar. so. eius qui mor. fue. Domie
iā fetet quatridua enim ē. THEO. Hoc
autem martha tāq̄ diffidēs dicit veluti im-
pose credens posse fratrem suscitari. ob die-
rum diuturnitatem. BEDA. Vel hec v̄-
ba non sunt desperationis sed poti⁹ admira
tionis. CHRY. Sed hoc etiam quod di-
cit valet ad obstruendum indeuotos: vt ⁊ mi
raculum testentur manus tollentes lapidem
⁊ auditus vocē audiens christi: ⁊ visus vidē
tiū lazarū exire: ⁊ odoratus fetorez recipiēs.
THEO. Christus autem rememorat mu
lieri ea de quibus secum cōtulerat ⁊ pene vt
obliuiscenti loquitur. vnde sequitur: Dicit
ei iesus: Nōne dixi ti. quoniaz si credi. vide
bis gloriā dei? CHRY. Nō eni memor
erat mulier eius quod christus dixerat: Qui
credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: ⁊
discipulis quidem dixit: Vt glorificetur fili⁹
dei in ea. h autem gloriam dei de patre dicit.
Infirmitates enim eorum qui audiebant cā
erant differentie eorūq̄ dicebantur: Nole-
bat dominus interim turbare astantes: ⁊ iō
dicit: Videbis gloriam dei. AVGV. In
hoc autem est gloria dei q: ⁊ fetentem ⁊ qua
triduanum resuscitat. Sequitur: Tulerunt
ergo lapidem. ORI. Mora tollendi lapi-
dem adiacentem ex sorore defūcti causata ē.
Nisi enim dixisset: Jam fetet: est enim qua-
triduanus: non diceretur: Dixit iesus: tolli
te lapidem: Sustulerunt ergo lapidē: nunc
ergo longe tardius ablatus est. Cōmodiū est
igitur nihil interponere inter iussa iesu. ⁊ ip
sorum executionem.

¶ Jesus autem eleuatis sursum ocu
lis dixit: Pater gratias ago tibi quo
niam audisti me. Ego autem sciebam
quia semper me audis: sed propter po
pulum qui circunstat dixi: vt credant
quia tu me misisti. Hec cum dixisset
voce magna clamauit: Lazare veni fo
ras. Et statim prodijt qui fuerat mor
tuus ligatus manus ⁊ pedes institis:
⁊ facies eius sudario erat ligata. Di
xit eis iesus: Soluite eum: ⁊ sinite abi
re. Multi ergo ex iudeis q̄ venerant
ad mariā ⁊ marthā ⁊ viderāt que fecit
iesus: crediderunt in eum.

ALCVI. Q: christus s̄m hoīem minor
erat patre: ab illo petit suscitationem lazari:
atq̄ ideo se exauditū esse dicit. vnde dicitur:
Je. āt el. sur. oc. di. Pater gra. ago. ti. quo-
niam exau. me. ORIGE. Eleuauit qdez
sursum oculos: quoniam intelligentiam hu-
manam erexit: adducens illam per oratione

ad excelsum patrem. Sed ⁊ necesse est volē/
tem ad exēplar orationis christi orare eleua/
re oculos cordis sursum: ac erigere illos a p̄
sentibus rebus: memoria cogitationibꝰ: at/
q̧ intentionibus. Si autem digne orantibꝰ
huiusmodi quedam exprimitur a deo de ꝓ/
pria oratione promissio: adhuc te loquente:
Ecce assum. quid expedit arbitrari de domi/
no ⁊ saluatore: erat enim oraturus pro resur
rectione lazari. Sed preueniens illius oratio
nem qui solus bonus pater est: exaudiuit di
cenda. Pro impletione igitur oratiōis sub/
dit gratiarum actiones dicens: Pater gra/
tias ago ti. quoniam exau. me. CHRY.
Hoc est: nihil est contrarium mei ad te. Nō
autem ostendit q̄ ipse non potuit: vel q̄ mi/
nor sit patre: q̄ hoc ⁊ amicis dicitur ⁊ hono/
re equalibus. Vt aūt ostendat quoniam non
indiget oratione: subiungit: Ego āt scie. qm̄
semper me au. q. d. Ad hoc q̄ fiat voluntas
mea: non indigeo orationem: ad hoc q̄ tibi
suadeam. vna enim est nostra voluntas. hoc
autem obūbrate dicit propter auditorum im/
becillitatem. Deus enim nō ita dignitatē su
am respicit: vt ad salutem nostrā: propterea
excelsa quidem ⁊ magna: pauca ⁊ ipsa occul/
tata: humilia vero multa circūfluunt eius ser
monibus. HYLA. iij. de tri. Non igitur
prece eguit. nobis orauit: ne filius ignorare/
tur. vnde subditur: Sed propter populum
qui circūstat dixi vt credant: q̄ tu me misisti.
Cum enī sibi nō proficeret d̄precationis ser
mo: ad prefectum tamē nostre fidei loqueba
tur. Non inops ergo auxilij est: sed nos su
mus inopes doctrine. CHRY. Non au/
tem dixit: vt credant quoniā minor sū: quo/
niam sine oratione nō possum facere: sed q̄/
niam tu me misisti. Nō dixit: misisti me im/
becillē: seruitutē recognoscētē: a meipso ni/
hil facientē. sed me misisti: vt non deo cōtra
rium estiment: nec dicant. Non est ex deo: ⁊
vt ostendam ꝭm tuam voluntatē opus hoc fi
eri. AVGV. de ver. do. Venit aūt chri/
stus ad monumentum in quo lazarus dor/
miebat: ⁊ nō tanq̄ mortuū: sed tanq̄ sanum:
tanq̄ viuū: tanq̄ audire paratum: d̄ sepulchro
protinus vocauit. vnde sequitur: Hec cum
dixisset: voce magna clamauit: Lazare veni
foras. Ideo dicit nomen: ne omnes mortui
cogerentur exire. CHRY. Nō aūt dixit:
Surge tu: sed veni foras. vt viuenti loquēs
ei qui mortuus fuerat. Propter quod non
dixit: In nomine patris mei veni foras: aut
resuscita eum pater. Sed hec omnia dimit/
tens postq̄ orantis formā acceperat: ꝑ res
auctoritatem ostendit: quoniam ⁊ hoc sapien
tie sue est: per verba quidem cōdescēsionez:
per res vero ostēdere potestatē. THEO.
Alta vero saluatoris vox que lazarum susci/
tauit: indicium est tube magne sonature in
cōmuni resurrectione. Altius etiam clama/
uit vt gentilium ora refrenet fabulantium in
tumulis esse animas defunctorum. nā quasi
foras manentem eam aduocat per clamorez.
Sicut autem vniuersalis resurrectio in ictu
oculorum proueniet: sic ⁊ hec resurrectio sin
gularis: ⁊ ideo sequitur: Et statim prodijt q
mor. fue. liga. ma. ⁊ pe. inst. ⁊ fa. eius su.
erat ligata. Iam mancipatur effectui quod di
citur: Venit hora cum audient defuncti vo/
cem filij dei: ⁊ qui audierit viuent. ORI.
Nam vox clara ⁊ clamor non inconuenien/
ter dicetur excitasse illum ⁊ sic adimpletum ē
quod dixerat: Vado vt excitē eum. Sȝ ⁊ pa
ter qui filium orantem exaudiuit suscitauit la
zarum: vt sic resurrectio lazari cōmune opꝰ
sit filij orantis ⁊ patris exaudientis. Sicut
enim pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊
filius quos vult viuificat. CHRY. Exijt
autem ligatus: vt non putaretur esse phan/
tasma. Sed ⁊ hoc q̄ exibat ligatus non mi/
nus videbatur esse q̄ resuscitare. Sequitur.
Dicit eis iesus. sol. eum. Vt videlicet tāgē/
tes ⁊ ei appropinquantes videant: quia ve/
re est ille. Sequitur: Et sinite abire: ⁊ hoc
propter humilitatem. non enim ducit eū: ne/
q̧ iubet secum ambulare ad sui demonstrati
onem. ORIGE. Dixerat autē supra do
minus propter populum qui circūstat dixi vt
credant: quia tu me misisti: nullo autem co/
rum credentem hoc dixisset: velut aliquis ho
minum inscius futurorum. vnde ad hoc re/
mouendum subditur: Multi er. ex iu. q ve.
ad mariam ⁊ mar. ⁊ vide. que fecit: credi. in
eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad
phariseos ⁊ dixerunt eis que fecit iesus. Cō
tinet quid ambiguum sermo presens: verū
qui iuerunt ad phariscos fuerūt ex illis mul
tis qui crediderant ꝓponētes conciliari chri
sto hostiliter se habentes ad eum. Vel alij

a credẽtib⁹ irritare volẽtes inuidã phariseorũ zelũ i ipsũ: ⁊ videt mihi hoc magis euangelistã exprimere velle. multos eni dixit q̄ p̄ hoc quod viderũt crediderũt: veluti paucis cristẽtib⁹ alijs de q̄bus subdit. Quidam autẽ ⁊c. AVGV. li. lxxxiij. que. Quãq̃z autẽ fm euangeliste historiã resuscitatũ lazarũ plena fide teneamus: tamẽ in allegoria aliq̄d significare non dubito. neq̃z cũ res facte allegorizãtur geste rei fidẽ amittũt. AVGV. sup ioan. O is q̄dẽ qui peccat moritur: sꝫ deus magna misericordia aĩas suscitat: ne moriantur in eternũ. Intelligim⁹ ergo tres mortuos q̄s in corporibus suscitauit aliq̄d significare de resurrectõib⁹ animarꝫ. GREGO. iiij. mora. Puellã eni in domo: mulierẽ extra portam: in sepulchro aũt lazarũ suscitat. Adhuc quippe in domo. mortu⁹ iacet qui iacet ĩ peccato. Jam quasi extra portã ducitur cuius iniquitas vsq̃z ad inuerecũdiã publice perpetratiõis operatur. AVGV. Vel intus ẽ mors: q̄r cogitatũ malũ nondũ processit in factũ. Si aũt ip̄sum malũ fecisti: quasi mortuũ extra portã extulisti. GRE. Sepulture vo agere p̄mitur: qui in perpetratione nequitie etiam vsu cõsuetudinis pressus grauatur: sꝫ hos plerũq̃z diuina gratia respectus sui lumine illustrat. AVGV. li. lxxxiij. q̄. Vel accipiam⁹ lazarũ in monumento animã terrenis peccatis obrutaꝫ. AVGV. sup ioan. Et tñ lazarũ dñs amabat. si eni peccatores ñ amaret: de celo ad terras nõ descẽderet. Bñ aũt de illo qui peccare cõsueuerat dicitur: Fetet incipit eni habere pessimã famã tãq̃z odorẽ deterrimũ. AVGV. li. lxxxiij. q̄. Recte ẽt dicit: Quatriduanus ẽ: vltimũ eni elementorũ terra est. significat eni puteũ terrenorꝫ peccatorũ. i. cupiditatũ carnaliũ. AVGV. super ioan. Fremuit aũt dñs: lachrimauit: voce magna clamauit: q̄r difficile surgit quẽ moles cõsuetudinis p̄mit. Turbat semetipsum christus: vt tibi significet quõ tu turbari debeas: cũ tanta mole peccati grauaris ⁊ p̄meris. Fides. n. hoĩs sibi displicentis fremere debet in accusatione maloꝝ operũ: vt violẽtie penitẽtis cedat cõsuetudo peccãdi. Qñ dicis illud feci: ⁊ pepercit mihi deus: euãgeliũ audiui ⁊ cõtempsi. Quid facio? Jã fremit christus q̄r fides fremit: i voce fre mentis apparet spes resurgentis. GREGO. xxij. mo. Dicitur aũt lazaro: Veni foras: vt ab excusatione ⁊ occultatione peccati ad accusationẽ suã ore p̄prio exire prouocet: vt qui intra cõscientiã suã absconsus iacet p̄ nequitiã: a semetipso foras exeat per cõfessionẽ. AVGV. li. lxxxiij. que. Q̄d aũt lazarus exijt de monumẽto: aiam significat recedentẽ a carnalibus vitijs. q̄ vero institis obuolutus: hoc ẽ q̄ ẽt a carnalibus recedentes ⁊ mẽte seruientes legi dei: adhuc tamẽ ĩ corpore cõstituti: alieni a molestijs carnis ẽẽ nõ possum⁹. q̄ aũt facies eius sudario tecta erat hoc est q̄ in hac vita plenã cognitionẽ habere nõ possumus: q̄ aũt dicit. Soluite eum ⁊ sinite abire. hoc est q̄ post hanc vitã auferuntur oĩa velamina vt facie ad faciẽ videam⁹. AVGV. sup ioã. Vel aliter: Quãdo cõtẽnis mortuus iaces: qñ cõfiteris: procedis. Quid est eni procedere nisi ab occultis veluti exeundo manifestari? Sed vt cõfitearis de⁹ facit: magna voce clamãdo. i. magna gratia vocãdo. Mortuus aũt procedẽs adhuc ligatus est: cõfitens adhuc reus vt aũt soluerent peccata eius ministris hoc dixit: Soluite euꝫ ⁊ sinite abire: q̄d est: Que solueritis sup terrã erunt soluta ⁊ in celis. ALCVI. Christus ergo suscitat: q̄r interius p̄ seipsum viuificat. Soluũt discipuli: q̄r per ministeriũ sacerdotũ absoluũt viuificati. BEDA. Per eos aũt q̄ phariseis annunciauerũt significãtur nõnulli q̄ vidẽtes bona seruorũ dei opa odijs i n sequũtur ⁊ infamare conãtur.

¶ Sabbato. Joannis. viij. ca.



Ego sum lux mũdi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite.

ALCVI. Quia mulierẽ absoluit a crimine: ne aliqui dubitarent an ille quẽ videbant verũ hominẽ: posset peccata dimittere: dignatur ip̄se apertius sue diuinitatis potẽtiam demonstrare: vnde dicitur: Ego sum lux mũdi. BEDA. Vbi aduer

tendū est: q̄ nō ait. Ego sum lux angelorum vel celi: sed lux mūdi. Idest hoīum i tenebris ꝯmātiū fm illud. illuminare his qui in te/nebris ⁊ i vmbra mortis sedēt. CHRY. Vel aliter. Quia superius galyleā ei afferebant: ⁊ quasi de quodā prophetarū de eo dubitabant voluit ostendere quoniā non vnus prophetarum ē: sed dn̄ator orbis terrarū. vn de dicit. Ie.cr.lo.ē eis ie.di. Ego sum lux mundi: nō galilee neqȝ palestine neqȝ iudee. AVGV. Manichei solē istū oculis car/nis visibilē christū dn̄m esse putauerūt: sed ecclesia catholica iprobat tale cōmētū. Non est eni dn̄s christus sol factus: sed p quē sol factus est. Oīa eni per ipsū facta sūt: ⁊ pro/pter nos sub sole factū ē: lumē q̄ fecit solē: carnis nube tegitur nō vt obscuret: sȝ vt tē/peretur. Loquēs ergo per nubē carnis lumē indeficiēs lumē sapiētie ait hoīb⁹. ego sum lux mūdi. THEOPHI. Vteris aūt ad uersus nestorū hoc presenti sermone nō. n. ait. Quoniā i me est lux mūdi: sed ego sum lux mūdi. Ipse nāqȝ q̄ hō videbatur idem ⁊ fili⁹ dei: ⁊ lux mūdi erat: nō sicut nugabatur nestorius in simplici hoīe dei fili⁹ habitabat. AVGV. Abstulit aūt te ab oculis carnis ⁊ reuocauit ad oculos cordis in hoc quod sub dit. Qui sequi. me. nō ambulat in tene. sed ha. lu. vi. Non eni suffecit dicere. Habebit lumē: sed addidit vite. Hec verba dn̄i cū ꝟ bis psalmi cōcordāt. In lumine tuo videbi/mus lumē: qm̄ apud te ē fons vite. In istis vsibus corporalibus aliud ē lumē ⁊ aliud fons. Fontē fauces q̄rūt: lumē oculi apud de um qđ lumē ē: hoc ē fons: Qui tibi lucet: vt videas: ipse tibi manat vt bibas: qđ ꝓmisit futuri temporis verbū posuit. In eo qđ fa/cere debem⁹ presens tēp⁹ posuit. Qui seq̄t i qt hēbit mō p fidē: post hēbit p spēm. Seq̄/re istū solē visibilē: si ipse tēdis ad occiden/tē quo ⁊ ille tendit: ⁊ si volueris tu illū dese/rere: ipse te deseret in occasu. De⁹ tu⁹ vbi q̄ē totus. si nō ab illo facies casū: nūq̄ȝ a te ille faciet occasum. Tenebre satis metuende sunt mox: nō oculorū: ⁊ si oculorū nō exterio rum: sed iteriorū. vnde discernitur nō album ⁊ nigrū: sȝ iustū ⁊ iniustū. CHRY. Intel lectualiter eni dixit. Nō ābulat i tenebris. i. nō manet in errore. Hinc ⁊ nicodemū lau/dat ⁊ ministros. ⁊ ipsos occulte insinuat: do os cōplicātes: q̄ in tenebris ⁊ errore sunt: sȝ lucē nō superabunt.

¶ Dixerunt ergo ei pharisei: Tu de teipso testimonium perhibes: testimoniū tuum non est verum. Respondit iesus ⁊ dixit eis. Et si ego testimoniū phibeo de meipso: verū ē testimoniū meū q̄: scio vnde venio: ⁊ quo vado. Vos āt nescitis vnde vēio: aut quo vado. Vos secūdū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄ȝ. Et si iudico ego: iudicium meum verum est: quia solus nō sum: sed ego ⁊ qui misit me pater. Et i lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso. ⁊ testimonium perhibet de me qui misit me pater.

CHRY. Quia dn̄s dixerat. Ego sum lux mūdi: ⁊ q̄ sequit̄ me nō ambulat i tenebris. iudei hoc euertere voluerunt. vn̄ dicitur. Dixerūt ergo ei pharisei: tu de teipso testimoniū perhibes: ⁊ testimoniū tuū nō est verū. ALCVI. Sic respōderūt tāq̄ȝ ipse dn̄s solus sibi testimoniū perhiberet: cū cōstet q̄ anteq̄ȝ in carne appareret: multos testes premisit q̄ eius sacramenta predixerunt. CHRY. Dominus autem euertit quod dixerant. vn de sequitur. Respondit iesus ⁊ dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso ve/rum est testimonium meum. Hoc iuxta eo/rum suspitionem locutus est: hominem eum nudum estimantium: ⁊ causam subiungit. Quia scio vnde venio: ⁊ quo vado. id est ex deo sum: ⁊ deus ⁊ dei filius. Non autem hoc dicit manifeste: quia semper humilia miscet altis. ⁊ de⁹ autem ipse sibi fidedignus testis est. AVGV. Verum est enim testimoni/um luminis: siue se ostendat siue alia: Locutus est propheta verum sed vnde habetur: ni si de fonte veritatis hauriret: ergo idoneus est iesus: q̄ sibi testimoniū perhibeat: dicens autem: Quia scio vnde venio: ⁊ quo vado: patrem volebat intelligi: patri enim gloriam dabat filius: a quo est missus: quātū q̄ deȝ hō glorificare eum a quo est creat⁹: non autē ve/

niendo inde discessit: aut redeundo nos dere
liquit: non potest hoc fieri ab isto sole: q quã/
do pergit ad occidentem deserit orientez. Si
cut autem sol iste ⁊ videntis faciem illustrat
⁊ ceci: sed videt ille: ille non videt: sic ⁊ sapi/
entia dei: verbum dei vbiqz presens est etiaz
infidelibus: sed quibus eam videant oculos
non habent cordis: vt ergo dominus inter fi
deles suos ⁊ inimicos suos iudeos tanquam
inter tenebras ⁊ lucem distingueret subiun/
git: vos autẽ nescitis vnde venio aut quo va
do. Isti ergo iudei videbant hominem: nec
credebant deũ: ⁊ ideo dominus subdit. Vos
ſm carnem iudicatis: duz scilicet dicitis. Tu
de teipso testimonium perhibes: ⁊ testimoni
um tuum non est verum. THEOPHI.
Ac si dicat. Vos quoniam in carne sum: car
nem me solam esse putantes: non autem de/
um ſm carnem fallibiliter iudicatis. AV/
GV. Quia enim deum nõ intelligitis ⁊ ho
minez videtis: ideo vobis arrogans video:
quia ego de me testimonium perhibeo. Om
nis enim homo quando de se perhibere vult
laudabile testimonium: superbus ⁊ arrogãs
videtur: homines enim infirmi sumus: ve/
rum dicere ⁊ mentiri possumus: lux mentiri
nõ potest. CHRY. Vel aliter. Sicut ſm
carnem viuere male viuere est: ita ſm carnez
iudicare: iudicare iniustum est. Et quia pos/
sent dicer. Si iuste iudicam⁹: ꝑꝑ qd nõ ꝯdem
cis: ꝑꝑ qd nõ ꝯdẽnas: subiũgit ego ñ iudico
quenqz. AVGV. Quod duobus modis
intelligi potest: vt aut hoc intelligamus. Nõ
iudico quenquam. idest modo sicut dicit alio
loco. Ego non veni vt iudicem mundum: ſz
vt saluum faciam mundum: non iudiciuz su
um negando: sed differendo: aut certe quia
dixerat. Vos ſm carnem iudicatis: ita con/
iunxit. Ego non iudico quenquam. vt subau
dias ſm carnem christum non iudicare: sicut
ab hominibus iudicatus est: nam vt cogno/
scas iam iudicem christum: subditur: Etsi iu
dico ego: iudicium meũ verũ est. CHRY.
q. d. propter hoc dixi: non iudico: quasi non
presummens iudicare quia si iudicarem iuste
vos condemnarez: sed nunc tempus iudicij
non est: sed de futuro iudicio insinuat cũ sub
dit. Quia solus non suz: sed ego ⁊ qui misit
me pater: ostendens quia non ipse solus eos
condemnabit: sed ⁊ pater. Hoc autem ad su

spitionem illorum loquitur: non enim estima
bant dignum fidem esse filium: nisi patris te
stimonium assumpsisset. AVGV. Si au/
tem tecum est pater: quomodo te misit? Er/
go domine missio tua: incarnatio tua est: hoc
ergo christus erat ſm carnẽ: ⁊ a patre nõ re/
cesserat: quia pater ⁊ filius vbiqz erant. Eru/
besce sabelliane: non enim dixit. Ego suz pa
ter: ⁊ ego ipse sum filius: sed solus non sum
inquit quia mecum est pater. Distingue ergo
personas: distingue intelligentiam: agnosce
quia pater pater est: ⁊ filius filius est: sed no
li dicere pater maior est: filius minor. Vna
substantia est: vna coeternitas: perfecta equa
litas. Ergo verum est inquit iudicium meũ:
quia filius dei sum: vt tamen intelligas quia
mecum est pater: non sic sum filius: vt ipsũ
deseruerim: formam serui accepi: sed formã
dei non amisi. De iudicio dixerat: de testimo
nio vult dicere: nam sequitur. Et in lege ve/
stra scriptum est: quia duorum hominum te/
stimonium verum est. AVGV. Contra
faustum. An forte manichei calumniant q
non ait: In lege dei: sed in lege vestra scriptũ
est. Vbi visitatam locutionem scripturarum
quis non cognoscat: lege eniz vestra dixit vo
bis data: sicut apostolus dicit euangelium su
um: quod se tamen accepisse testatur: non ab
homine: sed per reuelationem iesu christi.
AVGV. super ioan. Magnam autez ha
bet questionem ⁊ valde videtur in mysterio
res esse constituta vbi deus dixit. in ore duo/
rum vel trium testium stat omne ver. Fieri
enim potest vt duo mentiantur. Susanna ca
sta duobus falsis testibus vrgebatur: vniuer
sus populus mentitus est contra christũ: quo
modo ergo accipiendum est: In ore duorum
vel trium stabit omne verbum? nisi quia hoc
modo per mysterium trinitatis commenda/
ta est: in qua est perpetua stabilitas veritatis?
Accipite ergo nostrum testimonium ne sen/
tiatis iudicium: non differo iudicium differo
testimonium vnde sequitur. Ego sum qui te
sti. perhi. de meipso: ⁊ testimonium perhi. d
me qui misit me pater. BEDA. In multis
enim locis pater filio suo perhibet testimoni/
um. vt est illud. Ego hodie genui te: ⁊ item.
Hic ẽ filius me⁹ dilectus. CHRY. Vel
aliter. Si quod dictum est simpliciter accipia
tur: questionem habet. nam in hominibus q

dem propter hoc determinatum est: q in ore duorum vel trium testium stat omne verbum: quia vnus solus non est fide dignus. In deo autem qualiter vtrumque hoc habebit rationem? sed et aliter non staret quod dictum est: nam in hominibus cum duo de aliena re testantur tunc testimonium est verum: hoc enim est duos testari. si vero vnus eorum: sibiipsi testetur non adhuc sunt duo testes: Ad nihil ergo aliud hoc dixit quam vt ostendat se nihil minus patre habentem: aliquin non dixisset. Ego et qui misit me pater. Considera etiam potestatem nihil habentem diminutum a patre. homo enim cum a seipso dignus fuerit fide: testimonio non indiget: sed hoc in aliena re. In propria vero: cum testimonio alieno indigeat: non adhuc dignus est fide. Hic vero totum contrarium: etenim in propria re testans et ab alio testimonium habens: dixit se fide dignum esse.

ALCVI. Vel potest sic intelligi quod dicitur. q. d. Si vestra lex approbat testimonium duorum hominum qui possent decipi: et plura testari: qua ratione meum et patris mei testimonium quod summa stabilitate firmum est: verum esse non dicitis?

¶ Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus. Neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba loquutus est iesus in gazophylatio docens in templo et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.

tis q; nõ estis ex ouibus meis. AVGV.
Hoc autem dixit: q; videbat eos ad sempi/
terni interitum predestinatos: non ad vitam
eternam sui sanguinis precio comparatos:
oues enim sunt credendo. pastoreꝫ sequẽdo.
THEO. Postq; vero dixerat: Nõ estis
ex ouibus meis. Consequenter induxit eos
vt oues eius efficiantur dicens: Oues mee
vo. me. audiunt. ALCVI. i. preceptis
meis ex animo obediunt. Et ego cognosco
eas. i. eligo. Et sequuntur me. h mansuetu/
dinis ꝛ innocentie viam incedendo: ꝛ post
ad gaudia eterne vite intrando. vnde sequit̃
Et ego vitam eternam do eis. AVGV.
Ista sunt pascua de quibus supra dixerat: Et
pascua inueniet. bona pascua vita eterna di/
citur. ibi nulla herba arescit: totũ viret. Vos
autem calumniã propterea queritis: q; de vi
ta presenti cogitatis. Sequitur: Et non pi. in
eternum. Subaudi tãq; eis dixerit. Vos ꝑ/
ibitis in eternum: q; non estis ex ouibꝰ me
is. THEO. Sed quomodo videmus qui/
dam perisse. q; non permansit vsq; ad finez.
Christus autem de perseuerantibus hoc di/
xit. Nam siquis separatur ab ouium grege
desinens sequi pastorem: confestim incurrit
periculum. AVGV. Quare autem non
pereant subdit: Et non rapiet eas quisq; de
manu mea. De illis enim ouibus de quibꝰ
dicitur: Nouit dominus qui sunt eius: nec
lupus rapit: nec fur tollit: nec latro interfi/
cit. Securus ẽ de numero illoꝝ q pro eis no
uit quid dedit. HYLA. vij. de tri. Con/
scie potestatis hec vox ẽ: at vero vt in natu/
ra licet dei: tamẽ ex deo intelligenda est eius
natiuitas. subiecit: Pater meus quod dedit
mihi: maiꝰ oibꝰ ẽ. Nõ occultat ex patre esse
se natum. quod enim a patre accepit: accepit
nascẽdo: nõ postea. AVGV. Nõ. n. cre/
scendo. sed nascendo equalis ẽ: q semp natꝰ
est de patre filius: de deo deus. Hoc ẽ ergo

q̄d dedit mihi pater: quod maius oībus est: vt. s. sim verbū eius: vt sim vnigenitus filius eius: vt sim splendor lucis eius. Ideo ergo nemo rapit oues meas de manu mea: q̄r nec de manu patris mei. vnde sequitur. Et nemo potest rapere d̄ manu patris mei. Si manū intelligam⁹ potestatē vna est patris ⁊ filij potestas: q̄r vna diuinitas. Si autem manū intelligam⁹ filium: manus patris est ipse filius: quod non ita dictum est tanq̄ deus pater habeat corporis mēbra: sed q̄ per ipsum facta sunt oīa. Nam solent ⁊ homīes dicere manus suas esse alios homines per quos faciunt quod volūt. Aliquādo ⁊ ipsum op⁹ hominis manus hominis dicitur: quod fit per manum: sicut dicitur quisq̄ agnoscere manū suā: cum id quod scriptū sit agnoscit. hoc autē loco manū patris ⁊ filij intelligim⁹ potestatem: ne forte cum hic manū patris ipsum filium dictum acceperimus: incipiat carnalis cogitatio etiam filij querere filiū. HYLA. vij. de tri. Vt enim per corporalē significationem: virtutē possis eiusdē nosse nature: cōmemorata est filij manus: manus patris: q̄r natura ⁊ v̄tus patris eēt ī filio. CHRY. Deinde vt non estimes q̄r ipse quidē ībecillis est. propter patris aūt virtutē in tuto sunt oues: subdit: Ego ⁊ pater vnum sumus. AVGV. Vtrūq̄ audi: ⁊ vnū: ⁊ sum⁹: ⁊ a carybdi ⁊ a scylla liberaberis. Quod dixit vnū liberat te ab arrio: q̄ dixit sumus: liberat te a sabellio. Si vnum: nō ergo diuersū: si sumus ergo pater ⁊ filius. AVGV. vij. de trini. Vnū enī sumus. dictū est: q̄d ille: hoc ⁊ ego s̄m essentiam: nō s̄m relatiuū. HYLA. viij. de trini. Hec igitur q̄r heretici negare non possunt: impietatis sue mendacio neganda corrumpūt. tentant eni id ad vnanimitatis referre cōsensum: vt voluntatis in his vnitas sit: nō nature idest vt non p̄ id quod sunt: sed per id quod idem volunt vnum sint: sed per nature natiuitatē dū nihil deus in eo ex se gignendo eū degenerat vnū sūt. Dūq̄ de manu eius nō rapiūtur: nō rapiuntur de manu patris: dū in operante se operatur pater: dū ipse in patre: ⁊ ī eo pater est. hoc non prestat creatura: sed natiuitas: nō efficit voluntas: sed potestas. nō loquit̄ vnanimitas: sed natura. Non negamus igitur vnanimitatē inter patrem ⁊ filiū. nā hoc solent heretici mentiri: vt cum solā cōcordiā ad vnitatē nō respicimus: discordes eos a nobis affirmari loquantur: sed audiant q̄z a nobis vnanimitas non negetur. Vnū sunt pater ⁊ filius natura: honore ⁊ virtute: nec natura eadem potest velle diuersa.

¶ Sustulerunt lapides iudei vt lapidarent eum. Respondit eis iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Propter quod eorū op⁹ me lapidatis? Responderūt ei iudei: De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. ⁊ quia tu homo cū sis: facis teipsum deum. Respondit eis iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: ⁊ non potest solui scriptura: quē pater sanctificauit: ⁊ misit in mundum. vos dicitis quia blasphemas quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autē facio: ⁊ si mihi non vultis credere: operibus credite: vt cognoscatis ⁊ credatis: quia pater in me est: ⁊ ego in patre.

AVGV. Audierunt iudei: Ego ⁊ pater vnum sumus: ⁊ non pertulerūt ⁊ more suo duri ad lapides cucurrerunt. vnde dicit̄: Sustulerunt lapi. iu. vt lapi. eum. HYLA. vij. de tri. Nunc hereticorum furor iā dn̄o in celis sedente pari infidelitate dictis nō obedientes: odium impietatis exercent: verbo⁊ lapides iniciunt: ⁊ si possent de throno eū suo in cruce detraherent. THEOPHI. Dn̄s autem ostendens q̄ nullam iustam habebant occasionem furendi aduersus eum: cōmemorat signa que fecerat. nam sequitur: Respon. eis Je. Mul. bo. opera os̄. vo. ex patre. meo. ALCVI. scilicet in sanitatib⁹ infirmorum: in exhibitione doctrine ⁊ miraculo⁊: que ex patre ostēdi. q̄r ei⁹ gloriā p̄ oīa q̄siui: pp̄ q̄d eorū op⁹ me lapidatis: quāuis

inniti cõfitētur multa beneficia sibi ipensa a
christo: sed quod de sua patrisq3 equalitate di
xerat: pro blasphemia dputabant. vñ seqtur:
Rñ. ei iu. De bo. ope. non lapi. te: sed de
blas. τ q: tu bo. cū sis: fa. teipsum deū. AV
GV. Ad hoc responderūt qd dixerat: Ego
τ pater vnū sumus. Ecce iudei intellexerūt
quod arriani non intelligunt. ideo enim ira
ti sunt: quoniā senserūt nō posse dici: Ego τ
pater vnum sumus, nisi vbi equalitas ē pa/
tris τ filij. HYLA. vij. de tri. Judeus di/
cit. Cū sis ho. Arrianus: Cuz sis creatura.
vtriq3 dicūt: Facis te deū. Subijcit eni arria
nus: Substāne noue τ aliene deū. vt autem
alterius generis deus sit: aut omnino nec de
us. dicit eni. n: Non est filius ex natiuitate:
non est deus ex veritate: creatura est prestan
tior cunctis. CHRY. Dñs autem nō de/
struxit opinionē iudeox estimantiū q se deo
parē diceret. sed magis contrarium facit. nā
sequitur: Rñ. eis ie. Nōne scrip. ē i lege ve
stra? AVGV. i. vobis data: Ego dixi dij
estis. Deus hoc dicit per prophetā i psalmo
hoibus. Et legem appellauit domin9 gene/
raliter oēs illas scripturas. q̄uis alicubi spā
liter dicat legē: a prophetis eā distinguēs si/
cut est. In his duobus preceptis tota lex pē
det τ prophete. Aliquando aūt in tria distri/
buit easdem scripturas vbi ait. O portebat i/
pleri omnia que scripta sunt in lege τ pphe
tis τ psalmis de me: Nūc Vo etiā psalmos
legis noie nūcupauit: ex quib9 sic argumēta/
tur: Si illos dixit deos: ad quos ser. dei fa.
ē: τ nō po. sol. scri. quē pa. sancti. τ mi. i mū
dū: vos dici. q: blasphemas: q: dixi fili9 dei
sum. HYLA. vij. de tri. Demonstratur9
quidem q ipse τ pater vnum essent in eo pri
mo ineptia ridiculi opprobrij cōfutatur: q i
reatum vocaretur. q se cum homo esset deuz
faceret. Cum enim lex huius nois appellati
onē sanctis hoibus decerneret: τ sermo dei
indissolubilis cōfirmaret hanc ipartiti nois
professionē. Jam ergo non est criminis q se
deū: cū hō sit faciat: cū eos qui hoies sunt de
os lex dixerit. Et si a ceteris hoib9 nō irreli
giosa huius nois vsurpatio est: ab eo hoie:
quē sanctificauit pater non impudēter vsur
pari videtur: quia dei filium se dixerit cū pre
cellat ceteros per id quod sanctificatus in fi/
lium ē: beato paulo dicēte: q predestinatus ē
fili9 dei in virtute ẜm spūm sāctificatōis. ois
enim hec de hoie respōsio ē: q dei fili9 ēt ho
minis filius ē. AVGV. Vel aliter. San
ctificauit. i. vt sanct9 eēt gignēdo ei dedit: q:
sāctū eū genuit. Si āt ẜmo dī fact9 ē ad hoies
vt dicerēt dij: ipsū Vbū dī quō ñ ē de9? Si p
ẜmonē dei hoies pticipādo fiūt dij: Vbū vñ
pticipāt non est de9? THEO. Vel sāctifi
cauit eū h ē sanxit sacrificari p mūdo. In q
ostēdit se nō esse deū sicut ceteri: nam saluū
facere mundū diuinū opus est: non aūt hois
deificati per gratiā. CHRY. Vel īteri q
dē vt susciperetur sermo humilius locut9 ē:
postea aūt ad maius eos reduxit dicens: Si
non facio opera patris mei: nolite credere mi
hi. per hoc ostendens q in nullo minor ē pa
tre. q: eni substantiam eius impossibile erat
eis videre ab operū parilitate τ idētitate de/
monstrationē eius que ẜm virtutem indissi/
militudinis est tribuit. HYLA. vij. d tri.
Quid h adoptio: quid indulgentia nois loci
inuenit ne ex natura dei filius sit: cum dei fi/
lius ex nature paterne operibus credend9 sit
nō exequatur ac similis est deo creatura. Ne
q3 enim nature aliene potestas comparatur:
gerere autem se non sua: sed que patris sunt
testatur ne per magnificentiam gestorum na
ture natiuitas auferatur. Et q: sub sacramē/
to assumpti corporis τ nati ex maria: hois τ
dei filius nō intelligebatur: fides nobis inti
matur ex gestis cum ait: Si aūt facio τ si mi
hi non vultis credere operibus credite. Cuz
enim sacramētū nati hominis intelligentiam
diuine natiuitatis impediat cum diuina nati/
uitas omne opus suū sub ministerio assum
pti hominis exequitur. Faciens igitur ope/
ra patris demonstrare debuit: quid esset ope
ribus credendum. Naz sequr: Vt cogno.
τ cre. q: pa. in me est τ ego i pa. Hoc ē illd.
Dei fili9 sū. h ē illud: Ego τ pr̄ vnū sum9.
AVGV. Non enim filius sic dicit: In
me est pater: τ ego in illo: quomodo possunt
dicere homines. Si enim bene cogitemus:
τ bene viuamus in deo sumus: τ deus in
nobis est: quasi participantes eius gratiam
τ illuminati ab ipso. Vnigenitus autem dei
filius in patre est: τ pater in illo: tanquam
equalis.

Feria. v. Luce. vij. cap.

Rogabat iesum quidā pharisEus vt manducaret cū illo. Et ingressus domū pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix vt cognouit quia iesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrū vnguenti: et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et vnguento vngebat. Videns autē phariseus qui vocauerat eū: ait intra se dicens: Hic si esset propheta sciret vtiqȝ que et qualis ē mulier que tangit eū quia peccatrix est. Et respōdens iesus dixit ad illum: Symon habeo tibi aliqd dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Nō habētibus illis vnde redderent. donauit vtrisqȝ. Quis ergo eum plus diligit? Respondens simon dixit: Estimo quia is cui plus dōauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē dixit simoni. Vides hanc mulierem. Intraui in domum tuam. aquā pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hec autē ex quo intrauit: non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hec autē vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autē ad illā: Remittūtur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebāt dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluā fecit. Vade ī pāce.

BEDA. Quia supius dcm̄ fuerat. Et ois populus audien. et publicani iustificauerunt deū baptizati baptismate ioānis. Idē euāgelista q̄ verbis proposuerat et factis astruit: iustificatā .s. sapiētiā a iustis et penitētibus dicēs: Rogabat aūt illum qdā phariseus vt mānducaret cum illo. GREGO. nisenus. Hec descriptio quendā vtilē intellectū sapit. Sunt enim plerisqȝ eorū q se iustificant inflati suspitione vani sensus: priusqȝ veniat verū iudiciū. separātes seipsos velut agnos ab hedis: nec tecto nec escis cū plerisqȝ communicare volētes: abominantes omnes quicunqȝ nō extremum sed medium tenent callem in vita. Lucas ergo plus medicus animarum q̄ corporum ostendit ipsum deum et saluatorem nostrum pijssime alios visitantem: vnde sequitur: Et ingressus domum pharisei discubuit. Non vt aliquid de vitijs eius sortiatur: sȝ vt īpartiatur de iusticia ppria. CYRIL. Mulier autem inhoneste vite promens autē fidelem affectum: venit ad christum quasi potentem veniam commissorū largiri. Sequitur .n. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cogno. q iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastr̄ vnguēti. BEDA Alabastrū ē genus marmoris cādidi varijs coloribus intercincti: quod ad vasa vnguentaria cauari solet: eo q optime suare ea īcorrupta dicatur. GREGO. in ho. Mi.n. hec mulier turpitudinis sue maculas aspexit lauanda ad fontem misericordie cucurrit: cōuiuantes non erubuit. nam quia semetipsā grauiter erubescebat intus nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Discite quo dolore ardet: que flere et inter epulas non erubescit. GREGO. nisenus: Indignitatē autem suam ostendens stabat post tergum deiectis luminibus et effusa coma pedes amplectens: lachrymisqȝ eos perfundēs: rebus tristem animum ostendebat veniam implorās. Sequitur .n. Et stans retro secus pedes eius lachrymis cepit rigare pedes eius. GREGO. In ho. Oculis .n. terrena cupierat: sȝ hos iam per penitentiā conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed iam capillis lachrymas tergebat. vnde sequitur: Et capillis capitis sui tergebat. ore superba dixerat: sed pedes domini osculans

in redemptoris sui vestigia figebat. vnde sequitur. Et osculabatur pedes ei9. Vnguē tē sibi pro odore sue carnis exibuit. Q̄d ergo sibi turpiter exhibuerat: hoc iā deo laudabili ter offerebat. vnde sequitur: Et vnguēto vngebat. Quot ergo in se habuit oblectamēta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum: numerum criminum: vt totum deo seruiret in patientia: qcqd ex se deum ɔtemp serat in culpa. Sic igitur meretrix effecta est honestior virginibus. Postq̄z.n. accensa est penitentia: exarsit i christi amorē: et hoc quidem que dicta sunt agebantur exterius. que vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant que solus de9 ispiciebat. GREGO. in ho. Hec āt phariseus intuens despicit: et non solum venientē peccatricem mulierem sed ēt suscipientem dīm reprehendit. videns autem phariseus q vocauerat eum: ait intra se dicens: Si hic esset praphetā: sciret vtiq̄z que et qualis mulier est que tangit eum. Ecce: pharise9 veraciter apō se superbus et fallaciter iustus egrum reprehendit de egritudine: medicum de subuentione: que profecto mulier si ad pharisei pedes venisset: calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet: q2 hūc vera sua iustitia non replebat. Sic et quidam sacerdotali officio prediti: siquid fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint: protin9 subiectos despiciunt: et peccatores quoq̄z in plebe positos dedignantur. Necesse ē aūt vt cū peccatores quousq̄z cōspicimus nosmetipsos prius in eorum calamitate defleamus: q2 fortasse i similibus aut lapsi sumus aut labi possumus. Oportet aūt vt sollicite discernamus q2 districtionem debem9 vitijs cōpassionem nature. Si enim feriendus est peccator: nutriendus est proximus. Cum vero iam per penitentiā percutit ipse quod fecit: iam noster proximus peccator nō est: q2 hic i se punit quod iustitia diuina reprehendit. Inī duos ergo egros medicus aderat: sed vnus in febre sensum tenebat: alter sensum perdiderat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat: phariseus aūt de falsa iustitia elatus: vi sue valitudinis exaggerebat. TYTVS. Dñs aūt nō verba eius audiens: sed cogitationes inspiciēs: dñm se prophetarū ostendit. vnde sequitur. Et respondēs iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. GLO. Q̄d quidē dixit eius cogitatōi respondens. Phariseus aūt ex verbis dñi attentior ē factus. vnde dicitur. At ille ait. Magister. GREGO. Et duobus aūt eij debitorib9 paradigma opponitur: quoꝝ vnus minus: alius amplius debet. vnde sequitur: Duo debitores erant cuidā feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. TYTVS. q. d. neq̄z tu ab sq̄z debito es. quid igitur si in paucioribus teneris? nō superbias: q2 tu quoq̄z venia eges. vnde de venia subdit dicens. Non habē. autez il. vnde red. donauit vtrisq̄z. GLO. Null9 enim potest per seipsuz a debito peccati liberari nisi diuina gratia veniaz consequatur. GREGO. in ho. Vtroruq̄z autē debito dimisso: quis amplius largitorem debiti diligat phariseus interrogat. Seq̄tur.n. Quis ergo pl9 eū diligit? Quib9 verbis ꝓtinus ille respondit. Estimo q2 is cui pl9 donauit. Qua in re notandum est: q̄ dū sua sententia phariseus conuincitur. quasi freneticus funē portat ex quo ligetur. vnde sequitur: At ille dixit ei: recte iudicasti. Enumerantur aūt ei bona peccatricis: enumerantur et mala falsi iusti: vnde sequitur. Et conuer. ad muli. di. simoni: vides hanc mulierem. intraui in do. tuaz. AMBRO. q. d. facilis est vsus aquaꝝ: nō est facilis lachrymaꝝ effusio. tu promptus nō es vsus: hec effudit nō prōpta lauans lachrymis pedes meos lauit maculas ꝓprias: tersit comis: vt per eas sibi assumat sacros sudores: et quibus venata est ad peccatū inuictutē: vcata ē sactitatē. CHRY. Sicut aūt vbi vehemēs imber ꝓrumpit: fit serenitas: sic lachrymis effusis apparet tranquillitas: et perit caligo reatuū. et sicut p aquā et spiritū: sic per lachrymas et cōfessionē denuo mundamur. vnde sequitur: Propter quod dico tibi remittūtur ei peccata multa: q̄niā dile. mul. Nam qui vehemēter se igesserunt malis: rursus et bonis vehemēter insistent: cōscij ad quot debita se obligauerūt. GREGO. Tanto ergo amplius peccati rubigo consumitur: quāto peccatoris cor magno charitatis igne cōcremat. TYTVS. Contingit autem sepius eum qui multū peccauit per cōfessionē purgari. Pauca vo peccantem: ex arrogantia nō venire ad ɔfessio/

mis remediũ. vñ seqtur: Cui aũt min⁹ dimitti
tur: min⁹ diligit. CHRY. O p⁹ est q̄ no/
bis feruẽti aĩa: q: nihil ita cdit boiem fieri ma
gnũ. Nullus ergo cõstitutoꝝ i peccatis de/
speret. nemo virtuosus dormitet: nec hic cõ/
fidat. Sepe enĩ meretrix precedet cũ: nec ille
diffidat: possibile nãq; ẽ eũ etiã primos sup
rare. vnde ⁊ hic subditur Dixit aũt ad illaꝫ:
Remit. tibi pec. tua. GREGO. Ecce. q̄
ad medicũ venerat egra sanata est sed de sa/
lute eius: adhuc alij egrotant. Sequitur. n.
Et cepe. qui simul accũ. dicere intra se: quis
est hic q ẽt pec. dimittit: sed celestis medicus
egros nõ respicit: quos ẽt de medicamento
fieri deteriores vidit. eaꝫ aũt quã sanauerat:
p pietatis sue sniam confirmat. vnde sequit:
Dixit aũt ad mul. fi. tua te sal. fecit. q: i. hoc
qd petijt posse se accipere non dubitauit.
THEOPHI. Postq; aũt ei peccata di/
misit: nõ sistit in remissione peccati: sꝫ adij/
cit operationẽ boni. vnde subditur: Vade i pa
ce. i. ĩ iusticia: q: iusticia ẽ pax hoĩs ad deuꝫ:
sicut peccatũ ẽ inimicitia iter deũ ⁊ hoĩeꝫ. q.
d. operare oĩa q̄ ad pacem dei te ducunt.
AMBRO. Hoc aũt loco plerisq; pati vi
dentur scrupulũ questionis: vtrũ videantur
euangeliste discordasse de fide. GRE/
CVS. Q: enĩ quattuor euangeliste dicunt
christum vnctum fuisse vnguẽto a muliere:
tres puto fuisse mulieres ex personaꝝ quali/
tate: ex modo agẽdi: ex differentia tẽpoꝝ: Jo
annes siquidem narrat de maria sorore lazari:
qñ sex dieb⁹ ante pascha vnxit pedes iesu, ĩ
propria domo. At mattheus: Postq; dñs
dixerat: Scitis q: post biduũ fiet pascha: sub
dit q in bethania in domo simonis leprosi
mulier fudit vnguẽtũ super domini caput: si
aũt vnxit pedes vt maria. Marcus ẽt mat/
theo similiter: lucas aũt nõ circa tẽpus pasce:
sed in medio euangelij hoc refert. Chrisosto
mus autẽ binas asserit has mulieres fuisse:
vnã quidẽ que continetur in ioanne: alteraꝫ
vero cuius mẽtio fit a trib⁹. AMBRO.
Hanc ergo mulierem inducit mattheus su/
pra caput christi effundentem vnguentum: ⁊
ideo noluit dicere peccatricem. nam pecca/
trix sm lucam supra christi pedes effudit vn
guentum. Potest ergo non eadem esse: ne
sibi contrarium euangeliste dixisse videãtur.

Potest etiam questio meriti ⁊ temporis di/
uersitate dissolui: vt adhuc illa peccatrix sit:
iam ista perfectior. AVGV. de cõ. euan.
Eandem enĩ mariã bis hoc fecisse arbitror i
telligẽdũ: semel scilicet qd lucas narrauit cuꝫ
primo accedens cuꝫ humilitate ⁊ lachrymis
meruit remissionẽ peccatoꝝ. vnde ioannes
cũ de lazaro resuscitando cepisset loqui: ante
q̄ veniret in bethaniam dicit: Maria autem
erat que vnxit dñm vnguento: ⁊ tersit pedes
eius capillis suis: cuius frater lazarus infir/
mabatur. Jam itaq; hoc maria fecerat. Qd
autẽ in bethania rursum fecit: aliud est: qd
ad luce narrationem non pertinet: sed pari/
ter narratur ab alijs tribus. GREGO.
in home. Mystico aũt intellectu pharise⁹ de
falsa iusticia presumens iudaicum populuꝫ
peccatrix mulier: sed ad vestigia dñi veniẽs
⁊ plorans conuersam gentilitatem designat.
AMBRO. Vel princeps huius seculi q
dam leprosus est. dom⁹ aũt simonis leprosi
terra est: ergo dominus ex illis superiorib⁹
locis descendit in terrã: neq; enim sanari po
tuisset hec mulier que spẽm habet anime vel
ecclesie: nisi christus venisset in terrã. Meri
to aũt spẽm accipit peccatricis: q: christ⁹ quo
q; formam peccatoris accepit: itaq; si consti/
tuas aiam fideliter appropinquantem deo: si
peccatis turpibus ⁊ obscenis: sed pie sermẽ
tẽ dei verbo: habẽtẽ imaculate fiduciã casti/
tatis: ad ipsum christi caput ascendit: Caput
autẽ christi deus est: sed qui caput non tenet
christi: ille pedes teneat. Peccator ad pedes
iussus ad caput: habet tamen etiam ea q̄ pec/
cauit vnguentũ. GREGO. Quid aliud
vnguento nisi bonus odor opinionis expri/
mitur: si igitur recta opera agimus. quibus
opinione boni odoris ecclesiam respergi/
mus: quid in corpore domini nisi vnguen/
tum fundimus: Sed secus pedes mulier ste
tit: contra pedes enim domini stetimus: cuꝫ
in peccatis positi eius itineribus renitieba/
mur. sed si ad veram penitentiam post pec/
cata conuertimur: iam retro secus pedes sta/
mus: quia eius vestigia sequimur queꝫ ipu
gnabamus. AMBRO. Defer ⁊ tu post
peccata penitentiam: vbicũq; audieris christi
nomen accurre. Jn cuiuscũq; interiorem do/
mũ iesum intrasse cognoueris: ⁊ ipse festia:

tā reppereris sapientiā: cū reppereris iusticiam in aliquibus penetralibus recumbentē accurre ad pedes: hoc ē vel extremā partē q̄re sapientie: lachrymis confitere peccata. Et fortasse ideo non lauit pedes suos christ⁹: vt eos lachrymis nos lauemus. Bone lachryme que nō solū nostrū possunt lauare delictū sed etiam verbi celestis rigare vestigium: vt gressus eius nobis exuberent. Bone lachryme in quib⁹ nō solū redemptio peccatorum: sȝ etiā iustoȝ refectio est. GREGO. Lachrymis enī dn̄i pedes rigamus: si qbuslibet vltimis mēbris domini cōpassionis affectu inclinemur. Capillis pedes dn̄i tergimus: qñ sanctis eius quibus ex charitate cōpatimur: ex his que nobis superfluunt miseremur.

AMBRO. Expande etiam capillos: sternē ante eū oēs corporis tui dignitates: nō mediocres capilli sunt qui possunt pedes tergere christi. GREGO. Osculatꝰ mulier pedes quos tersit quod nos quoqȝ plene agim⁹ si studiose diligim⁹: quos ex largitate cōtinemus: Potest quoqȝ p pedes ipsum mysterium incarnationis eius itelligi. osculamur igitur redemptoris pedes cū mysteriū icarnationis eius ex toto corde diligimus. Vnguento pedes vngimus: cum ipsā humilitatis ei⁹ potentiam sacri eloquij bona opinione predicamus. sed hoc etiam pharisꝰ vidit: et inuidit: quia cum iudaicus populus gentilitatem deum predicare conspicit: sua apud se malitia tabescit: sic autem phariseus retūditur: vt per eum perfidus ille populus ostendatur: qr videlicet infidelis ille populus nec ea que extra se erant: vnqȝ pro domino tribuit. Conuersa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiam: sed etiam sanguinem fudit. vnde phariseo dicit. Aquā pedib⁹ meis non dedisti: hec autē lachrymis riga. pe. meos. Aqua quippe extra nos est: lachrymarū humor intra nos est: Infidelis etiam ille populus deo osculū non dedit: quia ex charitate eum amare noluit: cui ex timore seruiuit osculum quippe dilectionis est signum: vocata autem gentilitas redemptoris sui vestigia osculari non cessat: quia in eius cōtinuo amore suspirat.

AMBRO. Non mediocris autem hec meriti est de q̄ dr̄ Ex quo itrauit: nō cessauit osculari pedes meos: vt aliud nisi sapientiā loq nesciat: nisi iustitiā diligere: nisi castitatē libare: nisi pudicitiā osculari.

GRE. Pharisco aūt dicitur: Oleo caput meū non vnxisti: quia ipsam quoqȝ diuinitatis potentiā: in qua se iudaicus populus credere spopondit: digna laude predicare neglexit. Hec autem vnguento vnxit pedes meos: qr dum incarnationis eius mysterium gentilitas credidit: summa laude eius etiam predicauit.

AMBRO. Beatus qui potest et oleo vngere pedes christi: sed beatior qui vngit vnguento: multorum enim florum in vnum collecta sparsit. et fortasse istud vnguentum non posset alius nisi ecclesia sola offerre: que diuersi spiraminis innumerabiles habet flores. et ideo nemo potest tantum diligere quātum illa que in pluribus diligit. In domo autem pharisei idest in domo legis et prophete: non phariseus sed ecclesia iustificatur. Phariseus enim non credidit: ista credebat. lex mysterium non habet: quo occulta mundantur: et ideo quod in lege minus est: consummatur in euangelio. Duo autem debitores duo populi sunt: feneratori illi thesauri celestis obnoxij. Non materialem autem feneratori huic debemus pecuniam: sed meritorū examina: era virtutum: quarum merita grauitatis pondere: iusticie spē: sono confessionis expenduntur. Non mediocris autem est iste denarius in quo regis imago formatur. veh mihi si nō habuero quod accepi: aut quia difficile quisqȝ est qui feneratori huic debitum integrum possit exoluere. veh mihi si non petiero conced: mihi debitum. Sed qs est populus iste qui amplius debet: nisi nos qbus āpl⁹ creditū est? Illis credita sunt eloquia dei. nobis creditur virginis partus hemanuel idest nobiscum deus: domini crux: mors: resurrectio: itaqȝ non est dubium q plus debet qui plus accipit secundum homines. plus fortasse offendit: qui plus debuerit. Sȝ per misericordiā domini causā vtatur: vt amplius diligat qui amplius debuit si tamen gratiam consequatur. Et ideo quoniam nihil est quod digne deo referre possimus. veh mihi et si non dilexero. Reddam⁹ ergo amorem pro debito: amplius enim diligit cui donatur amplius.

¶ Feria. vi. Joannis. xi. cap.



Collegerunt pontifices ꝛ pharisei ꝯciliuꝫ ꝛ dicebāt: Quid facim⁹? Quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Et venient romani ꝛ tollent nostrum locuꝫ ꝛ gentē. Unus autem ex ipsis cayphas nomine: cum esset pontifex anni illius dixit eis. Uos nescitis quicq̃ nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝑ populo: ꝛ non tota gens ꝑeat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit: quia iesus moriturus erat pro gēte. Et non tantum pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eum.

THEO. Decebat admirari ac extollere eū q̄ talia ꝑagebat miracula: ipsi ꝟo potius ꝯsiliant illū occidere. vñ dr̄: Collegerūt ponti. ꝛ pha. ꝯsiliū aduersus ie. ꝛ dicebāt: Quid facim⁹? AVGV. Nec tñ dicebāt. Credim⁹. Plus enim ꝑditi hoies cogitabāt quō nocerent ꝛ ꝑderēt q̄ꝫ quō sibi ꝯsulerēt ne ꝑirēt: ꝛ tñ timebāt ꝛ quasi ꝯsulebāt: Dicebant enim Quid facim⁹? q: hic homo multa signa fac. CHRY. Hoiem eū adhuc vocāt: q̄ tantā susceperunt eius deitatis demonstrationem. ORI. Est aūt ꝑ ea q̄ dicunt ab ipsis ꝯsiderare eoꝝ isipientiā ꝛ cecitatē. Insipiētiā q̄ppe q: testificabant illū ꝛ multa ꝑegisse miracula: ꝛ tñ estimabāt se posse aduersus eū emulari. velut nō posse ꝓ se aduersus eoꝝ emulationes. Cecitatis aūt hoc ipm̄ erat. ad faciētē. n. tot miracula ꝑtinebat vt se ab eoꝝ isidijs eximeret: nisi forte crederēt q: signa fecit: ꝛ putabant ea nō fieri diuina virtute. Nigdeꝫ igit deliberabāt nō dimittere ipm: opinātes se ꝑ hoc esse ipedimēto volētib⁹ credere i eū. ꝛ romanis ne eis auferrēt terrā ꝛ gētē. vñ seqt: Si dimittim⁹ eū sic: oēs credēt i euꝫ: ꝛ veni. roma. ꝛ tol. locū nostruꝫ ꝛ gētē. CHRY. Hoc dicētes ꝑplm̄ volūt ꝯcutere vt ꝑiclitandū ex suspitione tyrānidis. q. d. si romani viderint eū turbas ducētē. suspicabunt nos in tyrānidē velle ꝯsurgere ꝛ destruēt nostrā ciuitatē. ſꝫ fictio erat q̄ dicebant. Quid. n. demonstrabat tale? armigeros circūferebat ꝛ equitaturas trahebat? Nōne deserta ꝑseq̄bat? Sꝫ vt nō putent ob passionē suā hoc dicere: totā ciuitatē ꝑiclitari dicūt. AVGV. Ul timuerūt ne si oēs in xp̄m crederēt: nemo remaneret q̄ aduersus romanos ciuitatē dei tēꝑlūq̄ꝫ defenderet: qm̄ ꝯtra ipsum tēꝑlū ꝛ contra suas paternas leges doctrinā xp̄i esse sentiebāt temporalia ergo perdere timuerunt: ꝛ vitam eternam non cogitauerunt. naꝫ ꝛ romani p⁹ domini passionem ꝛ glorificationem tulerūt eis ꝛ locum ꝛ gentem expugnando ꝛ transferendo. ORI. Sed ꝛ ſm anagogē locū eorum qui ex circuncisione sunt gētes occupauerunt: q: ꝑ eoꝝ casum salus gentib⁹ euenit. loco. n. gētiū romam ponunt ex regnātib⁹ q̄ regno suberant nuncupatis. Gens ēt ab eis sublata est: q: q̄ fuit populus dei: factus ē nō populus. CHRY. Cū aūt illi hesitabāt: ꝛ non in ordine consilij proponebant dicētes: quid facimus vnus inuerecunde ꝛ cū crudelitate clamauit. vnde sequit: vnus aūt ex ipsis caiphas no. cuꝫ esset ponti. anni illius. AVGV. Mouere pōt quomodo dicat pōtifex anni illius: cū dn̄s constituerit vnuꝫ summū sacerdotem: cui mortuo vnus succederet. Sꝫ intelligendum est per ambitiones ꝛ contentiones inter iudeos postea constitutū eē plures fore pontifices: qui per annos singulos vicibus ministrarent: ꝛ forte etiam in vnum annum plures administrabant: quibus alio anno alij succedebant. ALCVI. Nam ꝺ hoc caipha iosephus refert q: precio sibi sacerdotium vnius anni redemerit. ORI. Increpatur autem caiphe prauitas in hoc q: dicitur: Pontifex anni illius: quo. s. noster saluator exercuit ministerium passionis: ꝛ tamē cum esset pontifex anni illius dixit eis: Uos nescitis quicq̄ꝫ: neq̄ꝫ cogitatis: quia expe. vo. vt vnus moriatur homo pro popu. ꝛ non tota gens pereat. q. d. Uos sedetis ꝛ adhuc segnius rem attenditis: sed attendatis vni⁹ hominis salutem pro communi republica oportere ꝯtemnere. THEO. Ho: aūt ipse q̄dē

praua dixit intentõe: tamẽ spiritussancti gra
tia ore eius vsa est ad futuri presagium. vn/
de subditur: Hoc au. a semetipso non dixit:
sed cũ esset põ. ãni illius ꝓphetauit: q2 iesus
moriturus erat pro gente. ORIGE. Nõ
quicunq3 prophetizat propheta est: sicut non
quicunq3 ius ꝓsequitur iustus est: sicut q fa/
cit aliquod opus propter humanã gloriam.
Caiphas ergo prophetauit quidẽ: nec tñ erat
propheta: sicut ⁊ balaam. Audebit autem qs
dicere q non per spiritumsanctum caiphas
prophetauerit. quia etiam spiritus maligni ẽ
attestari iesu ⁊ prophetare pro eo. iuxta illud
quod dicitur. Nouimus te q sis sanct⁹ dei.
nam eius intentionis est non fideles audito/
res efficere: s3 icitare ĩ ptorio ꝯsidẽtes aduer/
sus iesu3: vt eũ pimerẽt. deinde qd̃ dicit: Ex
pedit vobis: qd̃ ps eius prophetie fuit: dicit
verum vel mentitur? Nam si verum dicit:
saluantur hi qui in pretorio aduersus iesum
nituntur: mortuo iesu pro populo: ⁊ pertin/
gunt ad id quod expedit. Quod si inconueni
ens est: manifestum q non fuit spiritussan/
ctus qui dedit hec proferri: q2 spiritussanct⁹
non mentitur. Si autem quis velit veridicũ
⁊ in hoc esse caiphaz: conuerteretur illi q gra
tia dei pro omnibus gustet mortem: ⁊ q ẽ sal
uator omnium hominum maxime fidelium.
fatebitur etiam cuncta que sunt in hoc loco ꝓ
phetiam esse veridicam: incipiendo ab illo.
Vos nihil scitis. Nihil enim nouerant qui
iesum ignorabant esse veritatem: sapientiam
iusticiam ⁊ pacem. Et q ipsis quoq3 erat ex/
pediens. vt hic vnus inquantũ est homo mo
riatur pro populo. non enim inquantum est
imago inuisibilis dei est susceptibilis mortis
Pro populo autem obijt: velut potens toti/
us orbis culpam in seipsum retorquens dis/
sipare ac delere. Ex hoc vero q dicit: Hoc
autem a semetipso non dixit: docemur q ali/
qua nos homines per nos dicimus: nulla in
ducente virtute ad proferendum: quedã ve/
ro suadente nobis quadam virtute: ⁊ si non ĩ
tegre exprimamus: ⁊ sic consequenter dispo
namur ad ea insectantes ea que dicimus: sed
non intentionem dictorum: velut caiphas ex
se nihil protulit: nec dixit intentionem quia ꝓ
phetiam dici non accipiebat: Sed etiam apd̃
paulũ qdã legispiti sunt nõ itelligẽtes nec ea
q̃ ꝓferũt. AVGU. Hic docemur ẽt ho/
mines malos ꝓphetie spũ futura ꝑdicere: qd̃
tñ euangelista diuino attribuit sacramẽto: q2
põtifex fuit. i. sũmus sacerdos. CHRY.
Vide autem quanta spiritussancti virtus ẽ.
a mente enim mala valuit verba proferre ꝓ
phetie. Vide etia3 quanta est pontificalis vir
tus potestatis: pontifex enim effectus ⁊ si in/
dignus existens: tamen prophetauit nesciẽs
quid diceret. ore enim solum vsa est gratia:
contaminatum autem cor non tetigit. AV/
GU. Caiphas igitur de sola gente iudeo/
rum prophetauit in qua erant oues de quib⁹
ait ipse dominus: Non sum missus nisi ad
oues que perierunt domus israel. sed noue/
rat euangelista alias esse oues que non erant
de hoc ouili quas oportebat adduci. ⁊ ideo ad
didit: Et non tantum pro gente: sed vt filios
dei qui erant dispersi congregaret in vnum.
Hec autem ẽm predestinationez dicta sunt:
na3 neq3 oues eius neq3 filij dei adhuc erãt.
GREGO. vi. mo. Persecutores igitur
peregerunt hoc quod perniciose moliti sunt:
intulerunt mortem: vt ab eo absciderent fi/
delium deuotionez: sed fides inde creuit. vn
de se hanc extinguere infidelium crudelitas
credidit. Non enim ad pietatis sue obsequi/
um redegit: quod contra illum humana cru/
delitas: extorsit. ORIGE. Concitati au/
tem ad iram ex verbis caiphe. taxauerunt vt
occiderent dominu3. vnde sequitur: Ab illo
ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.
Et quidem si non spiritu sancto caiphas ꝓ/
phetauerat: alius spiritus fuit qui valuit ⁊ ꝑ
impiu3 loqui: ⁊ sibi compares aduersus chri
stum incitare. Qui autem vult respondere ꝓ
spiritu sancto: dicet q sicut sacrarum intentio
nem scripturarum ad vtilitatem prolata3: ali
qui praue suscipiunt ad constituendam enor/
mem disciplinam: sic editam pro saluatore ꝓ
phetiam veridicam: non debito modo perci/
pientes consiliati sunt vt interficerẽt christũ.
CHRY. Querebant quidem prius ⁊ eu3
interficere: nunc ⁊ sententiam firmauerũt.

¶ Jesus ergo iam non in palam am
bulabat apud iudeos: sed abijt in regio
nem iuxta desertum in ciuitatem que
dicitur effrem: ⁊ ibi morabatur cum di
scipulis suis.

ORIGE. Cum concilium congregaue-runt pontifices et pharisei vt occiderent iesuz ipse cautius se obseruans: non vltra cum fiducia conuersabatur cum iudeis: sed neq3 ad aliam ciuitatem abijt populatam: sed ad quandam remotam. vnde dicitur: Jesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionē iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem. AVGV. Non quia potentia eius defecerat: in qua si vellet palam cum iudeis conuersaretur: et nihil ei facerent: sed exemplum discipulis demonstrauit: quo appareret non esse peccati si fideles eius oculis persequentiū se subtraherent: et furorē sceleratorū latendo potius euitarent: quam se ostēdēdo magis accederent. ORIGE. Honestū nāq3 ē imminente agone confitenti iesum nō euitare confessionem: nec recusare subire mortem gratia veritatis: nec minus honestuz est non tradere occasionem tante tentationi: non solum propter incertitudinem euentus proprij: sed ne nos occasionē prestemus vt alij magis impij ac noxij fiant. nam siquis factus erga quenq3 materia criminis luit penas: quō persecutorē non declinans. non ēt et persequentis delicto dabit responsum? Non solus aūt dominus illic fuit: imo vt nullā daret cām pergrēti cū: discipulos ēt secū duxit. vñ sequitur: Et ibi morabat cuz discipulis suis. CHRY. Qualiter putas turbatos discipulos humane videntes eum saluatum? Ipsi autem quando omnes letabantur et festa celebrabant: tūc occultant: et i periculis sunt: sed tñ permanebāt cū eo sm illud: Vos estis q permāsistis mecū i tētationibus meis. ORIGE. Quo ad anagogiā vo dicat q iesus dudū cū fiducia ambulabat inter iudeos: cū vbū diuinū p ꝓphetas i ipsis conuersabat: sed abijt illuc: nec ē verbū dei iter iudeos. Accessit aūt ad villā q̄ ē ppe desertū: de qua dr: Multi filij deserte: magis q3 cōiugate. Villa aūt dr effrem: q̄ iterptatur fertilitas. Fuit aūt effraim frater manasse senioris ppli obliuioni tradīti. post populum .n. obliuioni datū ꝑtermissum ꝓdijt ex gentibus abundātia. Discedēs ergo a iudeis dñs: venit i terrā toti⁹ orbis ppe desertā ecclam. q̄ dr ciuitas fecūda: et ibi morat cū discipulis vsq3 nunc. AVGV. Ille aūt q de celo venerat pati: ꝓpinquare voluit loco passionis: q2 iminebat hora passionis.

¶ Sabbato Joannis. xvij. cap.



Ublenatis iesus oculis i celuz dixit. Pater venit hora clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificat te Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei: det eis vitam eternam. Hec autem est vita eterna: vt cognoscant te solum deum verum: et quem misisti iesuz christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciaz. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quaz habui priusq3 mundus fieret apud te. CHRY. Propter hoc in celū oculos eleuauit vt nos doceret extensionē q̄ ē i orōnib⁹ vt stātes sursum aspiciam⁹: nō oculis carnis solū sed et mētis. AVGV. Poterat autem dñs in forma serui si hoc opus esset orare silentio. sed ita se patri exhiberi voluit ꝑcatorē: vt meminisset nostrū se esse doctorē. Proinde nō solū ad ipsos sermocinatio: sed ēt ꝓ ipsis ad patrez orō discipulorum est edificatio. Profecto et nostrum q fueramus cōscripta lecturi. hoc aūt qd ait: pater venit hora. ostēdit omne tps et qd qñ faceret: vel fieri fineret ab illo esse dispositū: q tpi subditus non est: non aūt credat hec hora fato vrgente venisse: sed deo potius ordinante. absit .n. vt sidera mori cogerent sideruz conditorem. HYLA. iij. de tri. Non diem autem non tps sed horam venisse dicit: In hora diei portio ē. et q̄ erat h hora: iam nūc cōspuēdus: flagellandus: crucifigendus erat: sed clarificat pater filiū. Sol decursu opis defecit: et iteritū suum cum eo reliqua mundi elemēta senserūt: ad onus dñi in cruce pendentis terra tremuit: et in eū q mortuus erat intra se cōtestata est non cape. Proclamat centurio: Vere filius dei erat iste. ꝑdictioni cōsentit effectus. dñs dixerat: Clarifica filium tuum. non solum nomine cōtesta⁹ ē eē se filiū: sed et ꝓprietate qua dr: Tuū. multi .n. nos filij dei: sed non talis h filius. h .n. proprius et ver⁹ ē filius origine: nō adoptiõe. Vi-

tate non nuncupatione: natiuitate nō creatione. ergo post clarificationē ei⁹ ꝯuitatē ꝯfessio secuta ē. nā verꝫ dei filiū cēturio ꝯfitet: ne q̄s credētiū ambigeret: qđ aliq̄s ꝑsequentiū non negasset. AVGV. Sꝫ si passiōe clarificatus dr: quāto magis resurrectione? Nam in passione magis esse humilitas q̄ꝫ claritas cōmendat. Qđ ergo ait: Pater ve. ho. clari. filiū tuū. sic intelligendū est tanq̄ꝫ dixerit: Venit hora seminande humilitatis: fructum nō differas claritatis. HYLA. iij. de tri. Sed forte infirmus repenetur filius dū clarificationē potioris expectat. Et quis non patrem potiorē ꝯfitebit cum ipse dicat: Pater maior me est. Sꝫ cauendū est: ne apud iperitos gloriā filij honor patris ifirmet. nā seq̄t: Vt fi. tuus cla. te. Non ergo infirmus est filius vicem clarificationis ipse cum clarificandus sit redditurus. Ergo expostulatio clarificatōnis dande vicissimq̄ꝫ reddende eandeꝫ in vtroq̄ꝫ ostendit diuinitatis virtutem. AVGV. Merito aūt q̄rit: quō patrē clarificauerit filius: cuꝫ sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana: nec augeri potuerit in sua perfectiōe diuina. Sed apud homines minor erat qñ in iudea tm̄mō de⁹ notus erat. qꝛ ꝯo ꝑ euangeliū xp̄i scīū ē: vt pat innotesceret gentibus: patrē clarificauit ⁊ filius. dicit ergo: Clarifica filiū tuū: vt fili⁹ tuus clarificet te. ac si dicat: Resuscita me: vt innotescas toti orbi per me. deide magis pandēs quō clarificet patrem filius subiungit: Sicut dedisti ei potestatem oīs carnis: vt oē qđ dedisti ei: det eis vitā eternā. Omnem carnem dixit oēm hoīem: a parte totū significās. hoc aūt ꝙ potestas xp̄o a patre data est oīs carnis ſm hoīem intelligendū est. HYLA. iij. de tri. Caro. n. factus ipse vite eternitatem erat caducis ⁊ corporeis ⁊ mortalib⁹ redditurus: HYLA. ix. đ tri. Vl' acceptio potestatis sola est significatio natiuitatis: in qua accepit id quod est. Non est infirmitati datio deputanda: cū in eo significetur pater esse ꝙ dederit: ⁊ in eo filius deus maneat. ꝙ vite eterne dāde sumpserit potestatē. CHRY. Dic aūt: Dedisti ei po. om. car. vt ostendat ꝙ non ad iudeos solos sua predicatio: sed ad totum orbem terrarūꝫ extendit. Sed quid est ꝙ dicit: oīs carnis: Nō. n. vtiq̄ꝫ oēs crediderūt. Et q̄dē q̄ꝫtū ex eo ē: oēs crediderūt. Si ꝯo non attēdebāt his q̄ dicebant: nō ei⁹ q̄ dicebat est criminatō sꝫ eoꝝ q̄ nō susceperūt. AVGV. Dic ergo sicut dedi. ei po. om. car. ita te glo. fili⁹. i. notū te faciat oī carni quam dedisti ei. Sic. n. dedisti vt oē qđ dedisti ei: det eis vitā eternā. HYLA. iij. de tri. Sꝫ ī quo tādem eternitatis vita ē ostēdit cū subdit: Hec ē autem vi. eter. vt cog. te so. ve. de. Vita ē verꝫ nosse: sꝫ solū hoc nō facit vitā. qđ ergo ꝯnectit? Et quē misisti iesum xp̄m. HYLA. iij. de tri. Dū aūt arriani itelligunt solū patrē verū deum: solum iustum: solum sapienteꝫ: a cōione hoꝝ sꝫ hos filius separat. Soli. n. vt aūt propria non participantur ab altero: que si ī patre solo ⁊ non in filio existimabūtur necesse est vt filius deus falsus ⁊ insipiens eē credatur. HYLA. v. de tri. Nulli auteꝫ dubiū est veritatem ex natura ⁊ ex virtute esse. verꝫ enim triticū est quod in far comminutum ⁊ in panem coctum ⁊ in cibum sumptuꝫ reddit ex se ⁊ naturam panis ⁊ munus. Quero ergo in quo filio veritas dei desit: cui non desit dei nec natura nec virtus. Nature eni sue virtute vsus est: vt essent que nō erant: ⁊ fierent que placerent. HYLA. ix. de tri. An forte quod ait: Te solum: communionem atq̄ꝫ vnitatem suam a deo separat? Separat sane si non ad id quod ait: Te solum verum deum: continue subiecit: Et quem misisti Jesuꝫ christum. Per id enim ecclesie fides christuꝫ verum deum confessa est: ꝙ solum veruꝫ deum confessa patrem sit. non enim vnigenito deo nature demutationem naturalis natiuitas intulit. AVGV. vi. de trinitate. Videndum est ergo an intelligere cogamur: cuꝫ dictum est patri: Vt cognoscant te solum verum deum. tanq̄ꝫ hoc insinuare voluerit: qꝛ ⁊ solus pater deus verus est: ne non nisi ipsa tria simul: patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum intelligeremus esse deum. Nunc ergo ex domini testimonio: ⁊ patrem solum veruꝫ deum dicimus: ⁊ filium solum deum verum ⁊ spiritumsanctum solum verum deum: ⁊ simul patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctuꝫ idest simul ipsam trinitateꝫ non tres veros deos: sed vnum verum deum. AVGV. super Jo. Vel ordo verborum est: vt te ⁊ quem misisti Jesum christum cognoscant solum verū deū. ꝯsequenter eniꝫ ⁊ spiritussanct⁹ itelligit: quia spiritus est patris ⁊ filij tanq̄ꝫ charitas

cõsubstantialis amboꝝ. Sic igitur filiꝰ glorificat te: vt omnibus quos dedisti ei te cognitum faciat: Porro si cognitio dei est vita eterna. tantomagis in vita eterna quantomagis in hac cognitione proficimus: non autem moriemur in vita eterna. Tunc ergo dei cognitio perfecta erit: quando nulla mors erit summa: tūc dei clarificatio: q2 summa gloria. A veteribus aūt gloria diffinita ē frequens de aliquo fama cū laude: at si homo laudatur: cum fame creditur: quō deꝰ laudabitur: qñ ipse videbit. propter quod scriptū est: Beati qui habitant in domo tua: in secula seculoꝝ laudabunt te. ibi erit dei sine fine laudato: vbi erit dei. plena cognitio: ⁊ iō clarificatio. AVGV. i. de tri. Nō aūt dixerit famulo suo moysi: Ego sum qui sum. h̄ contemplabimur cū viuemus in eternū. AVGV. iij. de tri. Cū enī fides nostra videndo fiat veritas: tunc mortalitatē nostrā cōmutatā tenebit eternitas. AVGV. super Jo. Sed prius hic clarificatur deꝰ: cū annunciatus hoibus innotescit: ⁊ per fidē credentibꝰ predicatur: propter quod dicitur: Ego te clarificaui super terram. HYLA. iij. de tri. Hec quidē: clarificationis vicissitudo nō ptinet ad diuinitatis profectū: sed ad honorem qui ex cognitione ignorantium suscipiebat. CHRY. Unde bene dixit: Sup terram In celo enim glorificatus fuerat: ⁊ in natura gloriā habens: ⁊ ab angelis adoratus. nō igitur de illa gloria ait que substantie eiꝰ est: sed de ea q̄ ad culturam hominum pertinet. vnde subdit: Opus cōsu. quod dedi. mi. vt facerem. AVGV. non ait: Jussisti: sed dedisti. vbi cōmēdatur euidēs gratia. quid enim habet quod non accepit etiā in vnigenito humana natura? Sed quō cōsumauit opꝰ quod accepit vt faciat: cum restet adhuc passionis experimētū: nisi cōsumasse se dicit: qō se cōsumaturꝫ certissime nouit. CHRY. Uel dicit: Cōsumaui. quasi ea que ex parte mea sunt omnia feci: aut q2 cum id quod maximū est factum est: dici potest totū iā factuꝫ esse. Radix enim bonorum submissa erat: quam omnino debebat sequi fructus ⁊ quia his que futura erant: ipse iam aderat ⁊ copulabatur. HYLA. ix. de tri. Post que: vt meritum obedientie: ⁊ sacramentum totius dispensationis intelligeremus adiecit: Et nunc clari. me tu pa. apud temetipsum.

AVGV. Supra dixerat. Pater vēit hora: clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. In quo verborum ordine ostenderat prius a patre clarificandū filium: vt patrem clarificaret filius modo autem dixit: Ego te clarificaui: ⁊ nunc clarifica me. tāqꝫ prior ipse patrem clarificauerit: a quo deinde vt clarificetur exposcit. Ergo intelligendum ē vtroqꝫ verbo superius vsum eo ordine quo futurum erat: modo vero vsum fuisse verbo p̄teriti temporis de re futura: velut si dixisset: Ego te clarificabo super terram: opus consumando quod dedisti mihi vt faciaꝫ: ⁊ nūc clarifica me tu pater: que est omnino eadem sententia: nisi q̄ hic additur clarificatōis modus cum subditur: Claritate quam habui p̄usqꝫ mundus fieret apō te. Ordo vboꝝ ē: Quā habui apō te. p̄usqꝫ mūdꝰ eēt. h̄ qdā sic itelligēdū putauerūt: tāqꝫ natura hūana que suscepta est a verbo conuerteretur in verbū: ⁊ homo mutaretur in deum: immo si diligentius cogitemus homo periret in deo. Nō. n. quisqꝫ ex ista mutatione hominis: vel duplicari dei verbum dicturus est: vel augeri: sed quisquis dei filium predestinatum negat: hūc eundem filium hominis negat. Cum ergo videret illius predestinate sue glorificationis venisse iam tempus: vt ⁊ nunc fieret in redditione: quod fuerat in predestinatione iam factum orauit dicens: Et nunc clarifica me tu pater ⁊c̄. idest illam quam habui apud te in predestinatione tua tempus est vt apud te habeam etiaꝫ viuens in dextera tua. HYLA. iij. de trini. Uel orabat vt id quod ex tempore erat: gloriam eius que sine tempore est claritatis acciperet: vt in dei virtutē ⁊ spiritus incorruptionem trāsformata carnis corruptio absorberetur.

¶ Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant ⁊ mihi eos dedisti: ⁊ sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mihi abs te sūt. Q2 verba que dedisti mihi: dedi eis: ⁊ ipsi acceperunt ⁊ cognouerunt vere q2 a te exiui: ⁊ crediderūt q2 tu me misisti.

¶ Vespere autē facto: discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edē tibus illis dixit: Amen dico vobis: q2 vnus vestrum me traditurus est: Et contristati valde: ceperunt singuli dice re: Nunquid ego sum domine? At ip se respondens ait: Qui intingit mecū manum in parapside: hic me tradet. Fi lius quidem hominis vadit sicut scri ptum est de illo. ve autem homini illi: per quē filius hominis tradetur. Bo num erat ei: si natus non fuisset homo ille. Respondens autem iudas qui tra didit eum dixit: Nunquid ego sū rab bi? Ait illi: Tu dixisti.

HIERO. Quia supra domin⁹ de passi. sua predixerat: nunc etiam de proditore pre/ dicit dans ei penitentie locum: vt cum intelli geret sciri cogitationes suas ⁊ occulta cordis consilia: peniteret eum facti sui vnde dicitur: Vespere autem fa. discum. cum. xij. disci. su is. REMI. Cum. xij. dicit: quia iudas ad/ huc erat in numero: qui iam recesserat meri/ to. HIERO. Omnia. n. sit agit iudas vt tollatur suspicio ꝓditoris. REMI. Et no/ tandum: quia pulchre vespera facto discubu isse dicitur: q̄m ad vesperam agnus immola ri solebat. RABA. Ideo etiam vespere di scubuit cum discipulis: quia in passione chri sti quando verus sol ad occasum properauit refectio eterna omnibus fidelibus preparata fuit. CHRY. in ho. Designat autem eūā

gelista q: comedentibus illis disputat iesus de
traditione iude: vt τ ꝗa tēpore τ mensa osten/
dat maliciam proditoris: τ ideo sequitur. Et
edentibus illis dixit amen dico vo. q: vnus
ve. me tra. est. LEO. papa.i. ser. de pas. In
quo notam sibi esse proditoris sui conscietiaz
demonstrauit: non aspera ac aperta impium
increpatione confundens sed leui: τ tacita ad
mōnitione ꝯueniēs: vt facilius corrigeret pe
nitendo: quem nulla deformasset abiectio.
ORIGE. Vel dixit generaliter: vt testi/
monio ꝑcussi cordis singulorum qualitas ꝓ
bareť: τ vt iude ostenderet malitiam qui nec
cognitori ꝯsiliorum suorum credebat: esto q:
in primis putauit latere quasi hominem qui
postq̄ȝ vidit ꝯscientiam suam positā in Vbis
ipsius: quorum primum infidelitatis erat: se
cundum ip̄rudentie: τ vt ēt discipuloꝝ osten
deret bonitatē: q: plus credebant verbis xp̄i
q̄ȝ ꝯscie sue. vnde sequiť: τ cō. sūt val. τ cep.
sin. di. Nunqd ego sum dn̄e? Vnusq̄sq̄ȝ. n.
discipuloruȝ sciebat ex his q̄ docuerat iesus:
qm̄ ad malū vertibilis est humana natura: τ
in colluctatione aduersus rectores hu° mun
di tenebraꝝ: τ ꝑꝑ hanc causam vnusq̄sq̄ȝ eo/
rū timens interrogauit: vnde τ de omnibus
futuris nmēdū ē nobis īfirmis. Videns aūt
dn̄s de seipsis timentes discipulos: demon/
strauit proditorē indicio prophetice vocis di/
centis: Qui mādūcat panem mecum amplia
uit aduersum me supplantationem. vnde se/
quiť: At ipse respondens ait: Qui intin. me
ma. in pap. h me tradet. HIERO. O mi
ra dn̄i patientia. prius dixerat: Vnus vestꝝ
me tradet. ꝑseuerat ꝓditor in malo. manife/
stius arguit: τ tn̄ nomē ꝓꝑriū non designat.
Judas. n. ceteris contristatis τ retrahentib°
manū τ interdicentibus cibos ori suo: teme/
ritate τ ip̄udentia qua ꝓditurus erat: etiā ma
num cū magistro mittit in papsidem vt auda
cia bonam conscientiā mentireť. CHRY.
in ho. Mihi autem vř τ hoc christū fecisse: q:
s. iudas cū eo in papside iūngeret: magis cū
ꝯfundens τ in amorē suū attrahens RA/
BA. Qd̄ aūt dicit h matheus: In papside
marcus dicit In catino: Parapsis. n. ē vas
escaꝝ quadrangulatū a ꝑibus assibus. i. eqs
lateribus dictū. catinum vero vas fictile ap/
tum ad immittendum liquorem: τ potuit fieri
vt in mensa vas fictile quadrangulatū ꝯtine

reť. ORIGE. Hec est aūt propria ꝯsue/
tudo hoīum nimis maloꝝ: vt post salē τ pa/
nē insidienť hoībus maxime nihil inimicitie
ab eis habentibus. Si autē τ post spiritualē
mensam abundantius videbis: multitudinē
malitie eius non recordatus: nec in corporali
bus bonis magistri dilectionem: nec in spiri
tualibus doctrinam: Tales sunt oēs in eccle
sia q insidianť fratribus suis: cū qbus ad eā/
dem mēsaȝ corporis xp̄i frequēter simul fue
rūt. HIERO. Judas aūt nec ꝑmo nec se/
cūdo correctus: a ꝓditione retrahit ꝑedē: sed
patientia dn̄i nutrit ip̄udentiā suā. τ ideo pe/
na prediciť: vt quē pudor non vicerat: corri/
gant denunciata supplicia: vnde sequiť. Filii
us qdē hois va. sicut scri. est de illo. RE/
MI. Humanitatis nāq̄ȝ est ire τ redire: di/
uinitatis semꝑ manere τ eē: τ q: humanitas
pati potuit τ mori: iccirco pulchre dicitur filii
us hois abire. Aperte etiam dicit: Sicut scri
ptum est de eo: quoniam quecunq̄ȝ passus ē:
prius a prophetis ꝑdicta sunt. CHRY. in
ho. Hoc aūt dixit ad ꝯsolādū discipulos: vt
non existimarēt infirmitatis id esse qd̄ passu/
rus erat: τ vtinam ēt corrigeret proditorem.
Quāuis aūt scriptū fuerit passuꝝ esse xp̄ȝ ni
hilomin° tn̄ incusať iudas. Nō. n. traditio iu
de salutē nostrā opata ē sȝ sapiētia xp̄i q alio/
rū neqcijs ad id qd̄ nobis expediebat vtebať.
vn̄ seq̄ť: Ve aūt ho. il. ꝑ quē fi. hois tradeť.
ORIGE. Non dixit de homini illi a quo
tradiť: sȝ ꝑ quē tradeť: ostēdēs alteꝝ a quo tra
debať. i. diabolo: ip̄m aūt iudā ministruȝ esse
traditionis. Ve aūt oib° ꝓditoribus xp̄i: qui
cunq̄ȝ. n. discipulos xp̄i tradit ip̄sum xp̄m tra
dit. REMI. Vel ēt erit oib° q maligna cō
scia τ polluta ad mēsam xp̄i accedūt. Quan/
uis. n. xp̄m nō tradāt iudeis crucifigēdū: tra
dūt tn̄ suis iniqs mēbris sumēdū τ ad maio/
rē exaggerationē subdit. Bonū erat il. si na.
nō fu. hō ille. HIERO. Nō aūt iō putan
d° ē añ fuisse q̄ȝ nasceret: q: nulli posset esse
bene: nisi ei q fuerit: sȝ simpl'r dcm̄ est multo
meli° esse non subsistere q̄ȝ male subsistere.
AVGV. de q̄. euā. Etsi q̄spiā ꝯtendit ali
quā vitā esse añ istā: nō inde tm̄ vt nō nasce/
reť: sȝ nulli expedire ꝯuinciť. An diabolo di
cit nō expedire nasci. s. ad peccatū: an ēt bo/
nū erat illi vt christo nō nasceret ꝑ vocationē
nec esset apostata. ORIGE. Judas āt p°

omnium apostolorum interrogationes: ⁊ pꝰ christi narrationem de ipso vix aliquando ⁊ ipse interrogauit versuto consilio: vt similia ceteris interrogando celaret proditionis consilium. Nam vera tristitia non sustinet morā. vnde sequitur. Respon. autem iu. qui tradi. eum dixit: Nunquid ego sum rabbi? HIERO. In quo blandientis fingit affectum siue incredulitatis signum. Ceteri. n. qui non erant produturi dicunt: Nūquid ego sum domine? Iste qui proditurus erat non dominū: sed magistrum vocat: quasi excusationem habeat si domino denegato saltem magistrum prodiderit. ORIGE. Vel hoc ipsū quasi subsanians dicit: quia vocabatur magister cū nō eēt hoc vocabulo dignus. CHRY. in ho. Quis autem dominus poterat dixisse: argentum es pactus accipere ⁊ adhuc audes interrogare: sed nihil horū dixit mitissimus iesus: nobis terminos ⁊ regulas prefigens. Sequitur. n. Et ait illi: tu dixisti. REMI. Quod sic potest intelligi. Tu dicis ⁊ verum dicis: siue, tu dixisti ⁊ non ego: vt adhuc ei locus penitentie concederetur: dum non apertius eius puersitas māifestatur. RABA. Potuit hoc etiam sic dici a iuda ⁊ a domino responderi: vt non omnes aduerterent quod dictum erat.

¶ Cenantibus autem eis: accepit iesus panē ⁊ benedixit: ac fregit: deditq̃ discipulis suis ⁊ ait: Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meum.

HIERO. Postq̄ȝ typicū pascha fuerat impletum ⁊ agni carnes cū apostolis comederat: ad verum pasche transgreditur sacramentū: vt quando omni prefiguratione eiꝰ melchisedech summi dei sacerdos panum ⁊ vinum offerens fecerat: ipse quoq̃ in veritate suū corporis ⁊ sanguinis representaret. vñ dicitur. Cenantibus autē illis. AVGV. ad ianuarium: In quo liquido apparet: quando primo acceperunt discipuli corpus ⁊ sanguinem domini: non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est ritus vniuerse ecclesie q̄ a ieiunis semper accipitur. Placuit. n. spiritui sancto vt in honorem tanti sacramenti in os christiani prius dominicum corpus intraret q̄ȝ ceteri cibi. Saluator nanq̃ quo vehementius commendaret mysterij huius altitudinem: vltimum hoc voluit infigere cordibus ⁊ memorie discipulorum a quibus ad passionem digressurꝰ erat: ⁊ ideo non precepit quo deinceps ordine sumeretur: vt apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat seruaret hūc locum. GLO. Sub alia tamen spē carnem ⁊ sanguinem suum tradidit christus: ⁊ deinceps sumendum instituit: vt fides haberet meritum: que d̄ his est que non videntur. AMBRO. de sacramentis. Et vt nullus horror cruoris sit: ⁊ preciū tamen operetur redemptionis. AVGV. super ioan. Commendauit autem dominus corpus ⁊ sanguinem suum in eis rebus que ad vnū aliquid rediguntur ex multis. Panis nanq̃ in vnū ex multis granis conficitur: vinum vero in vnū ex multis acinis confluit. ita dominus iesus christus nos signauit: ⁊ mysteriū pacis ac vnitatis nostre in sua mēsa consecrauit. REMI. Apte etiam fructum terre obtulit vt per h̄ demonstraret quia ad h̄ venerat: vt illam maledictionē auferret qua maledicta est terra propter peccatum primi hominis. Congruenter etiā iussit offerri que de terra nascuntur: ⁊ pro quibꝰ homines maxime laborant vt non esset difficultas in acgrendo: ⁊ homines de labore manuum suarum sacrificium deo offerrent.

AMBRO. de sacramen. Ex hoc autem accipe anteriora esse mysteria christianorum q̄ȝ iudeorum. Obtulit. n. melchisedech panē ⁊ vinum: similis per omnia filio dei: cui dicitur: Tu es sacerdos in eternum ſm ordinē melchisedech: de quo ⁊ h̄ dicitur: Accepit iesus panem. GLO. Quod de pane frumēti intelligi debet. grano. n. frumenti se comparauit dominus dicens: Nisi granum frumenti cadens in terra. Talis etiam panis cōpetit sacramento: quia eius vsus est communior: nam alij panes propter eius defectum fiunt. Q̄d vero christus vsq̃ ad vltimum diem demonstrauit se non esse contrariū legi: vt supra ex verbis Chryso. habitum est: ī vespera vero quando pascha immolabatur ſm legis preceptum azima comedendum erat: ⁊ omne fermentatum abyciendum: manifestū est q̄ panis iste quem dominus accepit vt discipulis traderet azimꝰ fuit. GREGO. in registro: Solet autē nonnullos mouere: q̄ in ecclesia alij offerunt panes azimos: alij

fermētatos. Ecclesia nāq₃ romana offert azimos panes propterea q₃ dominus sine vlla commixtione susceperint carnem: alie vero ecclesie offerunt fermentatum: pro eo q₃ verbum patris indutu₃ est carne: ⁊ est verus deus ⁊ verus homo. na₃ ⁊ fermentum commiscetur farine: sed tamen tam azimum q̃₃ fermentatum dum sumimus vnum corpus domini nostri saluatoris efficimur. AMBRO. de sacramentis: Iste autē panis ante verba sacramentorum panis est vsitatus: vbi accesserit ꝯsecratio: de pane fit caro Christi. Consecratio autem quibus verbis est ⁊ quibus sermonibus nisi domini iesu? Si enim tanta vis est in eius sermone vt inciperent eē que non erant quanto magis operatorius ē: vt sint que erant: ⁊ in aliud commutētur. Si enim operatus est sermo celestis in alijs rebus: non operatur in celestibus sacramētis? Ergo ex pane corpus fit christi: ⁊ vinum fit sanguis consecratione verbi celestis. Modu₃ requiris? Accipe. Consuetudo est vt nō generetur homo nisi ex viro ⁊ muliere: sed q₂ voluit dominus de spiritusancto ⁊ virgine natus est christus. AVGV. de ver. do. Sicut ergo per spiritumsanctum vera caro sine coitu creatur: ita ⁊ per eundem substantia panis ⁊ vini ide₃ corpus christi ⁊ sanguis cōsecratur. ⁊ ideo quia verbo domini fit predicta consecratio subditur: Benedixit. REMI. Per hoc etiam monstrauit quia humanam naturam vna cum patre ⁊ spiritusancto gratia diuine virtutis impleuit: ⁊ eterne immortalitatis munere ditauit. Sed vt₃ mōstraret quia corpus eius non absq₃ sua voluntate subiectum erat passioni: subditur. Ac fregit. AVGV. in li. senten. Prosperi. Cū enim frangitur hostia dum sanguis de calice in ora fidelium funditur. quid aliud q̃₃ dominici corporis immolatio in cruce: eiusq₃ sanguinis effusio de latere designatur? DIO. in eccle. hierar. In hoc etiā ostenditur q₃ vnū ⁊ simplum dei verbum per humanationem compositum ⁊ visibile ad nos peruenit: ⁊ ad se nostram societate₃ benigne peragens: spiritualium bonorum distributorum nos participes fecit vnde sequitur: Deditq₃ discipulis suis. LEO papa: in ser. de passi. Nec ab hoc quidē mysterio traditore submoto vt ostēderetur iudas nulla iniuria exasperatus: qui impietate voluntaria erat presciuus. AVGV. super Jo. De vno enim pane ⁊ petrus accepit ⁊ iudas: sed petrus accepit ad vitam: iudas ad mortem. CHRY. in ho. Et hoc ioannes ostendit dicens: Quoniam post hoc intrauit in eu₃ sathanas. Etenim maius peccatum est factum: ⁊ quoniam cum tali mēte ad mysteria accessit. ⁊ quoniam cu₃ accessisset: non factus est melior: neq₃ timore: neq₃ beneficio: neq₃ honore: christus autem non ꝓhibuit eū q̃₃uis omnia nouerit: vt discas quoniam nihil dereliquit eorum que in correptionem conueniunt. REMI. In hoc etiam facto reliquit exemplum ecclesie: vt neminem a societate sui neq₃ a communione corporis ⁊ sanguinis domini segreget: nisi pro aliquo manifesto ⁊ publico crimine. HYLA. Vel sine iuda pasca accepto calice ⁊ fracto pane cōficitur: dignus enim eternorum sacramentorum communione non fuerat. Discessisse autem eum hinc intelligitur q₃ cu₃ turbis reuersus ostenditur. Sequitur: Et ait accipite ⁊ comedite. AVGV. de ver. do. Inuitat dominus seruos vt prepararent eis cibum seipsum. Sed quis audeat manducare dominu₃ suum? ⁊ quidem quando manducatur reficit: sed non deficit. viuit manducatus: quia surrexit occisus: nec quando manducatur partes de illo facimus: ⁊ quidem in sacramento sic fit: Norunt fideles quēadmodū: mādu cēt carnē xpi. vnusquisq₃ partē suā accipit: ꝑ partes manducatur in sacramento ⁊ integer manet: tot⁹ in celo: totus in corde tuo. Ideo autem ista dicuntur sacramenta: quia in eis aliud videtur ⁊ aliud intelligitur: quod videtur habet speciem corporalem: quod intelligitur: fructum h₃ spiritualē. AVGV. sup ioānē Carne₃ autē xpi: non edamus tm̄ in sacramento: qđ ⁊ multi mali faciunt: s₃ vsq₃ ad spiritus participationē manducemus: vt in domini corpore tanq₃ membra maneam⁹: vt eius spiritu vegetemur. AMBRO. de sacra. Ante eni₃ q̃₃ consecretur panis est. vbi autē₃ verba christi accesserint dicentis Hoc est corpus meū: corpus christi est.

¶ Et accipiens calicem gratias egit: ⁊ dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur

in remissionem peccatorum. Dico autem vobis non bibam āmodo de hoc genimine vitis vsqꝫ in diem illum: cū illud bibam vobiscum nouum i regno patris mei.

REMI. Quia corpus suū sub specie panis dn̄s discipulis dederat: pulchre ēt calicē suis sanguinis tradit eisdem. vnde dicit̄. Et accipiēs calicem gratias egit. In quo demōstrat quantū de nostra salute gratuletur. pro quibus etiam sanguinem suum funderet.

CHRY. in ho. Ideo etiā gratias egit: vt nos doceret qualiter oporteret nos hoc mysterium perficere: ⁊ etiam monstrauit q̃m ad passionē nō venit nolens. Erudiuit enim nos quodcūqꝫ patimur cum gratiarum actione ferre: ⁊ etiam ex hoc bonam spem nobis dedit. Si. n. figura huius sacrificij. s. imolatio agni paschalis: facta ē liberatio populi ab egyptiaca seruitute: multomagis veritas liberabit orbem terraꝝ. Sequitur: Et dedit illis dicens: Bibite ex hoc oēs. Ne autem hoc audientes turbarentur primū ipse sāguinē suū bibit: inducens eos sine turbatiōe ad cōionē mysteriorum. HIERO. ꝯtra Heluidium: Sic igitur dominus iesus fuit conuiua ⁊ conuiuium: ipse comedēs ⁊ q comeditur. Seqtur: Hic est sanguis meꝰ noui testamēti ⁊c. CHRY. in ho. Hoc est annunciationis legis noue: hoc enī ꝓmittebat vetus testm̄ qđ continet nouū. Sicut. n. vetus testamētū habuit sanguinē vitulorum ⁊ ouium: ita nouum habet sanguinē dn̄icum

REMI. Sicut enim legit̄: q: accepit moyses sanguinē agni ⁊ misit in crateram: ⁊ intincto fasciculo hisopi aspersit populū dicēs hic est sanguis testamenti quod mandauit ad nos deus. CHRY. in ho. Sanguinē autem noīans: ⁊ passionē suā pronūciat dicēs: Qui pro multis effundetur: Et rursus dicit mortis cāz cū subdit: In remissionē peccatorum. q. d. sanguis agni i egypto effusus ē ꝓ salute primogenitoruꝫ populi israelis. hic āt in remissionē peccatoꝝ vniuersi orbis terrarum. REMI. Et notandum q: non ait: Pro paucis: aut pro oībus: sed ꝓ multis q: non venerat vnā tātū gentē redimere: sꝫ multos de oībus gentibus. CHRY. in ho. Hoc aūt dicens ostendit q: passio eius: mysteriū ē salutis hūane ꝑ qđ ēt discipulos consolatur. Et sicut moyses ait: Hoc erit vobis memoriale sempiternum ita ⁊ ipse dixit vt lucas refert: hoc facite in meam cōmemorationem. REMI. Non solum autem panem: sed ēt vinū offerendum docuit: vt esurientes ⁊ sitientes iusticiam his mysterijs doceret esse recreandos. GLO. Sicut enim corporalis refectio fit per cibum ⁊ potum: ita sub specie cibi ⁊ potus nobis spiritualem refectionem dominꝰ preparauit. Conueniens etiam fuit ad signandum dominicā passionē vt sub duplici specie hoc sacramentum institueretur. In passione enim sanguinem suuꝫ effudit: ⁊ sic sanguis eius fuit a corpore separatus. Oportuit ergo ad dominicam passionem representandā seorsum proponi panem ⁊ vinū que sunt corporis ⁊ sanguinis sacramenta. Sciēdū tamē ē: q: sub vtraqꝫ specie totꝰ christꝰ cōtinetur: sub specie qdē panis simul sanguis cum corpore: ⁊ sub specie vini simul corpus cum sanguine. AMBRO. in epistola ad corin. Ideo etiam in duabꝰ speciebus celebratur: valet enim ad tuitionē corporis ⁊ anime quod percipimꝰ. CHRY. ad concilium. Calix vero domini nō ē aqua sola ⁊ vinū solū: nisi vtrūqꝫ misceatur. quomodo nec corpus dn̄i pōt esse farina sola aut aqua sola: nisi vtrūqꝫ fuerit adunatū. AMBRO. de sacra. Si autem Melchisedech panem ⁊ vinum obtulit: quid sibi vult aque mixtio? Accipe rationem: Tetigit moyses petram: ⁊ petra vndam maximam fudit: petra autem erat christus: ⁊ vnus de militibꝰ lāncea tetigit latus christi: ⁊ de latere eius aqua fluxit ⁊ sanguis: aqua vt mundaret: sanguis vt redimeret. REMI. Sciendum etiam q: vt ioannes dicit Aque multe populi sunt. Et quia nos oportet semper manere in christo: ⁊ christum in nobis: vinum aque mixtum offertur: vt ostendatur: quia caput ⁊ membra idest christus ⁊ ecclesia vnum sūt corpus: vel vt demonstretur quia nec christus passus est absqꝫ amore nostre redemptionis: nec nos saluari possumus absqꝫ illius passione. CHRY. in ho. quia vero de passione ⁊ cruce eis locutus erat. consequēter cum qui de resurrectione est sermonem inducit dicens. Dico autem vobis non bibam ammodo de hoc genimine vitis vsqꝫ

in di. il. cū il. bi. vobis. no. in regno pa. mei. Regnum autem resurrectionem suam nominat. Ideo autez hoc de resurrectione dixit: q̄ .s. cuz apostolis esset biburus: ne aliqui existimarent phantasiam esse resurrectionem: et ideo persuadentes hominibus de christi resurrectione dixerunt: Simul comedimus et bibimus cuz eo postq̄ resurrexit a mortuis: per hoc ergo ostendit q̄ videbunt eum resuscitatum: et cum ipsis rursus erit. Qd̄ autem dicit: Nouum dare intelligēdum est noue .i. nouo modo: non quasi corpus passibile hūs et indigens cibo. Non enim post resurrectionem comedit et bibit: q2 cibo indigeret: sed propter resurrectionis certitudinem. Quia vero sunt quidaz heretici in sacris mysterijs aqua vtentes non vino demonstrat per hec vba: quoniam et cum sacra mysteria tradidit vinū dedit quod et resuscitatus bibit. propter hoc dicit: Ex hoc genimine vitis. Vitis enim vinum non aquaz generat. HIERO. Vel aliter: de carnalibus dominus transit ad spiritalia. q̄ vinea de egypto transplantata populus sit israel: sacra scriptura testatur: dicit ergo dominus se de hac vinea nequaq̄ esse bibiturum nisi in regno patris. Regnuz patris fidem puto esse credentium: ergo cum in dei regnuz receperint patris tunc de vino eorum dominus bibet. Attende autez q̄ dicat: Patris: et non dei: Omnis enim pater nomen est filij ac si diceret cum crediderint in deum patrem: et adduxerit eos pater ad filium.

REMI. Vel aliter: nō bibam de geni. vi. huius. i. nō vltra synagoge carnalibus oblationibus delectabor: in quibus illa pascalis agni immolatio precipuum locum tenere solebat: Aderit autem mee resurrectionis et dies in quo in regno patris constitutus: idest gloria eterne immortalitatis sublimatus vobiscum illud bibam nouum: hoc est de saluatione illius populi iam renouati per aquam baptismatis: quasi nouo gaudio letabor.

AVGV. de que. euan. Vel aliter cum dicit: Bibam illud nouum: vult intelligi hoc vetus esse. Quia ergo de propagine adam q̄ vetus homo appellatur corp9 suscepit: quod in passione morti traditurus erat: vnde etiaz per vini sacramentum commendauit sanguinem suum: sed quid aliud nouum vinum nisi immortalitatem renouandorum corporuz intelligere debemus? Qd̄ autem dicit: Vobiscum bibam. etiam ipsis resurrectionem corporum ad induendam immortalitatem promittit. vobiscum. n. non ad idem tempus: sz ad eandem innouationem esse dictum accipiendum est: nam et nos dicit apostolus resurrexisse cum christo: vt spes rei future iam leticiam presentem afferat. Quod autē de hoc genimine vitis etiam illud nouum esse dicit. significat vtiq3 eadem corpora resurrectura fm innouationem celestem que nunc fm terrenam vetustatez sunt moritura. HYTA. Videtur autem ex hoc q̄ iudas cum eo non biberit: quia non erat bibiturus in regno: cū vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum postea polliceretur.

GLO. Sed sustinendo aliorum sanctoruz sententiam: q̄ .s. iudas sacramenta receperit a christo: dicendum est quod hic dicit. Vobiscum ad plures eorum non ad omnes referendum esse.

¶ Et hymno dicto: exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem: et dispergētur oues gregis. Postq̄ autem resurrexero: precedam vos in galileam. Respondens autem petrus: ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor. Ait illi iesus: Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet: ter me negabis. Ait illi petrus Etiam si oportuerit me mori tecuz: non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt.

ORIGE. Discipulos qui acceperant benedictionis panem et biberant calicem gratiarum actionis: docebat dominus pro his omnibus hymnuz dicere patri: vnde dicitur: Et hymno dicto exierunt in mon. oli. vt de alto transirent ad altuz quia fidelis non potest aliquid agere in cōualle. CHRY. in ho. Audiant quicunq3 velut porci simpliciter manducantes cum ebrietate surgunt: cum deceret gratias agere et in hymnuz mensam desinere.

Audiant quicunq̃ vltimam orationem i sacris mysterijs non expectant: vltima eni oratio misse illius hymni est signum. Gratias ergo egit anteq̃ sacra mysteria discipulis daret: vt ⁊ nos gratias agamus. Hymnum dixit postq̃ dedit: vt ⁊ nos hoc ipsum faciam⁹.
HIERO. Iuxta hoc exemplum saluatoris q pane christi ⁊ calice saturatus ⁊ inebriatus fuerit potest laudare deum ⁊ conscendere montem oliueti: vbi laborum refectio doloris solatium ⁊ veri luminis noticia est.
HYLA. Per hoc etiam ostenditur q̃ homines consumati in vniuersis diuinorũ mysteriorum virtutibus: gaudio exultationeq̃ communi in celestem gloriam efferuntur.
ORIGE. Apte etiaȝ mons misericordie est electus vbi prenunciaturus fuit scandalũ infirmitatis discipulorum: iam tunc paratus vt non repelleret discipulos discedentes: sed vt reciperet reuertentes. vnde sequitur. Tũc dixit il. iesus: Omnes vos scã. patie. in me in ista nocte. HIERO. Predicit quidem quod passuri sunt: vt cum passi fuerint nõ desperent salutem. sed agentes penitentiam liberentur. CHRY. in ho. In quo etiaȝ docet nos quales ante crucem fuerunt discipuli ⁊ quales post crucem. Etenim qui neq̃ cum christo dum crucifigebatur stare poterant p⁹ mortem christi adamante fuerunt fortiores. Fuga enim discipulorum ⁊ timor demõstratio est mortis christi vt confundantur qui heresi marchionis egrotant Si enim neq̃ ligatus est neq̃ crucifixus: vnde petro ⁊ reliquis apostolis incussus est tantus timor? HIERO. Et signanter addidit: In ista nocte. quia quomodo qui inebriantur: nocte inebriantur: sic ⁊ qui scandalum patiuntur in nocte ⁊ in tenebris sustinẽt. HYLA. Huius etiam predicationis fides auctoritate prophetie veteris cõtinebatur. vnde sequitur. Scriptũ est eniȝ. percu. pasto. ⁊ disper. oues gregis.
HIERO. Hoc alijs verbis in zacharia propheta scriptum est: ⁊ ex persona prophete ad deum dicitur. Percute pastorem ⁊ dispergentur oues: percutitur autem pastor bonus vt ponat animam suã ꝓ ouibus suis: ⁊ de multis gregibus errorum fiat vnus grex ⁊ vnus pastor. CHRY. in ho. Hanc autem prophetiam inducit: simul quidem suadens eis attendere semper que scripta sunt: simul etiam ostendens quoniam fm dei consilium crucifigebantur: ⁊ vndiq̃ monstrans non alienũ se esse a veteri testamento ⁊ a deo qui in eo prenunciabatur. non autem permisit eos in tristibus permanere: sed ⁊ leta prenunciat dicens: Postq̃ autem resurrexero precedam vos in galileam: non enim confestim post resurrectioneȝ in celo eis apparuit: ne ꝗ in longam quandam regioneȝ vt eis appareat vadit: sed in ipsa gente ⁊ in ipsis fere regionibus: vt ⁊ hic crederent: quoniam qui crucifixus est: ipse est qui resurrexit. Propt hoc etiam se in galileam abire dicit: vt a timore iudeorum liberati: crederent ei quod dicebatur. ORIGE. Predicit etiã hoc eis vt qui ad modicum disperguntur scãdalum passi. post congregentur a resurgente christo ⁊ p̃cedente eos in galileam gentiuȝ. HYLA. Sed petrus intãtum ⁊ affectu ⁊ charitate christi efferebatur: vt ⁊ imbecillitatem carnis sue ⁊ fidem verborum domini non contueretur: quasi dicta eius efficienda nõ essent. vnde sequitur: Respondens petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunq̃ scandalizabor. CHRY. in ho. Quid ais o petre? Propheta dixit: Dispergentur oues. ⁊ christus confirmauit quod dictum est: ⁊ tu dicis: Nequaq̃. Quando dixit: Unus ex vobis me tradet: timebas ne tu esses traditor: q̃uis nihil tibi tale conscius eras: nunc autem manifeste eo dicẽte: quoniam omnes scãdalizabimini. contradicit sed quia erutus erat ab anxietate quam de proditione habuerat cõfidens de reliquo dicebat: Ego nunquaȝ scãdalizabor. HIERO. Non tamen est temeritas nec mendacium: sed fides est apostoli petri: ⁊ ardens affectus erga dominum saluatorem. REMI. Quod ergo ille dic preuidendo: iste denegat amando. vbi moraliter instruimur vt quantum confidimus de ardore fidei: tantum timeamus de carnis fragilitate. videtur tamen accusabilis petrus: ⁊ quoniam contradixit: ⁊ quoniã alijs seipsuȝ preposuit: ⁊ tertio: quoniam totum sibi attribuit quasi fortiter esset perseueraturus. vt hoc igitur in eo sanare. permisit fieri eius casum: nõ impellens eum ad negandum: sed cum sibi deserens: ⁊ naturam humanam de fragilitas

te conuinces. ORIGE. Unde alij discipuli scandalizati sunt in iesu. Petrus autē non solum scandalizatur: sed abundantius relinquitur vt ter denegaret. vnde sequitur: Ait illi iesus: Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cantet: ter me negabis. AUGU. de concor. euange. Potest autē mouere ꝙ tam diuersa non tantum verba: sꝫ etiam sententias euangeliste premittunt: quibus premonitus petrus illam presumptionē proferret vel cum domino vel pro domino moriendi: ita vt cogant intelligibiliter eū expresse presumptionem suam diuersis locis sermonis christi: ⁊ ter illi a domino responsum ꝙ cum esset ante galli cantum ter negaturus: sicut etiam post resurrectionem ter illum interrogat vtrum eum amet: ⁊ mandatum de pascendis ouibus ter precepit: Quid enim habent hec verba matthei vel sententie simile illis vel quibus secundum ioannē vel quibus secundum lucam petrus protulit presumptionem suam. Marchus autē ꝑene ipsis verbis hoc commemorat quibus ⁊ mattheus: nisi ꝙ distinctius quemadmodum futurum esset: expressit dictum esse a domino: Amē dico tibi quia tu hodie in nocte hac priusꝙꝫ bis gallus vocem dederit ter me es negaturus. vnde non nullis qui parum attendunt: Marcus videtur non congruere ceteris. tota enim negatio petri trina est: que si post primum galli cantum inciperet: falsum dixisse viderentur tres euangeliste qui dicunt dixisse dominum ꝙ anteꝙꝫ gallus cantaret eum petrus esset negaturus. Rursus si totam trinam negationem ante peregisset ꝙꝫ cantare gallus inciperet: superfluo dixisse marcus ꝺ̄ prehenderetur ex persona domini: Priusꝙꝫ gallus bis vocem dederit ter me es negaturus. Sed quia ante primum galli cantum cepta est illa trina negatio: attenderunt tres euāgeliste non quando eā completurus esset petrus: sed quanta futura esset ⁊ quando incceptura: idest ante galli cantum: quanquam in animo eius ⁊ ante primum galli cantum tota posset intelligi: quoniam ante galli cantum tantus timor obsederat mentem: qui eam posset vsqꝫ ad tertiam negationem perducere. Multominus igitur mouere debet: quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante galli cantum cepta: ⁊ si non ante primum galli cantum peracta est: tanquam si alicui diceretur: Antequam gallus cantet ad me scribes epistolā. in qua mihi ter conuiciaberis: non vtiqꝫ si eam ante omnem galli cantum scribere inciperet: ⁊ post primum galli cantum finiret: ideo dicendum erat falsum fuisse predictum. ORIGE. Queres autem si possibile erat vt non scandalizaretur petrus: semel saluatore dicente: quoniā omnes vos scandalum patiemini in me. Ad quod aliquis respondebit: quoniam necesse erat fieri quod predictum erat a iesu. Alius autē dicit: quoniam qui exoratus a niniuitis: que predixerat per Jonā non fecit: possibile fuit vt repelleret etiam scandalum a petro deprecante. Nunc autem promissio eius audax in affectu quidem prompto: non sine prudentia facta est ei causa: vt non solū scandalizaret: verum etiam ter denegaret. postꝙꝫ autē cū affirmatione iuramenti pronūciauit: dicet aliquis ꝙ non erat possibile vt non denegaret. Si enim iuramentum erat christi amen: mentitus fuisset dicendo. Amen dico tibi. si verum dixisset petrus: quia non te negabo. videntur autē mihi ceteri discipuli cogitantes quod primū fuerat dictū Omnes vos scādalum patiemini: Ad hoc autem quod dictū est petro: Amen dico tibi ⁊c. promiserūt similiter petro: quia non erant comprehensi in illa prophetia. vnde sequitur Ait illi petrus Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerunt: hic etiam petrus nescit quid loquatur: Cum iesu enim mori pro omnibus morientibus hominum non erat: quoniam omnes fuerant in peccatis: ⁊ omnes opus habebant vt pro eis alius moreretur: non ipsi pro alijs. RABA. Sed quia intellexerat petrus dominum pre timore mortis eum se predixisse negaturum: ob hoc dicebat: ꝙ licet periculū mortis immineret nullo modo ab eius fide posset auelli: ⁊ similiter alij apostoli per ardorem mentis non timuerunt damnū mortis. sed vana fuit presumptio humana sine protectione diuina. CHRY. in ho. Hinc ergo magnum discimus dogma ꝙ non sufficit desiderium hominis: nisi diuino aliquis potiatur auxilio.

¶ Tunc venit iesus cum illis in vil/
lam que dicitur gethsemani. Et dixit
discipulis suis: Sedete hic donec va/
dam illuc ⁊ orem. Et assumpto petro
⁊ duobus filijs zebedei: cepit contri/
stari: ⁊ mestus esse: tūc ait illis: Tristis
est aīa mea vsqꝫ ad mortem. Sustinete
hic ⁊ vigilate mecum.

REMI. Paulo superius euangelista di/
xerat: quia hymno iam dicto exijt cū discipu/
lis in montē oliueti: ⁊ vt ostenderet ad quem
locū ipsi⁹ mōtis diuerterit: cōsequenter adiū
xit: Tunc venit iesus cū illis in villā que di/
citur gethsemani. **RABA.** Lucas dic: In
montem oliueti. Joannes Trans torrentem
cedron. quod idem est quod gethsemani: ⁊ ē
locus in quo orauit ad radicem montis oli/
ueti: vbi ortus est. vbi etiam ecclesia est edifi
cata. **HIERO.** Bethsemani interpretat
vallis pinguissima: in qua iussit discipulos se
dere paulisper. ⁊ expectare redeūtē: donec ꝓ
cūctis dn̄s solus oraret. **ORIGE.** Nō
enim conueniebat vt ibi caperetur: vbi cum
discipulis manducauerat pascha. conuenie/
bat autem ⁊ priusqꝫ proderetur orare: ⁊ elige
re locum mundum ad orationem. vnde seq/
tur. Et dixit discipulis suis: se. hic. do. va. il.
⁊ orem. **CHRY.** in ho. Hoc autez dicit:
qr discipuli indiuisibiliter sequebantur chri/
stum. Consuetudo enim ei erat sine discipu/
lis orare: hoc autem faciebat erudiens nos
in orationibus quietem nobis constituere ⁊
solitudinem querere. **DAMA.** in li. iij.
Sed cum oratio sit ascensus intellectus ad
deū. vel petitio decētiū a dō: q̄n̄t dn̄s orabat?
Neqꝫ. n. ascēsiōe q̄ ad deū ē idigebat ītellec/
t⁹ ei⁹ semel ſꝫ personā deo vbo vnit⁹: neqꝫ
. n. ea que a dō ē petitione vnus eniꝫ deus ⁊
homo christus est. Sed formans in seipso
quod nostrum est: docuit nos a deo patre pe
tere: ⁊ ad ipsum extendi: sicut enim passiones
sustinuit vt triumphās nobis aduersus eas
victoriam tribueret: ita orat: nobis viam fa/
ciens ad eam que ad deum est ascensionem:
⁊ pro nobis omnem iustitiam implens: ⁊ re
concilians nobis patrem suum: ⁊ vt princi/
pium ipsum honorans. ⁊ monstrans ꝙ nō
est deo contrarius. **REMI.** Cum autem
dominus in monte orauit: Docuit nos ī ora
tione pro celestibus dominū supplicare. Cū
vero in villa orauit nos instruxit vt in oratio
ne semper humilitatem seruare studeamus.

RABA. Pulchre autem appropinquās
passioni: in valle pinguedinis orasse dicitur
vt demonstraret ꝙ per vallem humilitatis
⁊ pinguedinem charitatis mortem pro no/
bis susceperit. Moraliter etiam nos instru/
xit: vt non gestemus cor aridum a pinguedi
ne charitatis. **RABA.** Appropinquans
morti dominus in valle pinguedinis orauit:
quia per vallem humilitatis ⁊ pinguedineꝫ
charitatis pro nobis mortem subijt. **RE/
MI.** Quia vero fidē discipuloꝝ ⁊ constan/
tiam deuote sibi voluntatis acceperat: ſꝫ tur/
bandos illos ⁊ dispergendos presciebat: iō
iussit eos in loco sedere: nam sedere requie/
scentis est: laboraturi enim erant cum nega/
turi. Qualiter autem progressus sit manife
stat: cum subiungit Et assum. petro ⁊ duob⁹
filijs zebedei: cepit contristari ⁊ mestus esse.
Illos vꝫ assumpsit quibus in monte clarita/
tem sue maiestatis ostenderat. **HILA.** Sꝫ
quia dicit: Cepit contristari ⁊ mestus eē: he/
reticorum omnis hic sensus est: vt opinen/
tur metum mortis in dei filium incidisse: qr
asserunt non de eternitate prolatum: neqꝫ d
infinitate paterne substantie extitisse: sed ex
nihilo per eum: qui omnia creauit effectum:
⁊ iō ī eo doloris āxietas: ideo metus mortis:
vt qui mortem timere potuit ⁊ mori possit: q
vero mori potuit: ſꝫ in futurum erit: nō tamē
per eum qui se genuit ex preterito sit eternus
ꝙ si per fidem capaces euangeliorum essent
scirēt vbū ī pricipio deū: ⁊ ħ ī pricipio apō
deū: ⁊ eādē eē eternitatem gignētis ⁊ geniti.
Sed si virtutem illam in corrupte substantie
imbecillitatis sue forte assumptio carnis in/
fecerit: vt sit ad dolorem infirma: ad mortem
trepida iā ⁊ corruptioni subdita erit: ac si eter
nitate demutata in metū: hoc quod in ea ē po
terit aliquando non esse. Deus autez sine mē
sura temporum semper est: ⁊ qualis est talis
semper eternus est. Mori igitur nihil ī deo
potuit: nec ex se metus deo vllus ē. **HIE/
RO.** Nos autem ita dicimus hominem
passibilem a dei filio susceptum: vt deitas ī
passibilis permaneret. Passus ē enim dei fi
lius non putatiue sed vere omnia q̄ scriptu/

ra testat: sm illud q̄ pati poterat: sm. s. sub/
stātiā assūptā. HYLA. io. d̄ trinitate: Du
to aūt nō alia hic ad timēdū q̄z passiōis ꝛ mor
tis cā a qbusdā pretēdit. Interrogo aūt eos q
hoc ita existimāt an rōne subsistat vt mori ti/
muerit: q oēm ab apostolis timorē mortis ex
pellēs ad gloriā eos sit martyrij adhortatus.
qd. n. ipse i mortis sacramēto doluisse existi/
mād⁹ est: q pro se moriētib⁹ vitā repēdit: De
inde quē dolorē mortis timeret: ptātis sue li
bertate moriturus: Si etiā passio honorifica/
tura eū erat: quō tristē eū metus passiōis effe/
cerat: HYLA. Quia ergo mestū dñm fuis
se legim⁹ causas mesticie repiam⁹. admonue
rat supius oēs scādalizādos: Petrū et dñs
ter negaturū eē respōdit: assumptisq̄z eo: ꝛ ia
cobo: ꝛ iohāne cepit tristis eē: ergo nō añ tri/
stis ē q̄z assumit: s; oīs metus illis eē cepit as
sumptis: atq̄z ita nō de se orta est: sed de eis
quos assumpserat mestitudo. HIERO.
Cōtristabat ergo dñs non timore patiendi q
ad hoc venerat vt pateret ꝛ petrū temeritatis
arguerat: sed propter ifelicissimū Iudā: ꝛ scā
dalū omniū apostolorū: ꝛ resurrectionē popu
li iudeorꝫ: ꝛ euersiōe misere hierusalē. DA/
MA. i li. iij. Vel aliter oīa q̄ de nō ente ad
esse deducta sunt a ꝯditore: existēdi naturalr de
siderū hñt: ꝛ non existere naturalr fugiūt: ꝛ
d̄s igit verbū hō fact⁹ ē habuit hoc desideriū
qd̄ desiderauit escā ꝛ potū ꝛ sōnū: qbus. s. cō
seruat vita desiderās: ꝛ naturaliter i experiē/
tia hoꝝ fact⁹: ꝛ ecōtrario desiderauit corrupti
uorū amotionē. vñ ꝛ tpe passiōis quā volun/
tarie sustinuit: habuit mortis timorē natura/
lē ꝛ tristiciā: est. n. timor naturalis aīa nolens
diuidi a corpore, ꝓpter eā que ex ꝑncipio a cō/
ditore iposita ē naturalē familiaritatē. HIE
RO. Dñs ergo noster vt veritatē assumpti
ꝓbaret hoīs: vere qdē cōtristat⁹ ē: sed ne pas/
sio in animo illius dñaret: p passionem cepit
cōtristari. aliud est eni cōtristari: ꝛ aliud icipe
re cōtristari. REMI. Destruūtur aūt i hoc
loco manichei q dixerūt illū phantasticū cor/
pus assumpsisse: nihilomin⁹ ꝛ illi q dixerunt
eū verā aīam nō habuisse: sed loco aīe diuini
tatē. AVGV. in li: lxxxiij. qōnū. Qm⁹
enim euāgelistaꝝ narratiōes: p quas christuz
ꝛ natū de beata virgine maria cognouim⁹ et
cōprehēsum a iudeis: ꝛ flagellatū ꝛ crucifixū
atq̄z iterfectū ꝛ sepultū in monumento: q̄ oia

itelligere sine corpore nemo pōt fcā eē: nec fi
gurate accipiēda q̄sq̄z vel demētissimus dixe
rit: cū dcā sint ab eis q res gestas vt memine/
rāt narrauerūt. sic q̄ isti corp⁹ eū hūisse testāt:
sicut ꝛ eū hūisse idicāt aīaz affectōes ille que ñ
possūt eē nisi i aīa: quas nihilominus eisdem
euāgelistis narrantibus legimus: Et mirat⁹
est iesus: ꝛ irat⁹: ꝛ cōtristat⁹. AMBRO.
super lucā: Cū ergo i euāgelia ista referunt
non falso vtiq̄z referuntur: verū ille hos mo
tus certissime dispēsatiōis gratia ita cū voluit
suscepit animo humano. vt cū voluit fact⁹ est
hō: Habemus qdem ꝛ nos huiusmodi affe/
ctus ex humane conditionis infirmitate: non
autem ita dominus iesus. cuius ifirmitas fu
it ex ptāte. DAMA. in. iij. li. Qua ꝓpter
naturales nostre passiōes sm naturā ꝛ supra
naturam fuerunt in xp̄o. sm naturā. n. q2 p/
mittebat carni pati que ꝓpria: sup naturā āt:
q2 nō ꝑcedebant in eo voluntatem naturalia.
nihil eni coactum in christo consideratur: sed
omnia voluntaria: volens enim esuriuit: ti/
muit: ꝛ contristatus est. Et ideo de manifesta
tione tristitie subditur. Tunc ait illis: tristis ē
aīa mea vsq̄z ad mortem. AMBRO. sup
lucā. Tristis aūt est: non ipse sed anima. Nō
enim tristis sapientia: non diuina substantia:
sed anima. suscepit enim animam meam su/
scepit corpus meum. HIERO. Non aūt
ꝓpter mortē: sed vsq̄z ad mortem dicitur con
tristatus: donec apostolos sua liberet passiōe.
Dicant qui irrationabilem iesum sumpsisse
aīam suspicantur: quō contristetur ꝛ nouerit
tempus tristitie: q̄uis enim ꝛ bruta mereant
animalia: tamen nō nouerūt nec causas neq̄z
tempus vsq̄z ad quod debeant contristari.
ORIGE. Vel aliter: Tristis est aīa mea
vsq̄z ad mortem. q. d. Tristitia cepta est i me:
non semper: sed vsq̄z ad tempus mortis: vt
cum mortuus fuero peccato: moriar ꝛ vniuer
se tristitie: cuius principium tantū fuit in me.
Sequitur: Sustinete hic ꝛ vigilate mecum.
ac si dicat: Ceteros quidem iussi sedere ibi q̄si
infirmiores ab agone isto seruans eos secu/
ros: vos autē quasi firmiores adduxi: vt col/
laboretis mecum in vigilijs ꝛ orationibus: ta
men ꝛ vos manete hic vt vnusquisq̄z in gra/
du sue vocationis consistat quoniam oīs grā
q̄uis fuerit magna habet superiorē. HIE
RO. Vel ideo a somno prohibet cuius tē/

pus non erat imminente discrimine: sʒ a sõno infidelitatis ⁊ corpore mentis.

¶ Et progressus pusillum: procidit in faciem suam orans ⁊ dicens: Pater mi: si possibile est trãseat a me calix iste: Veritamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos ⁊ inuenit eos dormiẽtes: ⁊ dicit petro: Sic non potuistis vna hora vigilare mecũ? Vigilate ⁊ orate vt non intretis in tẽtationem. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterum secundo abijt ⁊ orauit dicens. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Et venit iterũ ⁊ inuenit eos dormientes. Erant enĩʒ oculi eorũʒ grauati: Et relictis illis iterum abijt ⁊ orauit tertio eundem sermonem dicens.

ORIGE. Petrũ magis de se confidentẽ ⁊ alios adducit: vt videant cadentem in faciẽ ⁊ orantem: ⁊ discant non magna sed humilia de se sapere: nec veloces esse ad promittẽdum: sed sollicitu ad orandum. ⁊ ideo dicitur: Et progressus pusillum. Nolebat eni longe fieri ab eis: sed iuxta eos constitutus orare et qui dixerat: Discite a me quia mitis sũʒ ⁊ humilis corde. laudabiliter se humilians cadit i faciem vnde sequitur. Procidit in fa. suam orans ⁊ dicens: Mi pater si possibile est: trãseat a me calix iste. Manifestans autem i oratione sua deuotionem quasi dilectus ⁊ complacens dispositioni patris addidit: Verũtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Docens vt non oremus fieri nostram voluntatem sed dei. ẜm autem ꝗ cepit pauere ⁊ tristari ẜm h̄ orat cal cem passionis transire: ⁊ nõ sicut ipse vult. sed sicut pater: hoc est non ẜm substantiam eius diuinam ⁊ impassibilem: sed ẜʒ naturam humanam ⁊ infirmam. suscipiens. n. naturam carnis humane omnes proprietates impleuit: vt non in phãtasia habuisse carnem estimaretur: sed in veritate. Propriũʒ est autem hominis fidelis: primum quidem nolle pati aliquid doloris maxime quod ducit vsqʒ ad mortem: quia homo carnalis est: si autem sic voluerit deus acquiescere: quia fidelis est. nam sicut multum confidere non debemus ne nostram virtutem videamur profiteri: sic diffidere non debemus: ne dei adiutoris nostri impotentiam videamur pronũciare. Notãdũ est aũt qm̃ marcus qdem ⁊ lucas hoc ipsum scripserunt: Ioãnes aũt orantẽ iesum: vt transiret ab eo calix non itroducit qm̃ hi quidẽ magis ẜm humanam naturam eius exponũt de eo: q̃ʒ ẜm diuinã: Ioannes autẽʒ magis ẜm diuinã. Aliter autẽ iesus videns qualia erant iudei passuri petentes eũ ad mortem dicebat: Pater si possibile est: transeat a me calix iste.

HIERO. Vnde signanter dicit: Calix iste. hoc est populi iudeorum: qui excusationem ignorantie habere non possunt si me occiderint habentes legem ⁊ ꝓphetas q me vaticinantur.

ORIGE. Rursus videns quanta vtilitas totius mundi esset futura: per passionem ipsius dicebat: Sed non sicut ego volo: sed sicut tu. i. si possibile ẽ: vt sine passione mea omnia illa bona proueniant: que per passionem meam sunt prouẽtura trãseat passio hec a me: vt ⁊ mundus saluetur: ⁊ iudei in passione mea non pereant. Si autẽʒ sine perditione quorũdam multorum salus ñ potest introduci: q̃ʒtum ad iusticiam tuaʒ non transeat. Calicem autem hunc qui bibit: passionis in multis locis nominat scriptura. Bibit autem calicem totum qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatum. Effundit aũt accipiens qui denegat: ne aliquid patiatur.

AVGV. de con. euan. Et ne quis eũ putaret patris minuisse potestatem: nõ dixit: Si facere potest sed Si fieri potest. vel si possibile est: ac si diceretur: Si vis: fieri enim potest quod ille voluerit. vnde ⁊ lucas hoc ipm planius intimauit. non enim ait: Si fieri põt sed si vis.

HYLA. Vel aliter: Non ait: Transeat a me calix iste: hec enim esset pro se timentis oratio. ꝗ autem vt a se transeat rogat: non vt ipse pretereatur orat: sed vt in alteruʒ illud quod ad se transit accedat. Totus igitur supra eos qui passuri erant metus est: atqʒ ideo pro his orat qui passuri post se erãt dicẽs: Transeat calix a me. i. quomodo a me bibitur: ita ab his bibatur: sine spei diffidentia: sine sensu doloris: sine metu mortis. Iõ autem ait si possibile est: quia carni ⁊ sanguini horum terror est. ⁊ difficile est eorum acerba

bitate corpora non vinci humana. Quod au/
tem ait: Non sicut ego volo: sed sicut tu. vel/
let quidem eos non pati: ne forte in passione
diffidant si coheredita[t]is sue gloriam sine paſ
sionis sue difficultate mercantur. Non ergo
vt non patiantur rogat dicens: Non vt ego
volo: sed vt tu. ait eo ꝙ pater vult vt bibendi
calicis in eos ex ipso transeat fortitudo: quia
ex voluntate patris non tam per christuz vin
ci diabolum q̃z etiã per eius discipulos opor/
tebat. AVGV. in enchi. Sic igitur chri/
stus hominem gerens ostendit priuatam quã
dam hominis voluntatem: in qua ⁊ suam et
nostram figurauit: qui caput nostrum est: cuz
dicit: Transeat a me. Hec enim erat huma/
na voluntas proprium aliquid ⁊ tanq̃z priua/
tum volens: sed quia rectum vult esse homi/
nem ⁊ ad deum dirigi: subdit: Verũtamen
non sicut ego volo: sed sicut tu. ac si diceret vi
dete: in me quia potes aliquid proprium vel/
le. ⁊ si deus aliud velit conceditur hoc huma/
ne fragilitati. hec vox capitis: salus est totius
corporis. LEO papa in ser. de paſ. Hec
vox omnes fideles instruit. omnes confesso/
res accẽdit: omnes martyres coronauit. Nã
quis mundi odia: quis tẽtationum turbines:
quis posset persecutorum superare terrores:
nisi christus in omnibus ⁊ pro omnibus pa/
tri diceret: fiat voluntas tua? Discant igitur
hanc vocem omnes ecclesie filij. vt cum ad/
uersitas violenter alicuius tẽtationis incum/
bit: separato timore formidinis: accipiant tol/
lerantiam passionis. ORIGE. Pusilluz
autem progrediente iesu ab eis: nec vna hora
potuerunt vigilare eo absente: propter quod
oremus vt nec modicum aliquando iesus ꝓ/
grediatur. Sequitur. Et ve. ad discipulos su
os ⁊ inuenit eos dormientes. CHRY.
in ho. Quia tempus intempeste noctis erat:
⁊ oculi eorũ a tristitia erãt grauati. HILA.
Postq̃z ergo ad discipulos redit ⁊ dormien
tes deprehendit: Petrum arguit: vnde sequi
tur: Et dicit petro: sic non potuisti vna hora
vigilare mecum. petrum ideo pre omnibus
ex tribus arguit: quia pre ceteris non se scan/
dalizandum fuerat gloriatus. CHRY.
in ho. Sed quia ⁊ alij idem dixerunt: omniũ
etiam infirmitatem arguit: qui enim mori si/
mul cum christo elegerant: neq̃z simul cuz eo
potuerunt vigilare. ORIGE. Inueniẽs

autem eos dormientes suscitat verbo ad au/
diendum: ⁊ precipit vigilare dicens: vigila/
te ⁊ orate ne intretis in tẽtationem. vt primuz
vigilemus ⁊ sic vigilantes oremus. Vigilat
qui facit opera bona ⁊ qui sollicite agit ne i ali
quod tenebrosum dogma incurrat: sic enim
vigilantis exauditur oratio. HIERO.
Impossibile est humanam animam non ten/
tari. Ergo non ait: Vigilate ⁊ ora. ne tente.
sed ne intretis in tẽta. hoc est ne vos tentatio
superet. HILA. Cur autem ne in tentatio
nem venirẽt admonere eos voluisset orare:
ostendit dicens: Spiritus quidem prompt⁹
est: caro autem infirma. Non enim de se hoc
dicit: ad eos enim hic sermo conuersus est.
HIERO. Hoc autem est aduersus teme
rarios: qui quod crediderit putant se posse cõ
sequi. Itaq̃z quantum de ardore mentis confi
dimus: tantum de fragilitate carnis timea/
mus. ORIGE. Hic considerandum est
vtrum sicut omnium caro infirma est: sic o[m]/
ium spiritus promptus est: an omnium quidez
caro infirma est non autem ⁊ omnium homi
num spiritus promptus est: sed tantum san/
ctorum: infidelium autem spiritus segnis est
⁊ caro infirma. Est autem ⁊ alio modo caro
infirma eo solum quorum spiritus prompt⁹
est: qui cum spiritu prompto opa carnis mor
tificant. Hos ergo vult vigilare ⁊ orare: vt
non intrent in tẽtationem quoniam qui spiri
talior est: sollicitior debet esse: ne magnum bo
num ipsius grauem habeat lapsum. RE/
MI. Vel aliter his verbis ostendit se veraz
carnem ex virgine sumpsisse: ⁊ veraz animã
habuisse. vñ ⁊ nũc dicit spũz suũ ꝓmptũ eẽ ad
patiendum: carnem vero infirmã timere do/
lorem passionis. Sequitur: Iterum secundo
abijt ⁊ orauit dicens: Pater mi si non potest
calix iste transire nisi bibam illum: fiat volun
tas tua. ORIGE. Estimo ꝙ calix ille paſ
sionis omnino a iesu fuerat transiturus s; cũ
differentia: vt siquidem biberet eum ⁊ ab ipo
transiret: postmodum ⁊ ab vniuerso genere
hominum. Si autem non biberet eũ: ab ipso
qdem forsitan transiret: ab hominibus autez
non transiret. Nunc ergo calicem passionis
volebat qdem a se trãsire: sic vt oĩno neq̃z gu
staret amaritudinẽ ei⁹ si tñ possibile eẽt: q̃ztuz
ad iusticiam dei. Si autem non poterat fie/
ri magis volebat vt sumeret eum ⁊ sic trãsi/

ret ab eo ⁊ ab vniuerso hominum genere: q̄ꝫ vt contra volūtatē paternā bibitionē ei⁹ effugeret. CHRY. in ho. Q̄ȝ gdem scđo vel tertio orat: ex affectu. s. humane infirmitatis quo mortē timebat: certificat q̄ꝫ vere factus ē ho. Secūdo. n. vel tertio aliqd fieri veritatis est maxime demonstratiuum ī scripturis. vñ ioseph dixit ꝑ pharaoni: Q̄ȝ vidisti secūdo ad eādē rē ꝑtinēs: somnij firmitatis iudicium ē. HIERO. Vel aliter: Secundo orat vt si niniue. i. gentilitas aliter saluari nō pōt: nisi aruerit cucurbita. i. iudea fiat voluntas pr̄is: que non est cōtraria filij voluntati dicētē ipso ꝑ ꝓphetā: vt facerē volūtatem tuā deus me⁹ volui. HYLA. Vel aliter. Passuris discipulis omnē in se corporis nostri infirmitatē assumpsit: crucīq̄ꝫ secū vniuersa quibus infirmamur affixit: ⁊ ideo transire ab eo calix non pōt: nisi illū bibat: q̄ꝛ pati nisi ex ei⁹ passione nō possum⁹. HIERO. Christus autē solus orat ꝓ oībus: sicut ⁊ solus patitur ꝓ vniuersis. Sequitur. n. Et ve. iterum ⁊ inuenit eos dormi. Erāt enim oculi coꝝ grauati: languescebant enī ⁊ opprimebātur apostolorum oculi negatione vicina. ORIGE. Puto enī q̄ꝫ nō tantū corpoꝝ oculi quātū animarū grauati erāt. nōdū. n. erat eis spūs datus. vñ nō eos reprehendit: sed vadēs iteruꝫ orauit: docēs vt nō deficiamus: sed permaneamus in oratione: donec impetremus ea q̄ postulare iam cepimus. vnde sequitur: Et relictis illis iterū abijt ⁊ orauit tertio: eūdeꝫ sermoneꝫ dicēs. HIERO. Tertio aūt orauit: vt in ore duorum vel trium testiū staret oē v̄bum. RABA. Vel ideo tribus vicibus domin⁹ orauit: vt nos a pc̄is preteritis veniam: ⁊ presentibus malis tutelā: ⁊ futuris periculis cautelā oremus: ⁊ vt oēm orationē ad patrem ⁊ filium ⁊ ad spūmsanctum dirigamus: ⁊ vt integer spūs noster ⁊ anima ⁊ corpus seruetur. AVGV. de que. euan. Non absurde etiā itelligiť ꝓpter trinā tētationē passiōis ter dñꝫ orasse. Sicut enim tētatio cupiditatis trina ē. ita ⁊ tētatio timoris trina est. Cupiditati que ī curiositate est opponitur timor mortis. sicut enī in illa cognoscendaꝝ rerum est auiditas ita ⁊ ī ista metus amittēde talis noticie. Cupiditati vero honoris vel laudis opponitur timor ignominie ⁊ contumeliarum. cupiditati autē voluptatis opponitur timor doloris.

REMI. Vel ter orat pro apostolis. ⁊ maxime ꝓ petro q ter erat cum negaturus.

¶ Tunc venit ad discipulos suos: ⁊ ait illis: Dormite iam ⁊ requiescite. Ecce appropinquauit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquauit qui me tradet.

HYLA. Post orationē frequētē post discursus recursusq̄ꝫ multiplices metū demit: securitatē reddit in requiem. adhortatur. vñ dicitur. Tūc venit ad dis. suos ⁊ ait illis dor. iā ⁊ requi. CHRY. in ho. Et qdē tūc vigilare oportebat: sed hoc dixit: vt ostenderet: q̄m neq̄ꝫ visum posset ferre futuroꝝ malorū: ⁊ q̄m eoꝝ non indiget auxilio: q̄m oīno tradi eum oportebat. HILA. Vel hoc dic: q̄ꝛ volūtatē pr̄is de discipulis iā secur⁹ expectabat de q̄ dixerat: Fiat volūtas tua: q̄. s. transiturū in nos calicē bibēs infirmitatē corporis nr̄i: ⁊ timoris sollicitudinem ⁊ ipsum dolorē mortis absorbuit. ORIGE. Vel non est ille ipse somnus: queꝫ iubet nūc discipulos suos dormire: ⁊ ille q eis superius scribit cōtigisse. Illic enim dormientes inuenit: nō requiescētes sꝫ grauatos oculos habētes: nūc aūt p̄cepit eis nō simpliciter dormire: sed cū requie: vt ordo seruet̄: vt p̄mū qdē vigilem⁹ orātes vt n̄ itremus in tētationē: vt postea dormiam⁹ ⁊ requiescamus: vt cū aliqs inuenerit locū dn̄o: tabernaculū deo iacob: ascendat supra lectū stratus sui ⁊ det somnū oculis suis: Forsitan auteꝫ ⁊ aīa non potens semper sufferre labores: quasi incarnata remissiones aliquas sine reprehēsione consequet̄: que moralit̄ dormitiōes dicūt̄: vt vsq̄ꝫ aliquātū tēporis habēs remissionē renouata resuscitet̄. HYLA. Q̄ȝ auteꝫ ad eos reuertēs dormientesq̄ꝫ repperiēs p̄mū reuersus obiurgat: secūdo silet: tertio quiescere iubet: rō ista ē: q̄ꝫ p̄mū post resurrectiōeꝫ dispersos eos: ⁊ diffidentes ac trepidos reprehendit: secūdo misso spū paraclito: grauatis ad cōtuendam euangelij libertatem oculis visitauit: nam aliquandiu legis amore detenti: quodam fidei somno occupati sunt. tertio vero. i. claritatis sue reditu securitati eos quietiq̄ꝫ restituet. ORIGE. Postq̄ꝫ auteꝫ resuscitauit eos a somno: vidēs in spū appropinquantem iudam traditurū: qui nondum

videbať a discipulis eiꝰ dicit: Ecce appropi. hora ꝛ filius homi. tradeť i manus peccatoꝝ. CHRY. in ho. Per hoc aūt qđ dicit: Ap propinquauit hora: ondit qm̄ diuine disposi tōis. erat qđ gerebať. per hoc aūt qđ dicit in manus peccatorū demōstrat: qm̄ illoꝝ nequitie hoc opus erat: nō ꝙ ipse delicto eēt obnoxius. ORIGE. Sed ꝛ nūc in manꝰ peccatorū traditur iesus: quādo hi qui videntur iesum credere habēt eū in manibus suis: cum sint peccatores. Sed quotiēscūqȝ iustus hñs in se iesum in ptāte factꝰ fuerit pctōrum: Jesus ē traditus in manꝰ pcōrū. HIERO. Postqȝ ergo tertio orauerat: ꝛ apostolorum timorē sequente pnīa ipetrauerat corrigendū securus de passiōe sua pergit ad psecutores: ꝛ vltro se ad iterficiendū prebet. vnde sequiť Surgite eamus. q. d. Nō vos inueniāt quasi timētes: vltro pergamꝰ ad mortē: vt cōfidētiā ꝛ gaudiū passuri videant. Sequitur enī. Ecce appropinquauit q me tradet. ORIGE. Nō dicit appropinquauit mihi: nec. n. ipsi appropinquabat traditor eius q se elōgauerat peccatis suis ab eo. AVGV. de conse. euan. Videť aūt hic sermo fm matheum sibiypsi esse cōtrarius. Quō. n. dixit. Dormite iā ꝛ requiescite: cū cōnectat. Surgite eamꝰ qua velut repugnātia qdā cōmoti conantur ita pnūciare qđ dictū est: Dormite iā ꝛ requiescite tāqȝ ab exprobrante: nō a permittēte sit dictum: qđ recte fieret si esset necesse. Cū vo marcus ita cōmemorauerit: vt cum dixisset: Dormite iā ꝛ requiescite. adiungeret: Sufficit. ꝛ deinde inferret: Venit hora: Ecce tradetur filius hominis. vtiqȝ itelligiť post illđ qđ eis dictum est. Dormite iā ꝛ requiescite: siluisse dominum aliquantum: vt hoc fieret qđ promiserat: ꝛ nunc intulisse. Ecce appropinquauit hora. Propter quod fm marcum positum est. Sufficit. idest ꝙ iam requieuistis.

¶ Adhuc eo loquēte: ecce iudas vnꝰ de duodecim venit: ꝛ cū eo turba multa cum gladijs ꝛ fustibus missi a principibus sacerdotum ꝛ senioribus populi Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens: Quēcūqȝ osculatus fuero ipse est tenete eum. Et cōfestim accedens ad iesum dixit: Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitqȝ illis iesus: Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt ꝛ manus iniecerunt in iesum ꝛ tenuerunt eum.

GLO. Quia superius dictū est ꝙ dñs vltro se psecutoribus exhibebat: cōsequenter euāgelista ostēdit quō sit a psecutoribus detentus vñ dicit: Adhuc eo loquēte ecce iudas vnus de duodecim venit. REMI. Vnus vȝ numero: nō merito. Hoc aūt dixit ad ostēdendum in mane facinus illius q de apostolica dignitate factus fuerat pditor. Sequiť. Et cum eo turba multa cū gladijs ꝛ fustibus. Vt autem ostenderet euāgelista inuidētie cā illū deprehensum subiungit: Missi a princi. sacer. ꝛ senio. populi. ORIGE. Potest dicere aliquis qm̄ ppter multitudinē eoꝝ q iam crediderant multi venerūt aduersus euȝ timentes ne multitudo credētiū de manibus eoꝝ tollerent eū: Ego estimo etiam alterā cāȝ: qm̄ qui putabant in beelzebub eijcere solere demonia arbitrabātur eū ex qbusdā maleficijs posse effugere de medio volētiū eū tenere. Multi etiā nūc spiritalibus gladijs militant cōtra iesum varijs. s. ꝛ diuersis de deo dogmatibus: Sequiť: Qui aūt tradi. eū dedit eis signū dicens: Quēcūqȝ osculatus fuero: ipse ē tenete eum. Dignū est āt q̄rere cum fm faciē notus eēt oibꝰ habitantibus in iudea q̄re q̄si nō cognoscētibus effigiē eiꝰ dedit eis signū? Venit autē traditio talis de eo ad nos: quoniam non solum due forme in eo fuerūt: vna fm quā eum omnes videbant: altera fȝ quā transfiguratus est coram discipulis in monte: sed etiam vnicuiqȝ apparebat fȝ ꝙ fuerat dignus. sicut ꝛ de manna scriptum est: ꝙ habebat saporem ad omnem vsum conuenientem: ꝛ verbum dei non similiter cunctis apparet. Propter huiusmodi ergo transfigurationes eius signo indigebant. CHRY. in ho. Vel ideo signum eis dedit: quia multotiens detentus ab ipsis pertransijt nescientibus eis: quod ꝛ tunc factum esset: si ipse voluisset. Sequitur: Et confestim accedens ad iesum dixit. Aue rabbi. ꝛ osculatus est eum. RABA. Suscipit dominus osculum traditoris: non ꝙ simulare nos doceat: sed ne pditionem fugere videatur. ORIGE. Si autem aliquis querat Cur osculo iudas tra

didit iesum: scḋm quosdam quidem voluit reverentiam ad magistrum servare: nō audēs manifeste in eum irruere. scḋm alios autē hoc fecit: timens ne si forte se manifestū adversarium prebuisset: ipse ei fieret cā evasionis: cū posset scḋm opinionem eius effugere: ⁊ facere se ipervium. Ego autem puto ꝙ omnes proditores veritatis amare veritatē fingentes: osculi signo utuntur. Omnes etiam heretici sicut ⁊ iudas iesu dicunt Rabbi: Jesus autē placabilia respondet. unde sequitur: Dixitq̄ꝫ illi iesus. Amice ad quid venisti? Dicit autē amice improperans simulationem: hoc enim nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. ad malum enī dicit: Amice quomodo huc intrasti? Amice non facio tibi iniuriam. AVGV. in ser. do. de pas. Dicit autem. Ad quid venisti? tāq̄ꝫ si diceret: oscularis ⁊ insidiaris: novi quare veneris: amicum fingis: cum proditor sis. REMI. Sive Amice ad quid venisti? hoc fac: subintelligitur. Sequitur: tunc accesserunt ⁊ manus iniecerunt in iesum ⁊ tenuerunt eū. Tunc. s. quando ipse permisit. frequēter enī voluerunt. sed non potuerunt. RABA. Exulta christiane in cōmertio inimicorū tuorum vicisti: quod iudas vendidit: ⁊ quod iudeus emit tu acquisivisti.

Et ecce unus ex his qui erant cū iesu extendens manum exemit gladiū suum ⁊ percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam eius. Tunc ait illi iesus. Converte gladiū tuum in locum suum. Omnes enī qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: ⁊ exhibebit mihi mō plus q̄ꝫ duodecim legiones angelorū? Quō ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri.

CHRY. in ho. Sicut lucas refert: dominus in cena discipulis dixerat: Qui hēt sacculum tollat similiter ⁊ peram: ⁊ qui nō habē vendat tunicam suam ⁊ emat gladium. ⁊ discipuli respōderūt: Ecce gladij duo hic. Cōveniens autem erat illic gladios esse propter agnū. s. paschalem quem comederant. Audientes quoq̄ꝫ quoniam venirent persecutores ad christum capiendum: a cena exeuntes gladios sumpserunt in auxilium adversus persecutores: quasi pro magistro preliaturi. unde ⁊ hic dicitur: Et ecce unus ex his qui erant cum iesu extendens manum exemit gladium suum. HIERO. In alio evangelio scriptum est: ꝙ petrus hoc fecerit eodem ardore quo ⁊ cetera fecit. unde sequitur: Et percutiens ser. prin. sacer. ampu. auriculam eius. Servus principis sacerdotum malchus appellatur: auricula quoq̄ꝫ que amputatur dextera est. transitorie ostendendum est ꝙ malchus idest rex quondam populus iudeorum servus factus est impietatis ⁊ devorationis sacerdotum. Dextramq̄ꝫ perdidit auriculā: ut littere veritatem audiat in sinistram.

ORIGE. Nam si videntur legem audire: modo cum sinistro auditu audiunt umbrā traditionis de lege: non veritatem. Populus autem ex gentibus significatus per petrum per hoc ipsum quod crediderunt i christum: facti sunt causa ut precideretur iudeorum auditio dextera. RABA. Vel petrus non tollit audientibus intelligendi sensum: sed divino ablato iudicio negligentibus pandit: verum eadem dextera auris in his qui ex eodem populo crediderunt divina pietate pristino restituta est officio. HYLA. Vel aliter. Servo principis sacerdotum auricula ab apostolo desecatur. populo scilicet sacerdotio servienti per christi discipulum inobediens auditus exciditur: ⁊ ad capacitatem veritatis hoc quod erat non audiens amputatur.

LEO papa in ser. de pas. Dominus autē zelantis apostoli pium motum progredi ultra non patitur. unde sequitur: Tunc ait illi iesus. Converte gladium tuum in locum suum. Contra sacramentum enim erat redemptionis nostre: ut qui mori pro omnibus venerat: capi nollet. Dat ergo in se furentibus licentiam seviendi: ne dilato gloriose crucis triumpho: ⁊ dominatio diabolica fieret longior: ⁊ captivitas humana diuturnior. RABA. Oportuit etiam ut actor gratie fideles patientiam suo exemplo doceret: ⁊ potius ad sustinendum fortiter adversa instrueret: q̄ꝫ ad vindicandum provocaret. CHRY.

in bo. Ad hoc autem vt discipulo persuade/
retur comminationez addit dicens: Omnes
enim qui acceperint gladium gladio peribūt.
AVGV. contra faustum: Idest omnis q
vsus fuerit gladio: Ille autem vtitur gladio
qui nulla superiorit͡ate aut legitima potestate
vel iubente vel concedente in sanguinem ali/
cuius armatur. Nam vtiq̄ȝ dominus iusse/
rat vt ferrum discipuli eius ferrent: sed non
iusserat vt ferirent. Quid ergo indignum si
petrus post hoc peccatum factus est pastor ec
clesie: sicut moyses post percussum egyptum
factus est rector ⁊ princeps synagoge? Vter/
q̄ȝ enim non detestabili immanitate: sed emē
dabili aiositate regulam excessit: vterq̄ȝ odio
improbitatis aliene: sed ille fraterno: iste do/
minico licet adhuc carnali: tamen amore pec/
cauit. HYLA. Sed non omnibus gla/
dio vtentibus mors solet esse per gladium.
nam plures aut febris aut alius accidens ca/
sus absumit qui gladio aut iudicij officio aut
resistendi latronibus necessitate sunt vsi.
Et si s̄m sententiam eius omnis gladio vtēs
gladio perimeretur: recte ad necem eoruȝ gla
dius eximebatur qui eodem vtebantur ad fa
cinus. HIERO. Quo ergo gladio pe/
ribit quicunq̄ȝ gladium sumpserit? Illo nem
pe qui igneus vertitur ante paradisum: ⁊ gla
dio spiritus qui in dei describitur armatura.
HYLA. Recondi ergo gladium precipit
dominus: quia eos nō humano: sed oris sui
gladio esset perempturus. REMIGI/
VS. Vel aliter: Qui gladio vtitur ad occi/
dendum hominem ipse sue prius malicie mo
ritur gladio. GHRY. in homi. Non
solum autem mitigauit discipulos per com/
minationem pene: sed etiam ostendendo q̄
volūtarie hoc sustinebat. vnde sequitur: An
putas quia non possum rogare patrem me/
um: ⁊ exhibebit mihi modo plus q̄ȝ duode/
cim legiones angelorum? Quia multa huma
ne infirmitatis ostenderat: non videretur cre
dibilia dicere: si dixisset q̄ eos perdere posset
Et ideo dicit. An putas quia non possum.
HIERO. Quasi diceret: Non indi/
geo duodecim apostolorum auxilio: etiam si
omnes me defenderent: qui possum habere
duodecim legiones angelici exercitus. Vna
legio apud veteres sex milibus hominum cō
plebatur. de. xij. ergo legionibus. lxxij. mi
lia angelorum fiunt in quot gentes hominuȝ
lingua diuisa est. ORIGE. Ex hoc au
tem demonstratur: quoniam s̄m similitudi
nem legionum milicie mundialis: sunt ⁊ an
gelorum legiones milicie celestis militantiuȝ
contra legiones demonum. milicia eniȝ om/
nis propter aduersarios intelligitur consti/
tuta. Non autem quasi indigens auxilio an/
gelorum hoc dicebat: sed s̄m estimationem
petri volentis ei auxilium ferre. Magis eni
angelici opus habent auxilio vnigeniti filij
dei q̄ȝ ipse illorum. REMIGIVS.
Possumus etiam intelligere per angelos ro
manorum exercitum. cum Tyto enim ⁊ Ve
spesiano omnes lingue aduersus iudeam sur
rexerunt: ⁊ impletum est: Quia pugnabit p
eo orbis terrarum contra insensatos.
CHRY. in homelia. Non solum au/
tem per hoc timorem discipulorum euacuat:
sed etiam per hoc q̄ scripturas in medium i/
troducit dicens: Quomodo ergo implebun/
tur scripture: quia sic oportet fieri. HIE/
RO. Hec sententia promptum ad patien/
dum demonstrat animum: q̄ frustra prophe
te cecinerint: nisi dominus eos vera dixisse
sua passione asseueret.

In illa hora dixit iesus turbis: Tā
q̄ ad latronem existis cum gladijs ⁊ fu
stibus comprehendere me. Quotidie
apud vos sedebam docens in templo:
⁊ non me tenuistis. Hoc autem totuȝ
factum est vt adimplerentur scripture
prophetarum. Tunc discipuli omnes
relicto eo fugerunt. At illi tenentes ie/
sum duxerunt eum ad caypham princi
pem sacerdotum: vbi scribe ⁊ seniores
conuenerant. Petrus autem sequeba
tur eum a longe: vsq̄ȝ in atrium princi
pis sacerdotum. Et ingressus in/
tro: sedebat cum ministris vt videret
finem.

ORIGE. Postq̃ dixit petro: Reconde gladium tuum qđ est patientie: postq̃ et auriculam restituit amputataꝫ sicut alter dicit euangelista: quod summe benignitatis inditiuꝫ fuerat ꝛ diuine virtutis: subditur: In illa hora dixit iesus turbis: vt si preterita beneficia nõ recordant vel presentia recognoscant: Tanq̃ ad latronẽ existis cũ gladijs ꝛ fustibus comprehendere me? REMI. Ac si diceret: Latronis officiuꝫ est nocere ꝛ latitare: ego vero nemini nocui: sed plures sanaui: ꝛ in synagogis semper docui. Et hoc est quod subditur: Quotidie apud vos sedebam in templo docens ꝛ nõ me tenuistis. HIERO. Quasi diceret: Stultũ est eũ cũ gladijs ꝛ fustibꝰ querere qui vltro se vestris tradet manibus: ꝛ in nocte quasi latitantẽ per proditorem inuestigare q quotidie in tẽplo doceat. CHRY. in homi. Ideo autem eum in templo non tenuerunt: quia non ausi erant propter turbaꝫ: propter quod ꝛ dominus foras exiuit: vt ex loco, ꝛ tempore daret eis aptitudineꝫ se capiẽdi. Ex hoc ergo docet: qm̃ nisi voluntarius permisisset: nequaq̃ eum capere valuissent. Deinde euangelista questionem soluit: propter quid dominus capi voluit: cum subdit: Hoc autem totum factum est vt adimplerentur scripture prophetarum. HIERO. Foderunt manus meas ꝛ pedes meos. Et alibi. Sicut ouis ad victimam ductus est. Et in alio loco. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. REMI. Quia enĩ oẽs prophete predixerunt christi passionem: ideo non posuit fixum testimonium: sed generaliter dicit impleri vaticinia omnium prophetarum. CHRY. in homi. Discipuli anteq̃ quando detentus est dominus permanserũt: quando hec locutus est ad turbas: fugerunt. vnde sequitur: Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. sciebant enim quoniam iam nõ erat possibile effugere eo se volũtarie illis tradente. REMI. In hoc tamen facto demonstratur fragilitas apostolorum: qui enim de ardore fidei promiserant se mori cum eo: nũc timore fugiunt immemores sue promissionis: quod etiam videmus impleri in his qui pro amore dei magna se promittunt facturos: et postmodum non implent: non tamen desperare debent: sed cum apostolis resurgere: ꝛ per penitentiam resipiscere. RABA. Mystice autem sicut petrus qui culpam negationis penitentie lachrymis abluit: recuperationem eorum ostendit: qui in martyrio labuntur: ita ceteri discipuli fugientes: cautelam fugiendi docent eos qui se minus idoneos ad tolleranda supplicia sentiunt. Sequitur. At illi tenentes iesum duxerunt ad caypham principem sacerdotum. AVGV. de con. euan. Sed tamen primo ad annam ductus est socerum cayphe sicut ioannes dicit: Ductus est auteꝫ ligatus cum adessent in illa turba tribunus ꝛ cohors. vt ioannes commemorat. HIERO. Refert autem iosephus istuꝫ cayphã vnius tantum anni pontificatum precio redemisse: cum tamen moyses deo iubente, preceperit: vt pontifices patribus succederent: ꝛ generationis in sacerdotibus series texeret. non ergo mirum est si iniquus pontifex inique iudicet. RABA. Conuenit etiam nomen actioni caypha: idest inuestigator vel sagax ad implendam suam nequitiam vel vomens ore. quia impudens fuit ad proferẽdũ mendacium: ꝛ ad perpetrandum homicidiũ. Ideo autem illuc eum adduxerunt vt cuꝫ cõsilio omnia facerent. Vnde sequitur: Vbi scribe ꝛ pharisei ꝛ seniores conuenerant. ORIGE. Vbi cayphas est princeps sacerdotum illic congregantur scribe idest litterati: qui presunt littere occidenti: ꝛ seniores non in veritate: sed in vetustate littere. Sequitur: Petrus autem sequebatur eum a lõge. Non enim poterat de proximo euꝫ sequi: sed de lõginquo: nec tamen omnino recedẽs ab eo. CHRY. in ho. Multus enim erat feruor petri: qui cum alios fugientes vidisset: non fugit: sed stetit ꝛ intrauit. Si autem ꝛ ioannes intrauit: tamen notus erat principi sacerdotum. Longe autem sequebatur: q erat dominum negaturus. REMI. Neq̃ enim negare potuisset si domino proximus adhesisset. Per hoc etiam significatur q petrus dominum ad passionem euntem erat secuturus idest imitaturus. AVGV. de cõcor. euan. Significatur etiam ecclesiam secuturam quidem: hoc est imitaturam passiones domini: sed longe differenter. ecclesia enĩ pro se patitur: at ille pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus intro sedebat cũ ministris vt videret fi

nē. HIERO. Vel amore discipli: vl humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de dn̄o pontifex: vtrum eū neci addiceret: an flagellis cessum dimitteret.

¶ Principes autem sacerdotum: ⁊ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesum: vt eū morti traderent: ⁊ non inuenerunt: cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes ⁊ dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum dei: ⁊ post triduum reedificare illud. Et surgens pՙriceps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? Jesus autem tacebat. Et pՙriceps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum viuum: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dixit illi iesus: Tu dixisti. Verūtamen dico vobis: ammodo videbitis filiū hominis sedentem a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicēs: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testib⁹? Ecce nūc audistis blasphemiā. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis eū ceciderunt. alij autem palmas in faciē eius dederūt dicentes: prophetiza nobis christe quis est qui te percussit.

CHRY. in home. Congregatis principibus sacerdotum: ⁊ tota pestilentie conuenticula: volebant suis insidijs iudicij formā imponere. vnde dicitur. Principes autem sacerdotum ⁊ omne consilium querebant falsum testimonium contra iesum vt eū morti traderent. Sed q՛ fictum erat iudicium ⁊ omnia tumultus ⁊ turbationis plena: manifestatur per hoc quod subditur. Et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissēt. ORIGE. Falsa enim testimonia tunc locū habent: quando cum colore aliquo proferūtur. Sed nec color inueniebatur qui posset contra iesum adiuuare mendacia: quāuis essēt multi gratiam tribuere volentes principibus sacerdotum: quod maximā laudem exhibet iesu: qui sic omnia irreprehensibiliter dixit ⁊ fecit: vt nullam verisimilitudinem inuenirēt in eo reprehensionis ⁊ mali ⁊ multi astuti. Sequitur: Nouissime autem venerunt duo falsi testes ⁊ dixerunt. hic dixit: Possum destruere templum dei: ⁊ post triduum reedificare illud. HIERO. Quomodo autē falsi testes sunt si ea dicunt que dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui nō eodem sensu dicta intelligit: quo dicuntur. dominus enim dixerat de templo corporis sui: sed in ipsis verbis calumniantur: vt paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniā faciant. Saluator dixerat: Soluite templum hoc. isti commutant ⁊ aiunt: Possum dēstruere templum dei. Vos inquit soluite: nō ego q՛ illicitum est vt nobisipsis inferamus manus. deinde illi vertunt: Et post triduum reedificare illud: vt proprie de templo iudaico dixisse videretur. dominus aūt vt ostēderet animale ⁊ spirans templum dixerat: Et ego in triduo suscitabo illud. aliud est edificare: aliud suscitare. CHRY. in home. Sꝫ quare non attulerunt in medium accusationem de solutione sabbati? quia multotiens eos super hoc confutauerat. HIERO. Ira autem preceps ⁊ impatiens non inueniens calumnie locum: excutit de solio pontificem: vt vesaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respondens ad ea que isti aduersum te testificātur? CHRY. in ho. Hoc autem dixit volens ab eo inexcusabilem responsionem elicere: vt ex ipsa eū capiat. Inutilis autem erat excusationis responsio: nullo eam exaudiente. Et ideo sequitur: Jesus autem tacebat. Etenim solum figura iudicij ibi erat: in veritate autem latronum erat incursus sicut in spelūca. ⁊ ideo silet. ORIGE. Ex hoc autem loco discimus contemnere calumniantium ⁊ falsorū testium voces: vt nec responsione dignos eos habeamus qui non conuenientia dicūt aduersus nos: maxime vbi maius est libere ⁊ fortiter silere: q՛ꝫ defendere sine vllo profectu. HIERO. Sicbat enim quasi deus

quicquid dixisset torquendum ad calũniam. Quanto ergo iesus magis tacebat ad indignos responsione sua falsos testes ⁊ sacerdotes impios: tantomagis pontifex furore superatus cũ ad respondenduz prouocat: vt ex qualibet occasione sermonis locũ inueniat accusandi. vnde sequitur: Et princeps sacerdotũ ait illi: Adiuro te per deum viuũ vt di. nõ si tu es christus filius dei. ORIGE. In lege quidem adiurandi vsum aliquotiẽs inuenimus. Estimo aũt quoniã nõ oportet vt vir qui vult sm euangeliũ viuere adiuret alterũ. Si eniz iurare nõ licet: nec adiurare: sed ⁊ qui respicit iesuz iperantẽ demonibus ⁊ potestatẽ dantẽ discipulis super demonia: dicet ꝙ sm potestatem datã a saluatore non ẽ adiurare demonia. Princeps autẽ sacerdotum peccatum faciebat insidiãs iesu: ⁊ ideo imitabatur proprium patrem: qui bis dubie interrogauit saluatorẽ. Si tu ex christus fili9 dei. vnde quis recte dicere potest quoniã dubitare de filio dei vtrum ipse sit christ9: opus diaboli est. Non decebat autem dominũ ad adiurationẽ principis respondere sacerdotũ quasi vim passum: propter quod nec denegauit se filium dei esse: nec manifeste confessus est. vnde sequitur: Dicit illi iesus: tu dixisti. Non enim erat dignus christi doctrina: propterea non eum docet: sed verbum oris eius accipiens: in redargutionẽ ipsi9 conuertit. Sequitur. Verũtamẽ dico vo. ammo. vide. filium homi. sedentẽ a dex. vir. dei. Videtur mihi quoniã firmitatẽ quãdã regalem significat sessio filij hominis. iuxta virtutẽ ergo dei qui solus est virtus: fundatus est qui accepit omnẽ potestatẽ a patre sicut in celo ⁊ i terra. Erit aũt qñ hãc fundationẽ videbunt ẽt aduersarij ꝙ a tempore dispensationis incepit impleri. Viderunt eniz eius discipuli eũ resurgentem a mortuis: ⁊ per hoc viderunt eũ fundatũ ad dexteram virtutis. Vel quia sm longitudinem sempiternam que ẽ apud deũ a cõstitutione mũdi vsqz ad finẽ ẽ vnus dies. Nihil ergo mirũ ꝙ hic dicit saluator. Ammodo spaciũ est breuissimũ vsqz a finez ostendens: ⁊ nõ solũ sedentẽ eum ad dexterã virtutis visuros prophetabat: sed etiaz venientem in nubibus celi vnde sequit: Et veni. in nubibus celi. He nubes sunt prophete ⁊ apostoli christi quibus mandat pluere cũ oportet: ⁊ sunt nubes celi non transeuntes: quasi portantes imaginem celestis: ⁊ digne sunt vt sint sedes dei quasi heredes dei ⁊ coheredes christi. HIERO. Pontificẽ aũt quẽ de solio sacerdotali furor excusserat: eadem rabies ad scindendas vestes prouocat. vnde sequitur: Tunc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua dicens: Blasphemauit. Consuetudinis enim iudaice est: ꝙ cum aliquid blasphemiũ ⁊ quasi contra deum audierint: scindant vestimenta sua. CHRY. in homi. Hoc igitur fecit vt accusationem redderet grauiorem: ⁊ quod verbis dicebat: fcis extolleret. HIERO. Per hoc aũt ꝙ scidit vestimenta sua: ostendit iudeos sacerdotalem gloriam perdidisse: ⁊ vacuam sedez habere pontificis. Dum enim vestem sibi tũ scidit: ipsum quo tegebatur velamentum legis abrupit. CHRY. in ho. Cum ergo scidisset vestimenta sua: non fert sententiam a seipso sed ab alijs eam exquirit dicens: Quid vobis videtur: Sicut in confessis peccatis ⁊ blasphemia manifesta fieri solet: ⁊ qsi cogens ⁊ violentiam inferens ad sententiaz proferendam preuenit auditorem dicens: Quid adhuc egemus testibus: Ecce nunc audi. blasphemiam. Que autẽ fuit illa blasphemia? Etenim ante eis ꝯgregatis dixerat: Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: ⁊ interpretatus est eis ⁊ siluerunt nec de cetero contradixerunt: qualiter ergo nunc quod dictum est blasphemiam vocãt? Sequitur: At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. Ipsi accusantes: ipsi discutientes: ipsi sententiam proferentes. ORIGE. Quantum putas fuit erroris: ipsam principalem omniũ vitã reã mortis pnunciare: ⁊ per tantoꝝ resurgentiũ testimonia nõ respicere fontem vite de quo in omnes resurgentes vita fluebat. CHRY. in ho. Vt autem venationem inuenientes ita suam demonstrabant hebrietatem: ⁊ insania ferebantur. Sequitur: Tunc expue. in fa. eius: ⁊ cola: eum ceciderunt. HIERO. Vt compleretur quod dictum est: Dedi maxillam meam alapis: ⁊ faciem meaz non auerti a cõfusione sputoꝝ. Seqtur: Alij autem pal. in in faci. eius dede. dicen. Propbetiza no. christe: qui est qui te percussit. GLO. In contumeliam ei hoc dicitur: qui se propbetaz

haberi voluit a populis. HIERO. Stultum aũt erat verberantibus respõdere ⁊ prophetare cedentem: cũ palã percutientis insania videretur. CHRY. in ho. Attẽde autem q euangelista cũ summa diligentia ea q̃ vi ẽẽ exprobrantissima exponit: nihil occultãs aut verecundans sed gloriam extimãs maximã: dominatorem orbis terrarũ pro nobis talia sustinere. Hoc autem legamus continue: hoc nostre menti inscribamus ⁊ in his gloriemur. AVGV. de q̃. euã. Quod autem dictum est: Expuerunt in faciem eius: significauit eos qui presentiam gratie eius respuunt. Item tanq̃ colaphis eũ cedunt: qui ei honores suos preferunt. Palmas in faciem eius dant: qui perfida cecati: cum nõ venisse affirmant: tãq̃ presentiaz eius exterminantes ⁊ repellentes.

¶ Petrus vero sedebat foris in atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cum iesu galileo eras: At ille negauit coram omnibus dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam: vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi: Et hic erat cum iesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento: quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant ⁊ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nam ⁊ loquella tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: q non nouisset hominem. Et continuo gallus cãtauit. Et recordatus ẽ petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̃uã gallus cantet terme negabis. Et egressus foras fleuit amare.

AVGV. de cõ. euã. Inter predictas dñi cõtumelias trina negatio petri facta ẽ. quam non omnes euangeliste eodem ordine narrãt. Lucas enim explicat prius tentationem petri: nũc demũ contumelias domini. Sed mattheus ⁊ marcus eas primo cõmemorãt: ⁊ deinde petri tentationẽ. Sic enim hic sequitur. Petrus vero sedebat foris in atrio. HIERO. Foris sedebat vt videret exitum rei: ⁊ non appropinquabat iesu: ne ministris aliqua suspicio nasceret. CHRY. i ho. Et q̃ñ detẽtũ magistrũ vidit solũ: ita efferbuit vt gladiũ euaginauerit: ⁊ auriculam absciderit: quãdo cõtumelias christi audiuit negator efficitur: ⁊ vilis puelle minas nõ sustinet. Seq̃t enĩ: Et accessit ad eũ vna ancilla dicẽs: Et tu cũ iesu gali. eras. RABA. Quid sibi vult q prima eũ prodit ancilla cũ viri magis eũ potuerit recognoscere: nisi q iste sexus peccare in nece domini videretur: ⁊ eius passione redimeretur. Seq̃tur: At ille negauit coram oĩbus dicẽs: Nescio q̃d dicis. Palã corã oĩbus negauit: q se manifestare expauit qd̃ dicebat se nescire: respondit q pro saluatore adhuc mori noluit. LEO. papa i ser. de pas. Ob hoc aũt sicut apparet hesitare permissus ẽ: vt in ecclesie principe remedium penitẽtie cõderet: ⁊ nemo auderet de sua virtute cõfidere: quãdo mutabilitatis piculũ: nec beatus petrus potuisset euadere. CHRY. i ho. Nõ solũ aũt semel sz ⁊ secũdo ⁊ tertio negat in breui tpe. vnde seq̃tur. Exeunte aũt eo ianuã: vidit eum alia ãcilla ⁊ ait his q erãt ibi: Et hic erat cum iesu nazareno. AVGV. de cõ euã. Intelligit ãt q postq̃ exijt foras cũ iã semel negasset: gallus cantauit primũ qd̃ marcus dicit. CHRY. ĩ ho. Ut ostendat q neq̃ vox galli eum a negatione detinuit. neq̃ in memoriam sue promissionis reduxit. AVGV. de cõcor. euã. Non autem foris ante ianuam iterum negauit: sed cum redisset ad focum: neq̃. n. iam exierat ⁊ foris eũ vidit altera ancilla: sed cum exiret eum vidit idest cum surgeret ⁊ exiret animaduertit: ⁊ dixit his qui erant ibi. i. qui simul aderãt ad ignẽ i atrio: Et h erat cũ iesu nazareno. Ille aũt q foris exierat: hoc audito regressus ẽ: vt se q̃si purgaret negãdo. Uel qd̃ ẽ credibilius: non audiuit quod de eo dictũ fuerat cum foras exiret: ⁊ postea q̃ redijt q dictum est ei quod lucas commemorat. Sequitur: Et iterũ negauit cum iuramento: q non noui hominez. HIERO. Scio quosdam pio affectu erga apostolum petrum locum hunc ita interpretatos: vt dicerent petrum hominem negasse: non deum: ⁊ esse sensum: Nescio hominem quia scio deum: Hoc q̃ friuolũ sit: prudẽs

lector intelligit. si. n. iste nō negauit: ergo mē titus est dominus qui dixerat: Ter me negabis. RABA. In hac autem negatione petri dicimus non solum abnegare christum qui dicit eum non esse christum: sed qui cū sit: negat se esse christianū. AVGV. ď cō. euan. Nūc iam de tertia negatione īspiciatur. Sequitur enim: Et post pusil. acces. qui sta. ⁊ dixe. petro: Uere ⁊ tu ex illis es. Lucas āt dicit: Interuallo facto quasi hore vni9 ⁊ vt eum conuincant: consequenter adiungunt. Nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. HIERO. Non quo alterius sermōis esset petrus aut gentis externe: oēs quippe hebrei erāt ⁊ qui arguebant: ⁊ qui arguebatur: sed quo vnaqueqꝫ prouincia ⁊ regio habeat proprietates suas ⁊ vernaculum loquēdi sonum vitare non possit. REMI. Uide aūt q̄ꝫ sint noxia prauorum hoīum colloquia: ipsa quippe coegerunt petrum negare dominū: quē prius cōfessus fuerat eē dei filium. Sequitur enim. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: q2 n̄ nouisset hoīez. RABA. Nota q2 primū ait: Nescio quid dicis. Secundo cum iuramento negat. tertio q2 cepit detestari ⁊ iurare: quia non nouit hoīem: Perseuerare quippe in peccato dat icrementuꝫ scelerum: ⁊ q minima spernit: cadit in maiora.

REMI. Spiritualiter āt per hoc ꝙ petrus ante primū galli cantum negauit: illi designātur qui ante christi resurrectionē nō credebāt eū esse deū eius morte turbati. Per hoc autē ꝙ p9 galli cātū negauit: illi designātur qui in vtrāqꝫ domini naturā: ⁊ ſm deū: ⁊ ſꝫ hominem errant. Per primā aūt ancillā designatur cupiditas: per secundam carnalis delectatio: per illos qui astabant: demones intelliguntur. his. n. trahūt hoīes ad xp̄i negationē. ORIGE. Uel ꝑ primā ancillā intelligitur synagoga iudeoꝝ qui frequenter compulerunt denegare fideles: per secūdā cōgregatio gentium: qui ⁊ persecuti sunt christianos: ꝑ tertios stātes ī atrio: ministri heresuꝫ diuersarum. AVGV. de qnc. euā. Ter ēt petrus negauit. nā ⁊ error hereticorum de christo tribus generibus terminatur. Aut enim ex diuinitate: aut de humanitate: aut ď vtroqꝫ fallūtur. RABA. Post tertiā autem negatōem sequtur galli cantus. ⁊ hoc est quod subditur: Et conti. gallus cantauit.

Per quē doctor ecclesie itelligit̄ q sompnolentos icrepās ait: Euigilate iusti ⁊ nolite peccare. Solet aūt sacra scriptura sepe meritū cāꝝ ꝑ statū designare temporū. vnde petr9 q media nocte negauit: ad galli cātū penituit. vnde sequit̄: Et recordat9 ē petrus verbi iesu qđ dixerat. Priusq̄ꝫ gallus cantet: ter me negabis. HIERO. In alio euangelio legimus: ꝙ post negationem petri ⁊ galli cantū: respexit saluator petrū: ⁊ intuitu suo eū ad amaraꝝ lachrymas prouocauit. non enim fieri poterat vt in negationis tenebris permaneret: que lux perspexerat mūdi. vnde ⁊ hic sequitur: Et egressus foras fleuit amare. In atrio eni cayphe sedēs nō poterat agere penitētiā. vnde foras egreditur de impioꝝ cōsilio: vt pauide negatōis sordes amaris fletibus lauet. LEO. papa felices ⁊ apostole sācte lachryme tue: que ad diluendā culpā negatōis: virtutem sacri hūere baptismatis. Affuit enim dextra domini iesu christi: que labētē te priusq̄ꝫ deijcereris excipet: ⁊ firmitatē standi in ipso cadēdi periculo recepisti: cito itaqꝫ ad soliditatem redijt petra tanq̄ꝫ recipiens fortitudinē: vt qui tūc in christi expauerat passione: i suo post supplicio non timeret: se [illegible] onstans permaneret.

.xxvij. capi.

Mane autem facto consilium inierūt oēs pricipes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesū: vt eū morti traderēt. Et victum adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pontio pilato presidi. Tūc vidēs iudas qui eū tradidit ꝙ dānatus eēt: penitētia duct9 retulit trigita argenteos pricipib9 sacerdotū ⁊ senioribus dicēs. Peccaui: tradens sanguinem iustum: At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu videris. ⁊ piectis argenteis i templo recessit ⁊ abiēs laqueo se suspendit.

AVGV. de con. euan. Contexuerat superius euangelista narrationem in his que cum domino acta sunt vsqꝫ ad mane. Sed

postea redijt ad narrandum petri negatōnē:
qua terminata redijt ad mane: vt inde cetera
cōtereret. Et hoc est quod dicitur: Mane
autem facto consilium inierunt omnes prin
cipes sacerdotum ⁊ seniores populi aduer/
sus iesū: vt eū morte traderēt. ORIGE.
Putantes per mortem extinguere eius do/
ctrinam ⁊ fidem apud eos qui crediderunt i
eum quasi in filium dei. Talia autem contra
eum consiliantes: alligauerunt iesum soluē
tem a vinculis. vnde sequitur: Et vinctum
adduxerunt eum: ⁊ tradiderunt pontio pila/
to presidi. HIERO. Vide sollicitudinē
sacerdotū in malū. tota nocte vigilarunt vt
homicidium facerent: ⁊ vinctum tradiderūt
pilato. Habebant. n. hunc morem: vt quem
adiudicassent morti: ligatum iudici traderēt.
RABA. Attamen notandum q̄ nō tunc
primū ligauerunt: sed mox cōprehensum in
horto vt ioannes declarat. CHRY. i ho.
Ideo aūt eum non occulte interfecerunt: q̄a
volebant eius glorie detrahere multi enī eū
admirabātur: ⁊ propter hoc studuerunt pu/
blice ⁊ coram hominibus eum occidere: ⁊ īō
ad presidem eum duxerunt. HIERO.
Videns autem iudas dominū adiudicatum
morti: precium retulit sacerdotibus: quasi ī
potestate sua esset persecutorum mutare sen/
tētiā. vnde sequitur: Tunc videns iudas q̄
tradidit eum q̄ damnatus esset: penitentia
ductus: retulit triginta argenteos princip/
bus sacerdotum ⁊ senioribus populi dicēs:
Peccaui: tradens sanguinem iustū. ORI
GE. Respondeant mihi qui de naturis q̄s
dam fabulas introducunt: vnde est q̄ iudas
cognoscens peccatū suū dixit: Peccaui: tra/
dens sanguinem iustum: nisi ex bona plan/
tatione mentis ⁊ seminatione virtutis que
seminata est in omni rationabili anima: quā
non coluit iudas: ⁊ ideo cecidit in tale pecca/
tum. Si autem nature pereuntis est aliquis
hominum: magis huius nature fuit iudas:
Et siquidem post resurrectionē christi hoc di
xisset iudas: forsitā erat dicendum quoniam
cōpulit eū penitere de peccato ipsa virt⁹ re/
surrectionis. Nunc autem videns eū tradi/
tum esse pilato penituit: forsitā recordat⁹ que
frequenter iesus dixerat de sua resurrectiōe
futura. Forsitan ⁊ sathanas qui ingressus ī
eū fuerat: presto fuit ei donec iesus traderet

pilato: postq̄ȝ autem fecit quod voluit reces/
sit ab eo: quo recedente penitentiam capere
potuit. Sed quō vidit iudas quoniā condē/
natus est: nondū. n. a pilato fuerat interroga
tus. forsitā dicet aliquis qm̄ cōsideratōe mē
tis sue vidit exitum rei ex eo quod traditum
aspexit. Alius autem dicet: qm̄ qd̄ scriptum
est. Videns iudas q̄ cōdēnatus est. ad ip/
sum iudā refertur: tunc enim sensit malum
suū ⁊ intellexit se condemnatum. LEO pa
pa. Dicendo tamē Peccaui tradens sāgui/
nem iustum in impietatis sue perfidia persti
tit: qui iesum non dei filium: sed nostre tan/
tūmodo cōditionis hoīē et inter extrēa mor
tis sue picula credidit: cui⁹ flexisset misericor
diā si ei⁹ oīpotētiā nō negasset. CHRY.
in ho. Vide aūt quoniā penitentiam agit qñ
cōpletū ē ⁊ finē accepit peccatū. Non enim
permittit diabolus eos qui nō vigilāt videre
malum anteq̄ȝ perficiant. Sequitur. At illi
dixerunt: Quid ad nos: tu videris. RE/
MI. Ac si dicant: Quid ad nos pertinet si
iustus est: tu videris. i. opus tuum quale sit
manifestabitur: Quidam autem coniunctim
voluerunt legere hec verba vt sit sensus cu/
ius estimationis deputaris apud nos: q eum
quē tradidisti: iustum confiteris. ORI/
GE. Recedente aūt ab aliquo diabolo: ob/
seruat iterum tempus. ⁊ postq̄ȝ cognouerit ⁊
ad secundum peccatū induxerit: obseruat etiā
tertie deceptionis locū. Sicut ille qui primo
vxorem pris habuit: de hoc malo postea pe/
nituit. Sed postea diabolus voluit hanc ip/
sam tristiciā exaggerare: vt ipsa tristitia abun
dantior facta absorberet tristantē. Simile ali
quid factū est in iuda. postq̄ȝ enī penituit nō
seruauit cor suū: sed suscepit abundantiorem
tristitiam a diabolo sibi submissam: q̄ voluit
eum absorbere. vnde sequitur: Et abiens la
queo se suspendit. Si autem locum peniten
tie requisisset: ⁊ tēpus penitētie obseruasset:
forsitan inuenisset eum qui dixit: Nolo mor
tem peccatoris. Vel forte estimauit preueni/
re magistrum moriturum: ⁊ occurrere ei cū
anima nuda: vt confitens ⁊ deprecans mise/
ricordiam mereretur: nec vidit quia non cō/
uenit seruum dei seipsum expellere de hac
vita sed expectare dei iudicium. RABA.
Suspendit āt se laqueo vt se ostenderet celo
terreq̄ȝ perosum. AVGV. de nouo ⁊ ve/

re. testa. Sed occupatis principibus sacerdotum ad necem domini a mane vsqȝ ad horam nonam: quomodo iudas eis retulisse preciuȝ sāguinis: quod acceperat ante crucē domini probatur: ⁊ dixisse illis in templo: peccaui ꝙ tradiderim sanguinem iustuȝ: cuȝ cōstet omnes principes ⁊ seniores ante passionem domini nō fuisse in templo? Quippe cū in cruce posito insultarent ei. Nec eniȝ inde potest probari: q̄ ante passionē domini relatum est cum sint multa q̄ ante facta ꝓbātur ⁊ nouissima ordinātur. Sȝ ne forte pꝰ horā nonā factū sit: ut vidēs iudas occisū saluatorem: ⁊ ob hoc velum templi scissū: terrā tremuisse: saxa fixa: elementa conterrita ipso metu correptus doluerit. Sed post horā nonaȝ occupati erant vt existimo seniores ⁊ principes sacerdotum ad celebrationem pasche. Sabbato aūt ſm legem nō licet nūmos portare: ac per hoc non est probabile apud me quo die imo empotte laqueo vitam finierit iudas.

¶ Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia preciuȝ sanguinis est. Consilio autem inito: emerunt ex illis agrum figuli ī sepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus ē ager ille acheldemach: hoc ē ager sanguinis: vsqȝ in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per hieremiā prophetam dicentē: Et acceperunt triginta argenteos preciuȝ appreciati quē appreciauerunt a filijs israel ⁊ dederunt eos in agrū figuli: sicut cōstituit mihi dominus.

CHRY. in ho. q̄ principes sacerdotū nō nerant ꝙ occisionem emerant a propria conscientia cōdēnati fuerunt. ⁊ ad hoc ostendendum subdit euangelista. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerūt. Nō licet eos mittere in corbonam: q̄ preciū sanguinis est. HIERO. Vere calicem liquētes ⁊ camelū glutientes. si enim ideo nō mittunt pecuniam in corbonam: hoc est ī gazophilatium ⁊ dona dei. q̄ precium sanguinis est: cur ipse sanguis effunditur? ORIGE. Videbant aūt quoniam circa mortuos magis cā pecuniā cōueniebat expendi. quia precium sanguinis erat. Sed q̄ ⁊ inter loca mortuoꝝ sunt differentie: vsi sunt precio sanguinis iesu ad ꝯparationē agri figuli alicuiꝰ vt in eo paternis. vnde sequitur: Consilio aūt inito emerunt ex illis agrū figuli ī sepulturam peregrinoruȝ. AVGV. i ser. ꝺ ce. do. Prouidentia aūt dei factū puto vt preciū saluatoris non peccatoribꝰ sumptū prebeat: sed peregrinis requiē subministret: vt iā exinde christus ⁊ viuos sanguinis sui passione redimat: ⁊ mortuos preciosa passione suscipiat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis ꝙ totius generis humani salus redēpta sit sanguine saluatoris. Ager ergo iste mundus ħ totus est. Figulus autem qui mundi possit habere dominatum: ipse est qui vascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaqȝ figuli ager christi sanguine emptus est: peregrinis inqȝ qui sine domo patria ⁊ toto orbe exules iactabantur: requies christi sanguine prouidetur. Istos aūt peregrinos esse dicimus deuotissimos christianos: qui renunciantes seculo: nihil possidentes in mundo: ī christi sāguine requiescunt. Sepultura enim christi nihil aliud est q̄ȝ requies christiani. Cōsepulti enim sumus: sicut ait apostolus cum illo per baptismū in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus ⁊ tāqȝ hospites in hac luce versamur. HIERO. Qui ēt peregrini eramus a lege ⁊ prophetis praua indeoꝝ studia suscepimus in salutē. ORIGE. Vel peregrinos dicimus qui vsqȝ ad fineȝ extranei sunt a deo: nam iusti cōsepulti sunt christo in monumento nouo quod excisum ē in petra. Qui autem alieni sunt a deo vsqȝ ad finem sepulti sunt in agro figuli comparātis lutum: qui precio sanguinis est cōparatꝰ ⁊ ager sanguinis nominatur. vnde sequit̄. Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis vsqȝ ī hodiernam diem. GLO. Quod referendum est ad tempus quo euangelista hoc scripsit. deinde ꝯfirmat idem prophetico testimonio dicens. Tunc impletum est quod dictum est ꝑ hieremiam prophetam dicentem: Et accepe-

runt triginta argenteos preciū appreciati quem appreciauerunt a filijs israel: ⁊ dederūt eos in agrum figuli: sicut constituit mihi dominus. HIERO. Hoc in hieremia penitus non inuenitur: sed in zacharia qui penultimus est duodecim prophetarum quedam similitudo refertur: ⁊ q̄q̄ sensus non multū discrepet: tamē ordo ⁊ verba diuersa sunt. AUGU. de cō. euan. Siquis ergo putat ideo fidei euangeliste aliquid derogandū: primo nouerit non omnes codices euangeliorū habere: q̄ per hieremiam dictum sit: sed tantūmodo per prophetā. Mihi autem hec nō placet defensio. quia ⁊ plures codices habēt hieremie nomen ⁊ antiquiores ⁊ nulli fuit causa cur adderetur hoc nomen: ⁊ mendositas fieret. Cur autem tolleretur fuit vtiq̄ cā vt hoc audax imperitia faceret: predicta questione turbata. Potuit āt fieri vt aīo mathei euāgeliū scribētis pro zacharia hieremias occurreret: vt fieri solet quod tamen sine vlla dubitatione emēdaret saltē ab his admonitus: qui ipso adhuc in carne viuēte hec legere potuerunt: nisi cogitaret recordationis sue que spiritu sancto regebatur: non occurrisse aliud pro alio nomē prophete: nisi q̄z dominus hec ita scribi constituit. Cur aūt constituerit: prima causa est: q̄z sic insinuat ita oēs prophetas vno spiritu locutos: mirabili inter se cōsensione constare: vt hoc multo amplius sit: q̄z si oīum verba prophetarum vno vnius hoīs ore demōstrent: ⁊ iō indubitanter accipi debent quecūq̄ per eos spiritussanctus dixit: ⁊ singula esse oīum: ⁊ oīa singulorū. Si enim hodie quisq̄ volens alicuius verba indicare: dicat nomen alterius a quo dicta sūt: qui tamen sit amicissimus illius cuius verba dicere voluit: ⁊ continuo recordatus aliū pro alio se dixisse ita se corrigat: vt tamen dicat: bene dixi: nihil aliud intuens nisi inter ambos esse cōcordiam: quāto magis de prophetis sanctis hoc cōmēdādū fuit. Est etiam alia causa cur hoc nomen hieremie in testimonio zacharie sit manere permissum: vel potius sancti spiritus auctoritate preceptum sit: Est apud hieremiā: q̄ emerit agrum a filio fratris sui: ⁊ dederit ei argentū: nō quidē sub hoc nomine precij: quod positum ē apud zachariā triginta argenteis. q̄ aūt propheciā de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit euangelista: quod modo de domino cōpletū ē: manifestum est. sed ad hoc pertinere etiam illud d̄ agro empto: quod hieremias dicit: hic potest mystice significari: vt non hic zacharie nomen poneretur qui dixit: triginta argenteis: s; hieremie q̄ dixit de agro ēpto: vt lecto euāgelio atq̄ īuēto noīe hieremie lecto autē hieremia: ⁊ nō inuēto testimonio de triginta argēteis: inuento tamē agro empto admoneatur lector vtrunq̄ cōferre: ⁊ inde sensum enucleare prophetie: quomodo pertineat ad hoc quod in domino completum est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Matheus cum ait: Quē appreciauerunt a filijs israel: ⁊ dederunt eos in agrum Figuli sicut constituit mihi dominus: nec apud zachariam: nec apud hieremiam reperitur. Unde magis ex persona euangeliste accipiendum est: ⁊ mystice insertum: quia hoc ex domini reuelatione cognouerit: ad hanc rem que d̄ christi precio facta est huiusmodi pertinere prophetiam. HIERO. de optimo genere interpretandi: Absit ergo de pedissequo christi q̄ possit argui de falso: cui cura fuit non verba ⁊ syllabas aucupari: sed sententias dogmatum ponere. CHRY. in ho. Legi nuper in quodam hebraico volumine: quod nazaree secte mihi hebreus contulit hieremie apocryphum: in quo hoc ad verbū scriptum reperi: sed tamen mihi videtur magis de zacharia sumptum testimonium euangelistarum ⁊ apostolorum more vulgato: quo verborum ordine pretermisso: sensus tamen de veteri testamento proferunt exemplum.

¶ Jesus autem stetit ante presidem ⁊ interrogauit eum preses dicens: Tu es rex iudeorum? Dicit illi iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum ⁊ senioribus: nihil respondit. Tunc dicit illi pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respōdit ei ad vllū verbum: ita vt miraretur preses vehe-

menter.
AVGV. de con. euan. Finitis his que
Matheus de iuda preditore interposuit ad
ordinem narrationis reuertitur dicens: Je/
sus autem stetit ante presidem. ORIGE.
Iudex. totius creature cōstitutus a patre: vi
de quantum se humiliauit: vt acquiesceret sta
re ante iudicem tunc terre iudee: et interroga
tus est interrogationem quā forsitā deridēs
aut dubitans pilatus interrogat. vnde sequi/
tur: Et interrogauit eum preses dicens Tu
es rex iudeorum? CHRY. in ho. Id pila/
tus interrogat: quod aduersarij contra ipsuz
continue reuoluebant. Quia enim sciebant
pilatum nullam curam facientem legaliū: ad
publicas accusatiōes rē ducūt. ORIGE.
Vel pronunciatiue hoc dixit pilatus. vnde
et alibi scripsit in titulo: Rex iudeorum.
Principi autem sacerdotum respondens:
Tu dixisti: oblique arguit eius dubitationez
Pilati vero sententiam confirmat pronunci
antis. vnde sequitur: Dicit ei iesus: Tu di/
cis. CHRY. in ho. Cōfessus ē se esse re/
gem: sed celestem: vt in alio euangelio mani/
festius legitur. Regnum inquit meum non
est de hoc mundo: vt neqz iudei neqz pilatus
excusationē habeant: huic accusationi insistē
tes. HYLA. Vel interroganti pontifici:
an ipse esset iesus christus dixerat: Tu dixi/
sti: quia semper futurum christum ex lege ip
se dixisset: huic vero legis ignaro interrogā/
ti an ipse esset rex iudeorum dicitur: Tu di/
cis: qz p fidē presentis cōfessionis salus gē/
tiū est. HIERO. Attende aūt qz pilato q i
uitus promebat sententiam aliqua ex parte
respondit: sacerdotibus autem et principib9
sacerdotum respondere noluit: idignos eos
suo sermone iudicans. vnde sequitur: Et cū
accu. a princi. sacer. et senio. nihil respondit.
AVGV. de con. euan. Lucas aūt ipsa cri
mina que accusantes obiecerūt aperuit: dicit
enim: Ceperunt illum accusare dicentes:
Hunc inuenimus subuertentem gentē no/
stram et prohibentem tributa dari cesari: et di
centem se christum regem esse. Nihil autem
interest ad veritatem quo ordine ista rettule/
rint: sicut nihil interest si alius aliud tacet qd
alius cōmemorat. ORIGE. Accusatus
autem iesus sicut tunc illis nihil respōdit: sic
nec et modo. non fit enim eis verbum dei: si
cut aliquando fuerat ad prophetas: sed neqz
dignum erat vt pilato interroganti respōde/
ret: qui non habebat permanens et firmum d
christo iudicium sed ad cōtraria trahebatur.
vnde sequitur: Tunc dicit ei pilatus: Non
audis quāta aduersum te dicunt testimonia.
HIERO. Gentilis quidem ē qui cōdem
nat iesum: sed causam refert in populū iudeo
rum. CHRY. i ho. Ideo autem hoc dice
bat qz volebat eū liberare: dum se excusando
responderet. Sequitur. Et non respō. ei. ad
vl. verbum: ita vt mira. preses vehementer.
Quia enim multas habentes demonstratio/
nes ex ipsis rebus: virtutis et mansuetudinis
eius et humilitatis. tamē i ipsuz idignabant:
et peruerso iudicio agebantur contra ipsum:
propter hoc nihil respondet. et si aliquando re
spondet: breuia quidem dicit: ne continua ta
citurnitate pertinacie opinio de ipso accipia/
tur. HIERO. Vel ideo iesus nihil respō
dere voluit: ne crimen diluens dimitteretur
a preside et crucis vtilitas differret. ORI/
GE. Miratus est aūt preses constantiā ei9:
forsitā sciens qz idoneus esset pronunciare
crimen: et tamen videbat eum in tranquilla et
quieta sapientia et grauitate non turbabili sta
re: sed et vehementer miratur. Dignum eni
ei videbatur magno miraculo vt exhibitus xps
ad criminale iudicium: imperturbabilis sta/
ret ante mortem: que apud omnes hoies ter/
ribilis estimatur.

Per diem autem solennem con
sueuerat preses populo dimittere vnū
vinctum quez voluisset. Habebat au
tem tunc vnum vinctum insignem qui
dicebatur barrabas. Congregatis er
go illis dixit pilatus: Quem vultis
dimittam vobis? barrabam an iesum
qui dicitur christus? Sciebat enim qz
per inuidiam tradidissent eum. Sedē
te autem illo pro tribunali misit ad eū
vxor eius dicens: Nihil tibi et iusto il
li. Multa enim passa sum hodie per
visum propter eum. Principes autez
sacerdotum et seniores persuaserūt po

pulis vt peterent barrabam: iesum ve
ro perderent. Respondens autem pre
ses ait illis: Quem vultis vobis de duo
bus dimitti? At illi dixerunt: Barra
bam. Dicit illis pilatus: Quid igitur
faciam de iesu qui dicitur christus? Di
cunt omnes: Crucifigatur. Ait illis
preses: Quid enim mali fecit? At illi
magis clamabant dicentes: Crucifiga
tur. Videns autem pilatus quia nihil ꝓ
ficeret sed magis tumultus fieret: acce
pta aqua lauit manus coram populo di
cens: Innocens ego sum a sanguine iu
sti huius: vos videritis. Et respondēs
vniuersus populus dixit: Sanguis eius
super nos: et super filios nostros. Tūc
dimisit illis barrabam: iesum autem fla
gellatū tradidit eis vt crucifigeretur.
CHRY. in homi. Quia christus ad accu-
sationem iudeorum nihil responderat: per quod pos
set eum pilatus ab accusationibus iudeorum excu-
satū habere aliud machinatur: per quod eum libera
re possit. vnde dicitur. Per diē autem solēnem
cōsue. pre. dimit. po. vin. vnū quē voluisset.
ORIGE. Sic enim quasdā gratias pstant
gentes eis quos subijciūt sibi: donec confir-
metur sup eos iugum ipsorum. tamen cōsue
tudo hec aliquando fuit apud iudeos. Saul
enim nō interfecit ionathā: omni populo pe-
tente eum ad vitam. CHRY. in homi.
Per hāc autem consuetudinē christū eripere tē
tauit: vt neque vmbram excusationis iudei si-
bi derelinquant: manifestus homicida i cōpa
ratione christi adducitur: de quo sequitur: Ha-
be. autem tunc vnū vinctū insignē qui dicebatur bar-
rabas. Nō simpliciter dicit latronem: sed insi-
gnē: hoc est in malicia diffamatum. HIE-
RO. Iste barrabas in euāgelio quod inscri-
bitur iuxta hebreos: filius magistri eorū inter-
pretatur: qui propter seditionē et homicidium
fuerat cōdēnatus. Offert autem optionē eis
pilatus dimittendi quem vellent: latronem an
iesum: nō dubitans iesum potius eligendū.
vnde sequitur. Cōgre. ergo illis dixit pila-
tus. Quē vultis dimittam vobis barrabam
an iesum qui dicitur christus? CHRY.
in ho. quasi dicat. Si non vultis sicut inno-
centem dimittere: saltem cōdēnatū festiuitati
dimittatis. Si enim oportebat i peccatis ma
nifestis existentē dimittere: multomagis i du
bijs. Vide autem ordinē cōuersum: Peti-
tio pro condēnatis solet esse plebis: concessio
autem principis: nūc autem cōtrariū gestum est.
princeps enim petit a plebe: et plebs ferocior
redditur. GLO. Quare autē pilatus ad li-
berationem christi laborauit manifestat euan
gelista cum subdit: Sciebant enim quod per in
uidiam tradidissent eum. REMI. Que au
tem iniuria fuerit ioannes manifestat: qui nar-
rat eos dixisse: Ecce mundus totus post eum
vadit: et si dimittimus eum sic: omnes credēt
in eum. Notandum etiam quia loco eius quod
mattheus dicit: An iesum qui dicitur christus.
Marcus dicit: Vultis dimittam vobis re-
gem iudeorum: soli nanque reges iudeorū vn
gebantur: et ab ipsa vnctione christi vocabā-
tur. CHRY. in homi. Deinde subditur
aliud quod sufficiens erat omnes a passione re-
uocare. Sequitur enim: Sedente autē illo ꝓ
tribunali: misit ad eum vxor eius di. Nihil ti
bi et iusto illi. Cū demonstratiōe enim que erat
a rebus: et somnus non paruum quid erat.
RABA. Notandum vero quia tribunal
iudicis: sedes est iudicis: soliū regum: cathe-
dre magistrorum. In visionibus autem et sō
nijs gentilis viri vxor hoc intellexit: quod iudei
vigilantes nec credere nec intelligere volue-
runt. HIERO. Nota etiam quod gentilibus
sepe a deo somnia reuelantur. et quod in pilato et
vxore eius iustum dñm confitentibus genti-
lis populi testimonium fit. CHRY. i ho.
Sed cuius gratia non ipse pilatus somnium
videbat: quia illa magis digna erat: vel quia si pi
latus vidisset: non equaliter sibi creditum esset:
vel forte neque dixisset: propter hoc dispensatur
a deo quod mulier vidit: vt manifestum omnibus fie
ret. Et nō simpliciter videt: sed et patitur mul
ta. Sequitur. n. Multa enim passa sum ho.
per vi. propter eum: vt. s. a cōpassione que erat
ad vxorem: desidior fieret vir circa occisionē:
sed et tempus non parum conferebat. etenim
eadem nocte vidit. AVGV. in ser. de pas.
Sic ergo iudex terretur in coniuge: et vt cri-
mint iudeorum non prebeat in iudicio consē
sum: pertulit in vxoris afflictione iudicium:
iudicatur ipse qui iudicat: et torquetur antequam

torqueat. RABA. Vel aliter: Nunc demū diabolus intelligēs per xpm se spolia sua amissurū: sicut primū per mulierē mortē intulerat: ita per mulierem vult xpz de manibus iudeorū liberare: ne per eius mortem: mortis amittat imperium. CHRY. in ho. Nihil aut premissorū christi aduersarios mouit: qa eos omnino inuidia excecauerat. vnde ex propria malicia plebem corrumpūt. & hoc est qd sequitur: Principes aūt & seni. persuase. populo vt pete. barra. Je. vo perderēt. ORIGE. Et est videre nūc quō populus iudeoꝝ a senioribus suis: & iudaice culture doctoribus suadetur: & excitatur aduersum iesum vt perdant eū. Sequitur. Respon. aūt preses ait illis. Quē vul. vo. de duo. dimitti? GLO. Respondisse āt dicitur pilatus hec dicens: siue ad ea que vxor nunciauerat: siue ad petitionē populi: qui iuxta cōsuetudinem aliquez in die festo sibi dimitti petebant. ORIGE. Turbe aūt quasi fere que spaciosaz ambulāt viam: voluerūt sibi barrabā habere solutuz. vnde subditur. At illi dixe. barrabā. Jō gēs illa habet sediciones & homicidia & latrocinia sm quosdam gentis sue i rebus que foris habentur: sm āt oēs intus in aīa. Vbi. n. non est iesus: illic lites & pła sunt. vbi āt ē: ibi sūt oia bona & pax. Oēs etiam q iudeis sunt similes vel in dogmate vel in vita: barrabam sibi solui desiderāt. Quicūqz eniz mala agit: solutus est in corpore eius barrabas. Christ⁹ aūt vinctus. Qui aūt bona agit xpm hz solutum: barrabā vinctum. Voluit aūt pilat⁹ pudorem tāte iniquitatis eis icutere. vñ sequit: Dicit il. pila. Quid igitur fa. de ie. qui dicit xps. Non solū aūt hoc: sed & mēsurā colligere volēs i⁊pietatis eoꝝ. Illi aūt nec hoc erubescunt ꝙ pilatus iesum christū eē cōfitebatur: nec modū ipietatis seruant. vnde sequit: Dicūt oēs: Crucifigatur. In quo multiplicauerunt ipietatis sue mensuraz: nō solū homicidam postulātes ad vitam: sed etiam iustū ad mortem: & ad mortē turpissimā crucis. RABA. Pendentes siquidē in ligno crucifixi: clauibus ad lignū pedib⁹ manibusqz confixi: producta morte necabant & diu viuebāt i cruce: nō qꝛ lōgior vita eligebatur: sed qꝛ mors ipsa protēdebat: ne dolor citius finiret. verū iudei de morte pessima cogitabāt: sed a dño nō intelligentibus eis electa erat. ipsam enim crucem diabolo superato erat tāqz trophęum in frōtibus fideliū positurus. HIERO. Cū aūt hoc responderēt: non statim acquieuit: sed iuxta suggestionem vxoris que mandauerat: Nihil tibi & iusto illi. Ipse quoqz respondit. vnde sequit: Ait illis preses: Quid eni mali fecit? Hoc dicendo pilatus absoluit iesum. Sequitur: At illi magis clamabāt dicentes: Crucifigatur. Vt impleretur quod ī psalmo dicitur. Circūdederūt me canes multi: cōgregatio malignātiū obsedit me. Et illud hieremie: Facta est mihi hereditas mea: sicut leo in silua: dederunt sup me vocem suam. AVGV. de con. euan. Sepius aūt pilat⁹ cū iudeis egit: volens vt dimitteret iesus qd paucissimis verbis testatur matthe⁹ cū subdit: Videns pila. qꝛ nihil profice. sed magis tumultus fieret. qd nō diceret: nisi multū ille conatus fuisset: quāuis tacuerit quotiens hoc tētauit vt erueret iesum furori eorū. Sequit: Accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocēs ego sum a san. iusti huius. REMI. Mos. n. erat apud āntiquos vt cū vellet qs se ostendere imunē ab aliquo crimine: accepta aqua lauaret manus suas corā populo. HIERO. Pilat⁹ ergo accepit aquā iuxta illud propheticū: Lauabo inter innocentes manus meas: quodāmodo in hoc contestās & dicens: Ego quidem innocentez volui liberare: sed quoniaz seditio oritur: & rebellionis mihi contra cesarem crimē impingit: innocens sum a sanguine iusti huius. Judex ergo qui cogitur cōtra dominū ferre sententiaz: nō dānat oblatum: sed arguit offerētes: iustū esse pronuncians eum qui crucifigēdus est. Sequitur: Vos videritis. q. d. Ego minister legum sum: vox vestra sanguinē fundit. Sequitur. Et respō. vni. po. dixit. Sā. eius super nos & su. fi. nostros. Perseuerat vsqz in pñtem diem hec imprecatio super iudeos: & sanguis domini nō aufertur ab eis. CHRY. in ho. Intuere autem & hic iudeorum multam insaniam. eorum. n. ipetus & pniciosa concupiscentia non pmittit eos q̄ opz inspicere & sibi maledicunt di. Sanguis eius super nos: quid ad filios maledictionem attrahunt di. Et super filios nostros. Sed tamen misericors deus eorum sententiam non firmauit: sed ex eis & eorum filijs suscepit q penitentiam egerunt etenim & paulus ex ipsis

fuit: ⁊ multa milia eorum qui in hierosolymis crediderunt. LEO papa. in ser. de pas. Excessit ergo pilati culpam facinus iudeorum: sed nec ipse euasit reatum qui reliquit proprium iudicium: ⁊ in crimen transiuit alienum. sequitur enim. Tunc dimi. il. bar. Jesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

HIERO. Sciendum est autem pilatū romanis legibus ministrasse quibus sancitum est: vt qui crucifigitur prius flagellis verberetur. Traditur igitur iesus militibus verberādus: ⁊ illud sanctissimum corpus pectus dei capax flagellis secuerunt. AVGV. i ser. de pas. Ecce dominus aptatur ad verbera: ecce iam ceditur. rupit sanctam cutē violentia flagellorum repetitis ictibus crudelia verbera scapularum terga conscindunt. Proh dolor iacet extensus ante hominem deus: ⁊ supplicium patitur rei in quo nullum peccati vestigium potuit inueniri. HIERO. Hoc autem factum est: vt quia scriptū erat: Multa flagella peccatorum: illo flagello nos a verberibus liberemur. Jn lauacro etiam manuū pilati: gentilium omnia opera purgantur: et ab impietate iudeorum nos alieni efficimur. HYLA. Hortantibus autem sacerdotibus populus barrabam elegit: qui interpretatur patris filius: in quo archanum future infidelitatis ostenditur: christo antichristum peccati filium preferendo. RABA. Barrabas etiam qui seditiones faciebat in turbis: dimissus est populo iudeorum. i. diabolus q usqꝫ hodie regnat in eis: ⁊ ideirco paceꝫ habere nō possunt.

¶ Tunc milites presidis suscipiētes iesum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: ⁊ exuentes eum: chlamydē coccineā circūdederūt ei. Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius: ⁊ harūdineꝫ in dextra eius: ⁊ genu flexo ante eum: illudebant ei dicentes: Aue rex iudeorꝫ. Et expuentes in eum acceperunt harūdinem ⁊ percutiebant caput eius.

AVGV. de concor. euan. Post accusationes christi: consequens est vt ipsam domini passionem videamus: quam mattheus sic intexit. Tunc milites presidis suscipientes iesū in pretorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. HIERO. Quia enim rex iudeorum fuerat appellatus: ⁊ hoc ei scribe ⁊ sacerdotes crimē obiecerant: ꝙ sibi in populo israel vsurparet imperium: illudentes hoc faciunt vt nudatum pristinis vestibus induant chlamydē coccineam pro ruffo limbo quo reges veteres vtebantur: ⁊ pro diademate imponant ei coronam spineam: pro sceptro regali dent calamū: ⁊ adorent quasi regē. ⁊ hoc est quod subditur. Et exue. cuꝫ chlamy. cocci. circū. ei: ⁊ plectē. coro. de spinis. AVGV. de con. euan. Per hoc autem intelligitur Marcum dixisse indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: ⁊ est rubra quedam purpura cocco simillima. Potest ēt fieri: vt purpuram etiam marcus commemorauerit quam chlamys habebat: q̄uis eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igitur erit nobis cura de reliquo si contumelias ab aliquo patiamur: postqꝫ christus hoc passus est? Et enim quod fiebat in christum vltimus terminus contumelie erat: nec vna particula tātū: sed vniuersum corpus patiebatur iniurias: caput per coronā ⁊ harundinem ⁊ colaphos: facies quia inspuebatur: gene quia alapis cedebantur: corpus totum per flagella. Et ga denudatum est per circundationem chlamydis ⁊ per fictam adorationem: manus ꝑ harundinem quam dederunt ei pro sceptro: ac si timerent ne aliquid pretermitterent grauissime presumptionis. AVGV. de con. euan. Apparet autem mattheum recapitulādo ista commemorasse: non quo tunc factum sit: cum eum pilatus crucifigendum tradidisset. Joannes enim anteqꝫ diceret: ꝙ cum pilatus crucifigendum tradiderit ista commemorauit. HIERO. Nos autem omnia hec intelligamus mystice. Quomodo enim cayphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus: nesciens quid diceret: sic ⁊ isti quodcunqꝫ fecerunt: licet alia mente fecerint: tamen nobis qui credimus sacramenta tribuebant. Jn chlamyde coccinea opera gentium cruenta sustentat. Jn corona spinea maledictum soluit antiquum. Jn calamo venenata occidit animalia: siue calamum tenebat in manu: vt sacrilegium

p ii

scriberet iudeoꝝ. HIERO. Vel aliter: Su sceptis omnibus corporis nostri infirmitatibus a dn̄o: omne deinde nostrū quibus regnū serui erat debitum: sanguine cocci colore perfundit͛. Spinis quoq; .i. cōpūgentiū quōdam ꝑctis gentiū coronat͛: est. n. aculeus ī spinis: ex quibus christo victorie corona cōteritur. In calamo vero carūdē gentiū infirmitas atq; inanitas manu cōprehensa firmat͛: quin etiam capiti eius illiditur: vt infirmitas gentium manu christi comprehensa etiam in deum patrem: qui caput eius est: cōquiescat. ORIGE. Vel calamus mysterium fuit ꝙ priusq; crederemus cōfidebamus in virga harundinea egypti: vel cuiuscūq; regni cōtrarij deo quē accepit: vt triūphet eū ī ligno crucis. Percutiūt autem cum hoc calamo caput xp̄i iesu: qm̄ semꝑ regnum illud verberat deū patrem caput saluatoris. REMI. Vel aliter: Per chlamydem coccineaꝫ caro domini designatur que rubra dicitur propter sanguinis effusionem: per spineam coronam susceptio peccatorum nostrorum: q: in similitudinez carnis peccati apparuit. RABA. Calamo igitur christi caput percutiunt: q diuinitati eius cōtradicentes: errorem suum auctoritate sacre scripture: que calamo scribitur: confirmare conantur. Spuunt in faciem eius qui p̄ntiam gratie illius verbis execrandis respuunt: ⁊ iesum in carne venisse denegant. Falso autem illum adorant qui in eum credunt sed peruersis actibus despiciunt.

AVGV. de con. euan. Qd̄ aūt dn̄m ī passione exuerunt vestem propriam ⁊ induerūt fucatam: signati sunt heretici: qui eum dicūt verum corpus non habuisse sed fictum.

¶ Et postq̄ illuserunt ei: exuerūt eū chlamyde ⁊ induerunt eum vestimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum nomine simonē: hūc angariauerunt vt tolleret crucez eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgatha: quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinuz bibere cū felle mixtū: Et cum gustasset noluit bibere.

GLO. Postq̄ euangelista cōmemorauit ea q̄ ad illusionē xp̄i pertinēt: nūc narrare incipit processum crucifixionis ip̄ius. vnde dicitur. Et postq̄ illu. ei exue. eū chlamyde: ⁊ induc. eum vestimē. suis: ⁊ duxe. eum vt crucifigerent. AVGV. de cō. euan. Hoc autē in fine factum ēē intelligitur: cū iā duceret͛ ad crucifigendū. Postq̄ .s. pilatus tradidit eū iudeis. HIERO. Notandū aūt qn̄ flagellatur iesus: ⁊ cōspuitur nō habet ꝓpria vestimenta: sed ea q̄ ꝑꝑ peccata nr̄a sumpserat: cū autem crucifigitur ⁊ illusionis pōpam preterierit: tūc p̄stinas vestes recipit ⁊ propriuꝫ assumit ornatuꝫ: statimq; elementa turbantur: ⁊ creatori dat testimoniū creatura. ORIGE. Et de chlamyde qdem scriptū est: qm̄ denuo expoliauerunt eum. De corona autem spinea nihil tale euangeliste scripserūt: vt iaꝫ nō sint spine nostre antiq̄: postq̄ semel eas a nobis abstulit iesus suꝑ venerabile caput suum. CHRY. in ser. de pas. Nō aūt voluit dn̄s pati sub tecto: nō in tēplo iudaico. ne putares pro illa tm̄ plebe oblatū: ⁊ iō foras ciuitatem: foras muros: vt scias sacrificium ēē cōmune qđ totius terre est oblatio: qđ cōmunis est purificatio: ⁊ hoc signat͛ cum dicitur: Exeuntes autem inuenerūt hominē cyre. nomine simonē hunc angari. vt tolle. crucē ei⁹.

HIERO. Ne quis āt putet huic loco euāgeliste ioannis historiā ēē cōtrariā. ille enim dicit exeuntem dominuꝫ de pretorio portasse crucē suā: Mattheus aūt refert ꝙ īuenerunt hominē cyreneū cui īposuerūt crucem iesu. Sed h̄ intelligendū ē ꝙ egrediēs de pretorio iesus ipse portauerit crucē suā: postea obuiaꝫ habuerūt simonē: cui portādā crucē imposuerunt. ORIGE. Aut egressi qdē angariauerunt simonem. appropinquantes autē ad locū in quo eū fuerant suspēsuri: īposuerunt crucem ⁊ ipsi: vt ipse eam portaret. Nō fortuito aūt angariatus est simō: sed ƀm dispositionem dei ductus ē ad hoc vt euangelica scriptura dignus inueniretur ⁊ ministerio crucis christi. Nō solū aūt saluatorem conueniebat accipere crucem suam: sed ⁊ nos cōueniebat eā portare: salutarē nobis angariā adimplentes. nec tamen sic profecisset nobis eam accipere: sicut cum ipse eaꝫ accepit. HIERO. Mystice enim crucem suscipiunt nationes: ⁊ peregrinus obediens portat ignominiā saluatoris. HYLA. Indignus enim iudeus erat christi crucē ferre. q: fidei gentiū erat in

reliquum ⁊ crucem accipere ⁊ compati. REMI. Iste enim simon nō erat hierosolymita: licet peregrinus ⁊ aduena. s. cyreneus. Cyrene enim ciuitas ē libye. Interpretatur aūt simon obediens: cyreneus heres: vnde pulchre per eum designatur populus gentium q peregrinus erat testamentorum dei: sed credendo factus est ciuis sanctorum ⁊ domesticus ⁊ heres dei. GREGO. in ho. Vel aliter: Per simonem qui crucem dominicam in angariam portat: designantur abstinentes ⁊ arrogantes: quia per abstinentiam quidem carnem afficiunt: sed fructum abstinentie interius non requirunt. vnde idem simon crucem portat: sed non moritur: quia abstinētes ⁊ arrogantes per abstinentiam quidem corpus afficiunt: sed per desiderium quidem glorie mundo viuunt. Sequitur. Et vene. i lo. qui dicitur golga. quod est caluarie locus. RABA. Golgatha enim syrum nomē ē: ⁊ interpretatur caluaria. HIERO. Audiui quendam exposuisse caluarie locum: i quo sepultus est adam: ⁊ ideo sic appellatum: quia ibi antiqui hominis sit conditum caput. Fauorabilis interpretatio ⁊ mulcens aurem populi: nec tamen vera. Extra vrbē. n. ⁊ foris portā loca sūt i quib⁹ trūcant̄ capita dāpnatoꝝ: ⁊ caluarie. i. decollatorū sūpsere nomē. Propterea āt ibi crucifixus ē iesus: vt vbi prius erat area dānatorū: ibi erigerent̄ vexilla martyrij. Adā vero sepultū iuxta ebrō ⁊ arbee in iesu filij naue volumine legim⁹. HYLA. Locus āt crucis talis ē vt posit⁹ i medio terre ad capescēdā dei cognitionē vniuersis gētibus eēt equalis. Seqtur: Et dede. ei bi. vinū cū fel. mixtū. AVGV. de cōsen. euan. Hoc marcus ita narrat: Et dabant ei bibere mirrhatū vinū: f̄ el quippe pro amaritudine mattheus posuit: mirrhatū enim vinū amarissimū ē quāq̄ fieri possit vt ⁊ fel ⁊ mirrha vinū amarissimū redderēt. HIERO. Amara vitis: amarū vinū facit: quo potāt dn̄m iesum: vt i pleat̄ qđ scriptū ē: Dederūt i cibum meū fel. Et deus loquit̄ ad hierusalē: Ego te plantaui vineā verā: q̄ō facta es i amaritudine vitis aliene? Et cū gustasset noluit bibere. AVGV. de con. euan. Qđ aūt marc⁹ ait: Et non accepit. intelligitur: nō accepit vt biberet: gustauit aūt sicut mattheus testis est. ⁊ qđ idē matthe⁹ ait: Noluit bibere: hoc marcus dixit: Nō accepit. tacuit etiā q̄ gustauit. Qđ aūt cū gustasset noluit bibere hoc indicat q̄ gustauerit q̄dē ꝓ nobis mortis amaritudinem: sꝫ tertia die resurrexit. HYLA. Vel ideo oblatum vinū felle admixtū bibere recusauit. nō enim eterne glorie incorruptiōi peccatorum amaritudo miscetur.

¶ Postquā autem crucifixerunt eū diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Et sedētes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: hic est iesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris ⁊ vnus a sinistris.

GLO. Premisso q̄ō christus ad locū passionis ē ductus hic euāgelista ipam passionē prosequitur: gen⁹ mortis exponens cum dicit: Postq̄ꝫ aūt crucifixerūt eū. AVGV. in libro. lxxxiij. questionū: Sapiētia q̄dē dei hominē ad exēplū quo recte viuerem⁹ suscepit. ptinet aūt ad vitā rectā ea que nō sūt metuenda nō metuere. Sunt aūt homines q quāuis mortē ipsam nō timeāt: genus tn̄ mortis horrescunt. vt ergo nullū mortis genus recte viuenti homini metuendū eēt: illius hoīs cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter oīa genera mortis illo genere execrabilius ⁊ formidabilius. AVGV. in ser. de pas. Quātum autem valeat virtus crucis: aduertat sanctitas vestra. Contemp̄sit adam preceptum accipiens ex arbore pomū: sed quicquid adam perdidit: christus in cruce inuenit. de diluuio aquarum humanum genus archa lignea liberauit. ď egypto dei populo recedente moyses mare virga diuisit: pharaonem prostrauit: et populum dei redemit. Idem moyses lignum in aquam misit: ⁊ amaram aquam in dulcedinem cōmutauit: Et lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profert: ⁊ vt amalech vinceretur circa virgam: Moyses expansis manibus extenditur. ⁊ lex dei arche testamenti creditur lignee: vt his omnibus ad lignum crucis quasi per gradus quosdam veniatur. CHRY. in ser. de pas. Ideo ⁊ in excelso

ligno nō sub tecto passus ē: vt ēt ipsius aeris natura mūdet. sed ꝛ terra simile beneficium sentiebat decurrētis de latere sanguinis stilla tione mundata. GLO. Lignū etiā crucis significare videtur ecclesiaȝ in quattuor mūdi partibus diffusaȝ. RABA. Uel fm moralem sensuȝ crux p suā latitudinē significat hylaritatē operātis: q: tristitia āgustias facit. latitudo eni crucis ē i trāsuerso ligno vbi figūtur man⁹. per manus āt opa itelligimus. per altitudinē autē cui caput adiungitur: significatur expectatio retributionis ď sublimi iustitia dei. longitudo aūt q̄ totū corpus extendit: tolerātiā designat. vnde longanimes dicitur q tolerāt. ꝓfundū autem quod terre infixuȝ ē: secretum sacramenti prefigurat. HYLA. Sic ergo in ligno vite cūctorum salus ꝛ vita suspenditur. vnde dicitur: Postq̄ȝ autē crucifi. eum diuise. vesti. eius: sorteȝ mittentes. AVGV. de cō. euā. Hoc breuiter a mattheo dictū est: Joannes autem distinctius explicat queadmodū gestū sit: Milites inquit cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius: ꝛ fecerunt quattuor partes: vnicuiq; militi partem ꝛ tunicam. Erat autem tunica inconsutilis. GHRY. in ho. Notandum ergo q̄ non parua hec abiectio christi erat: q̄si enim circa dehonoratum ꝛ omniuȝ vilissimū in christo hoc agebant. in latronibus auteȝ nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimēta in cōdēnatis valde vilibus ꝛ abiectis fit: ꝛ nihil aliud habentibus. HIERO. Hoc autem quod circa christum gestum est: i psalmo fuerat prophetatum. ꝛ ideo sequitur. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetaȝ dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sorteȝ. Seq̄r: Et sedentes seruabant eum. s. milites. Diligentia militum ꝛ sacerdotum nobis profuit: vt maior ꝛ apertior resurgentis virtus appareat. Sequitur: Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic ē iesus rex iudeorum. Non possum autem digne admirari pro rei magnitudine q̄ emptis falsis testibus ꝛ ad seditionem clamoreq; infelici populo concitato: nullam aliam inuenerunt cāȝ interfectionis eius nisi q̄ rex iudeorum esset. ꝛ illi forsitā illudētes ridenteſq; hoc fecerūt. REMI. Diuinitus auteȝ procuratuȝ fuit: vt talis titulus super caput eius poneretur: vt per hoc iudei agnoscerent: quoniam nec ēt occidendo facere potuerunt vt eum regeȝ nō haberent. per mortis enim patibuluȝ nō amisit imperiuȝ: sed potius coroborauit. ORIGE. Et princeps quidem sacerdotum fȝ litteram legis portabat in capite suo sanctificationem domini scriptam. Uerus autem princeps sacerdotum: ꝛ rex iesus in cruce quideȝ habet scriptum: Hic est rex iudeorum. Ascēdens autem ad patrem pro litteris: ꝛ pro nomine quo nominatur habet ipsum patrem. RABA. Quia enim rex simul ꝛ sacerdos est: cum sue carnis hostiaȝ in altari crucis offerret: regis quoq; dignitatem titulus pretendit qui non infra: sed supra crucem ponitur: quia licet i cruce pro nobis hominis infirmitate dolebat: super crucem tamen regis maiestas fulgebat: quam per cruceȝ non perdidit: sed potius confirmauit. Sequitur: Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris: ꝛ vnus a sinistris. HIERO. Sicut enim pro nobis maledictum crucis factus est christus: sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. LEO papa. i ser. de pas. do. Duo auteȝ latrones vnus ad dexteram ꝛ alius ad sinistram crucifiguntur: vt i ipsa patibuli specie monstraretur illa que i iudicio ipsius omnium hominum est facienda discretio. Passio igitur christi salutis nostre continet sacramentum: ꝛ de instrumento q̄d iniquitas iudeorum parauit ad penam: potentia redemptoris gradum fecit ad gloriam. HYLA. Uel aliter: Duo latrones leue ac dextre affiguntur: omnem humani generis vniuersitatem vocari ad sacramentum passionis domini ostendentes. sed quia per diuersitatem fidelium ac infidelium fit omnium fm dextram sinistramq; diuisio vnus ex duob⁹ ad dexteram eius situs: fidei iustificatione saluatur. REMI. Uel per istos duos latrones designantur omnes: qui artioris vite continentiam apprehendunt. quicunq; enim sola intensione placendi deo hec faciunt: designātur per illum: qui a dextris dei crucifixus est: qui vero pro appetitu humane laudis: vel aliqua minus digna intentione: designantur p illum qui a sinistris crucifixus est.

¶ Pretereuntes autem blasphema

bant eum: mouentes capita sua ꝛ dicē
tes: Uah qui destruis templum dei: et
i triduo illud reedificas. Salua temet
ipsuz. si filius dei es: descende de cruce.
Similiter ꝛ principes sacerdotum illu
dentes cuz scribis ꝛ senioribus dicebāt:
Alios saluos fecit: seipsum non potest
saluum facere. Si rex israel est: descen
dat nunc de cruce ꝛ credimus ei. Con
fidit in deo: liberet nunc eum si vult.
Dixit enim: quia filius dei sum. Idip
sum autez ꝛ latrones qui crucifixi erāt
cum eo improperabant ei.

CHRY. in ho. Cum christum denudas/
sent ꝛ crucifixissent: vltra ꝓcedūt: ꝛ in cruce
videntes affixum exprobrāt ei. vnde dicitur:
Pretereuntes aūt blasphemabāt eū mouen/
tes capita sua. HIERO. Blasphemabāt
quidem qꝛ pretergrediebant viā: ꝛ in vero itine
re scripturarū ambulare nolebāt. Mouebāt
aūt capita sua: qꝛ iā ante mouerāt pedes: ꝛ nō
stabāt supra petrā. Ad ipsum aūt insultās di
cit fatuus populus quod falsi testes cōfinxe/
rant. vnde sequitur: Et dicentes: Vach q de
struis templum dei: ꝛ in triduo illud reedi fi/
cas. REMI. Vach interiectio est insultan
tis siue irridentis. HYLA. Quid ergo ve
nie erit cum post triduum reedificatum tem/
plum dei in corporis resurrectione cernetur.
CHRY. in ho. Ut quasi prioribus signis
incipientes detrahere subiungunt: Salua te/
metipsum. si filius dei es: descende de cruce.
CHRY. in ser. de passione. Sed econtra
rio quia filius dei est: ideo non descendit de
cruce: nam ideo venit: vt crucifigeretur ꝓ no
bis. Sequitur. Similiter ꝛ principes sacer/
dotum illudentes cuz scribis ꝛ senioribus di
cebant: Alios saluos fecit seipsum nō pōt sal
uum facere. HIERO. Etiā nolentes scri
be ꝛ pharisei confitentur qꝛ alios saluos fece
rit. Itaqꝫ vestra vos cōdēnat sententia q eniz
alios saluos fecit: vtiqꝫ si vellet seipsum sal/
uare poterat. Sequitur. Si rex israel est de/
scēdat nūc de cruce ꝛ credimꝰ ei. CHRY.
in ser de passione domini. Considera autem
nunc vocem filiorum diaboli quomodo imi/
tantur vocem paternam. Diabolus enim di/
cebat: Mitte te deorsum si filius dei es: ꝛ iu/
dei dicunt: Si filius dei es: descēde ď cruce.
LEO papa: De quo erroris fonte iudei ta
lium blasphemiaruz venena potastis? Quis
vobis magister tradidit? que doctrina persua
sit: qꝛ illum regem israel: illum dei filiuz cre/
dere deberetis qui se aut crucifigi nō fineret:
aut a confixione clauorum liberum corpus ex
cuteret? Non hec vobis legis mysteria: aut ꝓ
phetarum ora cecinerunt. Sed illud vere le/
gistis: Faciem meam non auerti a confusio/
ne sputorum. Et iterum: Foderunt manꝰ me
as ꝛ pedes meos: dinumerauerunt eia ossa
mea. Nunquid legistis dominus descendit
de cruce? sed legistis dominus regnauit a li/
gno. RABA. Si autem tunc de cruce sur
geret insultantibus cedens: virtutem nobis
patientie nō demōstraret: sed expectauit paru
lulum: irrisionem sustinuit: qui de cruce sur/
gere noluit: de sepulchro resurrexit. HIE/
RO. Fraudulenta autem est promissio cuz
addunt: Et credimus ei. Quid eniz plus de
cruce adhuc viuentem descendere: an de se/
pulchro mortuum resurgere? Resurrexit: ꝛ
non credidistis: ergo etiam si de cruce descen
deret non crederetis. Sed mihi videtur hec
demones immittere. statim enim vt crucifixꝰ
est dominus: senserunt virtutem crucis: ꝛ in
tellexerūt fractas vires suas esse: ꝛ hoc agūt
vt de cruce descendat. Sed dominus sciens
aduersariorum insidias permanet in patibu/
lo: vt diabolum destruat. Sequitur: Confi/
dit in deo: liberet eum si vult. CHRY.
in ho. O inquinati valde. Nunquid prophe
te: ꝛ iusti non erant quia eos non eripuit a pe
riculis deus? Si autem illorum glorie non
obfuit: qꝛ eis pericula induxistis: multo ma/
gis in isto non oportebat vos scādalizari per
ea que patitur: quia semper per ea que dixit:
hāc vestram remouit suspitionem. sequitur:
Dixit enim: quia filius dei sum. Per quod
ostendere volebant eum pati ob seductoris
ꝛ erronei causam: ꝛ sicut superbum ꝛ vane
gloriantem in his que dicebat. Sic er/
go non solum iudei ꝛ milites desubtus eum
deridebant: sed ꝛ desuper latrones cum eo

crucifixi. vnde sequitur. Idipsum aũt ꝛ latro
nes q crucifixi erãt cũ eo iproperabant ei.
AVGV. de cõsen. euãgelistaꝝ. Potest ãt
ꝑ uari lucas repugnare ei qd hic dicitur: q
dicit ꝙ vn⁹ de latronib⁹ blasphemabat eum
quem alter increpabat: nisi intelligam⁹ mat/
theũ breuiter restringentem hunc locũ plu/
ralem numeꝝ pro singulari posuisse: sicut in
epistola ad hebreos legim⁹ pluraliter dictũ:
clauserunt ora leonũ: cũ solus daniel signifi/
cari itelligitur. Quid autem vsitati⁹ ꝙ̃ vt ali/
quis dicat: En rustici mihi insultant: etiam si
vnus insultet. Esset autem contrariũ si mat
theus dixisset ambos latrones cõuiciatos do
mino. Cũ vero dictum est latrones: nec ad
ditum est ambo: potuit vsitato locutiõis mo/
do per pluralem numerum significari.
HIERO. Vel põt dici ꝙ primũ vterq
scilicet blasphemauerit: deinde sole fugien/
te: terre cõmota: saxisq diruptis ꝛ ingruen/
tibus tenebris vnus crediderit in iesum: ꝛ
priorem negationem sequẽti cõfessione emẽ
dauerit. CHRY. in ho. Vt enim non exi
stimes ex quadam conuenientia id gestũ fu
isse neq latronẽ fuisse: q latro videbat a stu/
melis ostẽdit tibi qñ ẽt i cruce posit⁹ latro erat
ꝛ inimicus: ꝛ repente transmutatus est.
HYLA. Qđ aũt latrones ambo conditio/
nem ei passionis exprobrant: vniuersis etiã
fidelibus scandalum crucis futurum esse si
gnificat. HIERO. Vel in duobus latro/
nibus vterq populus gentiliũ ꝛ iudeorum
primo dominum blasphemauit: postea si/
gnorum multitudine alter exterritus egit pe/
nitentiam ꝛ vsq hodie iudeos increpat blas
phemãtes. ORIGE. Sed ꝛ latro qui sal
uatus est potest esse mysterium eorum: q post
multas iniquitates crediderunt in christum.
¶ A sexta autem hora tenebre facte
sunt super vniuersam terram: vsq ad
horam nonam. Et circa horam nonã
clamauit iesus voce magna dicẽs: He
li heli: lamazabathani. Hoc est: De
us meus: deus meus: vt quid dereli/
quisti me? Quidam autem illic stan
tes ꝛ audientes dicebant: Heliam vo
cat iste. Et continuo currens vnus ex
eis acceptam spongiam impleuit ace/
to: ꝛ imposuit harundini: ꝛ dabat ei bi
bere. Ceteri vero dicebant: Sine: vi
deamus an veniat helias liberans eũ.
Iesus autẽ iterũ clamãs voce magna
emisit spiritũ.
CHRY. in sermone de passione. Nõ po
terat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde
sol retraxit radios suos: ne videret impiorũ
facinora. Et ideo dicitur: A sexta autem ho/
ra tenebre facte sunt super vniuersam terraꝫ
vsque ad horam nonam. ORIGE. Ab
hoc textu quidam calumniantur euangelicaꝫ
veritatem. Defectio enim solis a seculo sem
per fuit in suo tempore facta. Sed defectio
solis que ſm consuetudinem temporum ita
currentium fieri solet: non in alio tempore fit
nisi in cõuentu solis ꝛ lune quando luna sub
tus currens: solis impedit radios occurren/
tis ei. In tempore autem quo passus est chri/
stus: manifestum est quoniam conuentus nõ
erat lune ad solem: quoniam tempus erat pa
schale quod consuetudinis est agere quando
luna plena est. quidam autem credentiũ vo
lentes defensionem aliquam inducere contra
hoc dixerunt: quoniam illa defectio solis cõ/
uenienter secũdũ cetera prodigia noua: cõtra
consuetudinem facta est. DIO. in episto/
la ad policarpum. Inopinabiliter eni soli lu/
nam incidentem videbamus. non enim erat
conuentus temporis: ꝛ rursus ipsam a nona
hora vsque ad vesperam ad dyametrum so/
lis supernaturaliter restitutam. Eclypsim eti
am ipsam ex oriente vidimus incohatam: ꝛ
vsque ad solarem terminum venientem po/
stea regredientem: ꝛ rursus non ex eodem ꝛ
defectum ꝛ repugnationem: sed econtrario
ſm diametrum factaꝫ. CHRY. in hom.
Tribus etiam horis tenebre permanserunt:
cum eclypsis in momento transeat. nõ enim
habet moram vt sciunt illi qui cõsiderauerũt.
ORIGE. Sed aduersus hoc filij huius
seculi dicunt. Quomodo hoc factum taꝫ mi/
rabile nemo grecorum: aut barbaroꝛũ scrip
sit eorũ qui notauerunt: si qđ tale nouũ factũ
est aliqñ? Et phlegon qdẽ in chronicis suis
scripsit: in principatu tyber. cesaris factũ: ſꝫ

non signauit in luna plena. Arbitror ergo si
cut cetera signa que facta sunt in passione ip
sius: scilicet velum scissum: ⁊ terra tremuit: ⁊
cetera in hierusalē tātūmō facta sūt. Aut si la
tius voluerit quis extendere ad terrā iudeā:
sicut in tertio libro regum dixit abdias ad he
liaȝ: Viuit deus tuus: si est gens aut regnū:
vbi non misit dn̄s meus querere te: ostēdēs
quoniā satis euȝ in gentibus quesierat circa
iudeam. Est autem consequēns intelligere
quasdam tenebrosissimas nubes ⁊ multas ⁊
magnas concurrisse super hierusalē: ⁊ terrā
iudee. ⁊ ideo facte sunt tenebre profunde a
sexta hora vsqȝ ad nonam. Due enim crea/
ture in sexta die facte fuisse intelliguntur: an
te sextam quidem animalia: i sexta auteȝ ho/
mo. ⁊ ideo conueniebat pro salute hominis
morientem in hora sexta suspendi: ⁊ a sexta
hora propter hoc tenebras fuisse factas sup
omnē terram vsqȝ ad nonam. Et sicut moy
se manus extendente in celum: facte sunt te/
nebre super egyptios: seruos dei tenentes i
seruitute: similiter ⁊ christo in sexta hora ma/
nus extendente in cruce ad celum super po/
pulum qui clamauerat. Crucifige eū: facte
sunt tenebre: ⁊ ab omni lumine sunt priuati:
in signum futurarum tenebrarum: que com/
prehensure erant gentem iudeam. Item sub
moyse facte sunt tenebre super omnem terrā
egypti tribus diebus: omnibus autē filijs is
rael erat lumen. Sub christo autem facte sūt
tenebre super omnē iudeam trib⁹ horis: quo
niam propter peccata sua priuati sunt a lumi
ne dei patris ⁊ a splendore christi: ⁊ ab illu/
minatione spiritussancti. Lumen autem fuit
super oēm reliquā terrā: quod vbiqȝ illumi/
nat oēm ecclesiā dei in christo. Et si vsqȝ ad
horam nonā tenebre facte fuerunt super iude
am: manifestū est quoniam iterum eis lumē
refulsit: q2 cum plenitudo gentiū intrauerit:
tunc omnis israel saluus fiet. CHRY. in
homi. Vel aliter. hoc admirandum erat: ꝙ i
oēm terrā tenebre sunt facte: quod nunquaȝ
prius contingerat. In egypto eni solum tene
bre facte sunt: quando pasca perficiēdū erat.
que enim lune agebātur: horū typus erant.
Et intuere ꝙ fiunt tenebre in media die qn̄
vbiqȝ terrarū dies erat: vt oēs qui habitabāt
terram: hoc miraculum cognoscerent. Hoc
autem ē signum quod petentibus promitte/
bat dare dicens. Generatio praua ⁊ adulte/
ra signum querit: ⁊ signum non dabitur ei:
nisi signū ione prophete crucem signans ⁊ re
surrectionē. Et enim multo mirabilius est ī
eo qui crucifixus erat hoc fieri: ꝗȝ ambulante
eo super terram. Hoc autem sufficiens erat
eos conuertere: non solū magnitudine mira/
culi: sed quia hoc gestum est pòstquā oīa lo
cuti fuerant: que voluerant: ⁊ satietatē accepe
rant contumeliarū. Qualiter aūt non admira
ti sunt vniuersi neqȝ estimauerunt eum esse
deum? quia scilicet hoīum genus tūc multa
malitia ⁊ desidia detinebatur: ⁊ hoc miracu/
lum factum confestim transijt ⁊ non nouerāt
que esset causa eius quod gerebatur. Et
propter hoc ipse postea loquitur vt ostendat
se viuere: ⁊ ꝙ ipse hoc miraculū fecit. vn̄ seq
tur. Et circa horā nonā clamauit iesus voce
magna dicens: Heli: heli: lamazabatani:
Hoc est: Deus meus: deus meus: vt quid
dereliquisti me? HIERO. Principio vi
cesimi primi psalmi vsus est. Illud Ro qd̄
est i medio versiculi. Respice i me: superflu
um est. legitur eni in hebreo. De⁹ meus de
us meus: quare me dereliquisti? Ergo irrij
sunt: qui psalmū ex persona dauid siue he/
ster ⁊ mardochei dictum putant: cum etiam
euangeliste testimonio ex eo sumpta sup sal/
uatore intelligantur: vt est illud: Diuiserunt
sibi vestimenta mea: ⁊ foderunt manus me/
as. CHRY. in homelia. Ideo aūt emisit
propheticam vocem: vt vsqȝ ad vltimā ho/
ram testimonium perhibeat veteri testamē/
to: ⁊ vt videant quoniam honorat patrem ⁊
non est deo contrarius: ⁊ ideo hebraicaȝ vo
cem emisit: vt eis fieret cognita ⁊ manifesta.
ORIGE. Requirendū ē aūt: quid ē ꝙ a
deo derelictus est: christus. Et quidā q2 non
possunt exponere: derelinqui christuȝ a deo:
dicunt ꝙ per humilitatem dictum est. Sȝ ma
nifeste intelligere poteris quid sit quod di/
cit: faciens cōparationem glorie illi⁹ quam
habuit apud patrē: ad cōfusionē quam contē
nens sustinuit crucem. HYLA. Per hec
autem verba ingenia contendunt heretica:
ꝙ aut defecisse omnino deum verbum i ani/
mā corporis volunt: dū corpus officio anime
viuificat: aut omnino nec fuerit christus ho/

mo natus: qr in eo dei verbum modo spiritus habitauerit prophetalis: quasi iesus christus anime solum et corporis homo cōmunis. hoc habet sui exordium: quo esse cepit homo: q nunc a dei verbo contracta rursum protectione desertus clamet: Deus meus: quare me dereliquisti? Vel certe in anima verbi natura inutata paterno christus in oibus vsus auxilio: nunc inops eius mortiqz permissus solitudinem suā cōqueratur: relinquentēqz se arguat. Sed inter has impias infirmasqz sententias ecclesie fides imbuta apostolicis doctrinis non partitur iesum christum ne filius dei: non et filius hominis intelligatur: nam querela derelicti morientis infirmitas est. promissio autem paradisi viuentis dei regnum est. Habes in conquerente ad mortez relictum se esse: qr homo est. Habes eū qui moritur profitentē se in paradiso regnare: qr deus est. Non ergo mireris verborum humilitatem et querimonias derelicti: cum formā serui sciens: scādalum crucis videas.

GIO. Dicitur āt deus eū deseruisse i morte: qr potestati persequentium eum exposuit: subtraxit enim protectionem: sed non soluit vnionem. ORIGE. Postqz autem vidit super omnem terram iudeā tenebras: h dixit ostendere volens: Dereliquisti me pater. idest talibus exinanitum calamitatibus tradidisti: vt populus qui fuerat apud te honoratus recipiat que in me ausus est: vt priuetur a lumine tue prospectionis: sed et pro salute gentium dereliquisti me. Quid autem tam bonum fecerunt: qui ex gentibus crediderunt: vt precioso sanguine super terrā effuso pro eis emerē eos a maligno? Aut qd tale dignum facturi sunt homines: pro quibus patior ista? Forsitā autem et videns peccata hominum pro quibus patiebatur dixit: Quare me dereliquisti? vt fierem quasi qui colligit stipulam in messe: et racemos i vindemia. Non autem estimes hūano more saluatorem ista dixisse propter calamitatem que comprehenderat eum in cruce. Si enim ita acceperis: non audies magnā vocem eius q̄ ostendit aliquid esse magnū absconditū.

RABA. Vel saluator hoc dixit: nostros circūferens motus. qui in periculis positi a deo deseri nos putamus. Humana enī natura propter peccatum a deo fuerat derelicta. sed qr filius dei factus est noster aduocatus: quorū suscepit culpam. deplorat miseriam: i quo ondit quantū flere debeāt q peccāt: qn sic fleuit q nūqz peccauit. Sequitur: Quidā aūt illic stantes et audientes dicebāt: Helyā vocat iste. HIERO. Non omnes: sed q dam quos arbitror milites fuisse romanos: non intelligentes hebraici sermonis proprietatem: sed ex eo quod dixit: Hely hely: Putant helyam ab eo inuocatum. Sin autem iudeos qui hoc dixerit intelligere voluerimus: hoc more sibi solito fecisse: vt dnm imbecillitatis infamēt: qui helye auxiliū deprecet. Sequitur: Et continuo currens vnus ex eis: acceptam spongiam ipleuit aceto et imposuit arūdini: et dabat ei bibere. AVGV. in ser. de passione: Sic ergo propinator fontium potatur aceto: mellis dator cibatur felle: flagellatur remissio: condemnatur venia: illuditur maiestas: ridetur virtus: profunditur largitor imbriū sputis. HYLA. Est autem acetum vinum quod per vitium aut incurie aut vasis acescit: vinum autem est honor immortalitatis aut virtus. Cum igitur i adam coacuisset: ipse accepit et potauit ex gētibus. In calamo enim et spongia vt potaret offertur. i. ex corporibus gentium in se ad cōmunionem immortalitatis ea que in nobis erant vitiata transfudit. REMI. Vel aliter: Iudei acetum erant degenerantes a vino patriarcharum et prophetaruz: habebāt fraudulenta corda: quasi spongiā cauernosis atqz tortuosis latibulis. per arundinem designatur sacra scriptura: que in hoc facto iplebatur. sicut enim lingua hebrea vel greca dicitur loquela que fit per linguam: sic et arundo dici posset litera vel scriptura que in hoc facto implebatur: que fit per arundinem.

ORIGE. Et forsitā quicūqz sm doctrinam ecclesiasticam sapiunt: viuunt āt male: dant ei vinum bibere felle permixtum. Qui aūt alienas a veritate sententias applicāt christo: quasi eas dicenti: hi spongiam iplentes aceto imponunt calamo scripture: et offerūt ori eius. Sequitur: Ceteri vero dicebāt: Sine; videamus an veniat helyas liberans eū.

RABA. Quia enim milites prave sonuz vocis dominice intelligebant: ideo inaniter aductū helye expectabant. Deū ergo quē salvatorē hebraico sermone invocabat: inseparabiliter semper secum habebat. AVGV. in ser. de passione: Cum ergo nil iam christo restaret ex penis: mors moratur: q2 suuz esse ibi nil sentit. Suspecta est vetustati novitas. Nunc primū hunc solum vidit hominem peccati nescium: nova liberuz: iuris sui legibus nil debentem. Accedit tamē confederata iudaico mors furori: ⁊ desperata vite invadit auctorem. vnde sequitur: Jesus autē iterum clamans voce magna emisit spiritum. Quare autem displicet si christus de sinu patris ad nostram servitutē venit: vt nos sue redderet libertati: nostram mortem suscepit: vt nos eius morte liberemur: quādo nos despectu mortis mortales in deos retulit: terrenos celestibus estimavit. Quantum enim divina virtus operum contemplatione lucebat: tantum pati pro subiectis: pro servis mori insigne est charitatis immēse. Ergo hec prima cā est dominice passionis: q2 sciri voluit quātū amaret hominem de9: qui plus amari voluit quātū timeri. Secunda causa est vt sētentiam mortis quā iuste declarat: iustius aboleret. Qr nāqz primus homo adiudicāte do: de reatu incurreret mortem: ⁊ eam transmisit ad posteros: venit de celo secundus homo peccati nescius: vt mors damnaretur: q̄ rapere iussa reos innocentie ipsum invadere p̄sumpsit auctorem: Nec mirandum est si p̄ nobis posuit qd̄ suscepit a nobis scilicet aiaz qui propter nos fecit tanta: ⁊ talia largitus ē nobis. AVGV. contra felicianum: Absit enim a fidelibus ista suspitio: vt sic christ9 sēserit mortem nostram: vt quātū in se est vita perdat vitam. Nam si hoc ita esset: quomodo illo triduo potuisse dicimus aliquid vivere: si vite fons dicitur aruisse? Sensit igitur mortem deitas christi participatione humana: sive humani affectus: quē sponte susceperat: non nature sue potentiam perdidit: per quā cuncta vivificat. In morte enim nostra sine dubio destitutum corpus vita animam nostram non perimit. dum discedens anima non vim suam perdit: sed qd̄ vivificaverat h̄ dimittit: ⁊ quantum in se est: alterius mortē facit: ipsa non recipit. De salvatoris nūc anima dicemus qui vt non dicam propter inhabitantem divinitatem ⁊ propter iusticiā singularem: certe propter communem morientium sortem corpus illo triduo sic potuit deserere: vt ipsa non posset penitus interire.

Credo enim dei filiū mortuuz esse non secūdū penā iusticie quā ex toto non habuit: sed sm legē nature: quam pro humani generis redemptione suscepit. DAMASCE. Et si tamen mortuus est vt homo: ⁊ sancta eius anima ab incontaminato divisa est corpore: sed tamē deitas inseparabilis ab vtrisque permansit: ab anima dico ⁊ corpore. Et neque vna ita hypostasis in duas divisa est. corpus enim ⁊ anima sicut a principio ī verbi hypostasi habuerunt existentiam etiam in morte. Neqz enim anima neqz corpus propriam habuerunt hypostasim preter hypostasim verbi. HIERO. Divine autem potestatis indicium est emittere spiritum. ⁊ vt ipse quoqz dixerat. Nemo potest tollere aiam meā a me: sed ego pono eam ⁊ iterum sumo eam. Spiritum enim in hoc loco pro anima intelligamus. Sed quod vitale aut spirituale corpus faciat seu q2 ipsius animei substantia spiritus sit: iuxta id quod scriptum est. Auferes spiritum eorum ⁊ deficient. CHRY. in ho. Propter hoc autem ⁊ voce magna clamavit: vt ostendatur quoniam sm eius potestatem id geritur. Per hoc enim q2 moriens vocem emisit magnaz: apertissime se verum deum esse ostēdit: quoniam homines cum moriuntur: vix tenuem vocem emittere possunt. AVGV. de cō. evan. Quid autem voce magna dixerit: lucas declaravit: dixit enim Et clamans iesus voce magna ait: Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. HYLA. Vt spiritum cum clamore magne vocis emisit: dolens non se omnia peccata portare.

¶ Et ecce velum templi scissum est in duas partes: a summo vsque deorsum: Et terra mota est: ⁊ petre scisse sunt: ⁊ monumēta aperta sunt: ⁊ multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeūtes de monumē

tis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem: et apparuerūt multis. Centurio autem et qui cum eo erāt custodientes iesum: viso terremotu: et his que fiebant timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multe a lōge: que secute erant iesum a galilea ministrantes ei: inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorum zebedei.

ORIGE. Magna facta sunt ex eo quod magna voce clamauit iesus. vnde sequitur: Et ecce velū templi scissum est in duas partes a summo vsqz deorsum. AVGV. de concor. euange. In quo satis ostendit tunc esse scissum cū emisit spiritū. Si autem non addidisset: Et ecce simpliciter dixisset: Et velū tēpli scissū est. incertū esset vtrū ipse et marcus hoc recapitulando cōmemorasset: lucas aūt ordinem tenuisset: qui cū dixisset: Sol obscuratus est. continuo subiungendū estimauit: Et velum templi scissum est: An lucas recapitulasset: quod illi ordine posuissent. ORIGE. Duo aūt fuisse vela intelligunt: vnuz quod velat sancta sanctorum: aliud exterius siue tabernaculi siue templi. In passione ergo domini saluatoris: velū quod erat a foris conscissum est a sursuz vsqz deorsū: vt ab initio mundi vsqz ad finē cōscisso velamīe: mysteria publicātur: que vsqz ad aduentū domini rationabiliter fuerūt occulta. Cū aūt venerit quod perfectū est: tūc auferet̄ et secūdū veluz vt videamus et que interius sunt occulta: s. verā arcā testamēti. et sicut ipsa se habz natura videamus cherubin et alia. HYLA. Vel iō velū templi scinditur: quia exinde populus est diuisus i partes: et veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur. LEO papa i sermone de passione. Est autē ad testimonium veneranda passionis sufficiens signū elementorum iordinata turbatio. vnde sequitur. Et terra mota ē: et petre scisse sunt: et monumenta aperta sunt. HIERO. Nulli eniz dubiū est quid significet iuxta litterā magnitudo signorū: vt crucifixum dominum suum et celum et terra omnia demonstrarēt. HYLA. Mouetur terra: quia capax huius mortui esse non poterat: petre scisse sunt: oīa eni valida et fortia penetrans dei. verbū et ptās eterne virtutis irruperat: Et monumenta aperta sunt: erāt enim mortis clausura reserata. Sequitur: Et multa cor. sanc. que dormi. sur. Illuminās enim mortis tenebras: et infernorum obscura collustrās: mortis spolia detrahebat. CHRY. in ho. Ipso quidē i cruce manente eū irridētes dicebāt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: et quod in se facere noluit: in seruorum corporibus cum multa superabundantia demonstrauit. Si enim quatriduanum lazarū exurgere magni fuit: multomagis eos repente: qui olim dormierant apparere viuentes: quod future resurrectionis erat indicium: vt autē non putaretur esse phātasma quod factuz ē: euangelista subiungit: Et exeū. de monu. post resurre. eius ve. in san. ciui. et appa: mul. HIERO. Quomodo aūt lazarus mortuus resurrexit: et sic multa corpora sanctorum resurrexerūt: vt dominum ostenderent resurgentem: et tamē cū monumenta aperta sūt: non ante resurrexerunt: quam resurgeret dominus vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis: sanctā aūt ciuitatē in qua visi sunt resurgētes: aut hierusalem celestem intelligamus: aut hāc terrenā que ante scā fuerat: scā. n. appellabatur ciuitas hierusalez propter tēplū et scā scōrum: et ob distinctionem aliaruz vrbium: in quibus ydola colebantur. Quando vero dicitur: Apparu. multis. ostēditur: non generalis fuisse resurrectio que omnibus appareret: sed specialis ad plurimos: vt hi viderent: qui cernere merebantur: REMI Queret autem aliquis quid de illis factū sit qui resurgente domino surrexerunt: Credēdū quippe ē quoniā iō surrexerunt: vt testes eēnt dñice resurrectiōis: Quidā aūt dixerūt quod iterū mortui sunt: et i cinerē cōuersi: sicut et lazarus et ceteri quos dominus resuscitauit. Sz istoz dictis nullo mō ē fides accōmodāda: quia maius illis eēt tormētū qui surrexerūt si iterz mortui eēnt: quam si nō resurgerēt. Incūctāter ergo credere debemus: quia qui resurgēte dño a mortuis resurrexerūt: ascēdēte eo ad celos et ipsi pariter ascēderūt. ORIGE. Sed āt hec eadē magna quotidie fiūt: velū. n. templi ad reuelandū que intus habēt scidit scis.

Terra etiā mouetur.i.omnis caro nouo ver/
bo τ nouis rebus sm nouū testamentū. De
tre aūt scindunt:qꝛ mysterium fuerunt pro/
phetarꝫ:vt in profūdis eoꝝ posita spiritualia
mysteria videamus. Monumēta aūt dicun/
tur corpora peccatricū animarꝫ.i.mortuarum
deo: cū aūt per gratiaꝫ dei eie huiusmodi fue
rint suscitate :corpora eoꝝ que prius fuerūt
monumenta:fiunt corpora sanctorūꝫ:τ vidē
tur a seipsis exire:τ sequūtur eum qui resur/
rerit :τ in nouitate vite ambulāt cū eo . Et q
digni sunt habere cōuersationem in celis in/
grediuntur in sanctā ciuitatē per singula tem
pora τ apparent multis videntibus opa bo/
Et cum esset bethanie in domo symonis leprosi: ⁊ recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati preciosi: ⁊ fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autē quidam indigne ferētes intra semetipsos: ⁊ dicētes: Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentuʒ istud venundari plusq̄ trecentis denarijs: ⁊ dari pauperibus. Et fremebāt in eam. Jesus autem dixit: Sinite eā. Quid illi molesti estis? Bonuʒ opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum: ⁊ cum volueritis potestis illis benefacere: me auteʒ non semper habebitis. Quod habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meuʒ in sepulturam. Amen dico vobis: vbicunq̄ predicatum fuerit euangeliū istud in vniuerso mundo: ⁊ q̄ fecit hec narrabitur in memoriam eius.

BEDA. Passurus dñs p̄ toto mundo et vniuersas nationes sub sanguine redēpturus: moratur in bethania. i. in domo obediētie. vnde dicitur: Et cū eēt be. in do. si. lepro. ⁊ recu. venit mulier. HIERO. Minus enim seruorum semp ad lectū suū redit. i. filius patri obediēs vsq̄ ad mortem: a nobis obedientiam petit. BEDA. Dicit aūt: Symonis leprosi nō q̄ leprosus illo tpe p̄maneret: sed q̄ antea leprosus: postea a saluatore mundatus est noīe pristino p̄manente: vt virtus curantis appareat. THEO. Quāuis āt q̄ttuor euāgeliste vnguētū mulieris cōmemorarent: non est tamē vna: sed due. vna q̄dem q̄ describi a ioanne: q̄ soror est lazari: q̄. s. ante sex dies pasche vnxit pedes iesu: alia vero q̄ a reliquis tribus euāgelistis describitur. Ad huc āt si attendas: inuenies has tres eē. A iohanne enim vna describitur. altera Mo a Luca: a duobus vero reliquis altera. Que enim a luca describitur meretrix eē dicitur: in medio predicationis tempore ad iesum venisse. Hec vero q̄ a matheo ⁊ marco describitur: dicitur in tempore passionis venisse non confitenteʒ se peccatricem. AVGV. de con. euan. Ego autem nihil aliud intelligendum arbitror: nisi q̄ non aliam quidem fuisse mulierē: q̄ peccatrix tunc accessit a pedes iesu: sʒ eandem mariā bis hoc fecisse: semel. s. qd' lucas narrauit cū primo accedens cum humilitate ⁊ lachrymis: meruit peccatorum remissiōeʒ. nam ⁊ hoc ioānes cōmemorauit: cum de lazaro resuscitando cepisset loqui: anteq̄ȝ veniret in bethaniam dicens: Maria autem erat q̄ vnxit dñm vnguēto: ⁊ extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus īfirmabatur. Quod āt ī bethania rursus fecit: aliud est qd' ad luce narrationem nō pertinet: sed pariter narrat a reliquis tribus. Qd' ergo mattheus et marcus caput dñi vnguento illo perfusuʒ dicunt: Joannes aūt pedes: accipiamus nō solum caput: sed etiam pedes domini perfudisse mulierē: nisi forte quoniā marcus fracto alabastro perfusum caput cōmemorat: tā quisq̄ calūniosus est: vt in vase fracto neget aliquid remanere potuisse vnde et pedes domini p̄funderet. Sed religiosius cōtēdet aliq̄s nō ita fractum eē: vt totum effunderet: vel prius accipiat perfusos pedes: anteq̄ȝ illud fractum esset: vt ī integro remaneret. vnde etiaʒ caput perfunderetur. BEDA. Est autem alabastrum genus marmoris candidi: varijs coloribus intercincti: quod ad vasa vnguentaria cauare solent: eo q̄ optime seruare ea incorrupta dicatur. Nardus vero ē frutex aromaticus grandi vt aiunt ⁊ crassa radice: sʒ breui ac nigra fragiliq̄ȝ. Quāuis . t p̄ pinguis sit tamen redolet vt cupressus aspero sapore: fo-

lio paruo densoq;: cu⁹ cacumina i aristas se spargūt: ideoq; gemina dote pigmētarij nardi spicas ac folia celebrāt. Et h̄ ē qđ ait marc⁹: Vnguēti nardi spicati preciosi. q2 vz vnguētū illud qđ attulit maria dn̄o: nō solū de radice cōfectū ē nardi: ve℞ etiā quo preciosi⁹ eēt: spica℞ quoq; filio℞ eius adiectione odor ac virtutis illi⁹ erat accumulata grā. THEO. Vel sic in greco dicitur: Nardi pistici. i. fidelis: eo q̄ vnguētū nardi erat absq; dolo cuz fide cōfectū. AVGV. De cō. euā. Pōt aūt videri cōtrariū q̄ mattheus ꝛ marcus postq̄ dixerūt: pascha ꝛ biduū. deinde cōmemorauerunt q̄ erat iesus in bethania: vbi de illo p̄cioso vnguēto dr̄. Joānes aūt ante sex dies pasche dicit iesum venisse in bethaniā: de eodē vnguēto narraturus. Sed q ita mouenť: nō itelligūt mattheū ꝛ marcuz illud qđ in bethania de vnguēto factū erat: nō post illā predicationē de biduo sed adhuc cū sex dies eēnt ante pascha recapitulando posuisse. HIERO. Mystice aūt symon leprosus mūduz ifidelem primo: ꝛ postea fidelem significat. mulier aūt cū alabastro ecclesiasticā fidē: q̄ dicit: Nardus mea dedit odorē suum. Pistica nardus dr̄. i. mystica ꝛ preciosa. Domus impleta odore celū ꝛ terra est. Fractū alabastrū: carnale desideriū ē: quod frangiť ad caput ex quo oē corpus cōpaginatū ē. recūbēte ipso. i. humiliāte se vt eū tangeret fides peccatricis: q̄ de pedibus ascēdit ad caput: ꝛ ad pedes a capite dscēdit p fidē. i. ad xp̄z ꝛ ad mēbra ei⁹ Sequiť: Erat āt qdā idig. ferē. itra semetip. dicē. vt qd pdi. ista? Per synodochen diciť vnus pro multis: ꝛ multi pro vno. Perditus. n. iudas de salute pditionē iuenit: ꝛ i vite fructifera mortis laquēs nasciť. Sub pretextu aūt auaritie mysteriū fidei loquitur. Et, eni nostra fides trecētis emiť denarijs in decem sensibus: interioribus. s. ꝛ exteriorib⁹. s. per corpus ꝛ aīam ꝛ sp̄m triplicatis. BEDA. Qđ āt dicit: Et fremuerūt i eā: neq̄q̄ debemus de diligentibus xp̄m apostolis dictum credere: sed de iuda potius sub numero plurali. THEO. Vel cōuenienter videtur imi q̄ discipuli pluref mulierē arguerūt: eo q̄ sepe xp̄m audierant de elemosyna docētē. Judas vo non eadē intentione idigne tulit: sed pp amorē pecunie ꝛ turpe lucrū: vnde ꝛ ioannes ipsum soluz cōmemorat tāq̄ fraudulenta intentione mulierē arguentem. Dicit aūt: Et fre. in eā. i. molesti erant ei exprobrantes ꝛ iniurias inferentes. Arguit autez dominus discipulos eo q̄ desiderium impediunt mulieris: vnde sequitur: Jesus autem dixit: Sinite eā quid illi molesti estis? Postq̄ enim munus obtulerat: illam p obprobria peruertebant. ORIGE. super mat. Doluerunt. n. de perditione vnguenti: qđ poterat vendidari multo precio ꝛ dari pauperib⁹. tamen non debebat fieri hoc: q2 conueniens erat vt super caput christi funderetur sancta ꝛ decenti infusione vnde sequitur. Bonum opus operata est in me. Vsq; adeo autez efficax est laus huius operis boni: vt exhortetur nos omnes odoriferis ꝛ preciosis operibus implere domini caput: vt de nobis dicatur: Quia bonum opus fecimus sup caput christi: quia semper quidē habem⁹ q̄zdiu i hac vita sumus pauperes nobiscum ꝛ opus habentes cura co℞ qui profecerūt in verbo ꝛ diuites facti sunt i sapientia dei. Non autez possunt sufficere vt semper diebus ꝛ noctib⁹ habeant secum filium dei. i. verbum ꝛ sapiam dei. Sequitur. n. Semper. n. pauperes hēbitis vobiscū: ꝛ cum volueritis potestis illis benefacere: me autem non semp habebitis. BEDA. Mihi quidem videtur in hoc loco de presentia corporali locutus: q̄ nequaq̄ cum eis ita futurus sit post resurrectionē quomodo tunc in omni conuictu ꝛ familiaritate. HIERO. Dicit etiam: Bonum op⁹ operata est in me: quia qui credit i deum: reputatur ei ad iusticiā. Aliud est. n. credere ei: ꝛ aliud credere in eū. i. totū eijcere te in illū. Sequitur: Qđ habuit. i. qđ potuit hoc fecit: preuenit vngere corpus meum i sepulturā. BEDA. Quasi diceret: Vos putatis perditionē eē vnguēti: offm̄ sepulture ē. THEO. Preuenit enim quasi a deo ducta vngere corpus meum in signuz sepulture future: i quo proditorem cōfundit: ac si ei diceret. Qua cōscientia mulierem confundis qui in sepulturā corpus meum vngit: teipsum vero nō cōfundis qui me in mortem trades? Prophetizat autem dominus consequenter duas pphetias. s. q̄ euangelium eius predicabitur i vniuerso mundo: ꝛ q̄ opus mulieris laudabitur. vnde sequitur: Amen dico vobis: vbicūq; predicatum fu. ꝛc. BEDA. Notādū

autem q sicut maria gloriam adepta est in toto orbe de obsequio qd domino exhibuit: ita econuerso ille qui obsequio eius detrahere in sumuit: longe lateq; infamatus est. sed domi- nus bonum laude digna remunerans: futu- ras impij contumelias tacendo preterijt.

¶ Et iudas scharioteš vnus de duo decim abijt ad summos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audientes ga- uisi sunt: ⁊ promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illu oportune traderet.

BEDA. Infelix iudas dānum quod ex ef- fusione vnguenti fecisse credebat: vult magi- stri precio compensare: vnde dicitur: Et iu. sca. vnus de duo. abijt ad sum. sa. vt prode- ret eū illis. CHRY. in ser. de pas. Quid mihi eius patriam dicis vtinam ipsum quo- q; nescire licuisset. Sed alter erat discipulus qui iudas Jacobi zelotes vocabatur: ⁊ ne ap- pellatione cognominus fiat cōfusio persona- rum: propterea hunc ab illo separauit. Nō aūt dixit: Judas proditor: vt doceat detractatiōes nescire ⁊ accusationes declinare. Quod autē dicit: Vnus de. xij. auget detestabilitatē pdi- toris. nam ⁊ alij discipuli erant: q fuerāt nu- mero. lxx. sed illi non intimi: nō tāta cōfiden- tia sociati sunt: isti autē. xij. fuerūt cōprobati. hec erat caterua legalis de qua proditor mali- gnus exiuit. HIERO. Vnus tamen erat de. xij. numero: non vnus merito: vnus cor- pore: nō vnus aīo. Abijt aūt ad pncipes post q̄ exijt ⁊ intrauit in eum sathanas: vnūqd- q; aīal ad simile sibi iūgitur. BEDA. Qd autem dixit: Abijt. ostendit eum nō a princi- pibus inuitatum: non vlla necessitate cōstri- ctum: sed sponte propria scelerate mētis inij- se consilium. THEO. Dicit autem vt pro- deret eum illis. i. vt annunciaret illis quādo solus existeret. Timebant aūt in eum irruere quādo docebat propter turbā. HIERO. Promittit aūt se tradere vt magister eius dia- bolus ante dicebat: Tibi dabo ptātē hāc vni- uersam: Sequitur: Qui audiētes gauisi sūt: ⁊ promi. ei pecu. se. da. Promittunt quidem pecuniam: ⁊ amittunt vitam quam ipse reci- pit cum vitam amittit. CHRY. in ser. de pas. O dementiam: immo cupiditatem pro- ditoris. cuncta enim mala cupiditas procrea- uit: Nam cupiditas captas animas retinet: ⁊ omnibus nodis alligatas constringit: ⁊ rerū obliuionem imponit: ⁊ alienationem mentis ostendit. Ab hac iudas captiuus cupiditatis insania: conuersationis: mense: discipulatus: admonitionis: suasionis: oblitus est. Nam sequitur: Et querebat quomodo eum oportu- ne traderet. HIERO. Sed opportunitas doli nunq; inuenitur: vt non vindicetur hic aut illic. BEDA. Multi hodie scelus iude q dominum ac magistrum deumq; suum pe- cunia vendiderit: velut immane ⁊ nephariū exhorrent: nec tamen cauent. nam cum pro mu- neribus charitatis ⁊ veritatis iura spernunt: deum qui est charitas ⁊ veritas produnt.

¶ Et primo die azimorum quando pascha immolabant dicunt ei discipu- li: Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit eis: Ite in ciuita- tem: ⁊ occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Sequimini eum: ⁊ quo- cunq; introierit dicite domino domus q; magister dicit: Ubi ē refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis mādu- cem? Et ipse vobis demonstrabit cena- culum grande stratū: ⁊ illic parate no- bis. Et abierunt discipuli eius: ⁊ vene- runt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt sicut di- xerat illis: ⁊ parauerunt pascha.

CHRY. in sermone de pas. Quando de iuda sō traditōe tractabat: alij discipuli sūt de preparatiōe pasche solliciti. vnde dicit: Et primo die azi. quando pascha im. di. ei. disci. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi cō. pascha? BEDA. Primum diem azimorum. xiiij. diē primi mensis appellat: qn fermēto abiecto imolare. i. agnū occidere solebāt ad vesperā: qd exponēs apostolus ait: Pascha nostrum immolatus est christus. q lz die sequēti. i. xv. luna sit crucifixus attamen nocte qua agnus immolabatur: ⁊ corporis sanguinisq; sui tra- dens mysteria celebranda: ⁊ a iudeis tēnta ac

ligatus: ipsius imolatōis: hoc ē passionis sue sacrauit exordium. HIERO. Azima vo que cū amaritudine .i. lactucis agrestib⁹ man/ ducant̄: redēptio nostra est: amaritudo vero passio dñi. THEO. Ex hoc aūt ꝙ dicunt discipuli: Quo vis eamus? manifeste videt̄ ꝙ christus hospitiū aliquod nō hēbat: sed ne/ qꝫ discipuli proprias domos: si eni habuis/ sent: duxissent eum ad illas. HIERO. Dicunt etiam. Quo vis eam⁹? vt cū volūta te dei dirigamus gressus nostros: dñs autēz indicat cū quo manducat pascha: ⁊ more suo mittit duos: qd̄ supra exposuim⁹. vnde sequi tur: Et mittit du. ex disci. su. ⁊ di. eis. Ite i ci ui. THEO. Mittit qdem ex discipulis su is petrū .s. ⁊ ioannem vt lucas dicit ad igno/ tum hominē: innuens ex hoc ꝙ posset nō pa ti. Nam qui mentēz ignoti nouit vt ipsos re ciperet: qd non operaretur in alijs? Dat etiā eis signū vt domū .s. iuenirēt cū subdit: Et occurret vobis hō la. aque baiulās. AV/ GV. de con. euan. Marcus lagenam dicit quā lucas amphorā: ille vasis genus: iste mo dum significauit: vterqꝫ veritatē snīe custo/ diuit. BEDA. Indiciū autem pn̄ic diui/ nitatis ē: ꝙ cū discipulis loquēs qd alibi futu rum sit nouit. vnde sequit̄: Et abi. disci. ei⁹ ⁊ ve. in ciui. ⁊ inue. sicut dixit illis ⁊ pa. pas. CHRY. in ser. de pas. Non illud qd̄ nr̄ꝫ: sed interim iudeorū: illud aūt qd̄ nostrū ē nō solū cōstituit: sed ipse factus est pascha. Sed ⁊ cur illud mādūcauit? q2 factus est sub lege: vt eos q sub lege erāt redimeret: ⁊ ipse legi requiē daret: ⁊ vt nemo dicat: ꝙ iō eā euacua uerit: q2 eā iplere vt molestā ⁊ arduā nō va/ luit ipse prius eā cōpleuit: ⁊ sic fecit eam rege scere. HEIRO. Mystice aūt ciuitas eccle sia ē: que muro fidei cingitur. hō occurrens populus primitiu⁹ est: amphora aque: lex lit tere. BEDA. Vel aqua: louacrū grē: lage na fragilitatem designat eorum per quos ea/ dem erat grā mūdo monstrāda. THEO. Lagenā aque portat qui baptizatus ē. q autē baptisma baiulat: venit ad requiem sm̄ rōnē viuens: ⁊ sicut in domo requie potitur. vnde subdit: Sequimini eum. HIERO. Qui .s. ducit in altū vbi est refectio christi. Dñs domus petrus apostolus est: cui dñs domū suām credidit: vt sit vna fides sub vno pasto

re. Cenaculum grande ecclesia magna est: in qua narratur nomen domini strata varietate virtutum ⁊ linguarū. BEDA. Vel cena/ culum magnū spūaliter lex est: que de angu/ stijs littere egrediens ⁊ sublimi loco .i. i alto mētis solario recipit saluatorē. Cōsulte autē siue aque baiuli: siue domini domus sunt pre termissa vocabula: vt omnibus verꝫ pascha celebrare volentibus: hoc est christi sacramen tis imbui. eumqꝫ sue mentis hospitio susci/ pere querentibus: facultas danda signetur. THEO. Vel dñs domus intellectus est: qui ostendit cenaculum grande .i. altitudinēz intelligentiarum. quod ⁊ si altum sit: tamē ni hil habet vaneglorie ⁊ tumoris: sed sternitur ⁊ planum fit humilitate. Ibi autēz .i. itali mē te pascha christo paratur a petro .s. ⁊ ioāne .s. ab actione ⁊ contemplatione.

C Vespere autem fac[...]: venit cum duodecim. Et discumb[...]ntibus eis et manducantibus ait iesus: Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum. At illi ceperūt contristari ⁊ dicere ei singulatim. Nū quid ego? Qui ait illis: Vnus ex duo decim qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis va/ dit: sicut scriptum est de eo. Ve autem homini illi: per quē filius hominis tra detur. Bonum erat ei si non esset na/ tus homo ille.

BEDA. Dominus qui de sua passiōe pre dixerat: etiam de proditore predicit: dans lo/ cum pnīe: vt cū intellexisset sciri cogitatōnes suas peniteret eū facti sui. vnde dicitur: Ve/ spere autem fac. ve. cū .xij. ⁊ discū. eis ⁊ mā. ait iesus: Amen dico vobis quia vnus ex vo bis me tradet: q mādūcat mecū. CHRY. in ser. de pas. Vbi patet ꝙ non aperte cū oī/ bus publicabat: ne impudentiorem eum face ret: nec etiam penitus silētio preteribat: ne ce lari arbitratus: audacter ad proditionem pro peraret. THEOPHI. Sed quomodo discumbentes cenabant: cum lex preciperet: ꝙ stantes erecti deberent pascha comedere? Probabile autem est prius eos adimplesse

pascha legale: deinde discubuisse: icipiẽte eo
proprium tradere pascha. HIERO. Ve
spera autem dici: vesperam indicat mundi.
Circa vndecimã nãq; horam venerũt nouissi
mi: qui primi denarium eterne vite acceperũt.
Omnes igitur discipuli tangũtur a domino:
vt fiat armonia cithare: omnes nerui hñ su/
spensi consona voce respondent. Nam seq
tur: At illi ceperunt contristari: et dicere ei
singulatim: Nunquid ego? Unus autem re
missus et pecunie amore madefactus dixit:
Nunqd ego sũ rabi? sicut in mattheo legit.
THEOPHI. Ceperunt autem alij di/
scipuli contristari propter domini verbum.
Nam et si extra hanc existerent passionem:
magis tamen credunt illi qui oĩum nouit cor
da q̃z sibi. Sequitur: Qui ait illis: vnus ex
duodecim: qui intingit mecum manum ĩ ca/
tino. BEDA: Judas scilicet qui ceteris
contristatis: et retrahentibus manum cũ ma/
gistro manum mittit in catinum. Et q2 pri⁹
dixerat: Unus ex vobis me tradet. perseue/
rat proditor in malo: manifestius arguit: et
tamen nomen proprium non designat. HI
ERO. Dicit autem vnus de duodecim:
quasi ab eis separatus: separat enim seorsũ
lupus ouem quam capit. Quis que de ouili
egreditur: lupi morsibus patet: Judas autẽ
nec primo: nec secundo correptus a proditio
ne retrahit pedem. vnde pena predicitur: vt
quẽ pudor non vicerat: corrigant denunciata
supplicia. et hoc est quod subditur: Et filius
quidem ho. va. sicut scriptum est de eo.
THEOPHI. Per hoc quod dicitur:
Uadit: ostenditur q̃ mors christi fuit volũ/
taria et non necessaria. HIERO. Sed q2
multi hominum vt iudas faciunt: sed omnino
illis non proficit: recte subditur: Ve autem
ho. illi per quem fi. ho. tradetur. BEDA.
Sed et hodie quoq; in sempiternum ve illi
homini: qui ad mensam domini malignus
accedit. Et enim ille in exemplum iude filiũ
hominis tradit: non quidem iudeis pecca/to/
ribus: sed tamen peccatoribus mẽbris suis.
Sequitur: Bonum erat ei: si non esset nat⁹
homo ille. HIERO. Scilicet intimo latẽs
vtero materno: melius enim est non esse: q̃z
ad tormenta esse. THEOPHI. Quan/
tum enim ex fine melius fuisset ei q̃ esset si
non proditor existeret: nam deus fecit ipsum
ad opera bona: sed postq̃z ad tantam deuenit
maliciã melius fuisset ei si natus nõ fuisset.

¶ Et manducantibus illis: accepit ie
sus panem: et benedicens fregit: et de/
dit eis: et ait: sumite: hoc est corpus me/
um. Et accepto calice gratias agens
dedit eis. Et biberunt ex illo omnes.
Et ait illis. Hic est sanguis meus
noui testamenti: qui pro multis effun
detur. Amen dico vobis q̃ iam non
bibam de genimine vitis: vsq; in di/
em illum cum illud bibam nouum in
regno dei.

BEDA: Finitis pasche veteris solemnijs
transit ad nouum vt. s. pro carne agni ac san
guine: sui corporis sanguinisq; sacramentũ
substitueret. vnde dicitur: Et man. ill. acce.
iesus panẽ. vt scilicet ipsum se esse mon/
straret: cui iurauit dominus: Tu es sacer/
dos in eternum secundum ordinem melchisedech.
Sequitur: Et bene. fre. THEOPHI.
Idest gratias agens fregit: quod et nos faci
mus orationes superaddentes. BEDA:
Frangit etiam ipse panem quem discipulis
porrigit: vt ostendat corporis sui fractionem
non absq; sua sponte vel procuratione futu/
ram: quẽ etiam benedixit: q2 naturam huma/
nam quã passurus assumpsit: ipse vna cum
patre et spiritusancto gratia diuine virtutis i
pleuit. Benedixit panem ac fregit: q2 homi/
nem assumptum ita morti subdere dignat⁹
est: vt ei diuine imortalitatis inesse potentiã
demonstraret: Ideoq; velocius eum a mor/
te resuscitandũ esse doceret. Sequitur. Et d
dit eis et ait: Sumite: hoc est corpus meum.
THEO. Hoc. s. quod nunc do: et quod
nunc sumitis: Non autem panis figura tan
tum corporis christi ẽ: sed in proprium chri/
sti corpus transmutatur. nam dominus ait:
Panis quẽ ego dabo caro mea est. sed ta/
mẽ caro christi nõ videtur pp naturã infir: mi
tatem: panis. n. et vinum de nostra consuetu
dine est: si vero carnem et sanguinem cerne
remus: sumere non sustineremus. propter
hoc dñs nostre infirmitati condescendens:
species panis et vini conseruat: sed panem et
vinũ in veritatẽ cõuertit carnis et sanguinis.
CHRY. in ser. de pas. Et nunc etiã ille

p̄cīso est xp̄s: q̄ illam ornauit mensā: ipe istā quoq; consecrat. Non enim homo est q pro/posita corpus christi facit ⁊ sanguinē: sz ille q pro nobis crucifix⁹ est christus. Sacerdotis ore verba proferuntur: ⁊ dei virtute cōsecrā tur ⁊ gratia: hoc verbo qd̄ dicit. Hoc est cor pus meum. proposita consecrantur: ⁊ sicut il la vox que dicit. Crescite ⁊ multiplicamini et replete terraz semel quidē dicta est: sed omni tempore sentit effectum ad generationez ope rante natura: ita ⁊ vox ista semel quidem dcā est sed per omnes mensas ecclesie vsq; ī ho/diernum diem ⁊ vsq; ad eius aduentū p̄stat sacrificio firmitatē. HIERO. Mystice au tem in pane transfigurat dn̄s corpus suum: qd̄ est ecclesia p̄n̄s: q̄ accipitur in fide: benedi citur in numero: frāgitur in passionibus: da tur in exemplis: sumitur in doctrinis: forma tur in sanguinē suū in calice vino ⁊ aq̄ cōmi/xtum: vt alio purgemur a culpis: alio redima mur a penis: Sāguine nāq; agni seruantur domus a pcussione angeli: ⁊ aq̄ maris rubri extinguūtur inimici: que sūt mysteria ecclesie xp̄i. Unde sequitur: Et acce. ca. gr̄as agens de eis: Gratia enim ⁊ non meritis saluati sumus a deo. GREGO. ij. mora. Cum appropinquaret etiam passioni accepto pane gratias egisse perhibetur gratias itaque egit qui flagella aliene iniquitatis suscepit: ⁊ qui nil pcussione dignū exhibuit: humiliter ī pas sione benedicit: vt hinc ostendat qd vnusq̄sq; in flagello culpe facere debeat: si ipse equani/miter flagella culpe portat aliene. vt hinc etiā ostendat quid in correctione faciat subdit⁹: si in flagello positus patri gratias egit equalis. BEDA. Quia ⁊ nos in christo ⁊ in nobis xp̄m manere opz: vinum dominici calicis aq̄ miscetur. Attestante. n. ioanne aque populi sūt: ⁊ neq; aquam solam: neq; solū vinū cui/q̄; lz offerre: ne talis oblatio caput a mēbris se cernēdū esse significet: ⁊ vel christum sine nostre redēptiōis amore pati potuisse: vl' nos sine illius passione saluari ac pati posse offer ri cōtigat. Sequitur: Et biberūt ex il'o oēs. HIERO. Ebrietas felix: facietas saluta/ris: q̄ quāto copiosius sumitur: tāto sobrieta tem mentis donare dignat. THEO. Qui dā āt dicūt iudā mysterioꝝ ñ fuisse pticipē: sz q exiuerit anteq; dn̄s mysteria largiret. Alij etiam dicunt q illi tradidit de illo mysterio.

CHRY. i ser. de pas. Christus. n. sāgui/nē ei q eū vēdidit offerebat: vt hēret remissio nē pcōꝝ: si tamē impius existere noluisset. HIERO. Bibit ergo iudas: sed nō satu ratus: nec sitim extinguit ignis eterni: q2 in igne sumit mysteria christi: cuius sacrificium nō emundat. sed eos cogitatio īsipiēs pducit ad culpas: q se cenosis crudelitatis fetoribus miscuerunt. CHRY. in ser. de pas. Nul/lus ergo sit iudas ī dn̄i mensa. hoc sacrificiū cibus spūalis est: nā sicut corporalis cibus cū ventrē inuenerit aduersis humoribus occu/pari amplius ledit: ita ē ⁊ iste spūalis cibus si aliquē reperit malignitate pollutū: magis eū perdit nō sua natura: sed accipiēns vitio. Pura igitur sit mens in omnibus: pura co gitatio: q2 ⁊ sacrificiū purū ē. Seqtur: Et ait illis: hic est san. meus noui testamēti. BE/DA. Hoc ad distinctionē respicit veteris testamēti qd̄ hircoꝝ ⁊ vitulorū est sanguine dedicatū: dicēte iter aspgēdū legislatore. h est sanguis testamēti qd̄ mādauit ad nos ds̄. Se quitur: Qui pro mul. effūdet. HIERO. Non eniz oēs emundat. Sequitur: Amē di co vobis q iā nō bi. de gem. vi. vsq; ī diem illū cuz illud bi. no. ī regno dei. THEO. Quasi diceret: Nō bibā de vino vsq; ad re/surrectionē: regnū eni resurrectionē vocat: quasi tunc regnauerit cōtra morē. Post re/surrectionē vero bibit cū discipulis: ⁊ come/dit: ostēdens q idem ipse esset q passus est: Nouum aūt bibit illud. i. nouo quodāmō et alieno: Non eni corpus habebat passibile ī/digens cibo: sed īmortale ⁊ īcorruptibile. In telligendū est autem ⁊ sic: Vitis est ipse dn̄s genimen vitis mysteria ⁊ intellectus occult⁹ quē ipse generat: qui docet hominē sciētiam. In regno aūt dei. i. in futuro seculo bibet cū suis discipulis mysteria ⁊ sapientiam: noua quedā nos docens: ⁊ reuelās que nūc occul/tat. BEDA. Uel aliter: Vitem siue vineā domini appellatā eē synagogaz esaias testat dicens: Vinea domini sabaoth dom⁹ israel est. Iturus ergo dn̄s ad passionem ait: Iam nō bibam de ge. vi. ac si aperte dicat: Nō vl tra carnalibus synagoge cerimonijs delecta bor: in quibus etiam ista paschalis agni sa/cra locum tennere precipuum. Aderit eniz tē pus mee resurrectionis: aderit dies illa cum in regno dei positus. i. gloria vite īmortalis

sublimatus: de salute eiusdē populi fōte grē spūalis regenerant vobis cū gaudio pfūdar. HIERO. Considerandū autem q̄ hic dominus mutat tm̄ sacrificiū: sed non mutat tēpus: vt nos nunq̄ cenā dn̄i ante quartādecimā lunā faciam⁹: q facit in .xiiij. resurrectionē in .xi. luna cenā domini faciet: qd̄ nunq̄ in veteri testamento nec in nouo factum est.

¶ Et hymno dicto: exierunt in mōtem oliuarū. Et ait eis iesus: Oēs scādalizabimini i nocte ista: quia scriptum est: percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues. Sed postq̄ resurrexero precedā vos in galileam: Petrus autem ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerit: s3 nō ego. Et ait illi iesus: Amen dico tibi: quia tu in nocte hac priusq̄ gallus vocem bis dederit: ter me es negaturus. Et ille āplius loquebatur. Etsi oportuerit me simul commori tibi: non te negabo. Similiter āt oēs ⁊ dicebāt.

HYLA. Sicut gratias egerunt anteq̄ biberent: ita etiam gratias agunt ⁊ postq̄ biberunt. vn̄ dicitur: Et hymno dicto exierunt in montem oliuarū. vt .s. adiscas: ⁊ ante cibū: ⁊ post cibum gratiarum reddere actiones. HIERO. Hymnum .n. dicit laudē dn̄i vt ē in psalmo. Edēt pau. ⁊ sa. ⁊ lau. domi. q requi. eum. Et adorauerunt ⁊ manducauerunt omnes pingues terre. THEO. Simul etiam ⁊ hic ostendit qd̄ amplectibile erat sibi pro nobis mori: q2 cum tradēdus erat deum laudare dignatus est. Docet etiā nos cū in angustias incidimus propter multorū salutē non contristari: sed deo gratias agere: q i nostra tribulatione operatur multorū salutem. BEDA. Potest etiam hymnus ille intelligi quē dn̄s fm̄ Joānē patri gratias agēs decantabat: in quo ⁊ pro seipso: ⁊ pro discipulis: ⁊ pro eis qui per verbum ipsorum credituri erant: eleuatis sursum oculis precabat. THEO. Exiuit autem in montem: vt ad eum solitarium existentem: exeuntes ipsū caperent absq3 tumultu. Si enim accessissent cū i ciuitate manebat forte fuisset multitudo populi conturbata: ⁊ tunc manifeste occasionē inimici captātes viderentur ipsū iuste interficere tāquam populum concitantem. BEDA. Pulchre etiam dominus discipulos sacramentis inbutos in montem educit oliuarū: vt typice designet nos per acceptionē sacramentorum ad altiora virtutum dona et charismata sancti spiritus: quibus in corde perungamur ascendere debere. HIERO. In monte etiam oliueti iesus tenetur: vnde ad celos ascendit: vt nos sciamus quia vnde ascēdimus ad celos vnde vigilamus ⁊ oramus ⁊ ligamur: nec repugnamus in terra. BEDA. Predicit autem dominus discipulis quid passuri sunt: vt cum passi fuerint: non desperent salutem sed agentes penitentiam liberentur. vnde sequitur: Et ait illis iesus: Omnes scandalizabimini in me i nocte ista. HIERO. Omnes quidem cadunt: sed non omnes iacent. Nunquid enim qui dormit non adjciet vt resurgat: Carnale est cadere: sed diabolicum est iacere. THEO. Permisit autem eos dominus cadere: vt non in seipsis confidant. ⁊ ne videretur hoc quod predixerat ex quodam argumēto apparenti predixisse inducit testimonium zacharie prophete. vnde sequitur. Percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues gregis. BEDA. Hoc alijs verbis in zacharia propheta scriptum est: ⁊ ex persona prophete ad dominū dicitur. Percute pastorem ⁊ dispergentur oues. Propheta enim postulat passionem domini: pater respondet: Percutiam pastorem: precibus inferiorum. Filius a patre mittitur: ⁊ percutitur idest incarnatur ⁊ patitur. THEOPHI. Dicit autem pater: Percutiam pastorem: quia ipsum percuti dimisit. Oues discipulos dicit: quasi innocentes ⁊ quasi absque malitia. Ultimo consolationem inducit dicens: Sed postquam resurrexero p̄cedā vos i galileā. HIERO. In quo vera pmittit resurrectio: vt spes nō extinguat. Sequit: Petr⁹ āt ait ei. Et si oēs scā. fu. s3 nō ego. Ecce auis sine pēnis i altū volare nitit: sed corpus aggrauat aīam: vt timore humane mortis timor domini superetur. BEDA. Et petrus ergo de ardore fidei promittebat: ⁊ saluator quasi deus futura

nouerat. vnde sequitur: Et ait illi iesus: Amē dico tibi: q̄ tu ho. innoc. hac priusq̄ gal. bis vo. de ter me es negatu. AVGV. De con. euan. Cū oēs euangeliste dicant predixisse dominum ꝙ eum petrus esset negaturꝰ: antequā gallus cantaret: Marcus hoc solum narrauit expressius. vnde nonnullis videt non congruere ceteris: q̄ parum attendunt. Tota enim petri negatio trina est: que si tota post primum galli cantum inciperet: falsum dixisse viderentur tres alij euangeliste: ꝙ scilicet antequā gallus cantaret: ter eum esset negaturus. Rursꝰ si totā trinā negatōem ante peregisset q̄ꝫ cantare gallꝰ inciperet: superfluo dixisset marcus ex persona domini: Priusquā gallus bis vocem dederit: ter me negaturus es. Sed q̄ ante primū galli cantum ꝯcepta est illa trina negatio: attenderunt illi tres non quando eam completurus esset petrus: sed quāta futura esset. i. trina: ⁊ quando cepta. i. ante galli cantum quāq̄ꝫ in animo eiꝰ ⁊ ante primū galli cantum tota concepta est. Marcus autem de ipsarum vocum interuallo planiꝰ elocutꝰ ē. TEO. Tꝯ sic intelligitur: Petrus semel negauit: deinde gallꝰ cātauit: negante vero eo duabus alijs negationibus: tunc gallus secundo vocem emisit.

HIE. Gallus lucis nūtius quis ē nisi spiritussanctus? cuius voce in prophetia ⁊ ī apostolis nos de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum fletus: qui male cogitauimus de deo: ⁊ male locuti sumꝰ ad ꝓximos: ⁊ male fecimus ad nos metipsos. BEDA. Fides autem apostoli petri: ⁊ ardens affectus ad dominum consequenter ostenditur. Sequitur enī. At ille ampli. loque. Et si opor. me si. cōmo. tibi nō te negabo. THEOPHI. Feruorē etiam intrepidum ⁊ alij discipuli ostenderunt. Nam sequitur: Similiter autem ⁊ omnes dicebāt. sed tamen resistebant veritati: quā christus predixerat.

Et veniunt in predium cui nomē gethsemani: ⁊ ait discipulis suis: Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joannem secum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sustinete hic ⁊ vigilate. Et cum processisset paululum: procidit super terram: ⁊ orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora: ⁊ dixit: Abba pater: omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc a me: Sed nō quod ego volo: sed quod tu. Et venit ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait petro: Symō dormis? Non potuisti vna hora vigilare? Uigilate ⁊ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est: caro vero infirma. Et iterum abiens orauit eundem sermonem dicēns. Et reuersus denuo: inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati: ⁊ ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis: Dormite iam: et requiescite. Sufficit. Uenit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce qui me tradet prope est.

GLO. Postq̄ꝫ dominus scandalum discipulorū predixerat: nūc euangelista narrat de oratione ipsius: in qua pro discipulis creditur orasse: ⁊ primo describens locum orationis dicit: Et veniunt in prediū cui nomen gethsemani. BEDA. Monstratur vsq; hodie locus gethsemani: in quo dominꝰ orauit ad radices mōtis oliueti. Interpretat aūt gethsemani vallis pinguium siue pinguedinum. Cum autem dominus in monte orat: nos docet sublimia orando inquiri debere. At cum in valle pinguedinis orat: insinuat nobis humilitatem semper ī orationibus: ⁊ interne pinguedinem dilectionis esse seruādam. Ipse etiam per vallē humilitatis ⁊ pinguedinem charitatis pro nobis mortē subijt. HIERO. In valle etiam pinguedinum tauri pingues obsederunt eum. Sequitur: Et ait discipulis suis. Sedete hic donec orē. Separantur in oratione qui separantur in passione: q̄ ille orat: illi dormiunt: pinguedine cordis oppressi. THEOPHI. Singulariter etiam erat consuetudo illi semper

orare: formam nobis tradens vt silentium ⁊ solitudinem in orationibus requiramus. Sequitur: ⁊ assumit petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joannem secū. Jllos tres nī assumit q̄ gloria ei⁹ in monte thabor īspectores extiterāt: vt q̄ gloriosa viderant: viderent ⁊ tristia: ⁊ addiscerent q̄ verus erat homo in hoc q̄ tristat̄. Vñ sequitur. Et cepit pauere ⁊ tedere. q: eni totū assumpserat hominem: assumpsit ⁊ naturales proprietates hōis: pauere ⁊ tedere ⁊ contristari naturaliter: nā hōies naturaliter inuiti tendunt ad mortē: vnde sequitur: Et ait illis: Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. BEDA. Quasi deus in corpore cōstitutus fragilitatem carnis exponit: vt eorū qui sacramentum incarnationis obiurgant excluderet̄ impietas: nā q̄ corpus suscepit oīa debuit suscipere que corporis sūt: vt esuriet: sitiret: angeretur: contristaretur. Diuinitas. n. p̄ hos cōmutari nescit affectus. THEO. Quidā aūt hoc sic intellexerunt. q. d. Tristor. n. non q̄ mori debeo: sed q: israelite ꝓpiqui mei me crucifixuri sunt: ac per hoc a regno dei debēt excludi. HIERO. Jn hoc etiam pauere ⁊ tristari docemur ante iudicium mortis: quod nō possumus per nos dicere: sed p̄ illū: Venit p̄nceps mūdi huius ⁊ in me nō h̄z qc̄q̄. Sequitur: Susti. hic ⁊ vigilate. BEDA: Nō a somno dormitionis ꝓhibet cuius tp̄s n̄ erat iminente discrimine: sed a somno infidelitatis ⁊ torpore mentis. Paululum autem procedens ruit in faciem suam: ⁊ humilitatē mentis hitu carnis ostēdit. Vñ seq̄t̄: Et cum proces. pau. ꝓci. sup̄ ter. ⁊ ora. vt si fieri posset trāsi. ab eo hora. AVGV. de cō. euan. Non dixit si facere posset: sed si fieri posset: fieri. n. potest qd̄ ille voluerit. Sic itaq̄ dcm̄ est: Si fieri potest: ac si diceret̄: si vellet. Et nequis putaret eum patris minuisse ptātem: manifestauit quo itellectu accipiēdū sit qd̄ dictum est. Nam sequitur: ⁊ dixit. Abba pat: oīa tibi possi. sunt. Jn quo satis ostendit non ex i possibilitate: sed ex volūtate patris dictuz eē: si fieri potest. Quod aūt marc⁹ nō solū pater: sed abba pater eum dixisse cōmemorat. h̄ est abba hebraice: qd̄ latine pater. Et fortasse dn̄s propter aliqd̄ sacramētū vtrūq̄ dixit: volens ostendere se illam tristis personam tam sui corporis. i. ecclesie suscepisse: cui factus ē angularis lapis venienti ad eum partiz ex hebreis: ad quos pertinet qd̄ ait abba: partiz ex gentibus ad quos pertinet quod ait pr̄. BEDA. Orat aūt trāsire calicē: vt ostēdat vere q̄ homo erat. vñ subdit. Transfer calicē hūc a me. Reminiscēs aūt ⁊ ꝓpter qd missus ē: ꝑficit dispēsatiōēz ad quā missus ē: ⁊ clamat: Sed nō qd̄ ego volo: s̄z qd̄ tu. Quasi. d. Si morit̄ mors me n̄ moriēte h̄z carnē: trāseat calix. verū q: non aliter hoc fiet: non qd̄ ego volo: sed qd̄ tu. Multi adhuc cōtristātur futura morte: sed habeant rectum cor: vitēt mortem quā possunt: sed si nō possunt dicant id qd̄ ꝓpter nos dn̄s dixit. HIERO. Ex quo ēt vsq̄ in finē nō cessat nos docere pr̄ibus obedire: ⁊ volūtatē eorū: volūtati nostre preponere. Sequitur. Et venit ⁊ inuenit eos dor. Sicut. n. dormiūt mēte: sic ⁊ corpore. Post orationem aūt dn̄s veniens ⁊ videns discipulos dormientes petruz solū icrepat. Vnde seq̄t̄: Et ait petro: symon dormis? non po. vna hora vigi. mecū? Quasi. d. Qui vna hora non potuisti mecum vigilare: quō mortē spernes tu q̄ spondes mori mecū? Sequit̄: Vigilate ⁊ orate vt nō itre. i tēta. s. negandi me. BEDA. Non ait: Orate ne tētemini: q: impossibile est humanam animam nō tētari: sed ne intretis in tētationē: hoc est ne vos tētatio superet. HIERO. Jn tētationē aūt itrare dicitur qui orare negligit. Sequitur: Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. THEO. Quasi. d. Spūs qdē vester promptus est ad me nō negandum: ⁊ ꝓpterea hoc ꝓmittitis: sed caro vestra i tantū infirmata ē: q̄ nisi dn̄s p̄ orationē virtutē carni dederit: i tētationē intrabitis. BEDA. Temerarios hic reprimit: q̄ qcq̄d crediderint: putant se cōsequi posse: sed q̄tū ex mentis ardore confidimus tātū ex fragilitate carnis timeamus. Facit etiā hic locus aduersus eos q̄ dicūt vnam in domino operationē ⁊ vnā voluntatē fuisse. Duas. n. voluntates ostēdit: humanā. s. que propter infirmitatem carnis recusat passionē: ⁊ diuinā que promptissima est. Seq̄t̄: Et iterum abit. ora. eundez sermonē dicēs. THEO. Vt. s. p̄ secundariam orationem q̄ verus homo esset affirmaret. Sequit̄: Et reuersus denuo inue. eos dor. tamen non vehementer redarguit. Erant enim oculi eoruz grauati. s. somno. Et igno. quid responderent ei. per hoc infirmitatem humanam ad

discas: ne. s. grauati somno ꝓmittamꝰ ea que nobis ĩpossibilia sũt. Ideo tertio abijt ad orãduz orõne predicta. vnde sequitur: Et venit tertio. ⁊ ait illis: Dormi. iam ⁊ requi. Non turbaẜ contra illos cũ post redargutionẽ perꝰ fecerint sed ironice dicit illis: Dormi. iam et req. quia iam sciebat ꝙ ꝓditor appropinquabat. Et ꝙ ironice dixerit apparet per hoc qđ subditur: Sufficit. venit hora: ecce tra. fi. ho. in ma. pec. Hoc dicebat deridẽs somnũ eorum: quasi diceret: nunc tẽpus est vt dormiatis quãdo inimicus appropinquat. Deinde subiungit: Surgite eamus: ecce qui me tradet ꝓpe est. Non vt fugerẽt hoc dixit: sed vt inimicis obuiarent. AVGV. de cõ. euan. Vel aliter: Per hoc ꝙ cum dixisset Dor. iaz ⁊ requi. adiungit. Sufficit. ⁊ deinde infert: Venit hora: ecce tra. fi. ho. vtiqz intelligendũ est post illud: Dor. ⁊ req. siluisse dominũ aliquãtũ: ⁊ hoc fieret qđ permiserat: ⁊ tunc intulisse: Venit hora. ⁊ ideo iterponit: Sufficit scilicet ꝙ requieuistis. HIERO. Trina aũt discipulorum dormitio tres mortuos q̊s dñs suscitauit significat: primus in domo: secundus ad sepulchruz: tertius de sepulchro. Trina autem domini vigilia docet nos orando ⁊ de preteritis ⁊ de futuris ⁊ de presentibus veniaz rogare.

¶ Et adhuc eo loquẽte venit iudas scharioth vnus de duodecim ⁊ cum eo turba multa cum gladijs ⁊ lignis: missi a summis sacerdotibus ⁊ scribis ⁊ senioribus. Dederat autem traditor eis signum dicens: Quẽcũqz osculatꝰ fuero ipse est tenete euz: ⁊ ducite caute. Et cum venisset statim accedens ad eũ ait: Rabbi: Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in iesum: ⁊ tenuerũt eum. Unus autem de circũstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et respondens iesus ait illis: Tã ꝙ̃ ad latronem existis cum gladijs ⁊ lignis cõprehendere me? Quotidie erã apud vos in templo docens: ⁊ non me tenuistis: sed vt impleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes euz omnes fugerunt. Adolescens autẽ quidam sequebatur euz amictus syndone super nudo: ⁊ tenuerunt eum. At ille relicta syndone: nudus profugit ab eis.

BEDA. Postq̃z tertio dominꝰ orauerat: ⁊ apostolorũ timorẽ sequẽte penitentia ĩpetrauerat corrigendum: securus de passione sua pergit ad persecutores: de quorum aduentu euãgelista dicit: Et adhuc eo loquẽte ve. iudas scarioth vnus de. xij. THEO. Hoc non frustra ponit: sed ad maiorẽ ꝓditoris redargutionem ꝙ cũ de primo choro discipulorum existeret: cõtra dominũ in rabiẽ versus est. Sequitur: Et cũ eo tur. mul. cũ gla. ⁊ lignis missi a sum. sa. ⁊ scri. ⁊ senio. HIERO. Incumbit. n. virtuti secul: q desp̃at de adiutorio dei. BEDA. Adhuc tamẽ hz aliquid iudas de verecũdia discipuli: cum eo non palã tradidit persecutoribus: sed per signum osculi. vnde sequitur: Dederat autem tra. eis signũ dicens: Quẽcũqz oscu. fu. ipse est te. eum. ⁊ du. caute. THEO. Vide eiꝰ insensibilitatem: quomodo credebat ĩ osculo christũ decipere: vt quasi amicus estimareẜ. Si aũt amicus eras o iuda: cuius gratia cum inimicis accessisti? sed oĩs prauitas sine prouidentia est: Sequitur: Et cum ve. statiz ac. ad eum ait: Rabbi: ⁊ oscu. est eũ. HIERO. Dat iudas signum osculi cum veneno doli: sic chayn obtulit sacrificium subdolũ ⁊ reprobatum. BEDA. Inuidens autem ⁊ scelerata confidentia magistrum vocat: ⁊ osculum ĩfert ei quẽ tradit. Suscipit ãt dominus osculum traditoris: nõ quo simulare nos doceat: sed ne ꝓditionẽ fugere videaẜ: simul ⁊ illud psalmi cõplẽs: Cum his q oderũt pacẽ eram pacificus. Sequiẜ: Et illi ma. inie. ĩ eũ. ⁊ tenue. eũ. HIERO. Hic adest ioseph venditus a fratribꝰ ⁊ ferrũ ptransiuit animã eiꝰ. Sequiẜ: Vnus aũt de circũ. edu. gla. percu. ser. sũm sa. ⁊ am. illi auri. BEDA. Petrus hoc fecit vt ioãnes declarat eodẽ mẽtis ardore q̊ cetera faciebat. Sciebat. n. q̃uo phinees puniẽdo sacrilegos: mercedẽ iusticie et sacerdotij perẽnis acceperit. THEO. Tacet aũt nomẽ eiꝰ marcus: vt nõ videreẜ suum laudare magistrũ quasi zelãtẽ ꝓ christo. Innuit ãt petrꝰ ex hoc ꝙ dictẽs erãt ⁊ inere

iobe

duli spernētes scripturas: nā si habuissēt aures audiētes scripturas: nō crucifixissent dominū glorie. Amputauit aūt auriculam serui sūmi sacerdotis: nā sūmi sacerdotes prio preteribāt scripturas: q̄si serui ñ audiētes facti. Sequit. Et rñdens iesus ait illis. Tāq̄ʒ ad latro. eri. cū gla. ⁊ lignis. BEDA. Quasi di. Stultū ē cū gladijs ⁊ fustibus querere eū qui vltro se vestris tradidit manib⁹: ⁊ in nocte q̄si latitantē p̄ ꝓditorē inuestigare: qui quotidie in tēplo docebat. THEO. Istud aūt diuinitatem eius ostēdit. qn̄. n. i tēplo docebat nō valuerūt ipm capere: q̄muis in manib⁹ eorū eēt: q2 nōdū tēpus aduenerat passiōis. qn̄ aūt ipse voluit: tūc tradidit seipsum vt adimplerent scripture: q2 tāq̄ʒ agnus ad occisionē ductus est. nō clamās neq̄ʒ vociferās: sed volūtarie patiēs. Seq̄t: tunc disci. ei⁹ re. eum oēs fugerūt. BDEA. In hoc iplet̄ s̄mo: quē dñs dixerat: q̄ oēs discipuli scādalizarētur in illo in ipsa nocte. Sequit̄: Adoles. aūt q̄dam sequebat̄ illū. amic. syn. sup nudo. sub audit̄ corpore: q2 nō aliud idumenti q̄ʒ solam habebat syndonē. Sequit̄: Et tenuerūt euʒ. At ille re. syn. nu. ꝓfu. ab eis. quoꝝ. s. ꝑfidiā detestabat̄ ⁊ facta nō a dño: cuius amorem ⁊ absēs corpe fixū s̄uauit i mēte. HIERO. Sicut etiā ioseph relicto pallio nudus de manibus ipudice femine aufugit. Qui vult effugere manus iniquoꝝ: relinq̄nēs mēte que mundi sunt fugiat post iesum. THEO. Probabile aūt videt̄ q̄ hic adolescēs erat de illa domo: in qua pascha comederāt. Quidā vero dicūt hunc adolescētē fuisse iacobuʒ fratrē dñi: q dicebat̄ iustus: q ab apostolis post christi ascēsionem cathedrā hierosolymorum accepit. GREGO. xiiij. mor. Vel hoc de ioāne di̇. q t̄n post vt v̄ba redēptoris audiret ad crucē redijt: prius tñ territus fugit. nā ⁊ illū eo tpe fuisse adolescētē longa post hoc i carne vita eius inditio ē. Potuit. n. fieri vt ad horā tenētiū manibus elapsus: mox resūpto idumento redierit: ⁊ sub dubia lucis nocte: se turbis ducētiū iesum quasi vnus d̄ ipsis immiscuerit; donec ad atriū pōtificis cui erat notus peruenirct: vt ipse i suo euāgelio cōmemorat. Sicut aūt petrus q culpā negatiōis p̄nie lachrymis abluit recuperationeʒ ostendit eorū q in martyrio labunt̄. ita ceteri discipuli q articulū cōprehensiōis fugiēdo p̄uenerunt: cautelam fugiendi docent eos qui se minus idoneos ad tolleranda supplicia sentiunt.

¶ Et adduxerunt iesum ad summū sacerdotem: ⁊ conuenerunt omnes sacerdotes ⁊ scribe ⁊ seniores. Petrus autem a longe secutus est eum vsq̄ʒ intro in atrium summi sacerdotis: ⁊ sedebat cum ministris ad ignem ⁊ calefaciebat se. Summi vero sacerdotes ⁊ oē cōcilium: querebant aduersus iesum testimonium: vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum: ⁊ cōuenientia testimonia non erāt. Et quidam surgentes: falsum testimoniuʒ ferebant aduersus eum dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum: ⁊ post triduum aliud non manufactum edificabo. Et non erat conueniens testimonium illoꝝ.

GLO. Narrauerat euāgelista superi⁹: quomodo dñs a ministris sacerdotum fuerat captus: nunc narrare incipit quomodo in domo principis sacerdotum morti adiudicatus fuit vnde dr̄: Et addux. iesum ad summū sacerdoteʒ. BEDA. Summum sacerdotem significat cayphā: qui sicut ioānes scribit erat pōtifex anni illius: de quo testatur Joseph⁹: q̄ pontificatum sibi emerit a principe romano. Sequitur: Et conuenerunt in vnuʒ oēs sacerdotes: ⁊ scribe ⁊ sēiores. HIERO. Tunc facta est congregatio taurorum in vaccis populorum. Sequitur: Petrus autem a longe sequebatur eum vsq̄ʒ intro in atriū sūmi sacerdotis. Timor enim retrahit: sed charitas trahit. BEDA. Merito autem a lōge sequebatur: qui iam erat proxime negaturus. Neq̄ʒ enim negare posset: si christo primus adhesisset. Sequitur: Et sede. cum ministris ad ignem ⁊ calefaciebat se. HIERO. In atrio cuʒ ministris calefacit se ad ignem. Atrium sacerdotis est secularis circuitus. ministri demonia sunt; cum quibus qui manet: flere peccata non potest. ignis desiderium carnale. BEDA. Est eniʒ ignis

charitas: de quo dicitur: Ignem veni mittere in terrã: sup credẽtes descẽdẽs varijs liguis eos laudare dñm docuit. Est et ignis cupiditatis: de quo dicit: O ẽs adulterantes velut clybanus corda eorum. hic ignis in atrio cayphe instinctu maligni spũs accensus: ad negandum: ad blasphemandũ dñm perfidoruz linguas armabat. Quod enim intus in domo maligna synodus gerebat. hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat. Quoniam enim abundat iniquitas: refrigescit charitas multorũ. hoc frigore torpens ad horam petrus: quasi prunis ministrorum cayphe calefieri cupiebat: q2 tẽporalis cõmodi solatium perfidorum societate querebat. Sequitur. Sũmi sacer. et oẽ cõ. que. aduer. ie. te. vt cum mor. traderent. THEO. Lege precipiente q vnus existeret summus sacerdos: tunc multi erant substituti: et destituti annis singulis p principem romanorũ. Summos ergo sacerdotes dicit illos: q determinatũ eis tẽpus cõplentes iam compleuerãt: et a sacerdotio destituti erant. Figuram autem iudicij: qđ in preiudiciũ agebãt operãtur: testimonia querentes vt videantur iesum iuste dãnare et perdere. HIERO. Sed mentita ẽ iniquitas sibi: vt regina aduersus Joseph: et sacerdotes aduersus susannam. sed ignis sine materia deficit. vnde sequit: Nec inueniebãt. Multi enim fal. testi. di. aduersus eum: et cõ. testi. non erant. Quod enĩ variat: incertum habetur. Sequitur: Et qdam sur. fal. testi. ferebãt. Moris est hereticorũ vmbrã de veritate trahere. non ille dixit quod ille dicũt. sed simile verbuz de templo corporis sui: qđ post biduum resuscitauit. THEO. Non enim dominus dixerat: Ego dissoluam illud sed soluite. neqz manufactum dixit: sed simpliciter templum. HIERO. Dixit etiam: Suscitabo viuum animal significans et spirans templuz. Falsus testis est qui in eo sensu dicta intelligit: quo non dicuntur.

¶ Exurgens autem summus sacerdos in medium interrogauit iesum dicens: Non respondes quicq̃ ad ea que tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat: et nihil respondit. Rursus summus sacerdos interrogabat eum: et dixit: Tu es christus fili9 dei benedicti? Jesus autem dixit illi: Ego suz. Et videbitis filium hominis sedentez a dextris virtutis dei: et venientem cuz nubibus celi. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiã. Quid vobis videtur? Qui omnes cõdẽnauerũt eum esse reũ mortis. Et ceperunt quidam cõspuere euz et velare faciem eius: et colaphis euz cedere et dicere ei: prophetiza. Et ministri alapis eum cedebant.

BEDA. Quãto iesus tacebat ad indignos responsiõe sua falsos testes et sacerdotes impios: tanto magis pontifex furore supat9 euz ad rñdendum puocat. vt ex qualibet occasiõe sermonis: locum inueniat accusandi. vñ dicit: Et exur. sum. sa. ĩ mediuz inter. ipm di. Nõ respõdes qcq̃z ad ea q̃ tibi obijci. ab his? Iratus qdem princeps: et impatiens non inueniens calũnie locum: exurgit de solio vt isaniã mentis motu corporis demonstraret. HIERO. Sed ipse deus et saluator noster q mũdo salutẽ contulit: et hũano generi sua pietate subuenit: sicut ouis ad occisionẽ sine voce ducitur: et obmutuit et siluit a bonis. Unde seqtur: Ille autem tacebat et nihil rñdit. Taciturnitas christi apologiam. i. excusationẽ ade absoluit. THEO. Tacebat aũt sciẽs q nõ attenderent vbis eius. vnde scđm lucã rñdit: Si dixero vobis: non creditis mihi. vñ sequit. Rursus sum. sacer. ĩter. eũ et dix. ei. Tu es christus filius dei benedicti? Interrogat qdem hoc summus sacerdos: nõ vt addiscens crederet. sed vt ex hoc aliquam occasionem captaret. Querit autem. Tu es christus filius dei benedicti? Multi. nãqz erant xpi. i. vncti. sicut reges et summi sacerdotes: sz nullus eorum dicebatur filius dei benedicti. q̃si semper collaudati. HIERO. Nunc autẽ expectabant de longe: in prope non vident: sicut isaac caligantibus oculis iacob sub manibus non agnoscit: sed longe de eo futura canit. Sequitur. Jesus autem dixit illi. Ego sum. vt. s. iexcusabiles sint. THEO. Scie

bat. nāq̄ꝫ qm̄ non crederent. tñ respondit. ne
postea dicerent. si audissemus aliquid ab eo.
credidissemus ei. hoc autem est in eorū preiu
dicium: q2 audierūt ꝛ nō crediderunt. AV-
GV. de cō. euā. Matheus āt nō dixit re-
spondisse iesum. Ego sum. sed tu dixisti. sed
marcus tantuꝫ valere ośdit qꝫ ei dicit Jesus.
tu dixisti quātū si diceret: Ego sum. Sequit:
Et vide. fi. ho. se. a dex. vir. dei. ꝛ ve. cuꝫ nu
bib⁹ celi. THEO. Ac si. d. Videbitis me
tāq̄ꝫ filiū hois a dextris patris sedētē. Vir-
tutem nāq̄ꝫ hic patrē dicit: nō aūt sine corpo-
re veniet: sed qualis apparuit crucifigentib⁹
in iudicio eis apparebit. BEDA. Si ergo
tibi in christo o iudee: o pagane ꝛ heretice cō
temptus infirmitas ꝛ crux cōtumelia ē: vide
q2 p hoc fili⁹ hominis ad dextrā dei pr̄is ses-
surus: ꝛ i sua cū nubibus celi est maiestate fu
turus. HIERO. Et qdem sacerdos inter
rogat filium dei: Jesus aūt respōdet filiū ho-
minis: vt hinc intelligam⁹ dei filium ideꝫ eē
ꝛ filium hominis: ꝛ ne quaternitaē faciam⁹ i
trinitate: sed hō in deo: ꝛ deus in homine sit.
Dicit aūt a dextris virtutis sedētē. i. in vita
regnantē sempiterna: ꝛ ꝟtute diuina. Et ve
ni. cū nu. celi. In nube ascēdit: cū nube veni-
et. i. i corpore suo solo: qđ sumpsit a virgine
ascendit: ꝛ cum multiformi ecclesia: q̄ corpus
ipsius ꝛ plenitudo eius: ad iudicium ventu-
rus est. LEO papa. Cayphas aūt ad exag-
gerandā audit sermonis inuidiā. scidit ve-
stimenta sua: ꝛ nesciēs quid hec significaret i
sania: sacerdotali se honore priuauit: oblitus
p̄cepti illius: qđ legit de pricipe sacerdotum:
De capite suo cidariꝫ nō deponet: ꝛ vestimē
ta sua nō disrūpet. Nā seqt: Sum. āt sa. sci.
vestimē. sua ait: Quid adhuc desi. testes: au
di. blas. qd vobis videt: THEO. Adim-
plet quidē sacerdos cōsuetudinē iudaicā. Cū
enim aliquid itolerabile ꝛ triste illis occurre-
bat: vestimēta scindebāt. Vt ergo monstra-
ret: qꝫ christus magnā ꝛ intolerabilē blasphe
miā dixerit: vestimēta scidit. BEDA. Al-
tiori autē mysterio factum est: vt i passiōe do
mini pōtifex iudeoꝝ sua ipse vestimēta discī
deret: hoc est ephot: cū tunica dn̄i nec ab ipsis
qui eum crucifixere milit⁹ scidi poterit. Fi
gurabatur eni: q2 sacerdotiū iudeorū p scele-
ribus ipsorum pontificū esset scindendū. So
liditas vero ecclesie que vestis sui redempto
ris solet appellari nunq̄ꝫ valet disrumpi.
THEO. Et eo aūt sacerdotiuꝫ iudeorum
scindendū erat: qꝫ cōdēnauerunt xp̄m eē reū
mortis. vnde sequitur: Qui oēs cōdē. cum
esse reū mortis. HIERO. Cōdēnāt qdē
eū eē reū mortis vt reatu suo reatū nr̄uꝫ solue
ret. Seqtur: Et ceperūt quidā cōspuere eū.
vt. s. sputaminibus susceptis faciē anime no
stre lauaret: ꝛ velamine faciei sue velamē cor
dium nostrorū auferret: ꝛ colaphis quib⁹ i ca
put pcussus est: caput humani generis: quod
est adam: sanaret: ꝛ alapis qbus expalmatus
est: maxima laus eius nostris manib⁹ labijs
qꝫ plauderet: vt dicitur: O ēs gentes plaudi
te manibus. BEDA. Qđ vero dicunt ei:
Prophetiza: quis est qui te percussit: quasi i
cōtumeliam faciunt eius q se a populis pro-
phetam haberi voluit. AVGV. de con.
euan. Hoc autē intelligitur passus domin⁹
vsq̄ꝫ ad mane in domo principis sacerdotū:
quo prius adductus est.

¶ Et cū esset petrus in atrio deorsū:
venit vna ex ancillis summi sacerdotis
ꝛ cū vidisset petrum calefacientem se:
aspiciens illum ait: Et tu cum iesu na-
zareno eras. At ille negauit dicēs: Ne
q̄ꝫ scio neq̄ꝫ noui quid dicas: Et exijt
foras ante atriū: ꝛ gallus cātauit. Rur
sus autem cū vidisset illuꝫ ancilla cepit
dicere circūstantibus. quia hic ex illis
est. At ille iterum negauit. Et post pu
sillum rursus qui astabant dicebant pe
tro: Vere ex illis es: nā ꝛ galileus es.
Ille autem cepit anathematizare ꝛ iu-
rare: q2 nescio hominē istū quē dicitis.
Et statiꝫ gallus iterū cantauit: Et re
cordatus est petrus verbi qꝫ dixerat ei
iesus priusq̄ gallus cātet bis: ter me ne
gabis. Et cepit flere.

AVGV. De con. euan. De petri tētatio-
ne que iter predictas domini contumelias fa
cta est: non eodem ordine omnes euangeliste
narrant. Nā lucas explicat p̄us tētationem
petri: tum demum has dn̄i contumelias. Jo-
annes aūt incipit petri tētationem dicere: ꝛ in
terposuit quedā de cōtumelijs dn̄i. ꝛ adiūxit

q: inde missus est ad cayphã pontificem: ⁊ inde recapitulat vt explicet quã ceperat tẽtationem petri. Mattheus aũt ⁊ marcus prio cõmemorãt christi cõtumelias: deinde petri temptationem: de qua dr̃: Et cũ esset petrus i atrio seor. ve. vna ex ãcil. sum. sacerd. BEDA. Quid aũt sibi vult q̃ p̃ma cũ ꝓdit ancilla: cũ viri vtiq; eũ magis potuerint recognoscere: nisi vt ⁊ iste sexus peccasse i necẽ videretur dñi: ⁊ iste sexus redimeret̃ p̃ dñi passionem? Sequitur: At ille ne. di. Neq; scio neq; noui qd dicas. HIERO. Petrus sine spiritu voci ancille cessit: cum spũ nec principibꝰ nec regibus cedit. THEO. Hoc aũt eum pati dispensatiue pmisit dñs ne .s. extolleret se simulq; vt peccantibus misericors ostenderetur: tãq; ex seipso instructus humane ifirmitatis cuctum. Sequit̃. Et exi. fo. ante atri. et statim gal. cantauit. BEDA. De hoc galli cantu ceteri euangeliste tacent: non tñ factũ negant: sicut ⁊ multa alia alij silentio preterierunt que alij narrant. Sequitur: Rursus autem: cum vide. eum an. cepit dicere circum: qr hic. ex illis est. AVGV. de cõ. euã. Hec ancilla non eadem sed alia est: sicut dicit mattheus. Sane hoc quoq; itelligitur qr in secũda negatione a duobus cõpellatus est: ab ancilla. s. quã cõmemorãt mattheus ⁊ marcus: ⁊ ab alio quem cõmemorat lucas. Sequitur. At i'le iterum negauit. Jam petrus redierat vt quemadmodũ dicit ioannes: ad focũ stãs iterũ negaret. vnde ancilla dicebat qd̃ supradictum est: nõ illi. s. petro: sed his q illo exeunte ibi remãserãt: sic tñ vt ille audiret. vnde rediens ⁊ rursus ad ignem stãs resistebat negando verbis eorũ. Liquido .n. colligitur collatis de hac re omnibus euangelistarum testimonijs: nõ ante ianuam secundo petrum negasse: sed intus in atrio ad ignem: Mattheum autem ⁊ marcum qui cõmemorauerũ exisse eum foras: regressum eius breuitatis causa tacuisse. BEDA. In hac autem negatiõe petri discimus nõ soluz abnegari xp̃z: ab eo qui dicit eum nõ esse christum: sed ab illo etiam qui cum sit negat se esse christianũ. Dñs .n. ñ ait petro: Discipulũ meũ te negabis: sz me negabis. Negauit ergo xp̃z euz se negauit eiꝰ discipulum. Sequit̃: Et post pu. si. rur. qui asta. di. pe. vere ex illis es: nam ⁊ gali. es. Non q̃ alia lingua galilei q̃z hierosolymite loquerentur: q vtiq; fuerũt hebrei: sed q̃ vnaq̃q; ꝓuincia ⁊ regio suas hz ꝓprietates ac vernaculum loquendi sonum vitare non possunt. THEO. Igitur timore petrus pterritus ⁊ dñi-sermõe oblitus dicentis: Qui me confessus fuerit coraz hominibus: cõfitebor ⁊ ego eũ corã patre meo: dñm abnegauit. vnde sequit̃: Jlle aũt cepit anathe. ⁊ iura. qr nesci. ho. istum quem di. BEDA. Quã noxia sunt prauorum consilia: inter infideles hominem negauit se nosse: quem inter discipulos deum fuerat confessus. Solet autem scriptura sacra meritum causarũ per statum designare temporum. vnde Petrus q media nocte negauit: ad galli cantum penituit. vnde subditur: Et statim iterum gal. can. Et recorda. est petrus ver. qd̃ dixit ei iesus: priusq̃z gal. cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. THEO. Lachryme eni petrum christo per penitentiã adduxerunt. Cõfũdantur itaq; nouatiani qui dicunt q̃ qui post susceptionem baptismatis peccauerit: nõ suscipitur vt sibi delictum remittatur. Ecce .n. petrus q ⁊ christi corpus sumpsit ⁊ sanguinez: per penitentiam est susceptus. Etenim sanctorum defectus propter hoc scripti sunt vt ⁊ nos si per incautelam deciderimus: recursum habereimus per eorum exemplu; ⁊ speremꝰ per penitẽtiã subleuari. HIERO. Mystice autem prima ancilla titubatio ẽ: secunda consensio: tertius vir actus est. Hec trina negatio quã abluit per fletus verbi xp̃i recordatio. Tũc nobis gallus cantat: quãdo predicator q̃sq; per penitentiam corda nostra ad cõpunctionem excitat. Tunc incipimꝰ flere: quãdo ignimur intus per scintillam sciẽ: ⁊ foris erimus cum extra ejicimus quod intus fuimus.

Ca. XV.



T confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cũ senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso cõcilio vincientes iesum duxerunt. Et tradiderunt pilato ⁊ interrogauit eum pilatus: Tu es rex iudeorũ? At ille respondens: ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum inter

rogauit eum dicens. Non respondes quicq̄? Vide in quātis te accusant? Iesus autem nihil amplius respondit: ita vt miraretur pilatus.

BEDA. Habebant iudei hunc morem: vt quē adiudicassent morti: ligatum iudici traderent. vnde post cōdēnationem christi subiungit euangelista. Et confestim mane cōsi. facie. sum. sacer. cū senio. & scribis & vniuer. cōci. vinci. iesum duxe. & tradi. pi'ato. Attamen notādum q̄ nō nūc p̄mum ligauerūt cū: sed mox cōp̄rehensum nocte in orto vt ioannes declarat: ligauerunt. THEO. Tradiderunt itaq̄ iesum romanis. sed & ipsi a deo traditi fuerūt in manibus romanorū: vt adimplerentur scripture dicentes. Scdm̄ opera manuū eorum retribue illis. Sequitur: Et interr. eum pila. Tu es rex iudeorum? BEDA. Pilato nihil aliud criminis interrogante nisi vtrū rex iudeorum sit: arguuntur ip̄ietatis iudei: q̄ nec falso qdē inuenire potuerūt qd̄ obijcerēt saluatori. Seqꝰ: At ille rñdens ait illi: Tu dicis. Sic rñdet: vt verū diceret. & s̄mo eiꝰ calūnie n̄ pateret. THEO. Dubiam. n. responsionem emisit. nam: Tu dicis: potest sic intelligi: Tu dicis hoc: sed ego non dico. Et nota q̄ pilato q̄ inuitus fert sententiam aliqua i parte responderit: sacerdotibus aūt & principibus respondere noluerit: indignosq̄ sermone suo iudicauerit. Sequitur. Et accusauerūt eum sum. sacer. i multis. AVGV. de con. euā. Lucas etiā ista crimina q̄ falso obiecerūt aperuit: sic enī narrat: Ceperūt accusare eū dicentes: Hunc inuenimus subuertētē gētē n̄ram: & p̄hibentē tributa dari cesari: & dicētem se xp̄m regē eē. Seqꝰ: Pilatꝰ āt rursus iterrogabat eū dicēs Nō respōdes qcq̄? vides i q̄tis te accusāt? BEDA. Ethnicus qdem est q̄ cōdēnat iesum: sed cām refert i populū iudeoꝝ: Seqꝰ: Iesus aūt amplius nihil resp. ita vt mira. pilatus. Nihil quidem respōdere voluit ne crimen diluens dimitteretur a preside & crucis vtilitas differretur. THEO. Mirabatur aūt pilatus: q̄ cū legis doctor esset & eloquēs & potens responsione sua eorum accusatiōes infringere: non respondebat quicq̄ s̄ magis accusationes viriliter sustinebat.

¶ Per diem aūt festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quēcūq̄ petissent. Erat aūt qui dicebatur barrabas: qui cum seditiosis erat vinctus qui in seditione fecerat homicidiū. Et cū ascendisset turba: cepit rogare sicut semp̄ faciebat illis. Pilatus autem respondit eis & dixit: Vultis dimittā vobis regem iudeorum? Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices aūt concitauerunt turbam: vt magis barrabā dimitteret eis. Pilatus autem iterū respondens ait illis: Quid ergo vultis faciā regi iudeoꝝ? At illi iterū clamauerūt: Crucifige eū. Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: crucifige eum. Pilatꝰ aūt volens populo satisfacere: dimisit illis barrabam: & tradidit iesum flagellis cesū vt crucifigeretꝰ.

BEDA. Multas liberandi saluatorē pilatus occasiōes dedit: primo latronē iusto conferens. vn̄ dicitꝰ: Per diē aūt festū dimit. sole. il. vnum ex vinctis quēcūq̄ petissent. GLO. Qd̄ quidē solitꝰ erat facere vt grām populi captaret. & precipue in die festo qn̄ de tota p̄uincia iudeoꝝ populus hierosolymā cōfluebat. Et vt maior iudeoꝝ iprobitas appareat: describitur cōsequēter enormitas culpe latronis quē iudei christo pretulerunt. vn̄ sequitꝰ: Erat āt q̄ dicebatꝰ barrabas: q̄ cum seditiosis vin. erat: q̄ i sedi. fecerat homicidi. In quo ostenditur & ex grauitate culpe notabilis q̄ homicidiū fecerat: & ex modo faciēdi: q̄r cū per turbatione ciuitatis hoc fecerat: seditionem concitando; & etiā q̄r culpa eiꝰ manifesta erat: nā & cum seditiosis victus erat. Sequitur. Et cum ascen. tur. cepit ro. sicut se. facie. illis. AVGV. de cō. euā. Nulla qō ē q̄ matthēꝰ tacet ipsos petijsse vt aliq̄s eis dimitteretꝰ: qd̄ marcꝰ hic dic. Nihil. n. interest si alꝰ aliq̄d tacet: qd̄ alius cōmemorat. Seqtur: Pilatꝰ ḡ respon. eis dixit. Vul. dimit. vo. re. iude. Scie. enim q̄ per inuidi. tradi. eum sum. sacer. Queri potest que verba pilatus

dixerit: vtrum que a mattheo: an que a marco referuntur? Aliud. n. vr̃ esse: Quem vultis dimittam vobis: barraban: an iesum q dicitur xp̃s: vt matthe⁹ refert: aut. Vultis vobis dimittã regẽ iudeorũ vt hic dicit. Sed qr christos reges dicebant: ⁊ q dixit illũ an illũ: manifestũ est eum dixisse an vellent dimitti regem iudeorum. i. xp̃m. Nihil autez interest fnie q hic tacuit marcus de barraba hoc solũ volens dicere qd̕ ad dominũ ptinebat: quando quidẽ in eoꝝ responsione satis ⁊ ipse ostendit quem sibi dimitti voluerint. Nam sequitur: Ponti. autem concita. turbam vt magis barrabã dimitteret eis. BEDA. Heret iudeis vsqz hodie sua petitio: quã tanto labore impetrarunt: quia enim data sibi optione pro iesu latronem: pro saluatore interfectorez elegerunt: merito salutem perdiderunt ⁊ vitaz: ⁊ latrocinijs ac seditionibus se intantum subdiderunt vt patriam regnumqz suũ: qd̕ plus christo amauerunt: perdiderint: ⁊ libertatez: corpus ⁊ aiam nunqz reciperent. Deinde aliam occasionẽ dat pilatus liberandi saluatorẽ eũ sequit: Pila. aũt ite. rñ. ait il. Quid ergo vult. fac. regi iudeoruz? AVGV. de con. euan. Iam satis appet q id marcus velit ostẽdere: dicẽdo regẽ iudeoꝝ: qd̕ matthe⁹ dicendo christũ. Nõ. n. dicebant christi reges nisi iudeoꝝ. In hoc eni loco fm mattheũ dicitur. Quid igitur faciã d̕ iesu q dr̃ christus? Seqt̃ At illi clamabant: Crucifige eũ. THEOPHI. Vide aũt iudeorũ prauitatẽ: ⁊ pilati cõmensurationem: qualis ⁊ ipse dignus fit cõdẽnatione pro eo q populo nõ resistebat. Illi nãqz clamabant: Crucifige. hic tẽtat dimittere ab illo preiudicio eruere iesuz: ⁊ ideo tertius interrogat. vnde seqtur: Pila. autem dic. eis: Quid eniz ma. fecit? Occasionẽ nãqz ex hoc sumere volebat vt christũ solueret innocentẽ. BEDA. Iudei vero insanie sue satisfacientes: interrogationi psidis nõ respondẽt. vñ seqtur: At illi magis clamabãt: Crucifige eum. vt ĩpleret illud hieremie: Facta ẽ mihi hereditas mea: sicut leo in silua: dederũt sup me vocẽ suã. Seqt̃: Pila. autẽ vo. satis. po. dimi. il. bar. ⁊ tradi. iesum fla. ce. vt crucifigeret. THEOPHI. Volebat qdẽ satisfacere populo. i. eoꝝ facere voluntatẽ: ⁊ nõ qd̕ erat placitũ iusticie ⁊ deo. HIERO. Hic duo hirci assunt: vnus apopei⁹. i. emissarius cũ peccato populi i desertũ inferni absolutus dimitti: alter p peccatis absolutorũ vt agnus occiditur. pars dñi semper mactat: pars diaboli qui est magister eorum qd̕ sonat barrabas effrenata in tartaꝝ precipitat. BEDA. Iesus aũt flagellatus nõ ab alio q ab ipso pilato intelligendus est: Scribit nanqz ioannes. Apprehendit pilatus iesuz ⁊ flagellauit: qd̕ quidem ideo fecisse credendus est: vt satiati penis ac opprobrijs eius iudei mortem vltra sitire desisterent.

¶ Milites autem duxerunt eum in atrium pretorij ⁊ conuocant totam cohortem: ⁊ induunt eum purpura. Et imponunt ei plectentes spineam coronam: et ceperunt salutare euz: Aue rex iudeorum. Et percutiebant caput eius arundine: et conspuebant eum: et ponẽtes genua adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei exuerunt illum purpura ⁊ induerunt eum vestimẽtis suis.

THEOPHI. Militaris vana gloria se per inordinatis gaudens ⁊ opprobijs sibi ppria ostendebat. vnde dicitur: Mili. autẽ duxe. eũ in atri. preto. ⁊ conuo. to. cohor. i. totuz ordinẽ militie. Et indu. eum pur. sicut regẽ. BEDA. Quia enim rex iudeorum fuerat appellatus: ⁊ hoc ei scribe ⁊ sacerdotes crimẽ obiecerant: q sibi in populo israelitico vsurparet imperium: illudentes hoc faciũt: vt nudatum pristinis vestibus induant purpura: qua reges veteres vtebantur. AVGV. de con. euan. Intelligitur autem qd̕ matthe⁹ ait. Chlamydem coccineam circundederunt ei: hic marcum dixisse indutum purpura. p regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: ⁊ est rubra quedã purpura cocco simillima: potest enim fieri vt purpurã etiam marcus cõmemorauerit: quã chlamys habebat: quamuis esset coccinea. BEDA. Pro diademate autem ponunt ei coronam spineam. vnde sequitur: Et impo. ei plec. spi. coronam. Pro sceptro autez regali dant calamum vt mattheus scribit ⁊ adorant quasi regez. vnde sequitur. Et cepe. salu. eũ. Aue rex iudeorum. Et q milites eum quasi qui deum seipsum falso dixisset adorabant illudentes. pz ex hoc quod subditur: Et per-

cu.ca.eius aru. ꝛ cõspu.eũ. Et ponẽ. genua
ado.eũ: quasi falso se dixisset deum. HIE-
RO. Obprobria autem eius nostrum ab-
stulere obprobrium. Vincula eius nos libe-
ros fecerunt. Corona spinea capitis eius dia
dema regni adepti sum⁹. Vulnerib⁹ eius su
mus sanati. AVGV. de con. euan. Ap-
paret autem mattheum ꝛ marcum recapitulã
do ista posuisse: non quo tunc factum sit: cuz
eum pilatus iam crucifigendum tradidisset:
Joannes.n. apud pilatuz dicit hec gesta. hoc
autez quod sequitur. Et postq̃ȝ illuse.ei.exu.
eũ pur. ꝛ indu. cum vesti. suis. in fine factum
intelligitur: cum iam adduceretur ad crucifi-
gendum. HIERO. Mystice autem vesti
mentis suis nudatur iesus.i.iudeis. purpu-
ra induit.i. gentili ecclesia q̃ de scopulis col-
lecta est. Item ea exutus in fine scandalizan-
te: iudaica rursum induitur plebe. Cum enĩ
intrauerit plenitudo gentiũ: tunc omnis isra
el saluus erit. BEDA. Vel i purpura qua
indutus est dñs: ipsa eius caro quã passioni-
bus obiecit insinuatur: in corona vero quam
portabat spinea: nostrorum susceptio pecca-
torum. THEOPHI. Induamus ꝛ nos
purpuram stolam regalem: quia vt reges am
bulare debemus: calcantes super serpentes:
ꝛ scorpiones: ꝛ suppeditantes peccatũ. Chri
stiani nãque dicimur idest vncti: sicut ꝛ tunc
reges vncti dicebantur. Sumamus ꝛ coro-
nam spineam.i. festinemus coronari vita ar
ta: ꝛ abstinentijs ꝛ puritate. BEDA. Ca-
put autem christi percutiunt: qui eum verum
deum esse negant. Et quia per arundinem
scriptura solet confici: quasi arundine caput
christi feriunt: qui diuinitati illius contradicẽ
tes errorem suum confirmare auctoritate sa-
cre scripture conantur. Spuunt in faciez ei⁹
qui gratie peruentiam verbis execrandis re
spuunt. Sunt ꝛ hodie qui cum certa fide vt
deum verum adorant: sed peruersis actibus
verba eius quasi fabulosa despiciunt: ac pro
missa verbi illius tẽporalibus illecebris post
ponunt. Sicut autem cayphas nesciens dixit:
Q portet vnum hominem mori pro populo:
sic ꝛ milites nescientes faciunt.

¶ Et educunt illum vt crucifigerent
eum. Et angariauerunt pretereuntem
quempiam simonem cyreneum venien-
tem de villa: patrem alexandri ꝛ ruffi
vt tolleret crucem eius. Et perducunt
illum in golgatha locum: quod est inter
pretatum caluarie locus. Et dabant ei
bibere myrrathum vinum ꝛ non acce-
pit. Et crucifigentes eum: diuiserunt
vestimenta eius: mittentes sortez super
eis quis quid tolleret. Erat autem ho
ra tertia: ꝛ crucifixerunt eum. Et erat
titulus cause eius inscriptus rex iudeo-
rum. Et cuz eo crucifigunt duos latro-
nes vnum a dextris: ꝛ alium a sinistris
eius. Et impleta ẽ scriptura que dicit:
Et cum iniquis deputatus est.

GLO. Post cõdẽnationẽ xp̃i ꝛ contumelias
cõdẽnato illatas. ad crucifixionẽ ei⁹ narrãdaz
euãgelista accedit dicẽs: Et edu. illũ: vt cruci
fige. eũ. HIERO. Hic educit abel i agꝝ
a fratre vt perimat. Hic adest isaac cũ lignis
ꝛ abraã cũ ariete vepribꝰ herente. Hic ẽt io-
seph cũ fasce somniato ꝛ tunica talari sangui
ne lita. Hic adest moyses cũ virga ꝛ serpente
suspẽso in ligno. Hic est botrus i ligno por
tatus. Hic adest heliseus cũ ligno ad q̃rẽdã
securim q̃ in imo demersa est: ꝛ natauit ad li-
gnũ.i. genus humanũ qđ a ligno vetito in i-
fernũ ꝯcidit: p lignũ crucis xp̃i ꝛ p baptismũ
aque ad paradisum natauit. Hic adest ionas
de ligno sorti in mare vẽtrẽq; ceti triduo inu
sus. Seq̃t. Et angari. quẽpiam p̃te. simo. cy
re. veni. ꝺ villa pa. alex. ꝛ ruf. vt tol. cru. ei⁹
THEOPHI. Joãnes aũt ait q ipsemet
baiulabat sibi crucẽ. vtrũq;. n. fuit: nã ipse q
dẽ p baiulauit sibi crucẽ donec p̃terijt q̃dam
quẽ angariauerunt: ꝛ tũc ille portabat. Dixit
aũt quoꝝ filioꝝ erat p̃r: ad maiorẽ fidẽ ꝛ af-
firmatõnẽ: nã homo ille adhuc viuebat: q po
terat oĩa q̃ circa crucẽ fcã sũt enarrare. HIE
RO. Cũ aũt alij p merita patrũ suoꝝ com-
memorẽt: alij p merita filioꝝ suoꝝ. hic simõ
q crucẽ in angaria portat: meritis filioꝝ suo-
rũ q erãt discipuli cõmemorat. De hoc nos i
p̃iti vita admonemur parẽtes adiuuari. per
natoꝝ suoꝝ sanctitã vel merita: vt popul⁹ iu
daic⁹ pp p̃riarchaꝝ ꝛ p̃phetaꝝ ꝛ apostoloꝝ
merita semp cõmemorat. Simon aũt iste qui

portat crucē i angaria: ipse ē q laborat ꝓ lau
de humana. Cogūt. n. hoīes hunc laborare:
quē nō cogit timor ꝛ dilectio dei. BEDA.
Vel q: simō iste nō hierosolymita: ꝫ cyrene
us esse ꝑhibetᷣ. Cyrene. n. libye ciuitas ē: re/
cte ꝑ eū ppl'i gētiū designantur: q quondam
ꝑegrini ꝛ hospites testamētoꝝ: nūc obedien
do heredes sunt dei: coheredes aūt xp̄i. Vñ
apte simō obediens: cyrene heres interp̄taᷣ.
De villa autem venisse refertur. villa enim
grece pagus dicitur. vnde paganos appella
mus eos quos a ciuitate dei aliēos videm⁹.
De pago igiᷣ egrediēs simon crucem portat
post iesum: cū ppl's nationū paganis ritib⁹
derelictis: vestigia dñice: passionis obedien/
ter amplectiᷣ: Seqᷣ: Et pdu. eū i gol. lo. qd
ē interp. cal. loc⁹. Extra vrbē ꝛ foris portā:
loca sunt in qb⁹ truncanᷣ capita dānatoꝝ: ꝛ
caluarie. i. decollatoꝝ sumpsere nomē. Pro
pterea aūt ibi crucifixus est dñs: vt vbi prius
erat area dānatoꝝ ibi erigerenᷣ vexilla mar/
tyrij. HIERO. Tradūt aūt iudei ꝙ i hoc
montis loco imolat⁹ ē aries ꝓ isaac: ꝛ ibi de
caluatur christ⁹. i. a carne sua: carnali videli
cet iudea separatur. Sequitur: Et da. ei bib.
myr. vinū. AVGV. de con. euan. Hoc
intelligendum est mattheum dixisse eum fel/
le mixtum: fel quippe pro amaritudine posu
it: ꝛ myrrhatum vinum amarissimū est: q̄q̄
fieri possit: vt ꝛ fel ꝛ myrrha vinū amarissi/
mū redderent. THEOPHI. Vel ordi
natione quadam existente alij alia afferebant
quidam acetum ꝛ fel: quidam vinū myrrha
tum. HIERO. Vel myrrhatum vinum
hoc est acetū: per hoc succus letalis pomi ab
stergitur. BEDA. Amara vitis amarum
vinum fecit quo propinat dñm iesum vt im/
pleatur quod scriptum est: Dederunt in ci/
bum meum fel: ꝛ in siti mea potauerunt me
aceto. AVGV. de cō. euā. Qd āt subdiᷣ
Et non accepit. intelligitur non accepit vt bi
beret: gustauit āt vt mattheus testis ē: ꝛ sicut
idē matthe⁹ ait: Noluit bibere: hoc marc⁹ di
xit: Et non accepit tacuit autem ꝙ gustauit.
HIERO. Nō accepit ēt id ꝓ quo patiᷣ.
vñ d eo dr̄. Que nō rapui: tūc exsoluebā. Se
quiᷣ: Et crucifi. eum diuise. vesti. sua: mitte.
sortem super eis qd quis. tolleret. Hoc loco
figuraᷣ salus lignū. ꝑmū lignum scie boni ꝛ
mali fuit. sm̄ lignū boni tm̄ nobis ꝛ vite li/
gnū ē. Extēsio manus ꝑme ad lignū: morteꝫ
apꝑhēdit. Extēsio aūt scd̄e: vitā q̄ pierat inue/
nit. Ligno hoc vehimur ꝑ mare vndosū ad
terrā viuētiū. cruce. n. sua xp̄s cruciatum no
strū absoluit. ꝛ morte sua mortē nostrā neca/
uit. Cū forma serpētis serpētē necat q: serpē
te de virga scō alij absorbenᷣ serpētes Ipsa
aūt species crucis qd est nisi forma: quadrata
mūdi: Oriēs d vertice fulget Arctos dexte
rā tenꝫ. Auster leua ꝯsistit Occidēs. sub plā
tis firmaᷣ Vñ apl's: vt sciam⁹ q̄ sit altitudo
ꝛ latitudo: lōgitudo ꝛ ꝓfundū. Aues qñ vo
lant ad ethera formā crucis sumūt. hō natās
ꝑ aqs: forma crucis vehiᷣ. Nauis marina at
tēna cruci simulata suffláᷣ. Tau lr̄a: signū sa/
lutis ꝛ crucis describiᷣ. BEDA: Vel i trās
uerso: ligno crucis vbi figunᷣ man⁹ gaudiū
spei signaᷣ. Per man⁹ gaudiū spei signaᷣ.
Per man⁹. n. opa: ꝑ latitudinē hilaritatem
opātis intelligim⁹: q: tristicia facit angustias
ꝑ altitudinē cui caput adiūgiᷣ expectationem
retributōis de sublimi iusticia dei: ꝑ longitu
dinē q̄ totū corp⁹ extēdiᷣ tolerātiā: vñ longa/
nimes dicunᷣ ꝑ ꝓfundū qd terre ē isixū ipm
sacramētū secretū. Quādiu ergo hic agūt cor
pora nr̄a: vt dñstruaᷣ corp⁹ peccati: ips nobis
ē crucis. THEOPHI. ꝙ āt ponebāt sor
tē sup vestimēta ei⁹: ꝛ hoc hodie illudētes fe
cerūt q̄si regis vestimēta diuidēs: eteni vilia
erāt nō valde ꝑciosa. Hoc aūt ioānes euāge
lista pleni⁹ exponit. q: s. milites cetera i quat
tuor ꝑtes iuxta suū numeꝝ diuidētes de tuni
ca q̄ in ꝯsutilis erat desup cōtexta ꝑ totū sorte
miserūt. HIERO. Vestimēta aūt dñi ei⁹
mandata sunt quibus tegitur corpus eius
. i. ecclia. q̄ diuidūt iter se milites gētiū: vt sint
quattuor ordines cū vna fide. i. ꝯiugati ꝛ vi/
duati: ꝑpositi ꝛ separati. Sortiti sunt tunicaꝫ
idiuisam q̄ ē pax ꝛ vnitas. Seqᷣ: Erat autēꝫ
hora tertia ꝛ cruci. eū. Hoc vere ꝛ ꝓpe mar/
cus tulit: nā sexta hora tenebre suffuderūt ter
rā: vt nō q̄sq̄ potuisset mouere caput. AV
GV. de con. euan. Si hora quasi sexta pila
to sedēte ꝓ tribunali tradit⁹ ē iesus crucifigē
d⁹ iudeis vt ioānes refert: quō hora tertia cru
cifix⁹ ē: sicut v̄ba marci nō itelligētes qdam
putauerūt. Prī⁹ ergo qua hora crucifigi po/
tuerit videam⁹: deide videbim⁹ cur hora ter
tia crucifixū dixerit marc⁹: Hora erat q̄si se/
xta cū tradit⁹ ē crucifigēd⁹ a pilato sedēte pro

tribunali: vt dcm̄ ē. nō. n. iā plena sexta erat: sȝ q̄si sexta. i. pacta qnta ⁊ aliqd ēt de sexta cē cepat: vt pacta qnta: ⁊ ichoata sexta gererent hec q̄ narrata sunt i crucifixiōe dn̄i nostri do nec cōpleta sexta: illo pēdēte fierēt he q̄ dicūtur tenebre. Queram⁹ aūt iā cur dixerit marcus: Erat aūt hora ter. ⁊ cru. eū. Iam certe dixerat: Et crucifigētes eū: diui. vesti. ei⁹ sic ēt ceteri attestant: q̄ eo crucifixo vestimēta diuisa sunt. Si eni rei geste tp̄s voluit cōmemorare marc⁹ sufficeret dicere: Erat aūt hora tertia. vt qd adiunxit: Et crucifixerūt eū: nisi qr voluit aliqd recapitulādo significare qd q̄situ inueniret cū scriptura ipsa illis tpib⁹ legeret: qb⁹ vniuerse eccl'ie notū erat que hora dn̄s ligno suspēsus ē: vn̄ posset huiusmodi vel error tolli: vel mēdaciū refutari. Sȝ qr sciebat a militib⁹ suspēsum dn̄m: nō a iudeis sic ioānes apertissime dicit: occulte ostēdere voluit eos magis crucifixisse: qr clamauerūt vt crucifigeretur: q̄ȝ illos q ministeriū p̄ncipi suo fm̄ suū officiū p̄buerūt. Intelligit ergo fuisse hora tertia cū clamauerūt iudei vt dn̄s crucifigeretur ⁊ verissime demōstrat tūc eos crucifixisse: qn̄ clamauerūt. In conatib⁹ aūt pilati ad eripiendum dn̄m: ⁊ i tumultu iudeoꝝ ꝯdicētiū: cōsumptū tp̄s duaꝝ horaꝝ itelligim⁹: ⁊ circa horaȝ fuisse sextā: qua nondū terminata gesta sunt que ab eo tpe quo pilatus dominuȝ tradidit vsq̄ȝ ad tenebras factas narrantur. Facile aūt videbit qui sine impietatis duritie voluerit attēdere: q̄ opportuno loco marcus hoc de tertia hora posuerit: vbi. s. factum ministroꝝ multum commemoratum est. Ergo ne quisq̄ȝ cogitationem tanti criminis auersus a iudeis i milites illos cōuerteret. Erat inquit hora tertia: ⁊ cru. eum. vt illi eum potius crucifixisse inueniantur: quos hora tertia vt crucifigeretur clamare potuisse diligēs inq̄sitor inueniet: cū aduerterit hoc quod a militibus factum ē hora sexta factuȝ esse. AVGV. de quest. ve. ⁊ no. testamenti. Iudeorum ergo sententiam de crucifixione christi: tertia hora datam vult intelligi. Omnis enim qui morti addicitur: ex eo iam mortuus computatur quo sententiam excepit. Manifestauit ergo marcus: qr non iudicis sententia saluator crucifixus est. difficile est enim innocentem probare eum: q sententia iudicis punitur. AVGV. de cō. euan. Quanq̄ȝ nō desint: qui parasceue quā ioannes commemorat dicens: Erat autē parasceue hora quasi sexta: horam dici tertiā velint intelligi. dicunt. n. Dic quidem illo queȝ dies sabbati sequebatur parasceuē fuisse pasche iudeorum: q̄ ab eodem sabbato iam inciperet azima: sed tamen veruȝ pascha quod iam in passione domini celebratur non iudeorum: sed christianorum cepisse preparari. s. parasceuem habere ab ea hora noctis. ix. i eo q̄ dominus a iudeis occidendus preparabatur. Parasceuē quippe interpretatur preparatio. Ab illa ergo hora noctis vsq̄ȝ ad eius crucifixionem occurrit hora parasceuē sexta fm̄ ioannem: ⁊ hora dici tertia fm̄ marcum. Quis fidelis non huic faueat solutioni questionis: Si modo possit aliqs articulus ꝯijci vnde ab hora nona noctis cepisse parasceuē pasche nostre. i. preparationem mortis christi congruenter intelligamus. Si enim dicamus eam cepisse quando a iudeis apprehensus est dominus adhuc noctis partes prime erant: sed quando ad domum perductus est soceri cayphe. vbi ⁊ auditus est a principib⁹ adhuc gallus non cantauerat. Si autem quādo pilato traditus est: iam mane fuisse apertissime scriptum est. Restat ergo vt intelligamus tunc cepisse preparationeȝ mortis dn̄i: quando omnes principes sacerdotum dixerunt reus est mortis: Non eni absurde ꝯijcitur eo tempore nonam horam noctis esse potuisse: vt recapitulando intelligatur de petri negatione postea dictum esse quod antea fcm̄ erat. Sequitur: ⁊ erat ti. cau. eius iscrip. rex iudeorum. THEO. Scripserunt aūt hūc titulum. s. cām p̄p quā crucifix⁹ ē: q̄si vituperātes ei⁹ opinionē q regē seipsum faciebat: vt sic preterceūtes misereri nō valerēt sȝ magis ei iproperarēt tāq̄ȝ tyrāno. HIERO. Scripserūt aūt hoc trib⁹ linguis: Hebraice Malch⁹ iudeoꝝ: Grece basilios exomoloseon: Latine rex cōfessoꝝ. He tres lingue ad p̄ncipatū i crucis titulo ꝯsecrate sunt: vt ois lingua cōmemoraret p̄fidiā iudeorum. BEDA. Titul⁹ āt hic posit⁹ supra crucē illō ostēdit qr nec occidēdo potuerūt efficere vt eū regē nō haberent: q eis fm̄ sua opera redditurus est. Sequitur: Et cū eo cru. du. latro. vnū a dex. ⁊ vnuȝ a sin. eius. THEO. Vt. s. homines prauam opinioneȝ contra eū ꝯciperent: q̄ ⁊ ipse latro ⁊ maleficus eēt. hoc auteȝ

dispensatiue factū est ad implēdū scripturas. vnde sequit: Et impleta ē scrip. que dicit: Et cum iniquis reputatus est. HIERO. Cū iniqs veritas deputata vnū reliquit sinistr: alterū assumit dexterū: sicut in die iudicij faciet. ꝛ simili crimine tā dissimiles sortiunt vias: alter antecedit petruz in paradisum. alter iudam in infernū. Confessio breuis vitam acqsiuit longā: ꝛ blasphemia finita pena plectitur eterna. BEDA. Mystice aūt latrōes qui cum dño crucifixi sunt: significāt eos qui sub fide. ꝛ confessione christi: vel agonē martyrij vel quelibet artioris discipline instituta subeūt. Sed qui hoc pro eterna gloria gerūt: dextri latronis fide designant: q vero humane laudis intuitu sinistri latronis mētē imitātur ꝛ actus. THEO. Vel aliter: Indiciuz erāt duo latrones duorū populoꝝ. s. iudaici ꝛ gentilis: ambo nāqz iniq: gentilis quidem tāqz legē naturalē pretergrediēs: iudaic⁹ vero scriptā legē quā ei tradiderat dñs: sed gentilis penitēs: iudaicus vsqz in finē blasphemus: i quorū medio crucifigitur dñs: ipse. n. est lapis angularis nos cōiungens.

¶ Et pretereūtes blasphemabāt eū: mouentes capita sua ꝛ dicentes: Vah qui destruis templum dei: ꝛ in tribus diebus reedificas. Saluū fac temetipsum descendens de cruce. Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cū scribis dicebāt: Alios saluos fecit: seipsum non potest saluuz facere. Christus rex israel: descendat nunc de cruce: vt videam⁹ ꝛ credamus: Et qui cum eo crucifixi erant: cōuitiabātur ei. HIERO. Pallio inde ligato ad vitem et ei⁹ pallio in sāguine vue intincto: lacerāt hedi vineā blasphemātes christū: ꝛ mouētes capita sua. vnde dicitur: Et prete. blas. eū mo. ca. sua: ꝛ di. vah qui des. te. dei. THEO. Transeūtes. n. christū blasphemabāt: exprobrantes ei tāqz seductori. Diabolus aūt mouebat illos ad dicēdū q de cruce descēderet: quia. n. nouerat q salus fiebat p crucē: rursus igerebat se ad tētandū christū: vt si a cruce descēderet: certus fieret q nō est vere fili⁹ dei: ꝛ sic salus q̄ p crucē est destrueretur: sed ipse dei verus existens filius nō descēdit. Si enī descendere debuisset nō illuc a principio ascendisset: sed q videbat q per hūc modum salutem fieri oportebat: sustinuit crucifigi ꝛ multa alia pati: ꝛ perficere opus suū. Seqt. Silr ꝛ sūmi sacer. illu. ad alter. cū scri. dice. Alios saluos fec: seip. n̄ po. sal. facere. Hec dicebāt ei⁹ miracla abolētes q̄si ab eo fz apparētiā ppetrataz fuissent. opera nāqz miracula multos saluabat. BEDA. Sic ēt nolentes confitent q alios saluos fecit. Itaqz vos vestra cōdēnat sniā: q enim alios saluos fec: seipsū saluare poterat. Seqt: Christ⁹ rex isrl descēdat nūc d cruce: vt videam⁹ ꝛ credam⁹. HIERO. Et viderūt postea resurgentez de sepulchro: quē d crucis descēdere n̄ credebāt posse patibulo. Ubi ē o iudei ifidelitas vestra: vosipsos cōsulo: vosipsos iudiciū peto. Quāto mirabili⁹ ē mortuū posse resurgere: q̄z adhuc viuum de cruce velle descendere. Parua petistis: dū maiora ꝓuenerint: sed infidelitas vestra non potuit sanari signis multo fortiorib⁹ q̄z petistis. hic oēs declinauerūt simul inutiles facti sunt. vñ sequit. Et qui cū eo crucifi. erant: conuicia. ei. AUGU. de concor euan. Quomodo hoc verum est quādo qdem vnus eorum cōuiciat⁹ est fz luce testimonium: alter: ꝛ cōpescuit eum: ꝛ i deū credidit: nisi itelligam⁹ matheū ꝛ marcū breuiter pstringentes hunc locum: pluralem numerum pro singulari posuisse. THEO. Vel duo a pricipio ꝯuitiabāt ei: deinde vn⁹ cognoscens ipsum innocentem increpat alterum blasphemantem.

¶ Et facta hora sexta: tenebre facte sunt super totā terrā vsqz in horaz nonā. Et hora nona exclamauit iesus voce magna. dicens: Heloy: heloy: lama zabatani. Quod est interpretatū: Deus meus: deus meus: vtquid dereliquisti me? Et quidā de circūstantibus audientes dicebant: Ecce heliam vocat. Currens autem vnus ꝛ implens spongiā aceto circūponēsqz calamo potum dabat ei dicens: Sinite: videamus si venit helias ad deponendum euz. Jesus aūt emissa voce magna: expirauit.

BEDA. Clarissimū lumē mundo retraxit radios suos: ne aut pēdentem viderent dominum: aut impii blasphemātes sua luce fruerentur. vnde dicitur. Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terram vsq; in horā nonam. AVGV. de concor. euange. Addidit aūt lucas. Vnde facte sunt tenebre. i. solem obscuratum. THEO. Si autem tempus eclypsis fuisset posset quis dicere q̄ naturalis fuisset hec passio: sed tunc. xiiii. erat luna: cuz naturalis eclypsis fieri nō posset. Sequitur: Et hora nona exclamauit iesus voce magna dicens Heloy: heloy. HIERO. Nona hora inuenitur euersa domo: decima dragma que perierat. BEDA. Nam z adā peccante scriptum ē q̄ audiuerit vocem domini dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem; z qua hora primus adam peccando mortem huic mundo inuexit: eadē hora secundus adam mortem moriendo destruxit. Et notādum q̄ recedente a centro mundi sole crucifixus est dominus: oriente autē sole: resurrectionis sue mysteria celebrauit: quia mortuus est propter peccata nostra: z resurrexit propter iustificatiōem nostram. Nec miteris verborum humilitatem: querimonias derelicti: cum formam serui sciens scandalū crucis videas. Sicut enim esurire z sitire et fatigari non erant propria deitatis: sed corporales passiones: ita quod dicitur: Ut qd dereliquisti me: corporalis vocis erat propriū: quia solet sm naturam corpus nullatenus velle a sibi coniuncta vita fraudari. Licet. n. ipse saluator dicebat hoc: sed proprie ostendebat corporis fragilitatem. vt homo ergo loquitur in eos circūferens motus q̄ in periculis positi a domino deseri nos putamus. THEO. Uel hoc loquitur homo crucifix⁹ deo ꝓ me. nos enim homines sumus derelicti: ipse nūq̄ a patre derelict⁹ fuit. Audi. n. quid dicit: Non sum solus sed quia pater mecū est. Et/ etiam hoc pro iudeis dixerit: quasi z ipse sz carnem iudeus existens: ac si diceret: Ut qd hebraicum populū dereliquisti: vt tuū crucifigerent filiū: Sicut enim aliquando consueuim⁹ dicere: Deus induit me. i. meā naturam. s. humanam: sic z hic: dereliquisti me: oportet intelligere humanam naturam vel iudaicum populum. Sequitur. Et quidam de cir. au. di. Ecce heliam vocat. BEDA. Sed quos arbitror milites fuisse romanos: non intelligentes sermonis hebraici proprietatem: sz ex eo q̄ dixit heloy putantes ab eo heliā vocatū. Si aūt iudeos qui hoc dixerūt intelligere volueris: hoc faciunt vt eum imbecillitatis infamēt: q̄ helie auxiliū deprecetur. Sequitur: Currens autē vnus z im. spon. ace. Quam ob causā dn̄o aceti sit potus datū ioānes plenius ostendit dicens: q̄ iesus vt cōsummaretur scriptura dixit: Sitio. Illi autem spongiā plenā aceto obtulerit ori ei⁹. HIERO. Inuenit autem hic iudeorū similitudinē. spongiam. s. cannam infirmam aridam: ignib⁹ aptā implet aceto: hoc est malicia z dolo. AVGV. de con. euan. De helia vero non ipm qui obtulit spongiam cum aceto: sed ceteros dixisse mattheus narrauit. vnde intelligimus z illum: z ceteros hoc dixisse. HIERO. Infirmata aūt carne vox inualuit diuina q̄ dicit. Aprite mihi portas iusticie. vnde sequit: Jesus autem emis. vo. mag. expirauit. Cum ima voce siue sine voce nos morimur: qui de terra sumus. Ille voce cum exaltata voce expirauit qui de celo descendit. THEO. Et qui morti dominatur z precipit: sicut domin⁹ potestatiue expirat. Qualis autē h vox fuerit lucas declarat. Pater iquit: in manus tuas cōmendo spūm meum. Etenim christ⁹ ex tunc per hoc nobis voluit declarare: q̄ sācto rum anime in manus dei ascendunt. Nā prius ab inferis omnium anime tenebātur donec venit q predicauit captiuis remissionem.

¶ Et velū templi scissum ē in duo: a summo vsq; deorsum. Uidens autē centurio qui ex aduerso stabat: q: sic clamans expirasset: ait: Uere hic homo filius dei erat. Erant autem z mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene z maria iacobi minoris z ioseph mater: z salome. Et cum esset in galilea sequebantur eum: et ministrabāt ei: et alie multe que simul cū eo ascēderant hierosolymam.

GLO. Postq̄ narrauit euangelista passionem z mortem christi: nunc prosequitur de his que post mortem domini contigerunt. vñ dicitur: Et velum tē. scis. est in duo a sū. vsq; de. HIERO. Uelū tēpli scindit. i. celum

aperit̃. THEO. Scissum est etiaʒ velū innuente deo: ꝙ spūssancti gratia a templo recedit ⁊ scinditur vt sancta sanctorum ab oībus videnda essent: ⁊ ꝙ templum lugebit in iudeis cum calamitates deplorabunt ⁊ vestimenta scindent. Hoc ēt ⁊ templum animatū .s. corpus christi ostendit: in cuius passione vestimentum eius laceratum est. s. caro. ⁊ aliud etiam significat. Caro nāqʒ velū est nostri tēpli. s. mentis nostre. Virtus autē carnis scissa ē in christi passionibus a summo vsqʒ deorsum. s. ab adā vsqʒ ad vltimos hoīes. Nā ⁊ adam effectus est sanus per passionem christi ⁊ eius caro non manet sub maledicto neqʒ digna est corruptione: sed omnes icorruptione honorati sumus: Videns autez centurio. Centurio dicitur centum militum princeps. Videns autem ꝙ ita potestatiue: ⁊ dominabiliter expirasset: miratus est ⁊ confessus est. BEDA. Manifesta autem causa miraculi centurionis exponitur: ꝙ videns dominum sic expirasse. i. spūʒ emisisse dixerit: Vere homo hic filius dei erat. Nullus enim habet potestatem mittendi spūm nisi qui animaruʒ cōditor est. AVGV. iiij. de trini. Et hoc maxime miratus est ꝙ post illam vocem in qua figuram peccati nostri edidit continuo tradidit spiritum. demonstrauit enim spiritus mediatoris ꝙ nulla pena peccati vsqʒ ad morteʒ carnis eius accesserit: qr nō eū deseruit inuitus: sed quomodo voluit: quippe: dei verbo ad vnitatē ꝑsone cōiūctus. HIERO. Nouissimi autem nūc ꝑmi efficiuntur. Gentilis cōfitetur populus. Judea cecata negat ne fiat eis error peior priore. THEO. Et sic ordo conuertit̃ dū iudei occidunt: ⁊ gētilis confitet̃: ⁊ discipuli fugiūt ⁊ mulieres expectāt: Sequitur. n. Erant aūt ⁊ mulie. de longe aspici. īter quas erat ma. magda. ⁊ ma. ia. mi. ⁊ ioseph mater ⁊ salome. Salome dicta ē mater filiorū zebedei. ORIGE. Opinat᷒ autem sū hoc vidēs apud mattheū ⁊ marcū hic tres precipuas mulieres nominatas: ⁊ duas quidem vterqʒ euāgelista exponit: Mariam magda. ⁊ mariā ia. Tertia autē a mattheo dicitur mater filiorū zebedei: a Marco autē tertia illa salome appellat̃. BEDA. Jacobum autem minorē dicit iacobum alphei: qr ⁊ frater dn̄i dicebat̃: eo ꝙ cēt filius marie matertere dn̄i: cuius meminit ioānes dicens. Stabant iuxta cruceʒ iesu mater eius: ⁊ soror matris ei᷒ maria cleophe: ⁊ maria magda. Mariam autem cleophe videtur eā dicere a patre siue cognatione. Vocabatur autem minor iacobus ad distinctionem maioris iacobi: videlicet filij zebedei: q inter primos apostolos vocatus est a domino. Consuetudinis autez iudaice fuit: nec iducebatur in culpam more gētis antique: vt mulieres de sua substātia victum atqʒ vestitū preceptoribus ministrarēt. vnde sequit̃: Et cum esset in galilea seque. eū ⁊ mi. ei. Ministrabāt dn̄o qdē de substantia sua: vt meteret caruʒ carnalia cuius ille metebāt spiritalia: ⁊ vt typū ostēderet magistrorū: ꝙ victu atqʒ vestitu ex discipulis deberent eē cōtenti. Sed videamus q̄les comites habuerint. Sequitur. n. Et alie multe q̄ simul cum eo ascē. hierosolymam. HIERO. Sicut nō excluditur muliebris sexus a salute ꝑ mariam virginē: ita nō repellit̃ a mysterij crucis scīa ⁊ resurrectionis ꝑ viduā: Magdalenaʒ: Mariaʒ ⁊ ceteras matres.

¶ Et iam cum sero esset factuʒ: quia erat parasceue: quod est ante sabbatū: venit ioseph abarimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatū: et petijt corpus iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito cēturione: interrogauit eum: si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a cēturione dōauit corp᷒ ioseph. Joseph āt mercatus syndoneʒ: deponens euʒ īuoluit in syndone: et posuit eum i monumēto quod erat excisum in petra: et aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

GLO. Post passionē ⁊ mortē christi euāgelista sepulturam eius enarrat dicens: Et iā cū sero esset fac. qr erat para. qđ ē aū sabbat. ve. io. ab ar. BEDA. Parasceue grece: latine preparatio dicitur: quo nomine iudei q inter grecos morabantur sextā sabbati appellabant: eo ꝙ in illo ea q̄ requi sabbati necessaria cēnt: preparare solerēt. Quia ergo sexta die homo factus est: septima aūt die conditor ab omni opere suo requieuit: recte saluator sexta die crucifixus humane restaurationis im

pleuit archanū. Sabbato aūt in sepulchro qescens: resurrectionis q̄ octaua die vētura erat expectabat euentum. Sic ꝛ nos in hac quidē seculi etate mūdo necessarie est crucifigi: in septima vero die. i. cū mortis qs debitū soluit: corpora qdem in tumulis: aīas aūt secreta in pace cum dn̄o post bona opera opꝫ qescere. donec octaua etate etiam corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorruptionem accipiant. Talē autem eē decebat q corpus dn̄i sepeliret: q etiā per iusticiā meritorū tali ministerio dignus eēt: ꝛ per nobilitatem potentie secularis facultatem posset obtinere ministrandi. ꝛ ideo dr̄ ꝙ erat nobilis decurio expectans regnū dei. Decurio vocat̄ ꝙ sit de ordine curie ꝛ officiū curie administraret: qui etiā curialis a procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathia āt ipsa ē ramathaim ciuitas helchane ꝛ samuelis. HIERO. Que īterpretat̄ deponēs: de qua fuit ioseph qui venit ad deponēdū corpus christi de cruce. Seqt̄: Et auda. itro. ad pi. ꝛ pe. cor. iesu. THEO. Audet ausū laudabilē. nō. n. excogitauit: a diuitiis decidā: ꝛ expellar a iudeis si corp⁹ petā ei⁹ q ē blasphem⁹ ꝯdēna⁹. Seqt̄. Pilat⁹ āt mira. si iā obiisset. Putabat. n. ꝙ diu viueret i cruce: sicͨ ꝛ latrōes i patibulo viuebāt diu. Seqt̄. Et acce. cē. iter. cū si iā mortu⁹ eēt. s. añ horā q̄ ceteri mori ꝯsueuerūt. Seqt̄: Et cū cog. a cē. s. ꝙ mortu⁹ eēt dōauit corpus ioseph. BEDA. Nō āt qlibet ignotus aut mediocris ad p̄sidē accedere ꝛ crucifixi corpus poterat īpetrare. Seqt̄: Joseph āt mer. syn. ꝛ depo. cū inuol. ī syn. THEO. Preciosū corp⁹ p̄ciose sepeliēs. cū. n. eēt discipl'us dn̄i sciebat q̄liter corp⁹ dn̄i honorari deberet. BEDA. Possumus aūt s̄m intelligētiam spiritalem hoc sentire: ꝙ corpus dn̄i non auro nō gēmis ꝛ serico sed linteamine puro obuoluēdū sit: hinc ecclesie mos obtinuit: vt sacrificium altaris nō in serico neqꝫ in panno tīcto sed in lino terreno celebret̄: sicut corpus est dn̄i ī syndone mūda sepultum: iuxta qd̄ in gestis pontificalibus a. b. siluestro legimus esse statutū: q̄q̄ꝫ ꝛ hoc significet ꝙ ille ī syndone mūda īuoluit iesum q pura eum mente susceperit. Sequitur. Et po. cū ī mo. qd̄ erat exci. ī pe. ꝛ aduol. la. ad osti. mo. Dicit̄ ꝙ monumentum dn̄i domus rotūda fuit. de subiacente rupe excisa: tāte altitudinis vt homo recius ex̄tās vix extēta manu culmē posset attingere: ꝛ habet ītroitū ab oriēte. cui lapis magnus īuolutus atqꝫ īpositus est. in eius parte aquilonari ipsum sepulchrū. i. locus dn̄ici corporis de eadē petra factū est: septē habēs pedes longitudinis: trium palmorū mensura a pauimento altius eminēs. q. s. locus nō desuper: sed a latere meridiano p̄ totū patet: vnde corpus inserebatur. Color autē monumēti ꝛ loculi albo ꝛ rubeo dicit̄ eē permixt⁹. HIERO. Sepultura āt xp̄i resurgimus: descēsione ei⁹ ad īferos nos ascēdimus ad celos. hic inuenitur mel in ore leonis mortui. THEO. Imitemur autem ꝛ nos ioseph: recipientes xp̄i corpus p̄ vnitatē: ꝛ ponam⁹ illud in monumento exciso de petra. i. in aīa memorāte ꝛ nō obliuiscēte deū. illa. n. aīa ex petra excisa. i. ex christo q est petra q ꝯtinet firmitatē. Inuoluere etiā debem⁹ ipm ī syndōe idest ī corpore puro suscipere. Syndon nāqꝫ ē corpus qd̄ ē aīe indumētū: Decet. n. nō solum pura aīa corpus christi suscipere: sed in corpore puro. Inuoluere aūt oportet: sed nō aperire: nā secretū clausū est ꝛ occultū. Seqt̄: Maria aūt magda. ꝛ Maria ioseph aspiciebāt vbi poneret̄. BEDA. In luca legim⁹ ꝙ stabāt noti ei⁹ a lōge ꝛ mulieres q̄ secute erāt eū. His ergo notis iesu p⁹ depositū ei⁹ corp⁹ ad sua remeātib⁹ sole mlieres q̄ arti⁹ amabāt fun⁹ s̄bsecute q̄ño poneret̄ respicere curabāt: vt ei tp̄e ꝯgruo mun⁹ possēt deuotōis offerre. Die aūt parasceues sc̄ē mulieres. i. aīe humiles idē faciūt: cum amore saluatoris feruētes passiōis ei⁹ vestigiis ī h̄ seculo q̄ p̄parāda est reges futura: diligēter obsequūt̄: ꝛ si forte valeāt imitari pia curiositate: quo ordine sit eius passio cōpleta perpēdūt. HIERO. Hec etiā cōgruūt ad populum iudaicū in fine credentem: qui nobilitatur fide vt abrae sit filius deponit desperationem: expectat regnuꝫ dei. Intrat ad christianos vt baptizetur: quod significat nomen pilati. i. malleatoris. qui domat ferreas gentes: vt regat eas in virga ferrea: ꝛ petit sacrificium quod donatur penitētibus in fine viaticum: ꝛ corde mundo ꝛ peccatis mortuo inuoluit munimine fidei stabilitum operculo spei per opera charitatis concludit. Finis. n. precepti est charitas: aspicientib⁹ a longe electis q sūt stelle maris: qm̄ si fieri pōtest scādalizabūtur etiam electi.

¶ Feria .iiij. luce .xxij. xxiij. ca. passio.



Appropinquabat aũt dies festus azimorum qui dicit pascha: et querebãt principes sacerdotuȝ et scribe quomodo iesum interficerent: timebant vero plebem.

CHRY. Umbra nostrorum fuerũt festa iudaica: ⁊ ideo si q̃ fueris a iudeo de pascha ⁊ azimis: nil magni proferet commemorans liberationem ab egypto. Siquis autem a me q̃sierit: non audiet egyptũ nec pharaonẽ: sȝ absolutionem erroris ⁊ tenebrarum diaboli: nõ per moysen sed per filium dei. GLO. Ad cuius passionem enarrandam accedens euãgelista premittit de figura dicens. Appropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. BEDA. Pascha quidem hebraice dicitur phase. non a passione: sed a trãsitu nominatur: eo ꝙ exterminator vidẽs sanguinẽ in foribus israelitaꝝ ptransierit: nec ꝑcusserit primogenita eorum. Uel ipse dominus prebens auxilium populo suo desuper ambulauit. Hoc autẽ inter pascha ⁊ azima distat: ꝙ pascha ipse solus dies appellatur: ĩ quo agnus occidebatur ad vesperã: hoc est. xiiij. luna primi mensis. xv. autem luna quãdo egressus est de egypto succedebat festiuitas azimorũ septẽ diebus vsqȝ ad vigesimaȝ primam diem eiusdem mensis: vnde euãgelij scriptura indifferenter vnum pro alio ponere solet: vnde hic dicitur dies azimorũ q dicitur pascha. Significatur autem per mysteriũ ꝙ christus semel ꝓ nobis passus: per totum tempus huius seculi quod septem dieb9 agitur in azimis synceritatis ⁊ veritatis precepit esse viuendum. CHRY. Principes autem sacerdotum nefarias res tractant in festo. vnde sequitur: Et quere. princi. sacer. ⁊ scri. quomodo ie. interficerent: Moyses quidem vnum precepit esse principem sacerdotum ⁊ illo defuncto creari alium. Tunc vero cuȝ inciperent iudaici rit9 dissolui: multi erãt principes sacerdotum annuatim creati. Hi ergo volentes iesum occidere non metuũt diuina: ne. s. et tempore sacro maius incurrãt peccati contagium: sed vbiqȝ timent humana. vnde sequitur. Time. ve. plebem. BEDA. Non quidem seditionem metuẽtes: sȝ cauentes ne auxilio populi de suis manibus tolleretur. Hec autem ante biduuȝ pasce cõgregatis eis in atrio cayphe matheus acta attestatur.

¶ Intrauit aũt sathanas in iudam q cognominabatur scharioth: vnum de duodecim: et abijt et locutus est cuȝ principibus sacerdotum et magistratibus quẽadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatem: vt traderet illũ sine turbis.

THEO. Quia dictum est ꝙ principes sacerdotum querebant modum quo interficientes iesum nullum incurrerent periculum: cõsequẽter modus q eis occurrit narraẽ cũ dicitur: Intrauit autem sathanas in iudam. TYTUS. In iudam sathanas intrauit: nõ impellens: sed patulum inueniens hostiũ. nam oblitus omnium que viderat ad solam auariciam dirigebat intuitum. CHRY. Ponit autem eius cognomen subdens. Qui cognominabatur scharioth. Erat enim alius iudas. TYTUS. Subdit autem: Unus de duodecim. Nã numerum adimplebat: non autem vere fungebatur apostolica dignitate. CHRY. Uel hoc addit euangelista velut absonum quidem: ac si diceret erat de primo choro diligentius electorum. BEDA. Nõ est autem huic contrarium quod ioannes dicit: Post buccellam intrasse in eum sathanã: quia nunc intrauit: vt quasi alienuȝ tentaret. tunc autem quasi proprium ad quecũqȝ vellet agenda attraheret. CHRY. Attende autẽ magnam iude nequiciam: tum quia per se ꝓficiscitur: tũ quia pro precio hoc facit. Sequiẽ enim: Et abijt ⁊ locutus est cum principib9 sacerdotum ⁊ magistratibus quẽadmodũ illum traderet eis. Et gauisi sũt. THEO. Magistratus hic appellãtur prepositi cõstructionum templi: vel etiam illi quos Romani populo prefecerant: ne prouenirent in tumultus: erant. n. seditiosi. CHRY. Propter auariciam autem iudas factus est talis. Sequitur eñi: Et pacti sũt pecuniã illi dare.

DA. Sepulto enim domino q̄zdiu licebat
operari. i. vſqꝫ ad ſolis occaſum vnguentis
pꝛeparandis erant occupate. Mandatuꝫ aūt
erat: vt ſabbati ſilentium. i. quies a veſpera
vſqꝫ ad veſperam ſeruaretꝰ. Sequitur. n. Et
ſabbato quidem ſiluerunt ſm mādatū. AM
BRO. Myſtice aūt iuſtus chꝛiſti coꝛpus
ſepelit. Talis eſt. n. chꝛiſti ſepultura q̄ frau/
dem iniquitatē qꝫ non habeat. Merito auteꝫ
mattheus hunc diuitē dixit. ſuſcipiēdo. n. di/
uitem neſciuit fidei paupertatem. iuſtus coꝛ/
pus chꝛiſti operit ſyndone. veſti ꝛ tu domini
coꝛpus gloꝛia ſua: vt ꝛ ipſe ſis iuſt⁹: ꝛ ſi moꝛ
tuum credis: operi tamen diuinitatis plenitu
dine ſue: ſed ꝛ veſtitur eccleſia innocētie gra
tia. BEDA. Ille etiam in ſyndone munda
inuoluit ieſum qui pura mente eum ſuſcepe/
rit. AMBRO. Nec ocioſe alius euange/
liſta monumentum nouum dixit: alius mo/
numentum ioſeph. ꝛ enim tumulus his pa/
ratur qui ſub lege ſunt moꝛtis. victoꝛ moꝛtis
tumulum ſuum non habet. Que enim com/
municatio tumulo ꝛ deo? ſolus enim tumu/
lo includitur: q2 moꝛs chꝛiſti ꝛ ſi ſit cōis ſm
naturā: ſpālis eſt ſm virtutem. Bene auteꝫ
xp̄s in monumento conditur iuſti: vt iuſtitie
habitatione requieſcat. monumentum enim
hoc in duritie gentilis petra iuſtus excidit pe
netrali verbi vt pretēderet in nationibus vir
tus chꝛiſti: cui pulcherrime amotus eſt lapis.
Quicunqꝫ in ſe bene humauerit chꝛiſtum: di
ligenter cuſtodiat ne eum perdat: ne ve perfi
die ſit ingreſſus. BEDA. Qꝺ autem do/
minus ſexta die crucifigitur: ſeptima i ſepul/
chꝛo quieſcit: ſignificat qꝫ in ſexta mundi eta/
te nos pꝛo domino pati: ꝛ velut mundo cru/
cifigi neceſſe eſt. in ſeptima vero ideſt p⁹ moꝛ
tem coꝛpoꝛa quidem in tumulis: anime vero
cum domino requieſcunt: vſqꝫ huc ꝛ mulie/
res ſancte. i. anime humiles dilectione ferue̅
tes paſſioni chꝛiſti diligenter obſequuntur. ꝛ
ſi foꝛte valeāt imitari: ſedula curioſitate quo
oꝛdine ſit eadem paſſio completa perpendūt
qua lecta: audita: recoꝛdata: moꝛ ad paranda
ſe opera virtutum quibus chꝛiſtus delectetur
conuertunt: vt futura pꝛeſentis vite paraſce/
ue ꝛ requie beata: tempoꝛe reſurrectionis oc
currere chꝛiſto valeant cum aromatibus ſpiri
talium actionum.

¶ Feria. v. in cena domini. Joannis
.xiij. cap.



Ante diem feſtuꝫ paſce ſci
ens ieſus quia venit hoꝛa
eius vt trāſeat ex hoc mū
do ad patrem: cum dile/
xiſſet ſuos qui erāt in mū
do in finem dilexit eos. Et cena facta
cum diabolus iaꝫ miſiſſet in coꝛ vt tra
deret euꝫ iudas ſimonis ſcariothis: ſci
ens quia omnia dedit ei pater in ma/
nus: ꝛ quia a deo exiuit ꝛ ad deum va/
dit: ſurgit a cena ꝛ ponit veſtimēta ſua:
ꝛ cum accepiſſet linthеum pꝛecinxit ſe.
Deinde miſit aquam in peluiꝫ ꝛ cepit
lauare pedes diſcipuloꝛuꝫ: ꝛ extergere
lintheo quo erat pꝛecinctus.
THEO. Q2 dñs trāſmigraturus erat de
pn̄ti ſeculo: explicat qualē erga ſuos amicitiā
gereret. vn̄ dr̄. Ante di. fe. paſ. ſci. ie. q2 ve.
ho. ei⁹ vt trā. ex hoc mūdo ad pa. cū dilex. ſu.
q erāt i mū. i fi. di. eos. BEDA. Pluriās
ſiqdē feſtiuitates iudei hēbāt: ſꝫ apud eos in
ſignioꝛ atqꝫ celebrioꝛ erat paſce feſtiuitas: pp
qꝺ ſignāter dicit: Añ diē feſtū paſce. AV/
GV. Paſca nō ſicut qdā exiſtimāt grecuꝫ
nomē ē: ſꝫ hebreū. oppoꝛtuniſſime tn̄ occurrit
i hoc noīe q̄dā cōgruētia vtrarūqꝫ linguarū:
q2. n. pati grece paſchin dr̄: ideo paſca paſſio
putata ē: vel hoc nomē a paſſiōe ſit appellatū
in ſua vero lingua hoc ē i hebrea paſca trāſi/
tus dr̄: ꝓpterea q2 tunc pͥmū paſca celebrauit
ppl̄s dei qn̄ ex egypto fugiētes: rubrū mar̄
trāſierūt. nūc ergo figura illa ꝓphetica in ve
ritate cōpleta ē: cū ſicut ouis ad imolādū du/
citur chꝛiſtus: cuius ſanguine illinitis poſti/
bus noſtris. i. cui⁹ ſigno crucis ſignatis frō
tibus noſtris a perditione huius ſeculi: tanqꝫ

a captiuitate egyptiaca liberamur: et agimus saluberrimum transitum: cuz de diabolo trãsimus ad christum et ab isto istabili seculo: ad eius fundatissimum regnum. Hoc itaqz nomen. i. pasca velut interpretans nobis euangelista dicit: Sciens quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Ecce pasca. ecce transitus. CHRY. Non soluz autem tunc sciens sed olim. Transitum autem eius mortem vocat. Relicturus autem discipulos maiorem eis demonstrauit amorem: et hoc est quod dicit: Cum dilexisset suos q erãt in mundo in finem dilexit eos. hoc est nihil ꝺ reliquit eorum que euz qui valde amat decẽs est facere: non autem a principio hoc fecit: sz maiora postea adiecit: vt eorum augeat familiaritatem: et multam eis prepararet consolationem: ad ea que superuentura erant: suos autem eos vocat sm familiaritatis rationem: qꝛ et alios suos dicit sm conditionis rationem. vt cuz dicitur. Sui eũ non receperunt. addit autem: qui erant in mundo. qꝛ sui erant etiam ꝺfuncti vt abraam isaac et iacob. sed in mundo non erant. Hos ergo suos qui erant in mũdo mansit amans continue: et tandem perfectam amicitiam circa eos ostendit. et hoc est. In finem dilexit eos. AVGV. Vel aliter In finem dilexit eos: vt et ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent. quid est enim In finem. nisi in christum? Finis enim legis christus ad iusticiam omni credenti: finis perficiens non interficiens. Video autẽ posse ista verba quodam humano modo etiam sic accipi tanqz vsqz ad mortem christus dilexerit suos. Sed absit vt dilectionem morte finierit: qui non est morte finitus nisi forte sit ita intelligendum: Vsqz ad mortem dilexit eos. i. vsqz ad mortem illum dilectio ipsa perduxit. Sequitur: Et cena facta. i. iam perfecta: et ad conuiuantium mensam vsumqz ꝑducta. Non. n. ita debemus intelligere cenã factam: veluti iam consumptam atqz transactam: adhuc. n. cenabatur cum surrexit et pedes lauit discipulis: naz postea recubuit et buccellam traditori dedit. qꝫ autem ait: Cum iam diabolus misisset in cor vt traderet euz iudas simonis scariothis: missio ista spiritualis suggestio est: et non fit per aurem: sed per cogitationem: diabolice. n. suggestiones immittuntur: et humanis cogitatõnibus immiscentur.

Factuz ergo iam fuerat in corde iude per immissionem diabolicaz: vt traderet discipulus magistrum. CHRY. Hoc autez quasi stupens interseruit euangelista: qm̃ eum qui iaz prodere statuerat dominus lauit: ostendit etiam proditoris multam nequitiam: qm̃ neqz salus eum communicatio detinuit: quod maxime consueuit nequam detinere. AVGV. Locuturus autez euangelista de tanta domini humilitate prius eius celsitudinem voluit commendare: ad qꝺ pertinet quod dicit: Sciens quia omnia dedit ei pater in manus: et ergo ꝫ ipsum traditorez. GREGO. xvi. morali. Sciebat enim qꝫ in manu sua ipsos etiã persecutores acceperat: vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret: quicquid eorum contra se malicia ꝑmissa seuiret. ORIGE. Omnia eni tradidit ei pater in manus: hoc est in opere eius et potestate. Pater. n. meus vsqz huc inquit operatur et ego operor. vel omnia tradidit ei pater in manus: cuncta capientes: vt quelibet ei famulentur. CHRY. Traditionem enim hic salutem fideliũ vocat. Cũ autez audieris traditionem nihil humanuz suspiceris: eum enim qui ad patrez ostendit honorem et concordiaz. Sicut enim pater ei tradidit: ita ipse patri: vnde paulus: Cum tradiderit iquit regnũ deo et patri. AVGV. Sciens etiaz quia a deo exiuit: et ad deum vadit: nec deum cum inde exiret: nec nos deserens cuz rediret. THEOPHI. Quia ergo pater omnia ei commisit in manus. i. salutem ei commisit fidelium: decens reputabat quecunqz spectant ad salutez illis ostendere. Sciens etiam qꝫ a deo exiuit et ad deum vadit: nullatenus eius gloria minui poterat dũ pedes discipulorum ablueret: neqz. n. gloriam vsurpauit qui enim dignitatem vsurpãt: minime condescendunt ne dissipent quod incongrue sibi diripuerunt. AVGV. Cum ergo illi pater omnia dedisset in manus: ille discipulorum non manus sed pedes lauit: vt cum se sciret a deo exisse et pergere ad deum: nõ dei domini: sed homini serui impleuit officium. CHRY. Hoc autem dignũ erat: eo qꝫ a deo exiuit: et ad deum vadit: vt vniuersum conculcaret tumorẽ. vñ sequit. Surgit a cena et ponit vestimenta sua: et cum accepisset linteũ ꝑcinxit se: deide misit aquã in pel. et ce. la. pe. dis. et exter. lin. quo erat ꝑcin. Vide q̃

liter humilitatē ostendit non solū in lauando pedes sʒ ēt aliter. Nō enim anteq̄ʒ recūberet sʒ postq̄ʒ resederūt oēs: tūc surrexit: deinde nō solū lauit: sʒ vestimēta deponit. linteū precinxit ⁊ peluim īplet: ⁊ non alij īpleri iussit: sed oīa operat̄: ostendens q̄ cū oī studio oportet talia facere. ORIGE. Mystice aūt prādiuz cibus esse dignoscit̄: ⁊ ante terminū diei spiritualis: qui in vita presenti considerat̄: ⁊ his q̄ introducuntur conueniens existit: cena vero finalis ⁊ his qui iam vltra progressi sunt apponitur: Aliter quoq̄ʒ poterit quis asserere prandium fore intentionem scripturarum antiquarum: cenam vero recondita in nouo testamento mysteria. Puto autem q̄ q̄ vna cum iesu cenant: ⁊ in finali vite presentis die secum conuiuantur: egent lauacro quodam: non vtiq̄ʒ erga quod primorum vt ita loquar corporis ⁊ anime sed quo ad vltima ⁊ postrema que terre necessario herent. Dicit autem q̄ cepit lauare pedes: nam postmodum lauit ⁊ finiuit loturam: quia pedes apostolorū fuerunt contaminati: iuxta illud: Omnes vos scādalizabimini ista nocte in me. Postea autē perfecit eos lauare: purgans eos vt vltra non fedentur. AVGV. Posuit autē vestimenta sua: qui cuʒ in forma dei esset semet ipsum exinaniuit: precinxit se linteo: qui formam serui accepit: misit aquaʒ in pleuim vnde lauaret pedes discipulorum: qui in terraʒ sanguinem fudit quo immundiciam dilueret peccatorum. Linteo autem quo erat precinctus pedes quos lauerat tersit: qui carne qua erat indutus: euangelistarū vestigia confortauit: ⁊ linteo quidem vt se precingeret: posuit vestimenta que habebat: vt autem formam serui acciperet: quando semetipsum exinaniuit: non quod habebat deposuit: sed quod nō habebat accepit: crucifigendus sane suis expoliatus est vestimentis: ⁊ mortuus inuolutus est linteis: ⁊ tota eius passio nostra purgatio ē.

¶ Venit ergo ad symonem petruʒ. Et dicit ei petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus ⁊ dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus: Non lauabis mihi pedes in eternuʒ. Respōdit ei iesus: Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus: Domine non tantum pedes meos: sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei iesus: Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis sed non omnes. Sciebat enim quis nam esset qui traderet eum: propterea dixit non estis mundi omnes.

ORIGE. Sicut medicus plurium egrotorum intentus cure: ab his q̄ magis idigēt: propriā curam icipit: sic ⁊ xps q̄ fedos abluit pedes discipulorum exordit̄ ab his q̄ magis erāt fedi: ⁊ sic vltimo venit ad petrū q̄si minus alijs idigētē lotura pedū: vñ dr̄. Venit ergo ad si. pe. cū quodāmō ad resistēdū pene mūda peduʒ ꝯscia psuadebat: vñ seqt̄: Et dixit ei petrus: dñe tu mihi lauas pedes? AVGV. Quid est. Tu: quid est Mihi? cogitanda sunt potius q̄ʒ dicenda: ne forte quod ex his verbis aliquatenus quidem digne concepit anima: non explicet lingua. CHRY. Vel si petrus primus erat: sed credibile est proditoreʒ stultum existentem ante cuʒ recubuisse: quod euangelista significauit cum dixit. Cepit lauare: deinde venit ad petrū. THEOPHI. Ex quo patet q̄ non primitus lauit petrum: ex ceteris vero discipulis nullus tentauisset ante petruʒ lauari. CHRY. Quereret autem vtiq̄ʒ quis quare nullus eum aliorum prohibuit: sed solus petrus: quod nō parui amoris ⁊ verecundie erat. Ex hoc igitur mihi videtur primus solum proditorem lauasse: deinde ad petrum venisse: ⁊ alios discipulos per eum de reliquo castigatos. Si enim quenq̄ʒ ex ceteris lauare cepisset prohibuisset dominum: ⁊ dixisset q̄ petrus dixit. ORIGE. Vel aliter: Omnes porrigebant pedes decernentes q̄ tantus non irrationabiliter eorum lauaret pedes: solus autem petrus nullam aliam considerationem conferens: tanq̄ʒ reuerens iesuʒ: non prebebat pedes suos ad lauanduʒ: sepe enim scriptura designauit petrum feruidum ad insinuandum que sibi visa sunt vtiliora ⁊ meliora. AVGV. Vel aliter: Non debemus putare hoc petrum inter ceteros formidasse atque recusasse: cum ⁊ id alij ante ipsum libenter vel equani

militer fieri permisissent: non enim ita intelligendum est quasi aliquibus iam lauisset: et post eos venisset ad primum. Quis enim nesciat primum apostolorũ esse beatissimum petruz? sed quod ab illo ceperit: Quando ergo pedes discipulorum lauare cepit: venit ad eum a quo cepit. i. ad petrum: et tunc petrus expauit: qđ etiam quilibet eorum expauesceret. Sequit: Rñ. iesus et di. ei: qđ ego fa. tu ne. mó: sci. aũt postea. CHRY. i. humilitatẽ hui9 doctrine: et quomodo humilitas sufficit in deuz perducere. ORIGE. Vel isinuat dñs quod hoc erat mysterium. Lauando enim et exficcã do pedes eorum: faciebat eos decores debentes euangelizare honesta: vt ostendere valeant iter factum ac pergere per eum qui dixit: Ego sum via. oportebat autem lauari pedes discipulorum a iesu deponente vestimẽta vt mundos pedes mundiores efficiat: vel vt ĩmundiciam pedum discipulorum suscipiat ĩ proprium corpus: per linteum quo solo precinctus manebat: ipse nãqz languores nostros portauit. Attende etiam quod cum debeat pedes discipulorum abluere: non aliud tempus elegit: q̃z cum diabolus iam intrauerat in cor iude: vt euz proderet: et futura pro hominibus dispensatio imminebat. nam ante hoc ñ erat oportunum pedes discipulorũ lauari a iesu. Quis enim pedum eorum sordiciem iterme dij temporis vsqz ad passionem lauisset? Sz neqz tempore passionis: alter enim iesus nõ aderat qui pedes eoruz lauaret: sed neqz post dispensationem: illo nãqz tempore spiritu scõ superueniente eorum loti sunt pedes. Hui9 ergo mysterij dicit dñs petro: tu nõ es capax sed post hec nosces cum illud perceperis illustratus. AVGV. Nec tamen ille dominici facti altitudie exterritus permittit fieri: qđ cur fieret ignorabat: sed vsqz ad suos pedes humilem christum videre non potest sustinere. Nam sequitur: Dicit ei petrus non lauabis mihi pedes in eternum. hoc est nunq̃z hoc patiar. Hoc quippe in eternum non fit quod nũq̃z fit. ORIGE. Ex hoc autem accipimus exemplum quoniã possibile ẽ quẽq̃z sm purum propositum dicere propter ignorantiam quod sibi non prodest. Petr9 enĩ ignorans hoc esse conueniens: primo quidez quasi dubitans suauiter dixit: Domine tu mihi lauas pedes? Secundo. Non lauabis mihi pedes in eternum: quod erat prohibitiuz operis perducentis eum ad habendum partẽ cũ iesu in quo etiam non tantũ iesum arguit icõ uenienter lauantem pedes discipulorum: sed etiam cõdiscipulos indecẽter suos pedes porrigentes. cum ergo non esset expediens petro ꝓprium responsum: non pmittit illud dominus verificari. nã subditur: Respondit ei iesus: Si non lauero te: nõ ha. partez meã. AVGV. Ita dictum est: Si nõ lauero te; cum de solis pedibus ageretur quomodo dici solet: calcas me: quando sola planta calcat. ORIGE. Qui autem recusant hec et similia tropologizare dicant: quomodo probabile est eum qui ob reuerentiam iesu dixit: Non la. mihi pe. in eter. non habiturum partez cũ dei filio: propter non lauare pedes ab eo: sicut propter imane scelus: et ideo prestandi sũt pedes. i. mentis affectus lauãdi a iesu vt sint pedes nostri decori: et presertim cum emulantes potiora dona volumus annumerari eis q euangelizant bona. CHRY. Ideo autem non dixit cuius gratia hoc faciebat: sz minas imposuit: quia ille nequaq̃z ꝑsuasus esset: audiens enim: Sciẽs aũt postea. nõ dixit doce igitur me vt permittam: sed quãdo cõminatus ẽ id qđ maxime timebat. s. separari ab eo tunc permisit. ORIGE. Hoc dicto vtemur ꝯ eos qui indiscretius se facere statuerũt quod eis nõ prodest: nam ostendendo illis quod non sunt habituri partem cũ iesu: dum presumptuosum decretum obseruant: admonebim9 illos ne ĩmorentur male decretis: etiã si iureiurando ex multo impetu illud firmauerunt. AVGV. At ille amore et timore pturbatus: plus expauit christum sibi negare: q̃z vsqz ad suos pedes humiliari. vñ sequit: Di. ei si. pe. do. nõ tm̃ pe. me. sed et manus et ca. ORIGE. Manus autem lauare nolebat iesus cõtẽnens q̃ dicebantur quoniam discipuli tui nõ lauant manus cum panem manducant. caput autem submergi nolebat: ĩ quo imago et gloria patris extiterat: satis est autez ei vt pedes lauandos porrigeret. vnde sequitur: Di. ei iesus: q lo. est: nõ indi. nisi vt pe. la. sed est mun. to. AVGV. Totus vtiqz preter pedes: vel nisi pedes quos habet op9 lauare: homo enim in baptismo totus abluitur: nõ preter pedes: sed totus omnino: verũ tamen cum rebus humãis postea viuit: vtiqz

Tales enim auaricia generat passiones: reddit impios: ⁊ deū ignorare compellit: ⁊ si millies benefactum sit eis: ad nocēdū īpellit. vñ ⁊ hic sequitur: Et spopondit. THEO. idest pepigit ⁊ promisit. ⁊ q̄rebat opportunitatem vt eum traderet sine turbis .i. querebat eū tradere quādo videret cum seorsum existētem sine turbis. BEDA. Multi aūt inde scelus exhorrent: nec tamen cauent. qui enim charitatis ⁊ veritatis iura spernit: xp̄m qui ē veritas ⁊ charitas prodit: maxime cum nō infirmitate vel ignorantia peccet: sed ad similitudinem inde querat opportunitatem. vt arbitris absentibus: veritatem mendacio: virtutem crimine immutet.

¶ Venit autem dies azimorum: in qua necesse erat occidi pasca. Et misit petrum ⁊ ioannem dicens: Euntes parate nobis pasca: vt mãducemus. At illi dixerūt: Ubi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo quidam amphoram aque portans: sequimini eum in domum in quam intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Ubi est diuersorium: vbi pasca cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum: ⁊ ibi parate. Eūtes autem inuenerunt sicut dixit illis iesus: ⁊ parauerunt pasca.

TYTVS. Ut nobis dominus celeste pasca dimitteret typicū manducauit: figurā remouens: vt veritas locum obtineret: vñ dicitur: Venit autem dies azimoꝝ in qua necesse erat occidi pasca. BEDA. Dies azimorum pasce quartādecimā primi mensis appellat: quando fermento abiecto pasca .i. agnus occidi ad vesperā consueuerat. EVSE. Si quis autem dicat: Si prima azimorū discipuli saluatori parant pasca: ergo ⁊ eadē die oportz nos pasca celebrare. Dicemus hoc non fuisse monitionē: sed historiā facti: q̄d accidit tempore salutifere passionis. Aliud aūt ē narrare gesta vetera: ⁊ aliud sancire: ac posteris statuta relinquere. Quienam saluator non egit pasca cū iudeis quando agnū imolabant. nā illi quidem hoc egerunt in parasceue: q̄ñ passus est dñs: vnde non introierunt in atrium pilati vt manducarent pasca. ex quo enim veritati insidiati sunt: verbum veritatis a se expulerunt: nō primo die azimorū quo die debebat īmolari pasca manducantes solitum sibi pasca. erant enim erga aliud attenti: sed die sequenti post illam que erat azimoruz secunda. Dñs vero prima die azimoꝝ: hoc est quinta feria sabbati pasca cuz discipulis peregit. THEO. Eadem aūt quīta feria: mittit duos ex discipulis suis ad parandum pasca: petruz .s. ⁊ ioānem: alterum .s. vt diligētem: alterum vt dilectum. vnde sequitur. Et misit petrum ⁊ ioannem dicens: Euntes parate nobis pasca vt manducemus. Per oīa manifestans q̄ vsq3 ad extremū vite non est aduersatus legi. Mittit autem eos ad alienā domū. nā nulla domus erat ei nec3 discipulis suis: alioquin apud aliquem eoruz pasca celebrasset. ⁊ ideo subditur: At illi dixerunt. Ubi vis paremus? BEDA. quasi dicant. Non habemus domiculum: nō hēmus tabernaculum: audiāt quibus edificādarū domorum cura est: cognoscant xp̄m omniū dominum locū vbi caput reclinaret non habuisse. CHRY. Cuz aūt ignorent ad quē mitterentur signum dedit eis: sicut ⁊ samuel sauli. vnde subditur. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo: amphoram aque portās: sequimini eū in domuz in quā intrat. AMBRO. Primum maiestatem diuinitatis aduerte: cuz discipulis loquitur: ⁊ iam nouit quid alibi sit futurum: deinde dignationē eius intuere: q2 non persona diuitis aut potētis eligitur: sed pauper ambitur. ⁊ angustum hospitiū pauperis amplis nobilium edibus antefert. Sciebat aūt dominus nomē eius cuius sciebat mysterium ⁊ occursum: sed ideo sine noīe designatur: vt ignobilis estimetur. THEO. Uel ideo mittit eos ad hominē ignotū: vt ostendat q̄ passionem voluntarie subijt. Qui enī mentē huius ignoti viri subegit vt eos susciperet: poterat quodcūq3 voluisset cum iudeis tractare. dicunt aūt quidā q̄ ideo nō dixit nomen hominis: ne proditor cognito nomine domum pāderet phariseis qui venientes cepissent euz priusq3 cena fieret ⁊ spiritalia my

steria discipulis traderet. Sed quibusdā indicijs i quandam domum dirigit eos. vnde sequitur: Et dicetis patrifamilias domus: dicit tibi magister: vbi est diuersorium: vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratū: ⁊ ibi parate. GLO. Quibus signis inuentis discipuli sollicite que mandata eis fuerāt implerunt. vnde sequit. Euntes autem inuenerunt sicut predixit illis iesus: ⁊ parauerūt pasca. BEDA. Hoc pasca exponens apostolus ait: Pasca nostrū immolatus est xps: quod quidem pasca tunc necesse erat occidi: quasi paterno cōsilio ac diffinitione sancitū: qui licet die sequenti hoc est. xv. luna sit crucifixus: hac tamen nocte qua agnus imolabat a iudeis tētus ac ligatus imolationis hoc ē passionis sue sacrauit exordium. THEO. Intelligamus autem diem quidem azimorū totam cōuersationē que est in luce spirituali nullā redolentem vetustatem prime preuaricationis ade: i qua viuentes non decet delectari in xpi mysterijs. Hec autem mysteria petrus ⁊ ioannes parant. i. actio ⁊ contemplatio: feruor celi ⁊ mansuetudo pacifica. His autem paratoribus occurrit homo: quia per predicta reperimus statum hominis: qui creatus est ad imaginem dei: qui portat amphoram aque: q̄ significat gratiam spiritussācti. Amphora aūt est humilitas cordis: humilibus enī dat gratiam: qui se cognoscunt esse terrā ⁊ puluerē. AMBRO. Vel amphora est mensura perfectior: aqua autem est que sacramentum christi esse meruit: que lauare meruit non lauari. BEDA. Parant autem pasca vbi aque infert āphora. quia tempus adest quo veri pasce cultoribus: typicus de limine auferat cruor: ⁊ ad tollenda crimina viuifici fontis baptisma consecratur. ORIGE. super mat. Ego aūt puto q̄ homo qui ingredientibus discipulis in ciuitatem occurrit amphorā aque portās: erat qdā minister patrisfamilias: portans mūdatoriam aut potabilem aquam ī vase fictili: quem puto esse moysen spiritalē doctrinam portantē in corporalibus historijs. Qui aūt non consequunt spiritualiter eū: nō celebrant pasca cum iesu. Attendamus ergo ipso dño cōstituto nobiscum ad superiorē locum: in quo est diuersorium: quod demonstrat ab itellectu: qui est in vnoquoq̄ homine paterfamilias: discipulis christi. Hec aūt domus superior fit nobis magna vt capiat iesum verbum dei: quod nō capitur nisi a magnis sensu. Et fit domus hec a patrefamilias. i. itellectu preparata filio dei: ⁊ fit mundata nullo modo habens malicie sordes. Sit ēt domus illius princeps non qualibuscūq̄ cognitum habens nomen. Vnde mystice dicit ſm mattheū. Ite ad quendā. AMBRO. In superioribus autem magnum hꝫ stratū: vt magnum meritum eius aduertas in quo dñs cum discipulis sublimium virtutumeius delectatione requiesceret. ORIGE. super mat. Scire autem debemus quoniam qui in epulationibus ⁊ sollicitudinibus secularibus sunt: non ascendunt in domum illā superiorem: ⁊ propterea non celebrant cum iesu pasca. Post sermones enim discipulorum: quibus cathezizauerunt patremfamilias: idest intellectum: venit ⁊ diuinitas coepulans discipulis in domo predicta.

¶ Et cum facta esset hora discubuit: ⁊ duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscū anteq̄ patiar. Dico enim vobis: q̄ ex hoc non manducabo illud: donec impleatur i regno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis q̄ non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat.

CYRIL. Postq̄ discipuli pasca parauerant agitur de pasce comestiōe. vnde dicitur: Et cum facta esset hora: discubuit ⁊ duodecī apostoli cum eo. BEDA. Hora manducādi pasce designat quartamdecimam diem primi mensis perductam ad vesperam. xv. luna iam terris apparente. THEO. Sed qualiter dominus discumbere dicitur: cū iudei stātes pasca manducarent? Dicunt ergo q̄ cum manducauissent legale pasca accubuerunt ſm cōmunem vsum manducantes quosdam alios cibos. Sequit. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscum an-

tecũ patiar. CYRIL. Quod ideo dicit. qr discipulus auarus proditionis tempus explorabat: sed ne traderet eum ante festum pasce: non explicauerat dominus domum vel virũ penes quem pascã perageret: cuius causam per hec verba ostendit. THEO. Vel dicit desiderio desideraui. q. d. Hec vltima mihi cena vobiscum est: propter quod ⁊ amabilis est mihi: sicut ⁊ qui peregre profecturi sunt vltima verba suis dulcius pferũt. CHRY. Vel hoc dicit: quia post illud pasca crux iminebat. Inuenimus autem pluries eum predicantem suam passionem ⁊ eam cupientẽ euenire. BEDA. Desiderat ergo primo typicum pasca cuz discipulis mãducare: ⁊ sic passionis sue mundo mysteria declarare. EVSE. Vel aliter. Cum dominus nouum pasca celebraret: opportune dixit: Desiderio desideraui hoc pasca. i. nouum mysterium noui testamenti quod tradebat discipulis: quod plures ante eum prophete ⁊ iusti cupiuerant Sed ⁊ ipse sitiens communem salutem: hoc tradebat mysterium qd toti mundo competeret. Pasca vero moysi statutum erat in vno loco .s. in hierusalẽ celebrari. vnde non congruebat omnibus gentibus. ⁊ ideo non erat desideratum. EVSE. Ex hoc hebionitarũ dementia de carnis esu redargui poterat: domino manducante pasca iudeorum. vnde signãter dixit. Hoc pasca. ne qs ad aliud inuertere posset. BEDA. Sic ergo dominus legalis pasce approbator extitit: ⁊ hoc ad sue dispẽsationis figuram docendo ptinuisse vetat vltra carnaliter exhiberi. vnde subdit: Dico. n. vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. i. nequaq̃ vltra mosaicum pasca celebrabo: donec in ecclesia spiritaliter intellectum compleatur. ipsa enim est regnuz dei: sm illud: Regnũ dei itra vos est. Ad vetus aũt illud pasca: cui finem desiderabat imponere: pertinet etiam illud quod subditur: Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: accipite ⁊ diuidite inter vos. Ob h gratias egit quia vetera transitura ⁊ ventura fuerant omnia noua. CHRY. Memento ergo cum ad mensam sederis q post mensam oportet te orare atq ideo ventrem impleas sobrie ne grauatus nequeas genuflectere ac supplicare deo. Non igitur post escas ad lectuz: sed ad orationem vertamur. Euidenter enĩz hoc christus significauit: q post escas nõ somnus: non cubile: sed oratio ⁊ sacrarum lectio scripturarum succedere debeat. Sequit: Dico enim vobis q non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. BEDA. Potest quidez hoc ⁊ simpliciter accipi: q ab hac hora cene vsq ad tempus resurrectionis quo in regno dei erat venturus: vinum bibiturus non esset: postea nãq cibum potumq sumpsisse eum testatur petrus dicens. Qui manducauimus ⁊ bibimus cuz illo postq̃ resurrexit a mortuis. THEO. Dicitur autez resurrectio regnum dei: quia mortem exterminauit. vnde ⁊ dauid ait. Dominus regnauit decorem indutus est: scilicet formosi amictus: sm Isaiam: eruta corporis corruptela. Resurrectione autem adueniente iterum cuz discipulis bibit: vt probaret q resurrectio nõ erat phantastica. BEDA. Sed multo consequentius est: vt sicut supra typicũ agni esũ: sic ⁊ potum pasce neget se gustaturum: donec ostensa gloria regni dei: fides mundi adueniat: vt per duo maxima legis edicta: escaz scilicet ⁊ potum pascalem spiritaliter immutata disceres omnia legis sacramenta ad spiritalem obseruantiam fuisse transferenda.

¶ Et accepto pane gratias egit: ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicens: Hoc est corpus meũ: quod pro vobis tradetur. Hoc facite i meam commemoratõem. Similiter ⁊ calicem postq̃ cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum in sanguie meo: qui pro vobis fundetur.

BEDA. Finitis pasce veteris solennijs: transijt ad nouum quod in sue redemptionis memoriam ecclesiam frequentare desiderat: pro carne agni ⁊ sanguine: sue carnis sãguinisq sacramẽtũ in panis ac vini figura substituens: sacerdos in eternũ fact9 sm ordinez melchisedech. Vnde dicitur: Et acce. pane gratias egit. sicut ⁊ de veteribus terminãdis gratias egerat: nobis exemplum tribuens in omni boni operis incohatione ⁊ perfectione deum esse glorificandum. Sequit: Et fre-

git. Frangit ipse panem quē porrigit: vt ostē
dat corporis sui fractionem: non sine sua spō
te futuram. Et dedit eis dicens: Hoc est cor
pus meū quod pro vobis tradetur. GRE/
GO. nisenus: Panis. n. ante consecratio
nem communis panis est: sed vbi consecrat
mysterio fit: ꝛ dicitur corpus christi. CY/
RIL. Nec dubites an hoc verum sit eo ma/
nifeste dicente: Hoc est corpus meū. sed po/
tius suscipe verba saluatoris in fide. Cuȝ. n.
sit veritas: non mentitur: Insaniūt igitur di/
centes mysticam benedictionem a sanctifica/
tione cessare: sique reliquie remanserint eius
in diem subsequentem: Non. n. mutabitur sa/
crosctm̄ corpus xp̄i sȝ virtus bn̄dictōis ꝛ viui/
ficatiua grā iugis in eo est. Uirtus. n. viuifi
catiua dei patris vnigenitū verbuȝ est qđ caro
factū est: nō desinēs esse verbū sȝ efficiēs car/
nē viuificatiuā. Si. n. in aliquo liquore mo/
dicū panis immiseris: reperies hunc imbibi
tum qualitate illius. Igitur viuificatiuum dei
verbum vniens seipsum proprie carni: fecit
eam viuificatiuam. Nunquid ergo ꝛ quoni/
am in nobis vita dei est: dei verbo existente ī
nobis viuificatiuum erit nostruȝ corpus? Sȝ
aliud est scḋm participationis habitudinē nos
habere in nobis dei filium: aliud ipsuȝ fuisse
factum carnem. i. corpus sumptum ex alma
virgine: proprium corpus effecisse. Decebat
ergo eum nostris quodammodo vniri corpo
ribus per sacrā eius carnē ꝛ preciosum san/
guinem que accipimus in bn̄dictione viuifi/
catiuam in pane ꝛ vino. Ne. n. horreremus
carnem ꝛ sanguinem apposita sacris altari/
bus: condescendens deus nostris fragilitati
bus influit oblatis vim vite: Conuertens ea
in veritatē ꝓprie carnis: vt corpus vite qua/
si quoddam semen viuificatiuum inueniatur
in nobis: vnde subdit: Hoc facite in meam
commemorationem. CHRY. super ioan
nem: Hoc fecit christus ducens nos ad ma/
ius amicitie fedus: suāq; claritatē declarans
erga nos: prestans se non solū videri deside
rantibus: sed ꝛ palpare ꝛ comedere ꝛ ample
cti ꝛ totum affectuȝ explere. Igitur vt leones
flammam spirantes: sic ab illa mensa discedi
mus terribiles effecti diabolo. BASI. Di/
sce autem quo pacto decet edere corpus xp̄i: ī
memoriam. s. obedientie christi vsq; ad mor
tem: vt qui viuunt non amplius in se viuāt:

sed in eo qui ꝓ eis mortuus est ꝛ resurrexit.
THEOPHI. Duos autē calices lucas
commemorat. de altero quidē supradixit. Ac
cipite ꝛ diuidite inter vos: quem dicet aliqs
esse typum veteris testamenti. alterum vero
post panis fractionem ꝛ distributionem ipse
partitur discipulis. vnde subdit: Similiter
ꝛ calicem postq̄ȝ cenauit. BEDA. Subau
ditur. dedit eis: vt sit plena cōstructio. AV/
GV. de con. euange. Uel q: lucas bis de ca
lice commemorauit: prius anteq̄ȝ panem da/
ret: inde postq̄ȝ panem dedit: illud quod su/
perius dixit preoccupauit: vt solet: illud vero
quod ordine suo posuit: non commemoraue
rat superius. Utrunq; autem coniunctuȝ eā
dem sententiam facit: que illorum est. s. mat/
thei ꝛ marci. THEOPHI. Nominat au
tem dominus hunc calicem noui testamenti.
vnde sequitur. Dicens: hic est calix nouum
testamentuȝ in sanguine meo qui pro vobis
fundetur. significans nouum testamentum
in suo sanguine exordium sumere: nam ī ve
teri testamento sanguis animalium affuit: cū
data fuit lex: nunc vero sanguis verbi dei si
gnificat nobis nouum testamentum. Cuȝ au
tem dicit: Pro vobis: non significat pro so/
lis apostolis corpus christi datum ꝛ sangui/
nem effusum fuisse: sed causa totius huma/
ne nature. Et vetus quidem pasca ad remo/
uendam seruitutem egypti fiebat: sanguis au
tem agni ad primogenitorum custodiam: no
uum vero pasca ad peccatorum remissionē:
sanguis autem christi ad conseruationem eo/
rum qui dedicati sunt deo. CHRY. Hic
enim sanguis operatur in nobis imaginem
regiam: nobilitateȝ anime non permittit mar
cescere: protinus irrigans animaȝ: magnāq;
inspirans virtutem. Hic sanguis fugat de/
mones: aduocat angelos ꝛ dominum ange/
lorum. Hic sanguis effusus lauit orbē ꝛ adi
bilem fecit celum. Huius participes sangui
nis sunt supernis virtutibus amicti regio pal
lio: magis autem ipso rege inducti. Et sicut
si mūdus accesseris salubriter accessisti: sic si
imbutus conscientia praua: damnose accedis
in penam ꝛ supplicia. Nam si qui imperato
riā coinquināt purpurā: pari pena plectunt̄ cū
eis q diuellunt: absurdū non ē si ꝛ q obscens
mēte corpus christi recipiunt: pari pena ple/
ctuntur cuȝ his qui illud clauis transfoderūt

BEDA. Quia vero panis confirmat: vinum vero sanguinē operatur i carne: hoc ad corpus christi: illud refertur ad sanguinem. Verum quia τ nos in christo τ in nobis xp̄z manere oportet: vinuȝ dominici calicis aqua miscetur teste enim ioanne. Aque multe populi sunt. THEO. Primo autem datur panis: secundario calix: prior enim est in spiritalibus laboriosus actus velut panis: nō solum qr in vultus sudore laboratur: sed etiam quia duȝ comeditur: non est facilis ad glutiendum. Deinde post labores sequitur exultatio diuine gratie que est calix. BEDA. Jō aūt tunc cenati cōmunicarunt apostoli: qr necesse erat pasca typicum ante cōsūmari: τ sic ad veri pasce sacramenta transiri. nunc autem i honorem tanti sacramenti placuit magistris ecclesie: prius nos spiritalibus epulis refici: ac deinde terrenis. GRECVS. Totum autem corpus τ sanguinem domini suscipit ēt si mysteriorum parteȝ accipiat. Sicut.n. vnū sigillum diuersis totam suam figuram impartitur. τ integruȝ manet post distributionē: et sicut vna vox penetrat ad multoruȝ auditus: sic nulli dubium sit corpus τ sanguinem domini totum in omnibus reperiri. Fractio āt panis venerandi passionem significat.

℄ Verūtamen ecce manus tradētis me: mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secūdū ꝙ diffinituȝ ē vadit. Verūtamē ve homini illi per quē tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis qui hoc factur⁹ eēt.

AVGV. de consen. euange. Cum tradidisset dominus discipulis calicem rursus de traditore suo locutus est dicens: Verūtamen ecce manus tradentis me: mecum est i mēsa. THEO. Quod dixit non solum vt ostendat se scire futura: sed etiam vt ostendat nobis propriam bonitatem: fm quam non pretermisit quin persequeretur ea que spectabāt ad deum. Dat enim nobis exemplum: vt vsqȝ ad finem satagamus lucrari peccatores: τ vt ostendat proditoris nequitiam: qui τ conuiua fieri non erubuit. CHRY. Et particeps exn̄s mysteriorum conuersus non ē. fit enim scelus eius vtrobiqȝ immanius: tum qr tali proposito imbutus adiit mysteria: tū qr adiēs melior factus non fuit: nec metu nec beneficio nec honore. BEDA. Et tamē nō designat specialiter: ne manifestius correpta: impudentior fieret. Mittit autem crimen i numero: vt agat conscius penitentiam. Predicit autem τ penam vt quem pudor non vicerat: corrigant denunciata supplicia. vnde sequit. Et q. fi. ho. fm ꝙ diffinitū est vadit. THEO. Non quasi non valens tueri seipsum: sed sicut definiens sibi mortem: propter humanaȝ salutem. CHRY. Sed quia iudas ea que sunt scripta praua intentione agebat ne quis putet eum innoxium tanqȝ dispensatiōis ministrum subdit. Verūtamen veh homini illi p quē tradetur. BEDA. Sed τ veh homini illi qui ad mensam domini indign⁹ accedēs in exemplum iude filium hominis tradit: nō quidē iudeis: sed peccatorib⁹ membris suis. Et quāuis scirent .xi. apostoli. ꝙ nihil cōtra dn̄m cogitarent: quia tamen plus credūt magistro qȝ sibi: timentes fragilitatē suam: querunt de peccato cuius cōscientiā nō habebāt. Sequit.n. Et ipsi cepe. q̄rere inter se. qs eēt ex eis qui hoc facturus esset. BASI. Sicut enim in corporalibus passionibus sunt multe quas nō sentiunt patientes: porro magis adhibent fidem coniecture medicorum qȝ ꝓpriam insensibilitatem attendant: sic τ anime passionibus siquis in se peccatum non sentiat: credere tñ debet his qui plus possunt cognoscere sua peccata.

℄ Facta est autem: τ contentio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum τ qui potestatem habent super eos benefici vocātur. Vos autem non sic: Sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior: τ qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit: an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego auteȝ in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

THEO. Cum inter se quererent quis eēt dominum traditurus: cōsequēs erat adinuicem sibi dicere: Tu proditurus es τ ex h̄ coacti sunt dicere ego potior: ego maior: τ similia. vnde dicitur. Facta est autem τ cōtentio inter eos qs eoꝝ videret esse maior. GRECVS. Vel h̄ cōtētio vr̄ habuisse motiuuȝ:

ꝙ cū dñs ab hoībus trāſmigraret: oportebat
aliquē eorū fieri aliorum principem: quaſi do
mini vicem gerētē. BEDA. Sicut autē bo
ni in ſcripturis exempla patrum quibus pro
ficiant ⁊ humilientur requirūt: ſic reprobi ſi-
quid forte in electis reprehēſibile repererint:
quaſi ſuas ex eo nequitias obiecturi libenter
ſolent amplecti. Ideo multi ardētius legunt:
ꝙ facta ē cōtentio īter diſcipulos xp̄i. AM-
BRO. Si enim cōtēdebant apoſtoli nō ex
cuſationi obtenditur: ſed cautioni proponit̄.
Caueamus ergo ne ī ꝑditōe aliqua iter nos
de prelatione poſſit eē contentio. BEDA.
Potius autē videamus: nō qd carnales ad-
huc diſcipuli geſſerint: ſed qd iuſſerit ſpiritua
lis magiſter. Sequit̄. n. Dixit āt eis. Reges
gentiū dn̄ant̄ eoꝝ. CHRY. Gentiliū me
minit: vt ex hoc rem vituperādā oſ̄dat. Ge
ntilium. n. ē ambire ꝓ̄mati. CYRIL. Sed
⁊ blandi ſermones eis offerūtur a ſubditis.
vnde ſequit̄. Et qui poteſtatē hn̄t ſuper eos
benefici vocantur. Sed illi qdē quaſi extor-
res a ſacris legibus huiuſmodi ſubiacēt mor
bis. veſtrū āt culmē eſt in humilitate. vnde ſe
quitur: Vos aūt nō ſic: ſed qui maior ē ī vo-
bis fiat ſicut minor. BASI. Non ergo ex
tollat preſidentem dignitas: ne ab humilita-
tis beatitudie corruat. Illud aūt nouerit ꝙ hu
militas vera miniſterium plurium eſt. Sicut
eni qui pluribus miniſtrat vulneratis ⁊ ab-
ſtergit cuiuſlibet vulneris ſaniē: nō ſumit mi
niſterium ī cauſaꝫ elationis: ſic multo magis
cui cōmiſſe ſunt cure fraternoꝝ lāguorum vt
oiuꝫ miniſter redditurus pro oībus rationē:
cogitare debet ⁊ eſſe ſollicit⁹. ⁊ ſic q maior ē:
fiat ſicut minor. Decet autē ⁊ corporale obſe-
quium ab his q preſident offerri exēplo dn̄i
lauantis pedes diſcipulorū. vnde ſequit̄: Et
q preceſſor eſt: ſicut miniſtrator. Nō ē autē ti
mendum ne in ſubdito ſoluatur humilitatis
ꝓpoſitū: dum ei a maiori ſeruitur. Sed imi-
tatione panditur humilitas. AMBRO.
Contuendum eſt aūt q: nō oīs honorificētie
ſtudio hūilitas definit̄. Poteſt. n. deferre ae
cui ꝓpter ſeculi gratiam potētie metū: vtilita
tiſqꝫ cōtuitū: tua edificatio queritur nō alteri⁹
honor: ⁊ ideo vna dat̄ oībus forma ſnie vt ñ
de prelatione iactātia ſit: ſed de humilitate cō-
tentio. BEDA. In hac tamen forma a dn̄o
tradita maiores nō minima diſcretione opus

hn̄t: ne. ſ. ad inſtar regum gentium dn̄ari ſub
iectis: ſeqꝫ ab eis gaudeāt laudibus attolli. ⁊
tamen cōtra delinquētium vitia per zelū iuſti
cie ſint erecti. Ad verba āt exhortationis ſui-
met adiungit exemplum. vn̄ ſequit̄: Naꝫ qs
maior ē q recūbit an q mini. Nōne q̄ recū.
Ego aūt ī me. ve. ſū: ſi. q mini. CHRY.
.q.d. Nō putes diſcipulū tui egere: te vo nō
illius. Ego. n. q nullo egeo. q̊ vniuerſa egēt
celeſtia ⁊ terreſtria. ad miniſterialē gradū cō
deſcēdi. THEO. Oſtendit aūt ſe miniſtrā
tem eis cū panē ⁊ calicē diſtribuit: cuius mi-
niſterij mentionē facit rememorās eos ſi de
eodē pane comederūt: ⁊ de eodem calice bibe
runt ſi ipſe xp̄s omnibus miniſtrauit: vnum
debent omnes ſentire. BEDA. Vel loqui
tur de miniſterio quo ſcḋm ioannem eorum pe
des lauit dn̄s ⁊ magiſter: q̄uis ēt verbo mi-
niſtrādi poſſint omnia que ī carne geſſit intel
ligi: ſed ⁊ ſuū ſanguinē ſe ꝓ nobis effundere
miniſtrando ſignificat.

¶ Vos autem eſtis qui permanſiſtis
mecum in tentationibus meis. Et ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pa-
ter meus regnuꝫ: vt edatis ⁊ bibatis ſu-
per menſam meam in regno meo: ⁊ ſe-
deatis ſuper thronos iudicātes duode
cim tribus iſrael.

THEO. Sicut dominus ꝓditori ꝓnūcia-
uerat veh: ſic diſcipulis remanentibus e con-
trario bona ꝓnunciat dicens. Vos autē eſtis
q permanſi. me. ī tēta. meis. BEDA. Nō
enim inchoatio patientis: ſed perſeuerātia ce
leſtis regni gloria donat̄: q: pſeuerātiā q̄ con
ſtantia ſeu fortitudo mentis vocatur: dicim⁹
eē cūctaꝝ colūnā virtutū. Filius ergo dei ſe-
cum pmanētes ī tentationibus eternuꝫ ducit
ad regnū. Si. n. cōplātati facti ſumus ſimili
tudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurrectiōis eri-
mus. vnde ſequitur. Et ego diſpo. vo. ſi. di-
ſpo. mihi pa. me regnū. AMBRO. Re-
gnum dei non eſt de hoc mundo. Non autē
equalitas ad dn̄m: ſed ſimilitudinis emulatio
eſt: ſolus. n. xp̄s plena imago dei eſt: pp ex-
preſſā ī ſe paterne gratitudinis vnitatē. Ju-
ſtus autem homo ad imaginē dei eſt: ſi ꝓpter
imitandā diuine cōuerſatōis ſimilitudinē mū
dū huīc dei cognitiōe cōtēnat: vnde ⁊ corpus
chriſti ſedim⁹: vt vite eterne poſſimus eē par

ticipes: propter quod sequitur. Ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Non enim victus et potus nobis premij loco spondetur: sed communicatio gratie celestis et vite. BEDA. Vel mensa proposita omnibus sanctis ad fruendum celestis est gloria vite: quia qui esuriunt et sitiunt iusticiam saturabuntur fruendo desiderato gaudio veri boni. THEO. Non autem hoc dixit quasi futuris illic corporalibus escis: et quasi regno suo sensibili futuro: erit enim illic angelica conversatio sicut saduceis predixit. Sed et paulus dicit non est regnum dei escam et potum. CYRIL. Sed ex his que sunt apud nos spiritualia designat. nam prerogativa quadam funguntur apud reges terrenos: qui eis quasi convive confident. Ex humano ergo indicio ostendit: qui apud eum in primis honoribus statuentur. BEDA. Hec est enim immutatio dextre excelsi: ut qui nunc humiles gaudent ministrare conservis: tunc super domini mensam sublimes: vite perpetue dapibus alantur. Et qui hic in tentationibus iniuste iudicati cum domino permanent: illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant. unde sequitur. Et sedeatis super thronos .xij. iudicantes .xij. tribus israel. THEO. Hoc est condemnantes ex duodecim tribubus infideles. AMBRO. Non autem .xij. throni tanquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis: sed quia secundum divinam similitudinem iudicat christus cognitione cordium: non interrogatione factorum: virtutem remunerans: impietatem condemnans: ita apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei: execratione perfidie: virtute errorem redarguentes: sacrilegos odio persequentes. CHRY. Nunquid autem illic sedebit et iudas? Sed considera quod lex est data a deo per hieremiam: Si quid boni promisero si censearis indignus mulctabo te. Et ideo loquens cum discipulis: non simpliciter promisit sed addidit. Qui permansistis mecum in tentationibus. BEDA. Ab eius ergo sublimitate promissi iudas excipitur. Nam et antequam hec dominus diceret exisse credendus est. Excipiuntur et illi qui cum auditis incomprehensibilibus sacramenti verbis: abierunt retro.

¶ Ait autem dominus simoni. Simon ecce sathanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus: confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine tecum paratus sum et in carcerem: et in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me.

BEDA. Ne gloriarentur undecim apostoli: et suis viribus tribuerent: quod soli pene inter tot milia iudeorum dicerentur in tentationibus permansisse cum domino: ostendit eos si non iuvantis se domini essent opitulatione protecti: eadem procella cum ceteris potuisse conteri. unde sequitur. Ait autem dominus simoni: Simon: ecce sathanas expetiuit vos: ut cribraret sicut triticum: idest expetiuit vos tentare: et velut qui triticum purgat ventilando concutere. in quo docet nullius fidem a diabolo: nisi deo permittente tentari. THEO. Hec autem petro dixit: eo quod fortior alijs erat et superbire poterat in his que promissa erant a christo. CYRIL. Vel ut ostendat quod homines nihil existentes quantum pertinet ad humanam naturam et lubricum mentis nostre non decet: ut preesse ceteris velint: et ideo omissis ceteris venit ad petrum ceteris prelatum. unde sequitur: Ego autem roga. pro te ut non deficiat fides tua. CHRY. Non autem dixit: Ego permisi: sed oravi: humiliter enim loquitur tendens ad passionem: ut humanitatem demonstret. nam qui non deprecatione sed imperio dixerat: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. et tibi dabo claves regni celorum: quomodo opus habebat oratione ut concitatam unius hominis animam coerceret? Non autem dixit: Rogavi. ut non neges: sed ne deseras fidem. THEOPHI. Nam et si paululum agitandus sis habes tamen reconditum semen fidei quamvis deiecerit folia spiritus tentatoris: viget tamen radix. petit ergo sathanas te ledere tanquam invidens tibi de mea dilectione: sed quamvis egomet pro te sim deprecatus: tu tamen delinques. unde sequitur: Et tu aliquando conversus. confirma fratres tuos. q.d. Postquam me negato ploraveris ac penitueris: corrobora ceteros: cum te principem apostolorum deputaverim. Hoc enim decet te qui mecum robur es et petra ecclesie. Hoc autem intelligendum est non solum de apostolis qui tunc erant: ut roborarentur a petro: sed et de omnibus

qui vsq3 ad finem mundi futuri sunt fidelibus: ne. s. aliquis credentium diffidat: vidēs eum qui cum esset apostolus denegauit ac iterum per penitentiam obtinuit prerogatiuaʒ: vt esset antistes mundi. CYRIL. Admirare igitur exuberantiaʒ diuine patientie: ne diffidere discipulum faceret: nonduʒ patrato crimine largitus est veniam: ac iterum ipsuʒ in apostolico gradu restituit dicens. Confirma fratres tuos. BEDA. q. d. Sicut ego tuam fidem ne deficiat orando protexi: ita tu infirmiores fratres ne de venia desperent cōfortare memento. AMBRO. Caue ergo iactantiam: caue seculum. Ille iubetur confirmare fratres suos qui dixit. Omnia reliquimus ꝛ secuti sumus ꝛc. BEDA. Et vero se dominus dixerat pro fide petri rogasse cōscius ille presentis affectus fideiq3 feruētis: sed futuri casus nescius non credit se vllatenus ab eo posse deficere. vnde sequitur: Qui dixit ei. Domine te. pa. suʒ ꝛ ī car. ꝛ in mor. ire. THEOPHI. Pre nimia quideʒ dilectione flammescit ꝛ impossibilia sibi pollicetur. Decebat auteʒ audito semel a veritate ꝙ tentandus esset non amplius cōtendere. Sʒ dominus videns eū presumptuose loquētē: ꝓmit tentationis speciem. s. ꝙ negaturus eēt. vñ sequitur. Et ille dixit: dico tibi petre nō cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. AMBRO. Petrus quidem ꝛ si spiritu promptus corporis: tamen adhuc infirmus affectu denunciatur dñm negaturus. Neq3. n. poterat diuine constantiaʒ intentionis equare. Passio dñi emulos hʒ: pares nō hʒ. THEOPHI. Hinc autem magnaʒ doctrinam haurimus: ꝙ non sufficit humanum propositum absq3 diuino subsidio. Petrus. n. q̄uis feruēs esset: derelictus tamē a deo: subplantatus fuit ab hoste. BASI. Sciendum autem ꝙ deo pmittente timorati lapsuʒ patiuntur quādoq3 ad fastus precedentis remedium. Sed q̄uis idem videatur esse delictum timorati ꝛ aliorum: refert non modicū: nam timoratus ex quibusdaʒ insidijs ꝛ pene prout voluit peccauit. Alij vero nullam gerēdo curam neq3 sui neq3 dei peccant: non distinguētes inter peccare ꝛ agere virtuose. vnde reor ꝛ iussionis modum in eis debere fore diuersum. nam timoratus quodaʒ iuuamine indigēs: ꝛ circa eandē rē erga quā peccauit iussa dʒ proferre. Alij vero cū totū hominē deustruxerint: affligi ꝛ moueri ꝛ preceptis subijci dñi quousq3 ratum sit illis deum iustum iudicē esse ꝛ cōtremiscant. AVGV. de con. euan. Hoc aūt qd̄ h dr̄: de petri negatione predicta: oēs qdē euangeliste cōmemorant: sed non oēs ex vna eadēq3 occasiōe sermones ad eam cōmemorandam veniunt. nam mattheus ꝛ marcus eam subnectunt postea q̄ʒ dominus egressus ē ex illa domo vbi manducauerant pascha. lucas vero ꝛ Joānes anteq3 inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos ea recapitulādo posuisse: aut istos preoccupando: nisi magis moueret ꝙ tam diuersa non tm̄ verba: sʒ etiam sententias domini premittunt quibus permotus petrus illam presumptionem preferret: vel ꝓ dño vel cū dño moriendi vt magis cogāt itelligi ter eū expssisse ꝑsumptionē suam diuersis locis sermonis christi: ꝛ ter illi a dño responsum: ꝙ eum ante galli cantum ter esset negaturus.

¶ Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo ꝛ pera ꝛ calciamentis nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter ꝛ peram. Et qui non habet vendat tunicam suam ꝛ emat gladium. Dico .n. vobis quoniā adhuc hoc quod scriptū est oʒ impleri in me: ꝛ cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt. domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

CYRIL. Predixerat aūt dñs petro ꝙ eū esset negaturus tpe. s. sue captōis. Sʒ qr semel fcā ē mentio de captiōe eius: ꝯsiter nūciat superuenietē ꝯ iudeos ꝯflictū. vñ dr̄: Et dixit eis: Qñ misi vos sine sacculo ꝛ pera ꝛ calciamētis nūqd aliqd defuit vobis? Miserat. n. saluator sanctos aplos p̄dicare ciuitatibus ꝛ oppidis regnū celoꝝ: p̄cipiēs vt euntes nullius corporaliū curā gererēt: sʒ i eo totā spem viuēdi reponerēt. CHRY. Sicut aūt q docet natare circa pncipiū qdē manus suas suppōnēs: attētius sustētat suos discipulos: postea ho

plerunq; manū abstrahēs iubet vt sibi opitu
lef: gnimo ⁊ paululū emergi permittūt: ita ⁊
xp̄s fecit discipulis: In exordijs qdē ꝑsto in
cūctis eis aderat: parās eis vberrime afflue-
tiā oīuz. vñ sequit̄. At illi dixerūt Nihil. At
vbi oportebat ⁊ ꝓprias vires oñdere: subtra
xit eis aliquātulu grām: iubēs eis ex se non-
nulla pagere: vñ legi̇: Dicit ergo eis: sꝫ nūc
q hꝫ sacculū quo. s. portat̄ pecūia: Tollat silr̄
⁊ perā. qua. s. portant̄ cibaria. Et qdē qm̄ nec
calciamēta nec zonā hr̄bāt: baculū nec es: nul
lius passi sunt penuriā vt aūt marsupiū ꝯces
sit eis ⁊ peram esurire videnť ⁊ sitire ⁊ nudi
q iacuit morte surrexit in gloria: vnde addit.
surrexit: nō est hic. GREGO. in ho. Nō
ē hic: dr̄ p ꝑsentiaꝫ carnis: q tn̄ nusq; deerat
p pn̄tiā maiestatis. THEO. Et q̄si dicat.
Vultis certificari de ei⁹ resurrectione subdit:
Ecce loc⁹ vbi posuerūt eū. Propter h̄ .n. ꝛ
reuoluerat lapideꝫ vt locum ostēderet. HIE
RO. Ostēdit āt imortalitas mortalibus ad
grāꝝ actionem debitā: vt itelligam⁹ qd fueri
mus: ꝛ sciam⁹ qd futuri erim⁹. Sequit. Sed
ite di. dis. ei⁹ ꝛ pe. qꝛ ꝑce. vos i galileā. Mu/
lieribus dr̄ vt nūciēt aplīs: qꝛ p mulierem
mors annūciata est. per mulierem vita resur/

gens. Dicit aūt specialr̄: Et petro: q2 se idignū iudicauit discipulatu cū ter negauit magistrū: s3 peccata p̄terita nō nocēt qñ nō placent. GREGO. ī ho. Si aūt hūc angel⁹ nō noīatum exp̄meret q magistrū negauerat: vēire iter discipulos nō auderet. vocat̄ ergo ex noīe ne desperaret ex negatiōe. AVG. de cō. euā. Qd̄ aūt dicit: P̄re. vos in ga. ibi eu3 vi. si. di. vo. vr̄ hoc sonare q̄ Jesus non erat demōstratur⁹ se discipulis post resurrectionē nisi in galilea: quā demōstrationē nūc ipse marcus cōmemorauit. Qd̄ enim dixit: Mane p̄ma sabbati apparuit marie magdalene. post hoc duob⁹ euntib⁹ in villā: factum est in hierusalē ipso die resurrectōis. deinde venit ad vltimā manifestationē: quā factā scimus in monte oliueti nō longe a hierusale3. Nunquā igit̄ cōmemorat marcus īpletū qd̄ ab angelo p̄nunciatū esse testat̄. Mathe⁹ vo nullū aliū locū oīno cōmemorat: vbi discipuli postq3 surrexit viderint dn̄m: nisi in galilea s̄m angeli predicationē. S3 cū nō sit exp̄ssu3 qñ id futux̄ esset: vtrū p̄mum anteq3 alibi ab eis visus esset: idq3 ip̄m q̄ discipulos matheus dicit isse in galileā in montē: non exp̄mit diē nec narrādi ordinē: nō aduersat̄ qdē matheus narratōib⁹ ceterox̄: s3 dat eis itelligendi atq3 accipiēdi locū. Veruñ q̄ dn̄s non ibi p̄mū se demōstratur⁹ erat: s3 i galilea vbi postea visus est se vidēdū mādauit: q̄uis fidelem facit intentū ad q̄renduz in quo mysterio dem̄ intelligat̄. GREGO. in ho. Galilea nāq3 trāsmigratio iterptat̄. iā qppe redēptor noster a passiōe ad resurrectionē: a morte ad vitā trāsmigrauerat: ⁊ nos resurrectionis ei⁹ gloriā post leti videbim⁹: si mō a vitiis ad v̄tutū celsitudinē transmigram⁹. Qui ergo in sepulchro nunciat̄: in trāsmigratiōe ostēdit̄: q2 is q in mortificatiōe carnis agnoscit̄ in transmigratione mētis videt̄. HIERO. Breuis ergo sn̄ia in syllabis: s3 ingens in q̄titate promissio. Ibi est gaudij n̄ri fons ⁊ salutis eterne origo preparata. Ibi cōgregant̄ disp̄siones ⁊ sanant̄ contriti corde. Ibi inqt eum videbitis: s3 non sicut vidistis. AVGV. de con. euan. Significatur ēt q̄ gra xp̄i de populo israel erat transmigratura ad gētes: a qbus apostoli nullo mō p̄dicātes suscipient̄: nisi eis viā dn̄s in eox̄ cordibus p̄ueniēs preparasset. ⁊ hoc ē. P̄re. vos in ga. ibi eū vi. i. ibi mēbra eius inuenietis. Seqtur: At ille exeūtes fugierūt de monumēto. Inuaserat. n. eas tremor ⁊ pauor. THEO. Idest stupor propter visionem angeli ⁊ admirationem resurrectionis. SEVE. Angelus quidem sedet in monumento de monumento fugiunt mulieres: quia ille de celesti substātia confidit: turbantur iste de conditione terrena. Sepulchrum qui mori non potest: timere nescit. mulieres autem ⁊ de presenti facto tremunt: ⁊ sepulchrū vt mortales adhuc mortaliter expauescunt. HIERO. Hoc etiam dicitur de futura vita i qua fugiet dolor ⁊ gemitus. Imitantur. n. mulieres ante resurrectionem omniaq3 faciunt: post resurrectionē fugientes mortem ⁊ pauore3. Sequitur: Et ne. quicq3 dix. time. enim. THEO. Aut propter iudeos: aut timore visionis detente tacebant hoc quod audierant. AVGV. de con. euan. Queri autem potest quemadmodum hoc dicat marcus cum dicat mattheus: Et exierunt cito de monumento cum timore ⁊ gaudio magno: currentes nunciare discipulis eius: nisi intelligamus ipsorum angelorum nemini ausas fuisse aliqd̄ dicere: idest respondere ad ea que ab illis audierant: aut certe custodibus quos iacentes viderunt. nā illud gaudiu3 quod mattheus commemorat: nō repugnat timori de quo marcus dicit. Debuimus enim vtrunq3 in illarum animo factum intelligere: etiam si mattheus de timore non diceret. Cum vero ⁊ ipse dicat. Exierūt cito de monumento cum timore ⁊ gaudio magno nihil ex hac re questionis remanere. permittit. THEO. Signanter etiam dicitur q̄ nemini quicq3 dixerunt: quia mulieribus audire non loqui datum est: discere non docere.

ℭ Feria. ij. Luce. xxiiij. cap.

ET ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emaus. ⁊ ipsi loquebantur ad inuicem de his omnib⁹ que acciderant. Et factum est dum fa

bularentur: ꝛ secum quererent: ꝛ ipse ie
sus appropinquans ibat cuꝫ illis. Ocu
li autem eoꝛuꝫ tenebantur ne eū agno
scerent: ꝛ ait ad illos: Qui sunt hi ser
mones quos confertis ad inuicem am
bulantes: ꝛ estis tristes? Et respōdēs
vnus cui nomē cleophas dixit ei: Tu
solus peregrinus es in hierusaleꝫ: ꝛ nō
cognouisti que facta sunt in illa his die
bus? Quibus ille dixit. Que? Et di
xerunt de iesu nazareno qui fuit vir ꝓ
pheta: potens in opere ꝛ sermone: co
ram deo ꝛ omni populo. Et quomo
do euꝫ tradiderunt summi sacerdotes
ꝛ principes nostri in damnationē mor
tis ꝛ crucifixerunt eum. Nos autē spe
rabamus: quia ipse esset redempturus
israel. Et nunc super hec omnia tertia
dies est hodie ꝙ hec facta sunt. Sed ꝛ
mulieres quedam ex nostris terruerūt
nos: que ante lucem fuerunt ad monu
mentum: ꝛ non inuento corpore eius
venerunt dicentes se etiam visioneꝫ an
geloꝛuꝫ vidisse: q dicunt eū viuere. Et
abierunt quidam ex nostris ad monu
mentum ꝛ ita inuenerunt sicut mulie
res dixerūt: ipsū vero non inuenerūt.
GLO. Post manifestationem resurrectio
nis christi per angelos mulieribus factam:
manifestatur vlterius eadem resurrectio per
ipsius christi apparitionem discipulis. vnde
dicitur: Et ecce duo ex illis ibant ipsa die i ca
stellum. THEO. Quidam alterum hoꝛuꝫ
duoꝛum lucam inquiunt esse: ꝛ ob hoc suum
nomen occultasse. AMBRO. Vel duo
bus discipulis seorsum dominus iam se ve
spere demonstrat. s. ammaoni: ꝛ cleophe.
AVGVSTI. de consen. euange. Castel
lum autem illud non absurde accipimus etiā
villam ſm marcum potuisse appellari. Dein
de castellum describit dicens: Quod erat in
spacio stadioꝛum sexaginta ab hierusalem no
mine emaus. BEDA. Ipsa ē nicopolis ci
uitas insignis palestine: que post expugnatiō
nem iudee sub marco aurelio antonio princi
pe restaurata cū statu mutauit ꝛ nomen. Sta
dium autem quod greci auctore vt dicunt her
cule viarum spacia mensurat octaua est pars
miliarij. Et ideo sexaginta stadia septem mi
lia passuum ꝛ quinquaginta significat: quod
spacium itineris eis qui de morte ꝛ sepultura
domini certi gradiebantur de resurrectione
domini dubij: nam resurrectionem que post
septimam sabbati facta est octauo numero cō
tineri nullus ambigit. Discipuli ergo qui de
domino loquentes incedunt: sextum miliari
um cepti itineris compleuerant: quia illum si
ne querela viuentem vsqꝫ ad mortem quam i
sexta sabbati subijt peruenisse dolebant. Cō
pleuerant ꝛ septimuꝫ quia hunc in sepulchro
non dubitabant quieuisse. Sed de octauo di
midium tm̄ peregerant: quia gloriam iam ce
lebrare resurrectionis non credebant perfe
cte. THEOPHILVS. Predicti auteꝫ
discipuli loquebantur de his ad inuicem que
acciderant: non quasi credentes sed sicut stu
pentes i rebus extraneis. vnde sequitur: Et
ipsi loquebantur ad inuicem de his omnib⁹
que acciderant. BEDA. Loquentes auteꝫ
de se dominus appropinquās comitatur. vt
ꝛ fidem resurrectionis mentibus eorum in
cendat: ꝛ quod se facturum promiserat imple
at: scilicet vt vbi sunt duo vel tres in nomine
meo congregati ibi sum in medio eorum. vn
de seq̄t: Et factū ē dū fabularent: ꝛ secū q̄re
rēt: ꝛ ipse iesus appropinquans ibat cū illis.
THEO. Obtento enim iam spirituali cor
pore non obstat loci distantia quin adesset qui
bus volebat: nec vlterius naturalibus legib⁹
corpus suum regebat: sed spiritualiter ꝛ supra
naturam: vnde vt marcus dicit: sub alia for
ma eis videbatur. in qua non concedebatur
eis: eius cognitio. Sequitur enim: Oculi au
tem eorum tenebantur: ne illum agnoscerēt.
vt scilicet totam suam dubiam intentioneꝫ re
uelent ꝛ vulnus detegentes recipiant medici
naꝫ: ꝛ vt cognoscerent ꝙ quamuis corpus ip
sum quod passum fuerat resurrexerit non ta
men amplius tale erat vt esset omnibus visi
bile: sed tm̄ ab his a quib⁹ vellet videri: ꝛ vt
non dubitent quare de cetero non conuersa
tur inter plebem: quia. s. post resurrectionem

conuersatio eius non esset digna hominibus: sed diuina magis: quod etiam est forma re-surrectionis future in qua sicut angeli conuersabimur et filii dei. GREGO. in ho. Cō-uenienter eciam eis speciem quam recogno-scerent non ostendit: hoc agens foris in ocu-lis corporis: quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. ipsi nanque apud seipsos in-tus et amabant et dubitabant. De se ergo lo-quentibus presentiam exhibuit. sed de se du-bitantibus cognitionis sue speciem abscon-dit: verba quidem eis contulit. Nam sequi-tur: Et ait ad illos. Qui sunt hi sermōes quos confertis ad inuicem ambulantes et estis tri-stes? GRECVS. Conferebant quidem inter se quasi non amplius expectantes chri-stum viuentem: sed dolorosi quasi perempto saluatore. vnde sequitur: Et respōdens vnus cui nomen cleophas: dixit ei: Tu solus pere-grinus es in hierusalem: et non cognouisti q̄ facta sunt i illa his diebus? THEO. q. d. Tu solus peregrinus: et extra confinia hieru-salem habitans: et expers es eorum que ī me-dio eius contigerunt vt hec ignoras? BE-DA. Vel hec dicit quia peregrinum puta-bant eum: cuius vultum non agnoscebant. sed reuera peregrinus erat eis: a quorum na-ture fragilitate percepta iam resurrectionis glo-ria longe distabat: et a quorum fide vtpote re-surrectionis eius nescia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat: nam sequi-tur: Quibus ille dixit: Que? Et ponitur eo-rum responsio cum subditur: Et dixerunt ei: De iesu nazareno qui fuit vir propheta. Pro-phetam fatentur: filium dei tacent: Vel non-dum perfecte credentes: vel solliciti ne incide-rent in manus iudeorum persequentium: quia nesciebant quis esset quod verum credebant celantes: Ad cuius commendationem subdi-tur: Potēs in opere et sermone. THEO. Primo quidem est opus secundo sermo. nul-lus enim doctrine sermo approbatur: nisi pri-us is qui docet: se ostendat auctorem: prece-dit enim opus aspectum. nam nisi mundane-ris intellectus speculum per opera: non emi-cat decor optatus. Adhuc autem subditur: Coram deo et omni populo. Nam primu cō-placendum est deo: deinde curandum quan-tum possibile est de inocentia apud homines

vt precedente diuino cultu vitamus sine scā-dalo plurimorum. GRECVS. Deinde assignatur causa tristicie: traditio et passio chri-sti: cum sequitur: Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes nostri in dannationem mortis: et crucifixerunt eum. Subditur autem desperantium vox: cum di-citur: Nos autem sperabamus quod ipse esset re-dempturus israel. Sperabamus inquit: nō speramus: ac si mors domini similis esset mor-tibus aliorum. THEOPHI. Expecta-bant enim christū saluaturum et redempturum populum israel ab ingruētibus malis et a ser-uitute romanorum: ipsum quoque credebant terrenum regem fieri. quem putabāt promul-gatam in se mortis sententiam cauere potuis-se. BEDA. Merito ergo tristes icedebāt: quia et seipsos quodammodo arguebant: quod i illo redemptionem sperauerint: quē iam mor-tuum viderant: nec resurrecturum credebāt: et maxime dolebant eum sine causa occisum quem nouerant innocentem. THEO. Vi-dentur tamen hi viri non ex omnino increduli esse per hoc quod subditur: Et nunc super hec oīa tertia dies est hodie quod hec facta sunt. In quo videntur habere memoriam eius quod eis dominus dixerat se tertia die resurrectu-rum. GRECVS. Porro relatam a mu-lieribus resurrectionis famam commemorat: cum subditur: Sed et mulieres quedam ex no-stris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: et non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelo-rum vidisse: qui dicunt eum viuere. Dicunt quidem hoc quasi non credentes: propter quod referunt se territos .i. stupefactos. non enim quod erat eis relatum firmum estimabant. aut angelicam illuminationem fuisse: sed stupo-ris et turbinis causam inde sumebant. Testi-monium quoque petri non certum estimabant dum diceret: se non vidisse dominum: sed re-surrectionem eius conicere ex eo quod corpus ipsius in sepulchro non iacebat. vnde sequi-tur: Et abierunt quidam ex nostris ad monu-mentū: et ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt. ipm vero nō inuenerunt. AVGV. de cōcor-dantiis euangelistarum: Cum autē lucas dixerit petrū accurrisse ad monumētū: et cleopham di-xisse: ipse retulerit quod quidam eorum irent

ad monumentum: intelligitur attestari ioan-
ni ꝙ duo ierint ad monumentum: sed petruȝ
primo solum commemorauit: quia illi primi
tus maria nunciauerat.

¶ Et ipse dixit ad eos: O stulti ⁊ tra
di corde ad credendũ in omnibus que
locuti sunt prophete. Nonne hec opor
tuit pati christum ⁊ ita intrare in glori
am suam? Et incipiens a moyse ⁊ om-
nibus prophetis interpretabatur illis ĩ
omnibus scripturis que de ipso erant.
Et appropinquauerunt castello quo
ibant: ⁊ ipse se finxit longius ire. Et co
egerunt illum dicentes: Mane nobis
cum quoniam aduesperascit: ⁊ inclina-
ta est iam dies. Et intrauit cum illis.
Et factum est dum recumberet cuȝ eis
accepit panẽ, ⁊ benedixit ac fregit ⁊ por
rigebat illis. Et aperti sunt oculi eoruȝ
⁊ cognouerunt eum. Et ipse euanuit
ex oculis eorum. Et dixerunt ad inui-
cem. Nonne cor nostrum ardens erat
in nobis dum loqueretur in via: ⁊ ape
riret nobis scripturas? Et surgentes
eadem hora regressi sunt in hierusaleȝ:
⁊ inuenerunt congregatos vndecim ⁊
eos qui cum ipsis ernat dicentes ꝙ sur
rexit dominus vere: ⁊ apparuit simõi.
Et ipsi narrabant que gesta erant in
via: ⁊ quomodo cognouerunt eum in
fractione panis.

THEO. Quia predicti discipuli nimia
dubietate laborabant: dñs eos redarguit. vñ
dicit: Et ipse dixit ad eos: O stulti. Fere eni
eadem dixerant que ⁊ astãtes cruci: Alios sal
uos fecit: seipsum nõ põt saluum facere. Et
tardi corde ad credendum in omnibus q̃ lo-
cuti sunt prophete. Contingit enim credere
que locuti sunt prophete. particulariter q̃dã:
⁊ nõ vniuersaliter oĩa: puta si aliquis credat
que de cruce christi dicitur a prophetis sicut
est illud: Foderũt manus meas ⁊ pedes me
os. que vero spectant ad resurrectionem non
credant: sicut ẽ illud: Non dabis sanctum tu
um videre corruptionem. Decet autem ĩ oi-
bus fidem adhibere prophetis tam in glorio
sis que de christo ꝑdixerunt: q̃ȝ in inglorijs:
quia ex passione malorum est ingressus ĩ glo
riam. Vnde sequitur: Nõne hec oportuit pa
ti christũ: ⁊ ita intrare in gloriam suam? scilȝ
ſm humanitatem. ISIDORVS. Sȝ ⁊
si oportebat christum pati: tamen qui crucifi-
xerunt rei sunt pene: non enim satagebãt per
ficere quod deus disponebat. vnde ⁊ eorum
executio fuit impia: dei vero dispensatio pru
dentissima: qui nequitiaȝ eorum in beneficia
generis humani conuertit: quasi vtens vipe-
reis carnibus ad antidoti salutiferi confectio
nem. CHRY. Et ideo dominus ostendit
consequenter hec omnia non euenisse simpli
citer: sed ex dei proposito ante predestinato.
vnde sequitur: Et incipiens a moyse ⁊ oibꝰ
prophetis interpretabatur illis in omnibus
scripturis q̃ de ipso erant: q̃si diceret: Post
q̃ȝ estis tardi: ego promptos vos reddã: my-
steria scripturarum vobis exponendo. Naȝ
sacrificium abrae cum isaac dimisso immola-
tus est aries: hoc prefigurauit. Sed ⁊ in alijs
scripturis propheticis sparsim iacent myste-
ria crucis ⁊ resurrectionis xp̃i. BEDA.
Si autem moyses ⁊ prophete de christo locu
ti sunt: ⁊ eum per passionem ĩ gloriam intra-
turum predixerunt: quomodo gloriatꝰ se esse
christianuȝ: qui neqȝ qualiter scripture ad xp̃ȝ
pertineant inuestigat: neqȝ ad gloriã quaȝ cũ
christo habere cupit: per passionem attingere
desiderat. GRECVS. Quia vero predi
xit euangelista: Tenebantur oculi eorum ne
eum agnoscerent: donec sermo domini men
tem eorũ moueret ad fidem: conueniẽter op-
portunũ aspectum sui auditui subiungit. vn-
de sequitur: Et appropinquauerunt castello
quo ibant: ⁊ ipse finxit se longius ire. AV-
GV. de que. euan. Quod non ad mendaci
um pertinet. non enim omne qḋ fingimꝰ mẽ
dacium est: sed quando id fingimus quod ni
hil significat: tunc mendacium est. cum auteȝ
fictio nostra refertur ad aliquam significatio-
nem: non est mendaciuȝ sed aliqua figura ve
ritatis: alioquin omnia que a sapientibus et
sanctis viris vel etiã ab ipso domino figura
te dicta sunt mendacia deputabũtur: quia ſm
vsitatum intellectum nõ cõsistit veritas in ta
libus dictis. Sicut aũt dicta: ita etiaȝ fingunt

facta sine mendacio ad aliquā rē significādā. GREGO. in home. Quia ergo adhuc i eorū cordibus peregrinus erat a fide: ire se lōgius finxit. Fingere nāq3 cōponere dicim⁹. vnde et cōpositores lutifigulos vocam⁹. Nihil ergo simplex veritas p duplicitatē fecit: s3 talē se exhibuit in corpore: qualis apud illos erat in mente. Sed quia eē extranei a charitate nō poterāt: hi cum quibus charitas gradiebatur: cum ad hospitiū quasi peregrinum vocant. vnde sequitur: Et coegerunt illum. Ex quo exemplo colligitur quia peregrini ad hospitium nō solū inuitandi sunt: sed etiā trahēdi. GLO. Nec solum factis eum cogūt: sed etiam verbis inducunt. Sequitur enim: Dicētes: Mane nobiscū: quoniā aduesperascit: et inclinata est iam dies. s. ad occasū. GREGO. in home. Ecce autem cum p membra sua christus suscipitur susceptores suos etia3 per semetipsum requirit. Sequitur enim. Et intrauit cum illis. Mensam ponunt: cibos afferunt: et deum quem in scripture sacre expositione non cognouerāt in panis fractione cognoscunt. Sequitur enim: Et factum ē dū recumberet cum illis: accepit panem et benedixit ac fregit: et porrigebat illis: et apti sūt oculi eorum et cognouerūt eū. CHRY. Qđ non de sensibilibus oculis dictum est: sed de sensu mentali. AVGV. de con. euan. Non q3 enim clausis oculis ambulabant: sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere qđ videbant: quod. s. caligo et aliquis humor efficere solet: non quia dominus nō poterat trāsformare carnem suam: vt alia reuera esset effigies: quam solebant intueri: quandoquide3 et ante passionem transformatus est in monte: vt facies eius claresceret sicut sol. Sed nō ita nunc factum est. non enim incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum a sathana fuisse ne agnosceretur iesus: sed tantum a christo facta ē permissio vsq3 ad sacramentum panis: vt veritate corporis ei⁹ participata: remoueri intelligatur impedimētū inimici: vt christ⁹ possit agn̄sci. THEO. Sed et aliud innuit: q3 scilicet sumentibus sacrum panem aperiuntur oculi vt eum agnoscant. magnam enim et ineffabilem vim habz domini caro. AVGV. de que. euā. Vel q3 dominus se ire longius finxit: cum comitaret discipulis exponens sacras scripturas: vtrum ipse esset ignorantibus: significat q3 hospitalitatis officio ad suam cognitionem puenire posse homines intimauit: vt cum longius ipse ab hominib⁹ abscesserit super oēs celos cum eis transit: qui hec exhibēt seruis eius. Tenet ergo christum ne longius ab eo eat quisquis cathecizatur verbo in omnibus bonis ei qui se cathecizat cōmunicat. Etenim isti cathecizati erant verbo cum exponeret eis scripturas. Et quia hospitalitatem secuti sūt cum quem in ipsa expositione scripturarū nō cognouerunt: in panis fractione cognoscūt. non enim auditores legis iusti sunt apđ deum: s3 factores legis iustificabūtur. GREGO. in home. Quisquis ergo audita vult intelligere: festinat ea que iam intelligere potuit: opere implere. Ecce dominus nō est cognitus dum loqueretur: et dignatus ē cognosci dum pascitur. Sequitur enim: Et ipse euanuit ex oculis eorum. THEO. Non eni3 tale corpus habebat: vt diutius cum eis commorari deberet: et hoc pariter augeret affectu3 coru3. vnde sequitur: Et dixerunt adinuicē: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? ORIGE. Per quod innuit q3 p lati sermones a saluatore accendebant audientium cor ad amorem diuinū. GREGO. in ho. pentheco. Ex audito enim sermone in ardescit anim⁹: torporis frigus recedit: mēs in superno desiderio fit anxia. Audire libet precepta celestia: et quot mandatis instruitur: quasi tot facibus inflammatur. THEO. Ardebat ergo cor eorum vel igne verborum domini quibus intendebāt tanq3 veris. Vel quia eo disserente scripturas: percellebatur intrinsecus cor eorum: q3 ille qui disserebat dominus esset. Adeo ergo letati sunt. vt nulla3 moram passi: mox reuersi sint in hierusalem. et hoc est quod sequitur: Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierusalem. surrexerūt quidem eadem hora: peruenerunt autem per plures horas: sicut oportebat sexagita stadia transeuntes. AVGV. de concor. euan. Iā autem fama erat q3 surrexerat iesus a mulieribus facta: et a simone petro: cui iam appa

x

ruerat. Etenim isti duo hec inuenerũt loquẽtes illos ad quos in hierusalem venerũt. Sequitur enim. Et inuenerunt congregatos vndecim: et eos qui cum ipsis erant dicentes quod surrexit dominus vere: et apparuit simoni.
BEDA. Omnium enim virorum primo dominus apparuisse videtur petro ex his quos euangeliste quattuor et paulus apostolus cõmemorauerunt. CHRY. Non enim simul omnibus se manifestabat: vt sereret fidei semina. nam qui primo viderat et certus erat: alijs referebat. Deinde sermo prodiẽs preparabat animum auditoris visioni: et ideo primo digniori et fideliori omnibus apparuit. Erat enim opus anime fidelissime. que prius acciperet hunc aspectum: vt minime turbaretur inopinata visione. Et ideo primo videtur a petro: vt qui primo confessus est eum christum: primo resurrectionem videre mereatur: et etiam quia eum negauerat: prius ei voluit apparere consolans eum ne desperaret. Post petrũ vero alijs apparuit: quandoque paucioribus: quandoque pluribus: quod duo discipuli confitentur. Sequitur enim. Et ipsi narrauerunt que gesta erãt in via: et quomodo cognouerunt eum in fractione panis.
AVGV. de concordã. euãge. Quod autem aut marcus annunciauerunt ceteris: nec illis crediderunt: cum lucas dicat: quod iam inde loquebantur vere resurrexisse dominum: quid intelligendum est: nisi aliquos ibi fuisse qui hoc credere nollent.

Feria. iij. Luce. xxiiij. capi.


Tetit iesus in medio eorum et dixit eis: Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Cõturbati vero et cõterriti estimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascẽdũt in corda vestra? Videte manus meas et pedes: quia ego ipse sum. Palpate et videte: quia spiritus carnem: et ossa non habet sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus et pedes.
CYRIL. Vndique resurrectionis fama per apostolos diuulgata et affectu discipulorum erecto ad christi visionem venit desideratus: et querentibus et expectantibus reuelatur: nec disceptat vt de alio: sed euidẽter se offert. vnde dicitur: stetit iesus in medio eorum. AVGV. De concor. euangelista. Hanc ostensionem domini post resurrectionem et ioãnes cõmemorat. Sed quod dicit ioannes: Non cum illis fuisse apostolum thomam: cum secundum lucam duo illi regressi in hierusalem: inuenerunt cõgregatos vndecim: procul dubio intelligẽdum est quod inde thomas exierit: antequam dominus hec loquentibus appareret. Dat. n. lucas locum in sua narratione quomodo possit ĩtelligi dũ hec loquerentur: prius inde exisse thomam: et postea dominum intrasse: nisi quis dicat nõ illos vndecim qui iam tunc apostoli vocabãtur: sed discipulos illos vndeci fuisse ex multo numero discipulorum. Sed cum adiunxit lucas: Et eos qui cum ipsis erant. Satis videtur quod declarauit euidẽtius illos vndecim apostolos qui vocabantur apostoli cum quibus ceteri erant. Sed videamus cuius mysterij gratia secundum mattheum et marcum resurgẽs ita mãdauerit: Precedam vos in galileam: ibi me videbitis: Quod et si completum est. tamen post multa completum est: cum sic mandatum sit vt aut hoc solum: aut hoc primũ expectaretur fieri debuisse. AMBRO. Vnde hoc conuenientius arbitror quod dominus quidem mandauerit discipulis vt in galilea eum viderent: sed illis ob metum intra conclaue residentibus primũ se obtulisse. GRECVS. Nec hoc est promissi transgressio sed potius festinata ex benignitate impletio propter pusillanimitatem discipulorum. AMBRO.

Postea vero confirmatis animis: vndecim
illos galileam petisse. Vel nihil obstat si di/
cantur pauciores intra conclaue: ⁊ in monte
q̃plures fuisse. EVSE. Duo enim euan/
geliste. s. lucas ⁊ ioannes: solis vndecim huc
scribunt apparuisse in hierusalem ceteri ve/
ro duo in galileam ꝓperare non soluȝ vnde
cim sed etiam vniuersis discipulis ⁊ fratrib⁹
dixerunt angelum ⁊ saluatorem vidisse: de q
bus ⁊ paulus meminit dicens: Deinde ap/
paruit plus q̃ qui ingentis fratribus simul.
Est aũt verior solutio: ꝙ prius q̃ in hierusa
lem latitantibus semel aut bis visus est ad co
rum consolationeȝ: in galilea vero non in cõ
claui aut semel aut bis sed cum multa potesta
te ostensionem sui fecit prebens se eis viuen
tem post passionem in signis multis vt lucas
testatur in actibus. AVGV. de con. euã.
Vel quod ab angelo hoc est a domino dictuȝ
est: prophetice accipienduȝ est. In galilea. n.
ẽm transmigrationis significationem intelli
gendum occurrit quia de populo israel trans/
migraturi erant ad gentes: quibus apostoli
predicantes non crederent nisi ipse domin⁹
viam in cordibus hominum prepararet. ⁊ h
intelligitur: Precedet vos in galileam. Se/
cundum autem illud ꝙ galilea interpretatur
reuelatio: non iam in forma serui intelligen/
dum est: sed in qua est equalis patri: quam ꝓ
misit electoribus suis. illa erit reuelatio tanq̃
vera galilea cum videbimus eum sicuti est.
Ipsa etiam erat beatior transmigratio ex isto
seculo in illam eternitatem. vnde ad nos ve/
niens non recessit: ⁊ quo nos precedens non
deseruit. THEO. Primo igitur domi/
nus in medio discipulorum stans solito pa/
cis affatu eorum turbinem sedat: ostendens ꝙ
ipse idem est magister eorum qui hoc verbo
gaudebat: quo etiam eos muniuit cum ad pre
dicandum misit. vnde sequitur: Et dixit eis:
Pax vobis: ego sum: nolite timere. CY/
RILLVS. Pudeat ergo nos pacis mu
nus deserere: quaȝ nobis hinc discedẽs chri
stus reliquit. Pax ⁊ res ⁊ nomen dulce quã
⁊ dei esse accepimus iuxta illud: Pax dei. et
eius esse deum: iuxta illud: Deus pacis ipsaȝ
esse deum: iuxta illud: Ipse est pax nostra.
Pax bonum commendatum ab omnibus:
obseruatum autem a paucis. Que autem est
causa? Fortassis ambitio dominij aut faculta
tum aut liuor: aut odium: aut contempt⁹: aut
aliquid huiusmodi ex his que dei ignaros vi
demus incurrere. Dei quippe precipue pax
est: que cõtenderat omnia: cuius nihil ẽ adeo
proprium sicut vnitas nature: ⁊ pacificus sta
tus. Transumitur vero ab angelis ⁊ diuinis
potestatibus: que ad deum ⁊ adinuicem paci/
fice se habent. Diffunditur vero per totã crea
turam: cuius est decor tranquillitas: in nobis
autem manat ẽm animam quidem per inue/
stigationem virtutum ⁊ communicationem:
ẽm corpus vero in membrorum ⁊ elemento/
rum commẽsuratione: quorum alterum pul/
chritudo. alterum sanitas appellatur. BE/
DA. Discipuli autem nouerant christum
verum hominem: cuȝ quo tanto tempore fue
rant conuersati. sed postquam mortuus est:
non credunt tertia die potuisse veram carneȝ
de sepulchro resurgere. Putant ergo se vi/
dere spiritum quem emisit in passione. vnde
sequitur. Conturbati vero ⁊ conterriti: exsti
mabant se spiritum videre. Error ille aposto
lorum secta est manicheoruȝ. AMBRO.
Adducti autem virtutum exemplis petrum
⁊ ioannem non credimus potuisse dubitare.
Cur ergo lucas iducit fuisse turbatos? Pri
mo omnium quia paucorum opinionem sen
tentia maioris partis includit. Deinde quia
⁊ si petrus de resurrectõe crediderat: turbari
tamen potuit ꝙ se dominus cum corpore ve
ctibus obseratis improuisus infunderet.
THEOPHILVS. Verum quia per
verbum pacis non est sedatus turbo in ani/
mabus discipulorum. aliunde indicat eis
se filium dei esse: qui mentis cognoscebat
archana. vnde sequitur: Et dixit eis: Quid
turbati estis: ⁊ cogitationes ascendunt in cor
da vestra? BEDA. Quales vtiq; cogitatio
nes nisi false ⁊ perniciose? Perdidit. n. chri
stus fructum passionis: si nõ eẽt veritas resur
rectionis: tanquam bon⁹ agricola diceret q̃d
ibi plantaui inueniam: idest fidẽ que i cor de/

scendit. quia desuper est. Cogitationes autez iste non desuper descenderunt sed de imo in cor sicut herba male ascenderunt. CYRIL. Hoc autem fuit euidentissimum signum quod non alius est qui videtur sed ille idē quem viderant in ligno mortuum: et positum in sepulchro quem non latebat aliquid eorum que erant in homine. AMBROSIVS Consideremus autem qua gratia secundum ioannem apostoli crediderunt qui gauisi sunt secundum lucam qui increduli redarguuntur. Et videtur mihi ioannes quasi apostolus maiora et altiora tetigisse hec sequentia et humanis proxima hic historico vsus circuitu: ille compendio: quia et de illo dubitari nō potest quia testimonium perhibet de his: quibus ipse interfuit: et ideo vtrumque verum putamus. Nam et si in primo lucas eos non credidisse dicat: postea tamen credidisse demonstrat.

CYRIL. Comprobans autem dominus deuictam esse mortem et humanam naturam iam in christo corruptionē exuisse primo ostēdit eius manus et pedes et clauorum foramina. vnde subdit: Videte manus meas et pedes quia ego ipse sum. THEOPHI. Sed et aliud subiungit: palpationem scilicet manuum atque pedum cum dicit. Palpate et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere: quasi diceret: Vos putatis me esse spiritum. idest phantasma: sicut plures defunctorum circa sepulchra videri sunt soliti. Sed scitote quod spiritus neque carnem habet: neque ossa: ego autem carnem et ossa habeo. AMBRO. Hoc autem dominus ideo dixit: vt speciem nobis sue resurrectionis ostenderet: nam quod palpatur corpus est. In corpore autem resurgemus: sed illud subtilius: hoc crassius: vtpote adhuc terrene labis qualitate concretum. Non ergo per incorpoream naturam: sed per resurrectionis corporee qualitatem christus clausa penetrauit. GREGO. xiiij. mora. Non enim in illa resurrectionis gloria corpus nostrum erit impalpabile: et ventis aereque subtilius vt eutichius dixit: sed subtile quidem per effectum spiritalis potentie: palpabile autem per veritatem nature. Sequitur: Et cum hec dixisset: ostendit eis manus et pedes. BEDA. Quibus scilicet indicata clauorum vestigia claruere: sed secundum ioannem etiam latus eis ostendit: cum fuerit lancea perforatum: vt scilicet ostensa vulnerum cicatrice dubietatis eorum vulnus sanaret. Solent autem in hoc loco gentiles calumniam struere: quasi non valuerit dominus vulnera sibi inflicta curare: Quibus respondendum est: quia non est consequens: vt qui maiora fecisse probatur: minora facere nequiuerit sed certe dispensationis gratia qui mortem destruxit: signa mortis delere noluit: primo quidem vt per hoc discipulis fidem sue resurrectionis astrueret: deinde vt patri pro nobis supplicans quale genus mortis pro homine pertulerit semper ostendat: tertio vt sua morte redemptis quam misericorditer sint adiuti: propositis eiusdem mortis indicijs insinuet. postremo vt in iudicio quam iuste damnentur impij denunciet.

¶ Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me.

CYRIL. Ostenderat dominus discipulis manus et pedes: vt certificaret discipulos quod corpus quod passum fuerat resurrexit. Vt adhuc autem magis certificaret aliquid manducabile petijt. vnde dicitur: Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur. GREGO. nisenus: Et iussu quidem legis pasca cum amaricantibus edebatur quia adhuc amaritudo manebat: post resurrectionem vero cibus fauo mellis dulcoratur. vnde sequitur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi et fauum mellis. BEDA. Ad insinuandum ergo resurrectionis sue ve

ritatē non solum tangi a discipulis: sed etiam conuesci cum illis dignatur: ne arbitrētur eū non solide. sed imaginabiliter sibi apparere. vnde sequitur: Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Manducauit quidem potestate non ex necessitate. Aliter enim absorbet aquam terra sitiens: aliter sol calēs: illa indigentia iste potētia. GRECVS. Si damus dominum vere comedisse: demus et omnes homines post resurrectionem vti ciborum fomentis. Sed que ex quadam dispensatione fiunt a saluatore: non sunt regula et norma nature: quoniam in quibusdam alijs dispensauit. Resuscitabit enī nostra corpora incorrupta qui tamen dereliquit proprij corporis foramina: que claui forauerant et lateris cicatricem vt ostendat ꝙ manet post resurrectionem natura corporis nec ē in aliam mutatus substantiam. BEDA. Manducauit ergo post resurrectionem: non quasi cibo indigens: nec quasi in resurrectione quam expectamus cibis egere significās: sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret. Mystice autē piscis assus quē christus comedit: significat christum passum: ipse enim latere dignatur in aqs generis humani. Capi voluit laqueo mortis nostre et. q̄si tribulatione assatus est tempore passionis sue: sed fauus mellis nobis extitit in resurrectione. In fauo quidem mellis vtrancꝫ naturam exprimere voluit psone sue. Fauus quippe mellis in cera est: mel vero in cera: est diuinitas in humanitate. THEO. Videntur autem et comesta aliud habere mysterium. ꝙ enim manducauit partem piscis assi: significauit ꝙ naturam nostram in huius vite mari natantem assans eam igne proprie deitatis et exiccans eius humiditatem: quam a profundis vndis contraxerat: escam fecit diuinam: et eam que prius erat abominabilis preparauit deo cibum suauem: quod significat fauus mellis. vel per piscem assum significat vitam actiuam consumentem nostram humiditatem laborum prunis. contemplationem vero significat per fauum mellis: propter dulcedinē eloquiorum dei. BEDA. Postq̄ꝫ autem visus est et tactus manducauit ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur misit manus ad scripturas. vnde seqtur: Et dixit ad

illos: Hec sunt vba que locutus sū ad vos: cum adhuc essem vobiscum. idest cum adhuc essem in carnem mortali in qua estis et vos. tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat sed cum illis in eadem mortalitate non erat. et subdit: Quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. AVGV. de con. euan. Illud attendant qui magicis artibus christū tanta potuisse: et nomen suum ad apostolos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delyrāt verum potuit magicis artibus prophetas diuino spiritu anteq̄ꝫ in terra nasceretur implere. Necꝫ enim si magicis artibus fecit vt coleretur et mortuus magus erat anteq̄ꝫ natus cui prophetando venturo gens vna deputata est.

¶ Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas et dixit eis: Quoniam sic scriptum est: et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die: et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in oēs gentes.

BEDA. Postq̄ꝫ prebuit se videndū oculis: manibus contractandum: legis commemorauit scripturas: consequenter aperuit sensum: vt intelligatur quod legitur. vnde dicitur: Tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. THEO. Alioquin quomodo eorum anima turbata et vacillans circa christi mysteriuꝫ studuisset. sed et verbis eos docuit. Sequitur enim. Et dixit eis: quoniā sic scriptum est: et sic oportebat christum pati scilicet per lignum crucis. BEDA. Perdidit autem christus fructum passionis: si non esset veritas resurrectionis. vnde subdit: Et resurgere a mortuis die tertia. Deinde post commendatam sui corporis veritatem: commendat ecclesie vnitatem cum subdit: Et predicare in nomine eius pniam et remissionem peccatorum in omnes gentes. EVSE. Dictum enī erat. Postula a me: et dabo tibi gētes hereditatem tuam: Oportebat autem conuersos ex gentibus expiari a quolibet contagio et macula ipsius virtutem quasi contaminatos ab errore demonum: ydolatrie: et quasi

nuper quasi conuersos a vita execrabili ⁊ impudica. ⁊ ideo dicit: ꝙ oportet predicari prius quidem penitentiam: consequenter remissionem peccatorum in omnes gentes. Eis eniꝫ qui prius scꝫ veraꝫ ostenderunt maloꝝ priaꝫ: salubri gratia veniam commissorum donauit: pro quibus ⁊ mortem subijt. THEO. In hoc vero ꝙ dicit Pniam ⁊ remissionem peccatorum etiam de baptismate meminit in quo per depositionem priorum scelerum subsequitur venia peccatorum. Sed quo pacto intelligetur in solo christi nomine baptisma fieri: cum alibi mandet hoc fieri in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti? Et primo quidem dicimus ꝙ non intelligitur ꝙ in solo christi nomine fiat baptisma: sed ꝙ christi baptismate aliquis baptizetur idest spiritaliter non iudaice nec tali quali ioānes baptizabat ad solā penitentiam: sed ad spiritus almi participationem: sicut ⁊ christus in iordane baptizatꝰ ostēdit spiritumsanctum in specie columbina. Porro baptisma in christi nomine idest morte christi intelligas: sicut enim ipse post mortem triduo resurrexit sic ⁊ nos ter in aquam mergimur ⁊ conuenienter emergimur incorruptibilitatis spiritus arraꝫ recipiētes. Hoc etiam christus nomen continet in se: ⁊ patrē quasi vnctorem ⁊ spiritum quasi vnctionem: ⁊ filium quasi vnctum. scilicet ſm humanam naturam. Non auteꝫ decebat amplius bipartitum esse humanum genus in iudeos ⁊ gentiles.

¶ Feria. iiij. Joannis. xxi. api.

Manifestauit se iterum iesus ad mare tyberiadis. Manifestauit autem sic: Erant simul simon petrꝰ ⁊ thomas qui dicitur didymꝰ ⁊ nathanael qui erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit ei simon petrus. Uado piscari. Dicūt ei: Uenimus ⁊ nos tecum. Et exierunt ⁊ ascenderūt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto stetit iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli: quia iesus est. Dicit ergo eis iesus: Pueri: nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Nō. Dicit eis: Mittite in dextram nauigij rhete: ⁊ inuenietis. Miserunt ergo ⁊ iam nō valebant illud trahere pre multitudine piscium: Dicit ergo discipulus ille quem diligebat iesus petro: Dominꝰ est. Simon ergo petrus cum audisset quia dominus est tunica succinxit se. Erat enim nudus ⁊ misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerūt. Non eniꝫ longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rhete piscium. Ut ergo descenderunt in terrā: viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositum: ⁊ panem. Dicit eis iesus: Afferte de piscibus quos prēdidistis nūc. Ascendit simon petrus ⁊ traxit rhete in terram plenum magnis piscibus centū quinquagintatribus. Et cum tanti essent: non est scissum rhete.

AUGU. Quod immediate euangelista premiserat: veluti huius libri indicat finem: sed narratur hic deinde qnēadmodum se manifestauerit dominꝰ ad mare tyberiadis. vnde dicitur: Manifestauit se iesus iterum ad mare tyberiadis. CHRY. Dicit auteꝫ postea: quia non continue cuꝫ eis ambulabat vt antea. Dicit etiam. Manifestauit se: q2 non videretur nisi cōdescenderet: quia incorruptabile erat corpus. Loci autem meminit ostendens quoniam plurimum timoris eis dominus abstulerat: vt de reliquo ipsi longe a domo procedant non vltra in domo conclusi: sꝫ in galileam ierant periculum declinantes iudaicum. BEDA. More autem solito euangelista prius retulit causam: deinde quēadmodum res gesta sit enarrat. vnde sequitur: Manifestauit autem sic. CHRY. Q2 vero neqꝫ dominus cum eis continue erat: neqꝫ spiritus datus erat: neqꝫ aliquid tunc erat

eis commissum: nec alíquid habebant age/
re: artem piscatoriam tractabant. vnde sequi/
tur: Manifestauit autem sic: Erant simul si/
mon petrus τ thomas qui dicitur didymus:
τ nathanael q erat a chana galilee: qui .s. vo
catus est a philippo: τ filij zebedei. s. iacobus
τ ioannes: τ alij ex discipulis eius duo. Di/
cit eis simon petrus: Vado piscari. GRE
GO. in ho. Queri potest cur petrus qui pi
scator ante conuersionem fuit: post conuersio
nem ad piscationem rediit: cum veritas di/
cat: Nemo mittens manum ad aratrum: τ re
spiciens retro aptus est regno dei. AV/
GV. Quod si fecissent discipuli: defuncto
iesu priusq̃ resurrexisset a mortuis: putare/
mus eos illaque animos eorum occupaue/
rat desperatione fecisse. Nunc vero post eum
sibi de sepulchro redditum viuum: post inspe/
cta vulnerum loca: post acceptum eius insuf
flatione spiritumsanctum subito fiunt qđ fue
rant non hominum sed piscium piscatores.
Respondendum est ergo non eos fuisse pro
hibitos ex arte sua licita victum necessarium
querere: sui apostolatus integritate seruata: si
quando vnde viuerent aliud non haberent.
Sic enim beatus paulus ea potestate qua ꝑ
fecto cum ceteris euãgelij predicatoribus ha
bebat: non cum ceteris vteretur sed stipẽdio
suo militaret: ne gentes a nomine christi posi
tas alienas: doctrina eius quasi venalis offẽ/
deret: aliter educatus artem quam non noue
rat didicit vt dum suis manibus transigitur
doctor: nullus grauaretur auditor: Quanto
magis beatus petrus qui iam piscator fuerat
quod nouerat fecit: si ad presẽs illud temp⁹:
aliud vnde viueret non inuenit. sed respon/
debit quispiam: Et cur non inuenit cum do/
minus promiserit dicens: Querite primum
regnum dei τ iusticiam eius: τ hec oĩa appo/
nentur vobis: Prorsus etiam dominus qđ
promisit impleuit. nam quis alius pisces que
caperet apposuit: qui non ob aliud credend⁹
est eis ingessisse penuriã qua cogerentur ire
piscatum nisi depositum volens exhibere mi
raculum: GREGO. in ho. Negociũ er
go quod ante conuersionem sine peccato exti
tit: hoc etiam post cõuersionẽ repetere culpa ñ
fuit. vnde post cõuersionẽ suã ad piscationeꝫ
petrus rediit. Matheus vero ad thelonij ne
gotiũ nõ resedit: Sunt. n. pleraq; negotia q̃
sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus
possunt. Que ergo ad peccatum implicãt: ad
hec necesse est vt post conuersionem animus
non recurrat. CHRY. Alij autem disci/
puli sequebãtur petruꝫ. vnde dicit: Dicũt ei:
venimus τ nos tecũ. Colligati. n. de reliquo
sibi inuicem erant. Simul volebant piscatio/
nem videre. Sequitur: Et exie. τ ascẽ. i na/
uim. In nocte autem piscabantur: qꝛ adhuc
formidolosi erant. GREGO. Facta ẽ au
tem discipulis piscatiõis magna difficultas:
vt veniẽte magistro: fieret admirationis ma/
gna sublimitas. vnde sequitur: Et illa no. ni
hil prẽdiderũt. CHRY. Laborantib⁹ aũt:
τ afflictis discipulis assistit iesus. vnde seqr:
Mane autem fa. ste. ie. in lit. non tamẽ cog.
disci. quia iesus est. Non enim seipsum mox
eis ostendit: sed voluit τ allocutionem cũ eis
inire. Et primo loquitur eis humanius. nam
sequitur: Dicit eis ie. pue. nũ. pul. ha: Hoc
aũt dicit quasi ab eis aliquid emere vellet: vt
autẽ nimuerũt: eis signũ oñdit per qđ cogno/
scerent. Sequitur. n. Dixit eis: Mitti. i de.
na. rhe. τ inuenietis. Multa autem cõsequẽ/
ter facta sunt: quorum primum est: multos pi
sces esse comprehensos. vñ sequit: Miserũt
ergo rhe. τ iam nõ vale. illud tra. pre mul. pi
scium. Sed in christi cognitione petrus τ io/
annes suos proprios modos ostenderũt. Jo
annes. n. perspicatior erat: τ ideo primo co/
gnouit christum. vñ sequitur. Dicit ergo di/
sci. il. quẽ. di. ie. pe. dñs ẽ. BEDA. Hoc i
dicio sic sepe: ita τ hic suã demõstrat ꝑsonaꝫ.
Cognouit aũt primus dñꝫ siue miraculo isti⁹
piscationis: siue sono precognite vocis: siue
prime reminiscẽs piscationis. CHRY.
Petrus autem feruentior erat: τ ideo prom/
ptius venit ad christum. Sequit. n. Simon
petrus cũ audisset: qꝛ domin⁹ ẽ tunica succin/
xit se. erat enim nudus. BEDA. dicit autẽ
petrus nudus fuisse ad cõparationem cetero
rum vestimentorum quibus vti solebat: si/
cut solemus dicere cum aliquem simplici ve/
stimento videmus indutum: quare nudus
incedis. Siue potest intelligi qꝫ more pi/
scatorum studio piscandi nudus incesserit.
THEOPHILVS. Quod vero se
precinxit petrus pudoris est signum. pre/
cinxit autem se lineo amictu quẽ fenices τ sy/
rij piscatores circumuoluũt sibi cum nudi sint

etiam ceteris indumentis apponunt. BEDA. Eodem autem ardore quo ⁊ multa alia fecerat: venit ad iesum. vnde sequitur: Et misit se in mare. alij autem discipuli nauigio venerunt. Non tamen intelligendum est petrum super fluctus venisse: sed aut natando aut pedibus. propriis: quia erant prope terram. Sequitur enim Non longe enim erant a terra: sed quasi cubitis ducentis. GLO. Interpositio est. Sequitur enim. Trahentes rhete piscium. vt sit ordo littere: Alij discipuli nauigio venerunt trahentes rhete piscium. Non longe enim ⁊c. CHRY. Deinde aliud signum ponitur cum subdit: Vt ergo descenderunt in terram: viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositum: ⁊ panem. Non enim adhuc ex materia superposita operatur: sed ad id quod est mirabilius ducit signa ostendens: quoniam ⁊ ex subiecta materia ante crucem miracula faciebat propter quandam dispensationem. AVGVSTI. Non est autem hic intelligendum ⁊ panem fuisse prunis superpositum: sed quasi diceret. Viderunt prunas positas ⁊ piscem superpositum prunis: ⁊ viderunt panem. CHRY. Vt autem ostenderet non esse phantasma quod factum est: iubet ex piscibus ab eis captis afferri. Sequitur enim. Dicit eis iesus. Afferte ex piscibus quos prendidistis nunc. Deinde ⁊ aliud signum fuit quod ex multitudine piscium rhete non est scissum. vnde sequitur: Ascendit simon petrus ⁊ traxit rhete ad terram plenum magnis piscibus centumquinquaginta tribus. Et cum tanti essent non est scissum rhete. AVGV. Mystice autem in captura piscium commendauit ecclesie sacramentum: qualis futura est in vltima resurrectione mortuorum. Et ad hoc commendandum valet quod tanquam finis est interpositus libri: quod esset etiam secuture narrationis quasi procemium. Quod autem septem discipuli fuerunt in illa piscatione: sue septenario numero finem significat temporis. vniuersum quippe septem diebus voluitur tempus. THEO. Cum autem nox erat: ante solis christi presentiam prophete nihil ceperunt: quia etsi vnam nationem israel corrigere conarentur: illa tamen frequenter in idolatriam labebatur. GREGO. in ho. Queri autem potest cur discipulis in mare laborantibus: post resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulauit. Sed mare presens seculum significat: quod se causarum tumultibus ⁊ vndis vite corruptibilis illidit. per soliditatem autem littoris perpetuitas quietis eterne figuratur. Quia igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vite inerant: in mari laborabant. quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat: post resurrectionem suam in littore stabat. AVGV. Littus etiam finis est maris: ⁊ ideo finem significat seculi. Sicut enim in hoc loco qualiter in fine seculi futura sit: ita dominus alia piscatione significauit ecclesiam qualiter nunc sit. vnde ibi iesus non stabat in littore: sed ascendens in vnam nauim que erat simonis: rogauit eum a terra reducere pusillum. In alia piscatione non mittuntur rhetia in dexteram ne solos significent bonos: nec in sinistram ne solos malos: sed indifferenter: Laxate inquit rhetia vestra in capturam: vt permixtos intelligamus bonos ⁊ malos. Hic autem inquit mittite in dexteram nauigij rhete: vt significaret eos qui stabant ad dexteram solos bonos. Illud fecit in initio predicationis sue hoc post resurrectionem suam: hinc ostendens illum capturam piscium bonos ⁊ malos significare quos nunc habet ecclesia ista vero tantummodo bonos quos habebit in eternum: completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum. Illi autem qui pertinent ad resurrectionem vite idest ad dexteram: ⁊ inter christiani nominis rhetia desiguntur: non nisi in littore. idest in fine seculi cum resurrexerint apparebunt: Ideo non valuerunt sic trahere rhetia: vt in nauem refunderent quos ceperant pisces sicut de alijs dictum est. Habet autem istos dexteros ecclesia post finem huius vite in somno pacis: velut in profundo latentes donec ad littus rhete perueniat: quod in prima piscatione duabus nauiculis: hoc isto loco ducentis cubitis tantum: centum ⁊ centum existimo figuratum propter vtriusque generis electos ⁊ circuncisionis ⁊ preputij. BEDA. Vel per ducentos cubitos gemina charitatis virtus exprimitur. per dilectionem enim dei ⁊ proximi christo appropinquamus. Piscis autem assus est christus passus. Ipse latere dignatus est in aquis generis humani. Capi voluit laqueo nostre noctis: ⁊ qui nobis factus est piscis humanita-

te:etenit nobis panis nos reficiens sua diui
nitate. GREGO. Petro autem sancta ec
clesia est commissa. ipsi specialiter dicitur: Pa
sce oues meas. quod ergo postmodum aperi
tur in voce nunc significatur in opere. Ipse
enim pisces ad soliditatem litoris pertrahit:
quia stabilitatem eterne patrie fidelibus ostē
dit: hoc egit verbis: hoc epistolis: hoc agit quot
tidie miraculorum signis: sed cum rhete ma/
gnis piscibus plenum dicitur: additur & quā
tis. & hoc est quod subditur: Plenum ma/
gnis piscibus: centum quinquagintatribus.
AVGV. In alia piscatione numerus pi/
scium nō exprimitur tanqȝ illud ibi fiat quod
predictum est per prophetam. Annunciaui &
locutus sum: multiplicati sunt super nume/
rū. Hic vero certus est numerus cuius red
denda est ratio. Numerus enim qui legē si
gnificat decem est propter decalogum. Cum
autem accedit ad legem gratia idest ad litterā
spiritus: quodammodo denario numero ad/
ditur septenarius: septenario quippe nume/
ro significatur spiritussanctus: ad quem signi
ficatio proprie pertinet. Primum enim in le
ge sonuit sanctificatio in die septimo. Isaias
etiam propheta eum commendat opere vel
munere septenario. Cū itaqȝ legis denario
spiritussanctus per septenarium numerum
accedit fiunt. x. & vij. qui numerus ab vno
vsqȝ ad seipsum computatis oibus: crescēs
ad centū quinquagintatres puenit. GRE
GO. Ducamus etiam per trigonū. x. & vij.
veniunt quinquagintaunum. In quinquage
simo autem anno cunctus populus ab omni
operatiōe quiescebat: sed vera requies in vni
tate est. vbi enim scissura diuisionis est: vera
requies non est. AVGV. Non ergo tan
tummodo centū quinquagintatres sancti ad
vitam resurrecturi significantur eternam: sed
omnes ad gratiam spiritus pertinentes hoc
numero figurantur: qui etiam numerus ter
habet quinquagenarium numerum: & insu/
per ipsa tria propter mysterium trinitatis.
Quinquagenarius autem multiplicatis se/
ptem per septem & vnius adiectione comple
tur. vnus autem additur: vt eos significet eē
vnum. Non autem frustra dictum est ꝙ erāt
magni. Cum enim dixisset dominus: Non
veni soluere legem: sed implere: daturus spi
ritum vtiqȝ per quem lex posset impleri pau/
cis verbis interpositis ait: Qui fecerit & do/
cuerit: magnus vocabitur in regno celorum.
In prima autem piscatione rhete propter si/
gnificanda scismata rūpebatur: hec vero quo
niam in illa summa pace sanctorū nulla erūt
scismata pertinuit ad euangelistam consequē
ter dicere. Et cum tanti essent idest tam ma/
gni: non est scissum rhete: tanqȝ illud respice
ret vbi scissum est: & in illius mali compara/
tione commendaret hoc bonum.

¶ Dicit eis iesus: Uenite prandete.
Et nemo audebat discumbentium in
terrogare eum: tu quis es? scientes ꝙ
dominus est. Et venit iesus & accepit
panem & dabat eis & piscem similiter.
Hoc iam tertio manifestatus est iesus
discipulis suis cum resurrexisset a mor
tuis.

AVGV. Peracta piscatione dominus
eos ad prandium vocat. vnde dicitur. Dicit
eis iesus: venite prandete. CHRY. Hic
quidem non dicit ꝙ comedit cum eis: sed lu/
cas hoc dicit. Hoc autem fiebat: non vt natu
ra indigente cibis de reliquo sed condescen/
sione ad demonstrationem resurrectionis fa
cta. AVGV. xiij. de ciuitate dei. Corpo/
ra autem iustorum qua in resurrectione futu
ra sunt: neqȝ ligno vite indigebunt: quo fiat
vt nullo morbo vel senectute inueterata mo/
riantur: neqȝ vllis alijs corporalibus nutri/
mentis: quibus esuriendi atqȝ sitiendi quali
cunqȝ molestia deuitetur: quoniam certo & in
uiolabili munere immortalitatis induentur.
vt non nisi velint potiuate non necessitate ve
scantur. non enim potestas sed egestas eden
di & bibendi talibus corporibus auferetur: si
cut & saluator noster post resurrectionem iam
quidem in spirituali carne sed tamen vera: ci
bum ac potum cum discipulis sumpsit: non
alimentorum indigentia: sed ea qua & hoc po
terat potestate. Sequitur: Et ne. au. dis. iter.
eum tu quis es? sci. quia dominus est. Ac si
diceretur. AVGV. super ioan. Nemo au
debat dubitare ꝙ ipse esset. Tanta enim erat
euidentia veritatis: vt eorum non solum ne/
gare sed nec dubitare quidem vllus auderet:
quoniam si quisqȝ dubitaret vtiqȝ interroga/
ret. CHRY. Vel hoc dicit: quia de reliquo

non similiter confidebant ei loqui vt prius sed cum silentio ⁊ reverentia multa sedebant attendentes in eum: ⁊ formam quidem alteram videntes ⁊ multa admiratione plenam valde stupefacti volebant interrogare. Sed formido in hoc ꝙ sciebant ꝙ dominus est detinebat interrogationem: ⁊ solum comedebāt que eis dabat cum priori potestate: sed autē nō respicit in celum neq; humana illa facit: ostēdens quoniā condescensionis gratia fiebāt. vnde subditur: Et ve. ie. ⁊ acce. pa. ⁊ da. eis ⁊ pis. similiter. AVGV. Mystice autem piscis assus christus est passus. Ipse est ⁊ panis qui de celo descēdit. huic incorporatur ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam. propter hoc dictum est: Afferte de piscibus quos apprehendidistis nunc: vt omnes qui hanc spē gerimus per illum septenarium numerum discipulorum per quem potest in hoc loco nostra vniversitas intelligi figurata tanto sacramento nos communicare nossemus: ⁊ eidē beatitudini sociari. GREGO. Per hoc etiam ꝙ septem discipulis vltimum conviuium celebrat: eos tantummodo qui septiformi gratia sanctispiritus pleni sunt: futuros secum in eterna refectione denunciat. septem quoq; diebus omne hoc tempus evolvitur ⁊ sepe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo convivio de presentia veritatis epulantur: qui nūc perfectōis studio terrena trāscēdūt. CHRY. Quia vero non continuo cum eis conversabatur neq; similiter vt prius: subdit evangelista dicens: Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. AVGV. Quod non ad ipsas demonstrationes: sed ad dies referre debemus idest primo die cum resurrexisset: ⁊ post dies octo quādo thomas vidit ⁊ credidit: ⁊ hoc die quādo hoc de piscibus fecit: ⁊ deinde quotiēs voluit vsq; ad diem quadragesimum quo ascendit in celum. AVGV. de con. euan. Invenimus autem apud quattuor evangelistas decies commemoratum dominum visum esse post resurrectionem: semel ad monumentū a mulieribus: iterum eisdem regredientibus a monumento in itinere: tertio petro: quarto duobus euntibus in castellum: quinto pluribus in hierusalem: vbi non erat thomas. sexto vbi vidit cum thomas: septimo ad mare tyberiadis. octavo omnibus vndecim in mōte galilee sed mat. nono vt dicit marcus novissime recumbentibus. quia iam non erant in terra cū illo conviuaturi: decimo ipso die ascēsionis non iam in terra sed elevatū in nube.

¶ Feria. v. Joannis. xx. cap.



Maria stabat ad monumētum foris plorans. Dum ergo fleret inclinavit se ⁊ prospexit in monumentum: Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput: ⁊ vnum ad pedes vbi positum erat corpus iesu. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset conversa est retrorsum: ⁊ vidit iesum stantem ⁊ non sciebat quia iesus est. Dicit ei iesus: Mulier: quid ploras? Quē queris? Illa existimans quia hortulanus esset: Dicit ei: Domine si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum: ⁊ ego eū tollam. Dicit ei iesus: Maria. Conversa illa dicit ei: Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei iesus: Noli me tangere: Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos ⁊ dic eis: Ascendo ad patrē meum ⁊ patrem vestrum: deum meum ⁊ deum vestrum: Venit maria magdalene annuncians discipulis quia vidi dominum ⁊ hec dixit mihi.

GREGO. in ho. Maria autem magdalene que fuerat in civitate peccatrix amando veritatem laverat lachrymis maculas criminis: cuius mentem magna vis amoris accenderat: que a monumento domini etiam discipulis recedentibus non recedebat. Dicitur enim. Abie. ergo iterū discipuli ad semetipsos. AVGV. Idest vbi habitabant: ⁊ vn

de ad monumentum cucurrerant. Viris autem redeuntibus: infirmiorem sexum in eodem loco fortior figebat affectus. vnde sequitur: Maria stabat ad monumentum fo. plo. AVGV. de con. euan. Idest ante illud saxei sepulchri locum: sed tamen intra illud spacium quo iam ingresse fuerant: hortus quippe illic erat. CHRY. Ne mireris autez que maria amare flebat ad sepulchruz: petrus vero nihil tale passus est. compassibile enim est muliebre gen⁹ et natura flebile. AVGV. Oculi igitur qui dominum quesierant: et nō inuenerant lachrymis vacabant: amplius dolentes que fuerit ablatus de monumento quam que fuerat occisus in ligno: quoniam magistri tāti cuius vita subtracta fuerat nec memoria remanebat. AVGV. de cō. euan. Viderat autem cum alijs mulieribus angelum sedentem ad dextris super lapidē reuolutum a monumento: ad cuius verba cum fleret: prospexit in monumentum. CHRY. Magnuz .n. ad mitigationem est monumentum apparens: vide denicq; eam vt plus requiesceret: et inclinantem se et volentem locū videre vbi iacuit corpus. vnde sequitur: Dum ergo fle. incli. se et prospe. in monumentum. GREGO. Amanti .n. semel aspexisse non sufficit: quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. AVGV. Nimium .n. dolebat nec suis nec discipulorum oculis facile putabat esse credendum: an potius diuino instinctu in animo eius effectum est vt prospiceret. GREGO. Quesiuit enim corpus et minime inuenit. perseuerauit vt quereret: vnde et contigit vt inueniret. actumcq; est vt desideria dilatata crescerent: et crescentia carē quod inuenissent: Sancta .n. desideria dilatione crescunt. Si autem dilatione deficiunt: desideria non fuerūt. Ista itaq; que sic amat: que se ad monumentuz quod prospexerat iterum inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur enim Et vidit duos angelos in albis sedentes. vnum ad caput: et vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus iesu. CHRY. Quia enim non erat excelsa mulieris mens vt ex sudarijs perciperet resurrectionem: angelos videt in leto habitu: vt et ipsa a passiōe mitigetur. AVGV. Quid est autē que vn⁹ ad caput et alter ad pedes sedebat? an quoniam qui grece angeli dicuntur: latine sunt nuncij. Isto modo christi euangelium velut a capite vsq; ad pedes: ab initio vsq; in finem significabant esse nunciandum. GRE. Vel ad caput sedet angelus cum per apostolos predicatur: quia in principio erat verbum. et quasi ad pedes sedet cuz dicitur. Verbum caro factum est. Possumus etiam per duos angelos duo testamenta agnoscere: que dominum pari sensu incarnatum et mortuum: ac resurrexisse dn̄m nunciant: quasi testamentuz prius ad caput: et testamentuz posterius ad pedes sedet. CHRY. Angeli autem apparentes nihil de resurrectione dicunt: sed paulatim in eum qui de resurrectione est intrant sermonem. Quia .n. mulier vltra consuetudinem preclarum habitum viderat: ne turbetur audiuit cō passionis vocez. vnde sequit̄: Dicunt ei illi: mulier quid ploras? Angeli lachrymas prohibebant: et futuz quodāmodo gaudiū nunciabant. Ita .n. dixerūt: Quid ploras? ac si dicerent: plorare noli. GRE. Ipsa .n. sacra eloquia que in nos lachrymas amoris excitant: easdē lachrymas consolant̄ dū nobis redēptoris nostri speciem repromittunt. AVGV. At illa eos putans interrogasse nesciētes causas prodit lachrymaꝝ. vn̄ sequit̄: Dicit eis: quia tulerunt dn̄m meum. Dn̄m suuz vocat dn̄i sui corpus exanime: a toto partē significās: sicut oēs confitemur iesum xp̄m filiū dei sepultū: cū sola ei⁹ sepulta sit caro. Sequit̄: Et nescio vbi posuerūt eum. Hec erat cā maioris doloris: quia nesciebat quo iret ad consolandū dolorem. CHRY. Nonduz aūt de resurrectione aliquid nouerat: sed adhuc translationem imaginabat̄. AVGV. de con. euan. Hic intelligendi sunt surrexisse angeli: vt etiam stantes viderentur: sicut lucas eos visos esse commemorat. AVGV. super ioan: Sed hora iam venerat qua id quod nunciatū quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus: gaudium succederet flentibus. vnde sequitur: Hec cum dixisset conuersa est retrorsum. CHRY. Sed quare ad angelos loquens et nondū ab eis aliqd audiens cōuertit̄ retrorsum? Mihi videtur que hec ea dicēte: xp̄s post eā apparuit: et angeli considerantes dominatorē: et figura et inspectōne et motu cōfestim ostenderunt qm̄ dominum viderunt: et hoc est qđ mulierē cōuerti retrorsum fecit.

GREGO. Notandum etiam ꝙ maria que adhuc de domini resurrectione dubitabat conuersa retrorsum est vt videret iesum: quia videlicet per eandem dubitationem suā quasi tergum in domini faciem miserat quez resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat: videbat et nō agnoscebat eū. vnde sequitur: Et vidit iesum stantem et non sciebat quia iesus esset. CHRY. Angelis enim vt dominator apparuit: mulieri vero nō ita: ne eam ex prima visione stupefaceret. nō enim oportebat eam repente ad excelsa reducere: sed paulatim. Sequitur: Dicit ei iesus. Mulier quid ploras? quem queris? GREGO. Interrogatur doloris causa: vt augeatur desiderium quatenus cuz nominaret quē quereret: in amorez eius ardentius estuaret. CHRY. Et quia in communi figura apparuit: estimauit eum hortulanum esse. vnde sequitur: Illa estimans quia hortulanus eēt: dicit ei: Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum: vt ego eum tollam. hoc est: si propter timorez iudeorum leuasti eum dicito mihi et ego eum accipiam. THEO. Timebant enim ne iudei etiam corpori inseuirent examini: et ideo volebat in alio loco incognito illud transponere. GREGO. Forsitan autem nec errando hec mulier errauit que iesum hortulanum credidit: an nō ei spiritualiter hortulanus erat qui in eius pectore per amoris sui vim semina virtutum virētia plantabat? Sed quid est ꝙ viso eo quē hortulanum credidit: cui nec dum dixerat quem querebat ait: Domine si tu sustulisti euz? Sz vis amoris hoc agere solet in animo: vt quez ipse semper cogitat: nullū alium credat ignorare. Postq̄ autem eam dominus communi vocabulo appellauit ex sexu: et agnitus nō est: vocat ex nomine. vnde sequitur: Dicit ei iesus. Maria. ac si dicat: Recognosce eum a quo recognosceris. Maria ergo quia vocatur ex nomine recognoscit auctorem: quia et ipse erat qui querebatur exterius: et ipse q eaz interius vt quereret docebat. vnde sequitur. Conuersa illa dicit ei: Rabboni: quod dicit magister. CHRY. Sicut enī iudeis quādoq; imanifestus erat: et presens: ita et loquens cum volebat seipsum notum faciebat. Qualiter autem conuersa dicit cum christus ad eam loqueretur? Mihi videtur ꝙ dicente ea: Vbi posuisti eum: conuersa est ad angelos vt interrogaret: cur stupefacti essent. deinde christus vocans eam conuertit eam ad seipsum: et per vocem manifestum seipsum fecit. AVGV. Vel quia prius conuersa corpore quod non erat putauit: nunc corde conuersa: quod erat agnouit. Nemo autem calumnietur mulierem ꝙ hortulanum dixerit dominum: et iesum magistrum. ibi enim honorabat hominem a quo beneficium postulabat. hic recolebat doctorem: a quo discernere humana et diuina discebat. Aliter ergo dum dixit: Sustulerunt dominum meuz. aliter autem Domine si tu sustulisti eum. GREGO. Jam vero ab euangelista non subditur quid mulier fecit: sed ex eo innuitur quod audiuit. Sequitur: Dicit ei iesus: Noli me tangere. In his namq; verbis ostenditur ꝙ maria amplecti voluit eius vestigia quem recognouit. Sed cur tangi nō debeat ratio quoq; additur cum subiungitur. Nondum enim ascen. ad pa. meum. AVGV. Sed si stās in terra non tangitur: sedens in celo quomodo ab homine tangetur? qui certe anteq̄ ascēderet discipulis suis se obtulit tangendum dicens: Palpate et videte: quia spiritus carnez et ossa non habet: vt lucas testatur. Quis autem tam sit absurdus vt dicat eum a discipulis quidem anteq̄ ascendisset ad patrez: se voluisse tangi: a mulieribus autem noluisse: nisi cum ascendisset ad patrem Sed leguntur etiam femine post resurrectionem anteq̄ ad patrem ascenderet tetigisse iesum in quibus erat etiam ipsa maria magdalena: narrante mattheo. Aut ergo hoc sic dictum est: vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus: q̄ in christum non credidit: nisi cum ascendissz ad patrem: aut sic in se credi voluit iesus: hoc est sic se spiritualiter tangi ꝙ ipse et pater vnū sunt. Eius quippe in intimis sensib9 quodāmodo ascendit ad patrem qui sic in eo profecerit vt patri agnoscat equalem. Quomodo autem hec nō carnaliter adhuc i eū credebat: quē sicut hoiem flebat? AVGV. i. de tri. Tactus āt tāq̄ finem facit notionis: Jdq; nolebat in eo eē finē intenti cordis i se: vt h quod videbatur tāntūmodo putaretur. CHRY. Vel aliter: Volebat h mulier adhuc cuz xpo

esse: sicut ⁊ ante passionem: ⁊ pre gaudio ni-
hil magnum excogitabat: quamuis caro chri-
sti multo melior facta fuerit resurgendo. Ab
hac ergo intelligentia eam abducens dixit:
Noli me tangere: vt cum multa reuerentia
ei loquatur. vnde nec discipulis apparet de
reliquo cum eis conuersans: vt reuerentius
ei attendant dicens: Nondum enim ascen-
di. ostendit quomaz illuc properat ⁊ festinat.
Eum autem qui illuc debet abire: ⁊ non vl-
tra cum hominibus conuersari non oporte-
bat eum eadem videre mente qua ⁊ ante. ⁊
hoc manifestat consequenter dicens. Vade
autem ad fratres meos ⁊ dic eis: Ascendo
ad patrem meum ⁊ patrem vestrum: deum
meum ⁊ deum vestrum. HYLA. xi. de tri
nitate. Inter ceteras impietates suas etiam
hoc dicto domini vti solent heretici: vt per id
ꝙ pater eius pater eorum est: ⁊ deus eius de
us eorum est in natura dei non sit: sed in for
ma dei manens formam serui assumpsit. Et
cuz hoc ad homines in serui forma christus
iesus loquatur non ambigitur quin pater si-
bi vt ceteris sit ex ea parte qua homo est: ⁊ de
us sibi vt cunctis sit ex ea natura qua seruus
est. Deniqz hunc eundem sermonez cepit di
cens: Vade ad fratres meos. Fratres autez
ex carne sunt deo. Ceterum vnigenitus de-
us sine fratribus ē. AVGV. Vel aliter:
Non ait patrem nostrum sed patrem meum
⁊ patrem vestrum. aliter ergo meum: aliter
vestrum natura meum: gratia vestrum. Ne
qz dixit deum nostrum: sed deum meuz: sub
quo ego homo. ⁊ deum vestrum: inter quos
⁊ ipsum mediator sum. AVGV. de con.
euan. Tunc ergo egressa est a monumento:
hoc est ab illo loco vbi erat horti spacium an
te lapidem effossum: ⁊ cum illa alie quas se-
cundum marcum inuaserat tremor ⁊ pauor.
⁊ nemini scilicet aliorum quicqz dicebant. vn
de ⁊ hic dicitur: Venit maria magdalene an
nuncians discipulis: quia vidi dominum: ⁊
hec dixit mihi. GREGO. Ecce humani
generis culpa ibi abscōditur vnde processit.
quia enim in paradiso mulier viro propina-
uit mortem: a sepulchro mulier viris annun
ciauit vitam: ⁊ dicta sui viuificatoris narrat:
que mortiferi serpentis verba narrauerat.

AVGV. de con. euan. Dum autem cum
alijs veniret: tunc secundum matheum oc-
currit illis iesus dicens: Auete. Sic ergo col
ligimus angelorū collocutionem bis nume
ro eas habuisse venientes ad monumentuz:
⁊ etiam ipsius domini. semel scilicet quando
maria hortulanum putauit: ⁊ iterum cum eis
occurrit in via vt eas repetitione firmaret. ⁊
sic venit maria magdalene annuncians disci
pulis: non solum ipsa sed ⁊ alie quas lucas
commemorat. BEDA. Mystice autez ma
ria que interpretatur domina illuminata: illu
minatrix: seu stella maris: significat ecclesiaz
que magdalena idest turensis dicitur. naz ma
gdalon grece: latine turris dicitur: propter il
lud quod dicitur in psalmo. Factus est mihi
turris fortitudinis. In eo autem ꝙ hec muli-
er discipulis christuz resurrexisse nunciauit:
omnes monentur: maxime quibus est com-
missum predicandi officium: vt siquid ei celi
tus reuelatum fuerit: studiose proximis pro-
pinet.

❡ Feria. vi. Mathei. xxviij. cap.



ndecim autem discipuli
abierunt in galileam in
montem vbi constituerat
illis iesus. Et videntes euz
adorauerunt: quidam au
tem dubitauerunt. Et accedens iesus
locutus est eis dicens: Data est mihi
omnis potestas in celo ⁊ in terra. Eun
tes ergo docete omnes gentes: baptizā
tes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiri
tussancti: docentes eos seruare omnia
quecunqz mandaui vobis. Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus: vsqz
ad consummationem seculi.
BEDA. in home. Postquam domini-
cam resurrectionem ab angelo nunciataz bea
tus matheus asseruit visionem domini eti-
am a discipulis impletam refert dicens: Vn
decim autem discipuli abierunt in galileam

in montem vbi constituerat illis iesus. nam pergens dominus ad passionem ait discipulis: Postq̃ꝫ resurrerero: precedaꝫ vos in galileam. Angelus quoqꝫ mulieribus ait: Dicite discipulis eius: quia precedet vos in galileam. Qua propter iussioni magistri obediencia discipulorum obsequitur. Recte autem vndecim discipuli ad adorandum pergunt iam enim vnus perierat: qui dominuꝫ ac magistrum suum tradiderat. HIERO. Post resurrectionem ergo iesus in galilee monte conspicitur: ibiqꝫ adoratur: licet quidam dubitent ꝛ dubitatio eorum nostram augeat fidem. Sequitur: Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt.

REMI. Hoc autem lucas euangelista plenius manifestat: Refert enim quia cum dominus resurgens a mortuis ipse apparuisset discipulis: ipsi conturbati ꝛ exterriti: existimabant se spiritum videre. RABA. In monte quidem apparuit eis dominus: vt significaret quoniam corpus quod de communi generis humani terra nascendo susceperat: resurgendo iam super terrena omnia subleuauerat: ꝛ vt admoneret fideles: si illic celsitudinem resurrectionis eius cupiunt videre: hic ab infimis voluptatibus ad superna studeant desideria transire. Jesus autem discipulos in galileam precedit quia christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Sequuntur autem hi qui sunt christi: ꝛ suo ordine ad vitam de morte trāsmigrant in sua specie diuinitateꝫ contemplantes: ꝛ huic congruit q̧ galilea reuelatio interpretatur. AVGV. de consen. euange. Sed considerandum est quomodo corporaliter in galilea dominus videri potuerit: quia enim non ipso die quo resurrexit visus est manifestum est. nam in hierusalem visus est eo die in initio noctis: vt lucas ꝛ ioannes apertissime consonant: neque etiam in sequentibus octo diebus: post quos dicit ioannes discipulis apparuisse dominum: vbi primo vidit eum thomas qui cum non viderat die resurrectionis eius: nisi quis dicat non illos vndecim qui iam tunc apostoli vocabantur: sed discipulorum illic vndecim fuisse ex multo numero discipulorꝫ. Sed occurrit aliud quod obsistit: Joannes enim quando commemorauit non in monte ab vndeciꝫ: sed ad mare tiberiadis a septem piscantibus visum esse dominum. Hoc iam tertio inquit manifestauit se iesus discipulis suis quod intelligendum est ad numerum dierum retulisse: non ad numerum manifestationum. Si autem acceperimus intra illos octo dies antequam eum thomas vidisset ab .xi. discipulis quibusque dominum visum: non erit ad mare thyberiadis tertio manifestum esse: sed quarto: Ac per hoc cogimur intelligere post omnia factum esse: q̧ eum in monte galilee discipuli vndecim viderūt. Jnuenimus itaque apud quatuor euāgelistas decies commemoratum dominuꝫ visum ab hominibus esse post resurrectionem: Semel ad monumentum mulieribus: Jterū eisdem egredientibus a monumento in itinere: Tertio petro: Quarto duobus euntibus in castellum: Quinto pluribus in hierusaleꝫ vbi non erat thomas: Sexto vbi vidit eum thomas: Septimo ad mare tyberiadis: Octauo in monte galilee secūdum mattheum: Nono q̧ dicit marcus: nouissime recumbentib⁹ quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi: Decimo in ipso die non iaꝫ in terra sed eleuatum in nube: cum in celum ascenderat quod marcus ꝛ lucas commemorant: sed nō omnia scripta sunt: sicut ioannes fatetur: crebra enim erat eius cum illis conuersatio per dies .xl. priusquam ascendisset in celum.

REMI. Videntes ergo discipuli dominum cognouerunt: ꝛ icirco dimissis in terram vultibus adorabant. ꝛ ideo pius ꝛ clemens magister vt omnem dubietatem afferret a cordibus eorum: accedens ad eos corroborauit in fide. vnde sequitur: Et accedēs iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in celo ꝛ in terra. HIERO. Jlli autem potestas data est qui paulo ante crucifixus: qui sepultus in tumulo: qui postea resurrexit. RABA. Non enim hoc de coeterna patri diuinitate sed de assumpta loquor humanitate secundum quam minoratus est paulominus ab angelis. SEVE. Filius quippe dei: virginis filio: deus ho/

mini: diuinitas carni cõtulit quod semper ipse cum patre possedit. HIERO. In celo autem ⁊ in terra potestas data est: vt qui ante regnabat in celo per fidem credentiũ regnet in terris. REMI. Quod ergo psalmista de resurgente domino dicit. Constituisti euꝫ super opera manuum tuarum: hoc nunc dominus dicit: Data est mihi omnis potestas i celo ⁊ in terra. Et hic sciendum quia antequam dominus surrexisset a mortuis nouerant angeli se subiectos homini christo. Volens ergo christus etiam hominibus notum fieri ꝙ data esset sibi omnis potestas in celo ⁊ in terra: predicatores misit: qui verbum vite cunctis nationibus predicarent. Vnde sequitur: Euntes ergo docete omnes gentes: BEDA. in hom. Qui enim ante passionem suam dixerat In viam gentium ne abieritis: surgens a mortuis dicit: Ite docete omnes gentes. Qua propter confundantur iudei qui dicunt christum tantummodo ad suam salutem esse venturum. Erubescant ⁊ donatiste qui localiter christum concludere cupientes dixerunt tantummodo in aphrica esse: nõ in alijs regionibus. HIERO. Primum ergo docent omnes gentes: deinde doctas intingunt in aqua: non enim potest fieri vt corpus baptismi recipiat sacramentum: nisi ante omnia fidei susceperit veritatem baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: vt quorum est vna diuinitas sit vna largitio nomenque trinitatis vnus deus. SEVE. Omnes ergo gentes potestas vna eademque recreat ad salutez quas creauit ad vitam. DIDI. in libro de spiritusancto. Licet autem quis possit existere mentis aliene qui ita baptizare conetur: vt vnum de predictis nominibus pretermittat: videlicet contrarius christo legisdatori. tamen sine perfectione baptizabit: immo penitus a peccatis liberare non poterit: quos a se existimauerit baptizatos. Ex his autem colligitur quam indiuisa sit substantia trinitatis: ⁊ patrem vere filij esse patrem: ⁊ filium vere patris filium: ⁊ spiritumsanctum vere patris ⁊ dei filij esse spiritum: ⁊ insuper sapientie ⁊ veritatis idest filij dei. Hec est salus credentium. ⁊ dispensatio ecclesiastice discipline i hac trinitate perficitur. HYLA. Quid enim in hoc sacramento salutis humane non continetur? plena sunt omnia vt a pleno ⁊ perfecto prolata. Habet enim nature sue nomen in patre: sed pater tantum est. Non enim humano modo habet aliunde ꝙ pater est. Ipse ingenitus. eternus: habens in se semper: vt semper sit soli filio notus. Filius autem est progenies ingeniti: vnus ex vno: verus a vero: viuus a viuo: perfectus a perfecto: virtutis virtus: sapientie sapientia: glorie gloria: imago inuisibilis dei: forma patris ingeniti. Spiritus autem sanctus non potest a confessione patris ⁊ filij separari: ⁊ quidem vbique non deest hoc expectationis nostre solatium. hic in donorum operationibus future spei pignus est: hic mentium lumen: hic splendor animorum est. Hec igitur licet mutare non possint heretici: afferunt tamen humana commenta: vt sabellius patrem ex quo tendat in filium: idque nominibus potius confitendum putat esse quam rebus: cum ipsis filium proponat ⁊ patrem: vt ebion omne initium ex maria cõcedens: non ex deo hominem: sed ex homine deum proferat: vt arriani qui ex nihilo atque ex tempore formam ⁊ sapientiam ⁊ virtutem dei producunt. Quid autem mirum est vt de spiritusancto diuersa sentiant: qui in filio largitore eius iam temerarij sunt auctores. HIERO. Consideratur autem hic ordo precipuus. Iussit apostolos vt primum docerent vniuersas gentes: deinde fidei tingerẽt sacramento: ⁊ post fidem ac baptisma que essent obseruanda preciperent. vnde sequitur. Docentes eos seruare omnia quecunqꝫ mandaui vobis. RABA. Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita ⁊ fides sine operibus mortua est. CHRY. in ho. Quia vero eis magna iniunxerat: erigens eorum sensus dicit. Et ecce ego vo. sum omnibus di. vsqꝫ ad consu. seculi quasi dicat ne dicatis difficile esse iniunctum negocium: ego sum vobiscum qui omnia facio leuia. Non autez cum illis solum dixit se futurum esse: sed ⁊

cum omnibus qui post illos credunt nõ eniz vsqz ad consummationem seculi apostoli mã suri erant: sed sicut vni corpori fidelibus loquitur. RABA. Ex hoc autem intelligitur ꝙ vsqz ad finem seculi non sunt defuturi in mundo qui diuina mansione ⁊ inhabitatione sunt digni. CHRY. Rememorat autẽ eis ⁊ consumationez: vt eos magis attrahat: ⁊ ne presentia solum inspiciant: sed ⁊ futura bona ⁊ sine fine mansura. q. d. Tristitia quã sustinebitis simul cum presenti vita consumetur: ⁊ totum seculum in consumationem deuenet: bona autem quibus ponemini sunt in eternum permansura. BEDA. in hom. Queritur autez quare hic dicat: Ecce ego vobiscum sum: cum alibi dixisse legatur. Vado ad eum qui me misit: sed alia sunt que humanitati ascribuntur: ⁊ alia q̃ diuinitati. Ibit ad patrem per humanitatem: manet autez cũ discipulis in forma qua est patri equalis. Q8 autem dicit: Vsqz ad consumationem seculi: finitum pro infinito ponitur. nam qui in presenti seculo manet cum electis eos protegendo: ipse post finem cum eis manebit: eos remunerãdo. HIERO. Qui ergo vsqz ad consumationem seculi cum discipulis se esse promittit: ⁊ illos ostendit semper esse victuros: ⁊ se nunq̃z a credentibus recessurum. LEO papa in sermo. de pas. Qui enim ascendit in celos non deserit adoptatos: ⁊ ipse deorsum confortat ad patiẽtiam: qui sursum inuitat ad gloriam. Cuius glorie participea nos faciat ipse christus rex glorie: qui ẽ deus benedictus in secula amen.

¶ Sabbato. Joannis. .xx. capi.



na sabbati maria magdalene venit mane cuz adhuc tenebre essent ad monumentum: ⁊ vidit lapidem reuolutum a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonem petrum ⁊ ad alium discipuluz quẽ amabat iesus. ⁊ dicit eis: Tulerunt dominum meuz de monumento: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt ad monumentum. Currebant autez duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro: ⁊ venit primus ad monumentum. Et cuz se inclinasset vidit posita lintheamina: non tamen introiuit. Uenit ergo simon petrus sequens eum: ⁊ introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina posita ⁊ sudarium quod fuerat super caput eius non cum lintheaminibus positum: sed separatiz inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: ⁊ vidit ⁊ credidit. Nonduz enim sciebant scripturam: quia oporteret eum a mortuis resurgere.

CHRY. Quia iam transierat sabbatum: in quo impediebatur a lege: non potuit maria magdalene quiescere: sed venit profundo diluculo consolationem quandam a loco sepulture inuenire volens. vnde dicitur. Una sabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentuz. AVGV. de con. euan. Venit quidem maria magdalene: sine dubio ceteris mulieribus q̃ domine ministrauerant plurimum dilectiõe feruentior: vt non immerito ioannes solam commemoraret: tacitis eis que cum illa fuerant sicut alij testantur. AVGV. super ioannem. Una autem sabbati est: quem iã diez dominicum propter domini resurrectionem mos christianus appellat: quem matheus p̃mam sabbati nominauit. BEDA. Dicatur ergo: Una sabbati. hoc est altera siue prima die post sabbatum. THEOPHI. Uel aliter: Hebdomade dies iudei sabbati nominabant: vnam autem ex sabbati diebus primam: futuri autem seculi exemplar est h̃ dies: quoniam futuri seculi vna dies est nequaq̃z nocte interpollata. Deus enim ibi sol est: qui nunquaz occidit. In hac igitur die dominus resurrexit incorruptibilitatem corporis assumens sicut nos in futuro seculo icor/

ruptione induemur. AVGV. de cō. euā.
Quod autē marcus dicit: Valde mane oriē
te iam sole: non repugnat ei quod h̄ dicit: Cū
adhuc tenebre essent die quippe surgente ali/
que reliquie tenebrarum tanto magis extenu
antur: quāto magis oritur lux. Nec sic accipiē
dum est quod ait marcus: Valde mane orto
iam sole: tanq̄ sol ipse iam videretur sup ter
ram: sed potius sicut dicere solemus eis qui/
bus volumus significare tēpus aliquid faci/
endum: orto iam sole dicitur .i. de proximo
adueniente in has partes. GREGO. in
ho. Congrue autem dicitur: Cum adhuc te/
nebre essent. Maria enim auctorem omniū
quem carne viderat: mortuum querebat i mo
numento. & quia hunc minime inuenit: fura/
tum credidit. Adhuc ergo erant tenebre cum
venit ad monumentum. Sequitur: Et vidit
lapidē reuolutū a monumento. AVGV.
de con. euan. Iam ergo factū erat quod solus
matheus commemorat de terremotu & lapide
reuoluto: territisq̄ custodibus. CHRY.
Surrexit quidem dominus lapide & signacu
lis de sepulchro iniacentibus: qr vero oporte
bat & alios certificari aperitur monumentum
post resurrectionem: & ita creditur quod factū
est. hoc deniq̄ & mariam mouit. videns enim
lapidem sublatum non intrauit neq̄ prospe/
xit: sed ad discipulos ex multo amore cū velo
citate cucurrit. Nondū aūt de resurrectiōe no
uerat aliqd manifestum: sed putabat transla/
tionem corporis esse factam. GLO. Et iō
cucurrit nunciare discipulis: vt aut secū que
rerēt: aut secum dolerent. Et hoc est qd seq/
tur: Cucurrit ergo: & venit ad simonem pe/
trum & ad alium discipulum quem diligebat
iesus. AVGV. Ita se commemorare so/
let qd eū diligebat iesus: qui vtiq̄ omnes: s̄z
ip̄z pre ceteris & familiarius diligebat: Seqt.
& dixit eis: Tulerunt dominū meū & nescio
vbi posuerunt eum. GREGO. iij. mo.
Hoc aūt dicens totum pro parte insinuat: so
lum quippe corpus domini quesitura vene/
rat: & quasi totum dominum sublatum deplo
rat. AVGV. Nonnulli autē codices gre
ci etiam habent: Tulerunt dominum meum:
quod videri dictum potest propensiore chari
tatis vel famulatus affectu. Sed hoc in plu/
ribus codicibus quos in promptu habemus
non inuenimus. Discipulum autem quem
diligebat iesus seipsum dicit. nam quippe ita
commemorare solet qd eum diligebat iesus q
vtiq̄ oēs: sed ipsum pre ceteris & familiarius
diligebat. CHRY. Euangelista vero non
priuauit mulierem hac laude: ne verecundū
existimauit qd ab ea prius addiscerent. Audiē
tes ergo illi cum multo studio monumēto i/
sistunt. GREGO. Illi autem pre ceteris
cucurrerunt: qui pre ceteris amauerunt: vz
petrus & ioannes. vnde sequitur: Exijt ergo
pe. & il. alius disci. & venerunt ad monumen
tum. THEO. Sz si queras quomodo astā
tibus custodibus venerunt ad monumentū.
Rudis questio: quoniam postq̄ dominus re
surrexit & vna cum terremotu affuit angelus
in sepulchro: recesserunt custodes annunciā/
tes phariseis. AVGV. Cum autem iam
dixisset. venerunt ad monumentum: regres/
sus est vt narraret quomodo venerunt atq̄
ait. Currebant autem duo simul & ille alius
discipulus precucurrit citius petro & venit p
or ad monumentum. vbi ostendit qd ipse pri/
or venerit: sed tanq̄ de alio cuncta narrat.
CHRY. Veniens autem considerat lin/
theamina posita. vnde sequitur: Et cum se i/
clinasset vidit posita lintheamina: nihil tamen
ipse plus perscrutatur: sed desistit. & hoc ē qd
subditur: Non tamen introiuit. Petrus ve
ro vt feruidus introiens: vniuersa inspexit
diligenter & amplius vidit. Vnde sequitur.
Venit ergo simon petrus & intro. in mo. et
vidit lin. po. & sud. qd fu. su. ca. eius nō cum
li. po. sed sep. inuol. in vn. lo. quod erat re/
surrectionis signum. Neq̄ enim si quidem
eū transtulissent: corpus eius denudassent:
neq̄ si furati essent: huius rei fuissent sollici/
ti vt leuarent sudarium & inuoluerent: & po/
nerent in vnum locum seorsum a lintheami/
nibus: sed simpliciter vt se habebat suscepis/
sent corpus. Ideo enim ioannes premiserat
quoniam sepultus est cum myrrha que con/
glutinat corpori lintheamina: vt non decipia
ris ab his qui dicunt cum furto sublatum eē.
Non enim ita insensatus esset qui furaret:
vt circa rem superfluam tantum studium con
sumeret. Post petrum autem & ioannes in/
troiuit vnde sequitur: Tunc ergo intro. & ille
disci. qui vene. pri. ad mo. & vidit & credidit.
AVGV. Nonnulli putant hoc ioannem
credidisse qd iesus resurrexerit: sed quod se/

quitur hoc non indicat. vidit ergo mane mo/
numentum ⁊ credidit quod dixerat mulier.
nam sequitur: Nondum enim sciebant scri/
ptu. quia opo. eum a mor. resur. Non ergo
eum credidit resurrexisse: quē nesciebat opor
tere resurgere. quando autem ab ipso domi/
no audiebant q̄uis apertissime diceretur: cō
suetudine tamen audiendi ab illo parabolas
non intelligebant: ⁊ aliquid aliud eū significare credebant. GREGO. in ho. Hec āt
tam subtilis euāgeliste descriptio a mysterijs
vacare credenda non est. per ioannem iunio
rem synagoga: per seniorem vero petrum ec
clesia gentium designatur: quia ⁊ si ad dei cul
tum est prior synagoga q̄ȝ ecclesia gentium:
ad vsum tamen seculi prior est multitudo gen
tium q̄ȝ synagoga. Cucurrerunt autē simul:
quia ab ortus sui tempore vsq̄ȝ ad occasū pi
⁊ communi via: ⁊ si non pari ⁊ cōmuni sen/
su gentilitas cum synagoga decucurrit: venit
synagoga prius ad monumentum sed mini/
me intrauit: quia legis quidem mandata per/
cepit: prophetias de incarnatione ac passione
dominica audiuit: sed credere in mortuū no
luit. Venit autem simon petrus ⁊ introiuit i
monumentum: quia secuta posterior ecclesia
gentium christum iesū ⁊ cognouit carne mor/
tuum ⁊ viuentem credidit deum. Sudarium
autem capitis domini cum lintheaminibus nō
inuenitur quia caput christi deus ⁊ diuinita/
tis incomprehensibilia sacramenta ab īfirmi/
tatis nostre cognitione disiuncta sunt: eiusq̄ȝ
potentia creature transcendit naturam. Non
solum autem separatim sed inuolutum inue/
niri dicitur: q͛ linthei quo inuoluitur: nec ini
tium nec finis aspicitur. Celsitudo autem di/
uinitatis nec cepit esse nec desinit. Bene au/
tem additur in vno loco: quia in scissura men
tium deus non est: ⁊ illi eius gratiam habere
merentur qui se abinuicem per sectarum scan
dala nō diuidunt. Sed quia solet per sudariū
laborantiū sudor detergi: potest ⁊ sudarij no
mine intelligi labor dei. Sudarium ergo q̄d
super caput eius fuerat: seorsum inuenit: q͛a
ipsa redemptoris nostri passio longe a nostra
passione disiuncta est: quoniam ipse sine cul/
pa pertulit quod nos cum culpa toleramus.
Ipse sponte morti succumbere voluit: ad quā
nos venimus inuiti. Postq̄ȝ autem intrauit
petrus: ingressus est ⁊ ioannes: quia in fine
mundi ad redemptoris fidem etiam iudea col
ligetur. THEO. Vel aliter. Intellige pe/
trum actiuum ⁊ promptum. Joannem vero
contemplatiuum: ⁊ docilem: erga rerum di/
uinarum habuisse peritiam. plerūq̄ȝ aūt pre/
uenit contemplatiuus notitia ⁊ docilitate: sed
actiuus instantia feruoris ⁊ sedulitate prece/
dit illius acumen: ⁊ prius inspicit diuinum
mysterium.

¶ Dominica in octaua pasce. Joan nis. xx. capi.



Cum sero eēt die illo vna
sabbatorum ⁊ fores essēt
clause vbi erant discipuli
congregati propter metū
iudeorum: venit iesus et
stetit ī medio ⁊ dixit eis: Pax vobis.
Et cum hoc dixisset ostendit eis manus
⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli vi
so domino. Dixit ergo eis iterū: Pax
vobis. Sicut misit me pater: ⁊ ego mit
to vos. Hec cum dixisset: insufflauit:
et dixit eis: Accipite spiritum sanctū.
Quorum remiseritis peccata remittū
tur eis: et quorum retinueritis retēta
sunt. Thomas autem vnus ex duode
cim qui dicitur didymus non erat cum
eis quando venit iesus. Dixerunt er
go ei alij discipuli: Vidimus dominū.
Ille autem dixit eis: Nisi videro ī ma
nibus eius fixurā clauorū et mittam
digitum meum in locum clauorum: et
mittam manum meā in latus eius non
credam.

CHRY. Audiētes discipuli q̄d maria an
nunciauit consequens erat vt aut discrederēt:
aut credentes dolerent: quoniam eos non re
putauit dignos sua visione. Hec igitur reco
gitātes: neq̄ȝ per vnam diem dimisit per trā
sire: sed ex eo q̄ sciebant iam suscitatum esse:
videre sitientibus ⁊ timidis existentibus cum se
ro factum esset ipsis astitit. vnde dicitur: Cū

se. esset die illo vna sabba. ⁊ fo. essent clause:
vbi erant disci. congre. propter me. iu. BE/
DA. In hoc infirmitas apostolorum mon/
stratur: qui foribus clausis intus congregati
resident propter timorem iudeorum: quorum
metu fuerant prius dispersi. Venit iesus et
stetit in medio. Ideo autem sero apparuit: q2
consequens erat tunc maxime eos timidos es
se. THEO. Vel quia prestolabatur vt oẽs
conuenirent. Ostijs vero clausis. vt ostẽdat
quia eodem modo resurrexit adiacente lapide
super monumentũ n. AVGV. in ser. pa/
sce. Nonnulli autem de hac re ita mouentur:
vt pene periclitentur afferentes contra mira/
cula diuina preiudicia ratiocinationuꝫ suaꝝ.
Sic enim disputant. Si corpus erat: si hoc
surrexit de sepulchro quod pepẽdit in ligno:
Quomodo: per hostia clausa intrare potuit?
Si comprehendis modum: non est miracu/
lum. vbi deficit ratio: ibi est fidei edificatio.
AVGV. super ioan. Moli quidem cor/
poris vbi diuinitas erat ostia clausa non ob/
steterunt. Ille quippe non eis apertis intrare
potuit quo nascente virginitas matris inuio
lata permansit. CHRY. Sed mirabile est
qualiter phantasma eum non estimarunt: sed
hoc fuit: quia mulier preueniens: in eis mul/
tam fidem operata est. Sed ⁊ ipse per visum
manifestum se eis ostendit ⁊ voce eorum flu/
ctuantem mentem firmauit. vnde sequitur:
Et dixit eis: Pax vobis. i. ne tumultuemi/
ni. In quo etiam commemorat verbuꝫ quod
ante crucem dixerat: Pacem meam do vo/
bis: ⁊ rursus In me pacẽ habebitis. GRE
GO. Et quia ad illud corpus quod videri
poterat fides intuentium dubitabat: ostendit
eis protinus manus ⁊ latus: vnde sequitur:
Et cum hoc dixisset ostendit eis manus ⁊ la/
tus. Claui enim manus fixerant: lancea lat9
aperuerat: Ibi ad dubitantium corda sananda
vulnerum sunt seruata vestigia. CHRY.
Et quia ante crucem eis dixerat: Iterum vi/
debo vos ⁊ gaudebit cor vestrum. hoc opere
impletur. vnde sequitur: Gauisi sunt disci/
puli viso domino. AVGV. xij. de ci. dei.
Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol i regno
patris sui: i christi corpore cum resurrexit ab
oculis discipulorum potius abscondita fuisse
q̃ꝫ defuisse credenda est. non enim eam fer/
ret humanus atqꝫ infirmus aspectus quan/
do ille a suis ita deberet attẽdi vt posset agno
sci. CHRY. Vniuersa autem hec eos
ad fidem certissimam inducebant. quia vero
prelium inexpugnabile habebant ad iudeos:
rursus eis pacem annunciat. vnde sequitur:
Dixit eis ergo iterꝫ: Pax vobis. BEDA.
Iteratio confirmatio est: siue ideo repetit quia
gemina est virtus charitatis. vel quia ipse est
qui fecit vtraqꝫ vnum. CHRY. Simul
quoqꝫ demonstrat crucis efficaciam per quaꝫ
soluit omnia tristia ⁊ contulit omnia bona: ⁊
hoc est pax. Mulieribus autem supra annun
ciatum est gaudium. quia i tristitijs illud ge/
nus erat: ⁊ hanc suscepit maledictionem dicẽ
te domino: In dolore paries. Quia ergo vni
uersa prohibentia sunt destructa ⁊ directa sũt
omnia de reliquo subdit: Sicut misit me pa/
ter: ⁊ ego mitto vos. GREGO. Pater
quidem filium misit qui hunc pro redemptio
ne generis humani incarnari constituit. Ita/
qꝫ dicitur: Sicut misit me pater ⁊ ego mitto
vos. idest ea charitate vos diligo: cum inter
scandalum persecutorum mitto qua me chari
tate pater diligit quem venire ad tolerandas
passiones fecit. AVGV. Equalem autem
patri filium nouimus: sed h verba mediato/
ris agnoscimus. Medium quippe se osten/
dit dicendo: Ille me: ⁊ ego vos. CHRY.
Sic igitur eleuauit eorum animum ⁊ ab his
que facta sunt ⁊ a dignitate mittentis ⁊ non
adhuc deprecatio ad patrem fit: sed sua aucto
ritate dat eis virtutem. vnde sequitur: hec cũ
dixisset insufflauit ⁊ dixit eis: Acci. spiritum
sanctum. AVGV. xi. de tri. Flatus ergo
ille corporeus substantia spiritussancti nõ fu/
it: sed demõstratio per congruam significationẽ
non tantum a patre: sed etiã a filio procedere
spiritumsanctum. Quis enim dementissim9
dicat alium fuisse spiritum quẽ sufflãs dedit:
⁊ alium quem post ascensionem suam misit?
GREGO. Cur autem prius i terra disci
pulis datur: postmodum de celo mittitur nisi
q2 duo sunt precepta charitatis dilectio vide/
licet dei ⁊ dilectio proximi: in terra datur spi/
ritus: vt diligatur proximus. ex celo datur
spiritus vt diligatur deus. sicut ergo vna

est charitas τ duo precepta: ita vnus est spiri
tus τ duo data: prius a consistente domino i
terra. postmodum datur ex celo quia proximi
amore discitur qualiter perueniri debeat ad
amorem dei. CHRY. Quidam autem di
cunt quoniam non spiritum dedit sed aptos
eos ad susceptionem spiritus per insufflatio
nem construxit. Si enim angelus videns da
niel excessum mentis passus est quid ineffabi
lem illam gratiam suscipientes passi essent ni
si discipulos suos primitus instruxisset? Ne
quaquam autez quis peccabit dicens tunc su
scepisse eos quandam potestatem spiritualis
gratie: nō vt mortuos suscitent τ miracula fa
ciant: sed vt dimittant peccata. vnde sequitur
Quorum remi. pec. remit. eis: τ quo. retinu.
reten. sunt eis. AVGV. Ecclesie charitas
que per spiritumsanctum diffunditur in cor/
dibus nostris participum suorum peccata di
mittit. eorum autem qui non sunt eius parti/
cipes tenet. Ideo postquā dixit: Accipite spiri
tumsanctum. continuo de peccatorum remis/
sione τ retentione subiecit. GREGO.
Sciendum vero est quod hi qui prius spiritum
sanctum habuerunt: vt ipsi innocentes viue
rent: τ in predicatiōe quibusdam prodessent:
iccirco hunc post resurrectionem domini pa/
tenter acceperunt: vt prodesse non paucis: sed
pluribus possent. Libet ergo intueri: illi di/
scipuli ad tanta onera humilitatis vocati ad
quantum culmen glorie sint producti. Ecce
non solum de seipsis securi fiunt: sed etiam
principatum superni iudicij sortiuntur vt vi
ce dei quibusdam peccata retineāt: quibusdā
vero relaxent: horum nunc in ecclesia episco/
pi locum tenent: τ soluendi ac ligandi aucto/
ritatem suscipiunt: qui gradum regiminis sor
tiuntur. Grandis honor: sed graue pondus
istius est honoris. Durum quippe est vt qui
nescit tenere moderamina vite sue iudex fiat
vite aliene. CHRY. Sacerdos enim etsi
propriam bene dispensauerit vitam: aliorum
vero non cum diligentia curam habuerit: cū
perniciosis in gehennam vadit. Scientes igi/
tur periculi magnitudinem: multam tribuite
eis deuotionem: τ etiam si non valde nobiles
fuerint: non autem iustum est ab his qui in
principatu subijciuntur iudicari: τ si vita eo
rum fuerit valde detractabilis: in nullo ledēs
in his que sunt eis commissa a deo. non enim
sacerdos: sed neque angelus aut archangelus
operari aliquid potest in his que sunt data a
deo. Sed pater τ filius τ spiritussanctus om
nia dispensant. Sacerdos autem suam linguā
τ manum tribuit. non. n. iustum esset vt pro/
pter alterius malitiam circa symbola nostre sa
lutis ledi eos qui ad fidem veniunt. Omni/
bus autem discipulis congregatis solus tho
mas deficiebat a dispersione. q̄ iam facta erat
vnde dicitur. Thomas autem vnus ex duo/
decim qui dicitur dydimus non erat. cum eis
quando venit iesus. ALCVI. Dydimus
grece: latine geminus: propter dubium cor i
credendo: thomas abyssus: quia altitudinem
diuinitatis certa fide penetrauit. GRE.
Non autem casu gestum est vt electus ille di
scipulus tunc deesset. Egit namque miro mo/
do superna clementia vt discipulus dubitās
dū in magistro suo vulnera palparet carnis:
in nobis vulnera sanaret īfidelitatis. Plus
enim nobis infidelitas thome ad fidem quam fi
des credentium discipulorum profuit: quia
dum ille ad fidem palpando reducitur: nostra
mens omni dubitatione postposita in fide so
lidatur. BEDA. Queri autem potest qua/
re hic euangelista tunc thomam defuisse di/
cat: cum lucas scribat quod duo discipuli euntes
in Emaus reuersi in hierusalem inuenerunt
vndecim congregatos? sed datur intelligi quod
dam fuisse internallum quod ad horam thomas
egressus sit: τ iesus veniens in medio eorum
stetit. CHRY. Sicut autem simpliciter τ
qualitercunque credere facilitatis est: ita mul/
tum inuestigare est grossissime mentis: τ pro
pter hoc thomas accusatur. Apostolis. n. di/
centibus: quoniam vidimus dominum: non
credidit: non tantum illis discredens: quan/
tum rem putans impossibilem esse. vnde se/
quitur. Dixerunt ergo ei alij discipuli: vidi/
mus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi vi
dero in manibus eius fixuram clauorum: τ
mittam digitum meum in locum clauorum: τ
mittam manum meam in latus eius non cre
dam. Alijs. n. grossior existens eam que est
per sensum grossissimum scilicet tactum que/
rebat fidem: τ neque oculis credebat. vnde nō
suffecit ei dicere: Nisi videro: sed addidit: Et
misero digitum τc.

¶ Et post dies octo iterum erant di

ſcipuli eius intus ⁊ thomas cum eis.
Venit ieſus ianuis clauſis ⁊ ſtetit in
medio ⁊ dixit eis. Pax vobis. Dein
de ⁊ dicit thome: Infer digitum tuum
huc: ⁊ vide manus meas: ⁊ affer manuꝫ
tuam: ⁊ mitte in latus meum: ⁊ noli eſ
ſe incredulus ſed fidelis. Reſpōdit tho
mas ⁊ dixit: Dominus meus ⁊ deus
meus: Dicit ei ieſus: Quia vidiſti me
thoma credidiſti: beati qui nō viderūt
⁊ crediderunt. Multa quidem ⁊ alia
ſigna fecit ieſus in conſpectu diſcipulo
rum ſuorum que non ſunt ſcripta in li
bro hoc. Hec autē ſcripta ſunt vt cre
datis: quia ieſus eſt chriſtus filius dei:
⁊ vt credentes vitam habeatis in nomi
ne eius.

CHRY. Conſidera dominatoris clemen
tiam: qualiter ⁊ pro vna anima oſtendit ſeip
ſuꝫ vulnera habentē ⁊ accedit vt ſaluet vnū:
⁊ nimiruꝫ diſcipuli annunciantes digni erāt
fide ⁊ ipſe promittens. Sed tamen quia ſo
lus thomas queſiuit neqꝫ hoc eum priuauit
chriſtus: non autem ſtatim ei apparet: ſed pꝰ
dies octo: vt in medio a diſcipulis admoni
tus accendatur in maius deſiderium ⁊ fideli
or fieret in futurum. vnde dicitur: Et poſt di
es octo iteruꝫ erant diſcipuli eius intus ⁊ tho
mas cum eis: Venit ieſus ianuis clauſis: ⁊
ſtetit in medio: ⁊ dixit: Pax vobis. AV
GV. i ſer. paſ. Queris a me ⁊ dicis: ſi per
oſtia clauſa intrauit: vbi eſt corporis modus?
⁊ ego rñdeo: ſi ſup mar̄ ābulauit: vbi ē corpo
ris pōdꝰ? ſed fecit illud dñs tanqꝫ dñs: nun
quid igitur quia reſurrexit deſtitit eſſe domi
nus? CHRY. Aſtat itaqꝫ ieſus ⁊ non ex
pectat a thoma interrogari: ſꝫ vt oſtendat quo
niam cum loquebatur ad condiſcipulos ade
rat: eiſdem verbis vſus eſt. Et primo quidē
increpat vel improperat. vnde ſequitur: De
inde dicit thome: infer digitum tuum huc: ⁊
vide manus meas: ⁊ affer manū tuam: ⁊ mit
te in latus meum. ſecundo autem erudit di
cens: Et noli eſſe icredulus ſed fidelis. vide
quoniaꝫ infidelitatis erat ambiguitas: anteqꝫ
ſpiritum ſanctuꝫ acciperent: poſtea autem nō:
ſed firmi erant de reliquo. Dignum autem ē
querere qualiter corpus incorruptibile typos
habebat clauorum: ſed ne tumultueris: con
deſcenſionis. n. erat vt diſcerent: quoniaꝫ ip
ſe erat qui crucifixus fuerat. AVGV. de
ſymbolo: Poſſet autē ſi vellet de corpore ſu
ſcitato ⁊ clarificato omnem maculam cuiuſli
bet cicatricis abſtergere: ſed ſciebat quare ci
catrices in ſuo corpore reſeruaret. Sicut eniꝫ
demonſtrauit thome non credenti niſi tange
ret ⁊ videret ita etiam inimicis ſuis vulnera
demonſtraturus eſt ſua: non ꝙ eis dicat ſicut
thome: Quia vidiſti crediſti: ſed vt conuin
cens eos veritas dicat: Ecce hominem quem
crucifixiſtis: videtis vulnera que infixiſtis:
agnoſcitis latus quod pupugiſtis: quoniam
per vos ⁊ propter vos apertuꝫ eſt: nec tamē
intrare voluiſtis. AVGV. xxij. de ci. dei.
Neſcio autem quomodo etiam ſic afficimur
amore martyrum beatorum: vt velimus in il
lo regno in eorum corporibus videre vulne
rum cicatrices que pro chriſti nomine pertu
lerunt: ⁊ forſaſſe videbimus. non. n. defor
mitas in eis: ſed dignitas erit: ⁊ quedam qꝫ
uis in corpore non corporis ſed virtutis pul
chritudo fulgebit. nec ideo tamē ſi aliqua mar
tyribus amputata ⁊ ablata ſunt membra: ſine
ipſis membris in reſurrectiōe erunt mortuo
rum: quibus dictum eſt: Capillus capitis ve
ſtri non peribit. Sed ſi hoc decebit in illo no
uo ſeculo: vt inditia glorioſorum vulnerum
in illa immortali carne cernantur vbi mem
bra vt preſciderentur percuſſa vel ſecta ſunt
ibi cicatrices: ſed tamen eiſdem membris red
ditis non perditis apparebūt. Quamuis igi
tur omnia que acciderant corpori vitia tunc
non erunt. non ſunt tamē appellanda vitia:
ſed virtutis indicia. GREGO. in ho.
Palpandam autem carnem dominus pre
buit quam clauſis ianuis introduxit: qua ī re
duo mira ⁊ iuxta humanam rationem valde
ſibi contraria oſtendit: dum poſt reſurrectio
nem corpus ſuum ⁊ incorruptibile: ⁊ tamen
palpabile demoſtrauit. Nam ⁊ corrumpi ne
ceſſe eſt quod palpatur: ⁊ palpari non poteſt
quod non corrumpitur. ⁊ incorruptibilem ſe
ergo ⁊ palpabilem demonſtrauit: vt profecto
poſt reſurrectionem eſſe oſtenderetur corpus
ſuum ⁊ eiuſdem nature ⁊ alterius glorie.
GREGO. xiiij. mora. Corpus etiam no

strum in illa resurrectionis gloria erit quidez
subtile per effectum spiritalis potentie: s; pal
pabile per veritatem nature: Non autez sicut
euticius scripsit impalpabile: τ ventis aereq;
subtilius. AVGV. Videbat autem tho/
mas tangebatq; hominez: τ confitebatur de/
um quem non videbat neq; tangebatq;: sed
per hoc quod videbat atq; tangebat: illud iaz
remota dubitatione credebat. vnde sequitur:
Respondit thomas: τ dixit ei: Domin⁹ me
us τ deus meus. THEO. Qui prius in/
fidelis fuerat: post lateris tactum optimuz se
theologum ostendit. Nam duplicem naturã
vnicamq; hypostasim christi edisseruit. dicen
do.n. Dominus meus: humanam naturaz:
dicendo vero deus meus: diuinaz confessus
est: τ vnum τ eundem deũ τ dominum. Se
quitur: Dicit ei iesus: Quia vidisti me credi
disti. AVGV. Non ait tetigisti me sed vi
disti me qm̃ generalis quodammodo est sen/
sus visus. naz τ per quatuor alios sensus no
minari solet velut cum dicimus: Audi τ vi/
de q̃z bene sonet: olfac: τ vide q̃z bene oleat:
gusta τ vide q̃z bene sapiat: tange τ vide q̃z
bene caleat. vnde τ hic dominus dicit: Infer
dig. tuuz huc τ vide manus meas. Quid ali
ud ait q̃z tange τ vide: nec tamen ille oculos
habebat in digito. ergo siue intuendo siue eti
az tangendo h̃ ait. Quia vidi. me credidisti.
Q̃uis dici possit non ausum fuisse discipuluz
tangere: cum se offerret ille tangendum.
GREGO. Sed cũ apostolus dicat fides
est substantia sperandarum rerum argumen
tum non apparentium: profecto liquet: quia
que apparent iam fidem nõ habent: sed agni
tionem. Dum ergo vidit thomas: cum palpa
uit: cur ei dicitur: Quia vidisti me credidisti.
Sed aliud vidit: aliud credidit: hominem vi
dit: τ deum confessus est. Letificat autez val
de quod sequitur: Beati qui non viderunt τ
crediderunt. In qua sententia nos specialiter
significati sumus: qui eum quem carne non
vidimus mente retinemus. si tamẽ fidem no
stram operibus sequimur. Ille enim vere cre
dit: qui exercet operando quod credit. AV/
GV. Preteriti autem temporis vsus ẽ ver
bis tanq̃z ille qui id quod erat futurum ĩ sua
nouerat predestinatione iã factũ. CHRY.
Cum ergo aliquis nunc dixerit: Utinam in
temporibus illis fuissem: τ vidissem christuz
miracula facientez: excogitet: Beati qui non
viderunt τ crediderunt. THEO. Expri/
mit autem τ hinc discipulos qui nec plagas
clauorum nec latus palpantes crediderunt.
CHRY. Quia vero ioannes pauciora ali
is euangelistis dixerat subiungit: Multa q/
dem τ alia signa fecit iesus in conspectu disci
pulorum suorum que non sunt scripta in li/
bro hoc: sed nec alij omnia dixerunt: sed que
erant sufficientia attrahere ad fidem audien/
tes. Mihi autez videtur h̃ dĩc ea que post re
surrectionem sunt signa: τ ideo dicit in con/
spectu discipulorum suorum: cum quibus so
lis post resurrectionem conuersatus est. dein
de vt discas quoniam non solum discipulorũ
gratia signa fiebant: induxit: Hec autez scri.
sunt: vt cre. quia ie. est christus fi. dei. cõmu/
niter ad humanam naturam loquens: Et vt
ostendat qm̃ non illi qui creditur: sed nobisip
sis vtile est credere: subdit: Et vt credentes
vitam habeatis in nomine eius. i. per iesuz:
Ipse autem est vita.

¶ Catene auree angelici. Diuiniq; docto/
ris. Sancti Thome de aquino. Sacri ordi/
nis. Fratrum predicatoruz super omnia euã
gelia dominicalia τ ferialia totius anni. Nu
per ordinate per Religiosum Patrem fra/
trem Petrũ de Vincẽtia. Sacri eiusdẽ or/
dinis Pria explicit pars Videlicet. A. do/
minica in. lxx. vsq; ad dominicam in octaua
pasce inclusiue: Sequitur pars secunda.

Innocenti⁹ Papa. In s̃mone: Ecce plusq̃z
Salomon hic. De Sancto doctore Thoma
de aquino. Sic dicit.



Huius Doctoris Sapientia
Pre ceteris. Excepta canoni
ca. Habet proprietatem ver/
borum. Modum dicendorũ.
Veritatem Sententiarũ. Ita
vt nunq̃z qui eum tenuit inue
niatur Atramite Veritatis Deuiasse: Et q
eum ĩpugnauit. SEMPER. fuit De ve
ritate. SVSPECTVS.

¶ Opus aureum angelici doctoris. Sancti thome de aquino Sacri ordinis Fratrum predicatorum super euangelia dominicalia ⁊ ferialia. A dominica prima post octauam pasce vsq₃ ad dominicam in .lxx. exclusiue. Secundum consuetudinem eiusdem ordinis.

¶ Dominica prima post octauam pasce. Joannis. x. capi.



Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autẽ et qui non est pastor cuius nõ sunt oues proprie videt lupum venientem: ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ dispergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est: ⁊ non pertinet ad eum de ouibus.

AVGV. Aperuit dominus duas res q̃s quodãmodo clausas proposuerat. primo quidem scimus quia ostium ipse est: nũc aũt ostẽdit q: pastor ẽ dicens: Ego sum pa. bo. Supra aũt dixerat pastorẽ intrare per ostiu₃. si ergo ipse est ostiũ: quõ ꝑ seipsum intrat. Sicut ergo ipse per seipsũ nouit patrẽ: nos aũt ꝑ illum: sic intrat in ouile per seipsum: nos autẽ per ipsũ. nos q: christum predicamꝰ per ostiũ intramus: christus aũt seipsũ predicat. lumen enim ⁊ alia. demonstrat: ⁊ seipsum. Si autem prepositi ecclesie qui filij sunt: pastores sunt: quõ vnus pastor est: nisi quia sunt illi omnes vnus membra pastoris: ⁊ quidẽ qui pastor ẽ: dedit membris suis. nam ⁊ petrꝰ pastor: ⁊ ceteri apostoli pastores: ⁊ omnes bõi episcopi. Ostiũ vero nemo nostrũ se dicat: hoc sibi ipse ꝓprie tenuit. nõ aũt adderet. Bonus: nisi essent ⁊ pastores mali. ipsi sunt fures ⁊ latrões aut certe vt multũ mercenarij. CHRY. in ho. Atq₃ eius bonitatis formam qua₃ nos imitemur adiungit dicens: Bonus pa. ani. su. po. pro ouibꝰ suis fecit qđ monuit: osñdit q iussit: ꝓ ouibus suis aĩam suam posuit: vt in sacramento nostro corpus suũ ⁊ sanguinẽ verteret: ⁊ oues q̃s redemerat carnis sue alimento satiaret. ostensa est nobis de contemptu mortis via quã sequamur: apposita forma cui ĩprimamur. primu₃ nobis ẽ exteriora nostra misericorditer ouibus eiꝰ ĩpendere postremũ vero si necesse sit etiã in mortẽ animã nostrã ꝓ eisdem ouibus ministrare. Qui aũt nõ dat pro ouibus substãtiã suã: quãdo ꝓ his daturus est animã suam. AVGV. Nõ autẽ solus christus hoc fecit: ⁊ tamẽ si illi q fecerũt: mẽbra eius sunt: ide₃ ipse vnus hoc fecit. ipse enim potuit facere sine illis: illi sine illo nõ poterãt. AVGV. Omnes tamẽ pastores boni fuerũt: nõ solum q: sanguinẽ fuderũt: sed q: ꝓ ouibus fuderũt. nõ eni fuderunt elatõne s₃ charitate. nã ⁊ apud hereticos qui ꝓpter iniq̃tates ⁊ errores suos aliq̃d molestiarũ ꝑpessi fuerũt noĩe martyrij: se iactãt: vt hoc pallio dealbati facilius furent q: lupi sũt. Nõ aũt oẽs q corpora sua ĩ passiõe etiam ignibus tradũt estimãdi sũt sãguinẽ fudisse ꝓ ouibꝰ: s₃ potiꝰ cõtra oues. dicit. n. apostolus: Si tradidero corpus meũ vt ardeã: charitatẽ aũt nõ hẽam: nihil mihi ꝓdest. Quomodo aũt hʒ vel exiguã charitatẽ q ẽt cõuictus nõ amat vnitatẽ. quã dñs cõmẽdãs noluit multos appellare pastores: s₃ pastorẽ vnũ dicens: Ego sũ pastor bonus. CHRY. Sic igiť de cetero dñs de passione sua disputabat ostẽdens quoniã pro salute fieret mũdi: ⁊ nõ inuitus in hãc venit. Deĩde rursus ostẽdit signa pastoris ⁊ mercenarij cũ dicit. Mercenariꝰ aũt ⁊ q ñ ẽ pastor cuiꝰ nõ sũt oues ꝓprie: videt lupu₃ venientem ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. GRE. Sũt. n. nõnulli q dũ plus terrenã substantiã q̃₃ oues diligũt: merito nomẽ pastoris ꝑdũt. nõ. n. pastor sed mercenariꝰ vocať q non pro

amore itimo oues dñicas: sed ad temperales
mercedes pascit. Mercenari⁹ quippe ē q pasto
ris locum tenet: sed lucrū animarū nō q̄rit ter
renis cōmodis ibiat: honore prelationis gau
det. AVGV. de ver. do. Aliud ergo q̄rit
ī ecclesia: nō deū querit. si deum quereret: ca/
stus esset: q2 legitimum maritū anima deū hꝫ
quisq̄s a deo querit preter deū aliq̄d: nō caste
deū querit. GRE. in bo. Utrū vero pastor
sit vel mercenarius cognosci veraciter nō po
test: si occasio necessitatis deest: trāquillitatis
eni tēpore plerūq̄ȝ ad gregis custodiam: sicut
verus pastor: sic etiā mercenarius stat: sed lu
pus veniēs indicat quo quisq̄ȝ animo super
gregis custodiam stabat. AVGV. d̄ ver.
do. Lupus autē diabolus ē: ⁊ qui illū sequū/
tur. nā dictū est ꝙ induti quidā pellib⁹ ouiū:
intus sunt lupi rapaces. AVGV. sup io/
an. Ecce lupus ouis guttur apprehēdit: dia/
bolus fideli adulteriū p̄suasit: excōicandus ē:
Sed excōicatus inimicus erit īsidiabitur: no
cebit cum potuerit. vnde taces: nō icrepas: lu
pum venientem vidisti ⁊ fugisti: corpore ste/
tisti: animo fugisti: affectiones eni nostre mo
tus animorū sunt letitia animi diffusio ē: tri/
stitia autē cōtractio, cupiditas animi p̄gressio:
timor animi fuga ē. GRE. in home. Lu/
pus etiā sup oues venit cū quilibet iniust⁹ ⁊
raptor: fideles quosq̄ȝ atq̄ȝ humiles opp̄mit.
Sed is q pastor esse videbat̄ ⁊ nō erat: relīq̄t
oues ⁊ fugit. quia dum sibi ab eo periculum
metuit: resistere eius iniusticie non presumit.
fugit autē non mutando locū: sed subtrahen/
do solaciū. Sed contra hoc mercenarius nul/
lo zelo accenditur: q2 dū solū exteriora cōmo/
da req̄rit: interiora gregis dāna negligenter
patit̄. vnde subdit̄: Mercenari⁹ aūt fugit: q2
merce. ē: ⁊ nō p̄tinet ad eum de ouib⁹. Sola
ergo cā est vt mercenari⁹ fugiat: q2 mercena/
ri⁹ ē. Ac si dicat: Stare ī p̄iculo ouiū nō pōt: q
ī eo ꝙ ouib⁹ p̄est: ñ oues diligit: sꝫ lucrū terre
nū q̄rit. ⁊ ideo opponere se ꝯtra p̄iculū trepi/
diat. ne hoc quod diligit amittat. AVGV.
Si autē apostoli pastores fuerūt nō mercena
rij: quare fugiebāt quādo p̄secutionē patiebā
tur. ⁊ hoc dño dicente: Si vos persecuti fue/
rint fugite: pulsemus: aderit qui apiet. AV
GV. ad honoratis. Fugiūt ergo omnino
de ciuitate in ciuitatem serui christi: ministri
verbi ⁊ sacramenti eius quādo eorum q̄sq̄ȝ
sp̄aliter a persecutoribus queritur: vt ab alijs
que nō ita requirūtur nō deserat̄ ecclesia. Cū
aūt omniū. i. ep̄orū ⁊ clericorū ⁊ laycorū ē cōe
periculū hi qui alijs indigēt: non deserant̄
ab his quibus indigēt. aut igit̄ ad loca muni/
ta omnes transeant. aut qui habent remanen
di necessitatem: non relinquātur ab eis p̄ q̄s
eorū ecclesiastica est implenda necessitas. Tūc
ergo de locis ī quibus sumus premente per/
secutione fugiendum est christi ministris: qñ
ibi aut plebs christi non fuerit cui ministre/
tur: aut potest īpleri per alios necessariū mini
steriuȝ: quibus eadem nō est causa fugiendi.
Cum autem plebs manet ⁊ ministri fugiūt
ministeriūq̄ȝ subtrahit̄: q̄d erit nisi mercena/
riorū illa fuga dānabilis. quibus non est cu/
ra de ouibus. AVGV. super ioan: In bo
nis ergo noiant̄ ostium ostiari⁹ pastor ⁊ oues
in malis fures ⁊ latrones: mercenarij: lup⁹
AVGV. de ver. do. Diligēdus ē pastor:
cauēdus latro tolerandus mercenarius. Tā/
diu enim est vtilis mercenari⁹: q̄ȝdiu non vi
det lupū furē vel latronē: cū aūt viderit fu/
git. AVGV. super ioan: Nec eni merce/
narius diceretur: nisi acciperet a conducente
mercedē: filij eternā hereditatē patris patien
ter expectant: mercenari⁹ tēporalē mercedem
cōducti festinanter exoptat: ⁊ tamen p̄ liguas
vtrorūq̄ȝ diuina christi gloria diffamat̄. Inde
ergo ledit: vnde mala facit: nō vnde bona di
cit: botrum carpe: spinā carpe: spinā caue: q2
botrus aliquādo de radice vitis exortus: pen
det in spinis. multi quippe in ecclesia cōmoda
terrena sectantes christum predicāt: ⁊ per eos
vox christi auditur ⁊ sequuntur oues nō mer
cenarium: sed vocem pastoris p̄ mercenariū.

¶ Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco
oues meas: ⁊ cognoscunt me mee. Si/
cut nouit me pater: ⁊ ego agnosco pa/
trem ⁊ animam meam pono p̄ ouibus
meis. Et alias oues habeo que nō sūt
ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adduce
re: ⁊ vocem meam audient ⁊ fiet vnum
ouile ⁊ vnus pastor.

CHRY. Duos superius malos premisit
dominus: vnū qui furat̄ ⁊ mactat ⁊ rapit: alte
rum qui non prohibet: per illum sediciosos i
sinuans: per hunc iudeorum magistros con/

fundentes: ⁊ nō procurantes creditas oues. Sed ab vtrisq; seipsum christus distinxit: ab illis quidem qui ad ledendum venerunt in h̄ q̄ dixit: Ueni vt vitam habeant. ab his q̄ cō tēnunt luporum rapinas: ex eo q̄ pro ouibus animam ponit ⁊ ideo quasi concludens subdit. Ego sum pastor bonus. Sed quia superius dixerat: q̄ oues pastoris vocē audiūt: ⁊ sequuntur eum ne quis dicat: Quid ergo dicis de his qui tibi non credunt? īnter subdit: Et cognos. oues me. ⁊ cognos. me mee. Q̄d ⁊ paulus ostendit dicens: Non repellit dn̄s plebem suam quam prescivit. GRE. i ho. Ac si apte dicat: diligo oues meas: ⁊ ipse me diligentes obsequuntur qui enim veritatē diligit: adhuc minie cognouit. THEO. Hic autem differentiam mercenarij ⁊ pastoris eliciens. nam mercenarius ignorat oues: q̄ raro visitat eas. pastor vero cognoscit oues proprias: tanq̄ erga eas sollicitus. CHRY. Deinde vt non estimes parē mensuram cognitionis christi ⁊ ouium: īnter subdit: Sicut no. me. pa. ⁊ ego cog. patrē. q. d. Ita certissime ipsum scio: sicut ipse me: hic ergo est par cognitio. ibi non. nam sequitur: Et ani. me. po. p oui. meis. GRE. in ho. Ac si aperte dicat: In hoc constat: quia cognosco patrem: ⁊ cognosco a patre: quia animam meā pono pro ouibus meis. i. ea charitate qua pro ouibus meis morior quantum patrem diligā ostendo. CHRY. Hoc etiam dicit ostendens q̄ non est erroneus: quia ⁊ apostolus quando seipsum voluit ostendere verum esse magistrum. contra pseudo apostolos induxit rationē a periculis ⁊ mortibus. THEO. Seductores enim non exposuerunt animam suam pro ouibus: sed sicut mercenarij deserunt illos qui eos sequebantur. dominus autem vt non caperentur dixit: Sinite hos abire. GRE. Quia vero non solum iudeā: s; etiam gentilitatem redimere venerat adiungit. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. AVGV. de ver. do. Loquebat enī primo de ouili de genere carnis israel: erant autem alij de genere fidei ipsius israel extra: erant adhuc in gentibus: erant predestinati: nondum congregati. Non ergo sunt de hoc ouili: quia non sunt de genere carnis israel: sed erunt de hoc ouili. nam sequitur: Et illos oportet me adducere. CHRY. Ostendit vtrosq; dispersos ⁊ pastorea non habentes. Sequitur. Et vocem meam audient. Ac si dicat: Quid miramini si hi me sunt secuturi ⁊ vocem meam audituri: quando alios videbitis me sequentes: ⁊ vocem meam audiētes. deinde ⁊ futuram eorum prenūciat vnionem. vnde subdit: Et fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. GRE. in home. Quasi ex duobus gregibus vnum ouile effecit: quia iudaicum ⁊ gentilem populum in sua fide coniungit. THEOPHI. Idem namq; omnibus est baptismi signaculum. vnus pastor verbum dei. Attendant ergo manichei: quoniam vnū ouile ⁊ vnus pastor est noui ⁊ veteris testamenti. AVGV. Quid ergo est. Non sū missus nisi ad oues que perierunt domus israel. nisi quia p̄ntiam suam corporalem non exhibuit nisi populo israel: ad gentes autem nō perrexit ipse sed misit. CHRY. Hoc autem verbum oportet quod hic positum ē: non necessitatis est demonstratiuum: sed eius quod omnino fiet. quia autem alienū dicebāt eum a patre subiungit.

¶ Dominica secunda. Joānis .xvi. capi.

Modicum ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerūt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me: ⁊ q̄ vado ad patrē? Dicebant ergo: Quid est hoc q̄ dicit nobis, modicum? Ne scimus quid loquitur. Cognouit autē iesus: quia volebant eum interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc queritis inter vos q̄ dixi: modicū ⁊ nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me. Amē amē dico vobis. q̄ plorabitis ⁊ flebitis vos: mū

dus autem gaudebit. Vos autem con
tristabimini. sed tristicia vestra verte/
tur in gaudium. Mulier cum parit
tristiciam habet: quia venit hora eius.
Cum autem pepererit puerum: iaʒ nõ
meminit pressure propter gaudium: q̄
natus est homo in mundum. Et vos
igitur nunc quideʒ tristiciam habetis.
Iterum auteʒ videbo vos ⁊ gaudebit
cor vestrum ⁊ gaudium vestrum nemo
tollet a vobis.

CHRY. Postq̄ dominus discipulos re
uelauit per ea que de spiritu sancto promisit:
rursus eorum oppressit sensuʒ dicens: Mo
dicum ⁊ iam non videbitis me. Hoc autem
facit: vt assuefaciat eos per tristium auditio/
nem: bene ferre suaʒ separationem: eā enim
que dolet animam ⁊ a tristicia multa detine/
tur: nihil ita consueuit quietare: vt que tristici
am pariunt verba reuoluta continue. BE.
Dicit enim: Modicum ⁊ iam non videbitis
me. quia tentus est nocte illa a iudeis: ⁊ ĩ ma
ne crucifixus ⁊ sepultus ab humanis est se/
clusus obtutibus. CHRY. Si vero quis
diligenter scrutabitur hoc consolationis ē di
cere. Quoniam ad patrem vado. Hoc enim
est ostendere q̄ non perierit: sed mors eius
translatio sit: ⁊ aliam consolationeʒ eis impo
suit cum adiecit: Et iterum modicum ⁊ vide/
bitis me: ostendens quoniam ⁊ redibit ⁊ in
pauco erit separatio ⁊ continua que cum eis
coexistentia. AVGV. Hec autem verba
domini obscura erāt discipulis: antequā id qd
dicit esse impletum vnde sequitur. Dixerunt
ergo ex discipulis eius adinuiceʒ: quid ē hoc
quod dicit nobis: Modicum ⁊ non videbi/
tis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me: q̄
vado ad patrem. CHRY. Hoc auteʒ nõ
intelligebant: aut propter tristiciam que amo
uebat a mente eorum ea que dicebantur: aut
propter immanifestationem eorum qua dice/
bantur: iccirco videbatur eis duo cōtraria po
nere non existentia contraria. Si enim vide/
bimus te aiūt: quo vadis: si vero vadis: qua
liter te videbimus: propterea dicunt: Quid
est hoc quod dicit nobis: Modicuʒ: nescimꝰ
quid loquitur. AVGV. Nam in precedē
tibus quia non dixerat: Modicum: sed dixe
rat. Ad patrem vado: aperte illis visus ē lo/
qui. Nunc ergo quod illis tunc obscurum fu
it: ⁊ mox manifestum est: iaʒ nobis vtiqʒ ma
nifestum est. Post paululuʒ enim passus ē:
⁊ non viderunt euʒ rursus post paululum re
surrexit ⁊ viderunt eum. dicit autem: Etiam
videbitis me. quia. s. mortalem christum vlte
rius non viderent. ALCVI. Vel aliter:
Modicum tempus est futurum: quo non vi
debitis me. i. illud triduuʒ: quo in sepulchro
quieuit: ⁊ iterum est modicum futurum tem/
pus quo videbitis me. i. illi. xl. dies: in qui/
bus eis sepius post passionem suam vsqʒ ad
tempus ascensionis sue apparuit. ⁊ ideo illo
modico tēpore videbitis me: Quia vado ad
patrem: quia non semper in terra corporali/
ter sum mansurus: sed per humanitateʒ quā
assumpsi ascensurus in celuʒ. Sequitur: Co
gnouit autem iesus quia volebant eum inter
rogare ⁊ dixit eis: De hoc queritis inter vos:
quia dixi vobis: Modicum ⁊ non videbitis
me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis
⁊ flebitis vos. Ignorantiā ipsorum pius ma
gister intelligens secundum illorum dubita/
tionem respondit: quasi expositurus quid es
set quod dixit. AVGV. Quod sic accipi
potest: quia contristati sunt discipuli de mor/
te domini: ⁊ confestiʒ de resurrectione letati.
Mundus auteʒ quo nomine significati sunt
inimici a quibus christus occisus est: tunc ita
q̄ letati sunt occiso christo: quando sunt disci
puli contristati. vnde sequitur: Mundus au
tem gaudebit: vos autem contristabimini: s;
tristicia vestra vertetur in gaudium. AL/
CVI. Sed ⁊ cunctis fidelibus cōuenit hic
sermo domini: q per lachrymas pressurasqʒ
presentes ad gaudia eterna contendunt. Flē
tibus autem iustis: mundus gaudet: quia in
presenti delectantur: alterius vite nulla gau/
dia sperātes. CHRY. Deinde ostendēs
quoniam tristicia parit gaudium: ⁊ quoniam
tristicia breuis. Leticia vero īfinita est: ad exē
plum venit mundanum dicens: Mulier cuʒ
parit tristiciam habet: quia venit hora eius.
Cum autem peperit puerum: iam non me/
minit pressure gaudiuʒ: quia natus est homo
in mundum. AVGV. Ista similitudo ad
intelligenduʒ non videtur esse difficilis: quo
niam comparatio eius in promptu est codem

ipso exponente cur dicta sit. Nam sequit: Et vos igit nunc qdem tristiciam habetis. Iterz aut videbo vos: et gaudebit cor vestrū. Parturitio quippe tristicie: partus aūt gaudio cōparatur: quod nūc magis eē cōsueuit quādo nō puella sed puer nascitur: quod vero subdit: Et gaudium vestrū nemo tollet a vobis: ga gaudium ipsorum ipse iesus est: significat qd ait apostolus. Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur. CHRY. Significat etiā predicto exemplo quoniam soluit ipse mortis pressuras et nouum hominē regenerās eē fecit: et nō dixit quoniā nō erit et tribulatio: sed neqz meminit eius tātū est quod succedit gaudium: ita erit et sanctis. Et nō dixit: Quoniam natus est puer: sed quoniā homo: occulte suā resurrectionem insinuās. AVGV. De futuris visione et gaudio: que superius dicta sunt melius existimo intelligi: Modicum et iam nō videbitis me. Modicū. n. est hoc totum spacium: quo presens puolat seculuz. idcircoqz addidit. Quia vado ad patrez quia ad superiorem sententiam referenduz ē vbi ait Modicum et iaz non videbitis me. Non ad posteriorez vbi ait. Modicū et videbitis me: Eundo quippe ad patrē facturus erat vt euz nō viderēt. illis ergo ait: Modicū et iam nō videbitis me. Qui cū tunc corporaliter videbant: quia iturus erat ad patrem: et eum deinceps mortales visuri nō erāt: qualem cuz ista loquebat videbāt: qd vero addidit: Et iteruz modicum et videbitis me: vniuerse promisit ecclesie. Hoc aūt modicū longum nobis videtur: quoniam adhuc agitur cū finitū fuerit: tunc sentiemus qz modicum fuerit. ALCV. Mulier autez sancta ecclesia ē: ppter fecūditatem bonorum operum: et qz spirituales deo filios generat. Hec mulier dum parit. i. dum in mundo virtutum profectibus insistit: dum vndiqz tēratur et affligitur: tristiciā habet de hoc: quia venit hora eius vt patiat: qz nemo carnē suā odio habuit. AVGV. Nec tamen ī huius gaudij parturitione sine gaudio tristes sumus: sed sicut apostolus ait: Spe gaudētes: quia et ipsa mulier parturiēs cui cōpati sumus: plus gaudet de mox futura prole: qz tristis est de presēti dolore. ALCVI. Sed cū peperit. i. cuz deuicto laborz certamine ad palmam puenerit: iā non meminit pressure precedentis propter gaudium percepte retributionis: qz natus est homo in mundum. Sicut enim mulier nato in h mundo homine letat: ita ecclesia nato in vitā eternam fidelium populo exultatione repletur. BEDA. Nec nouum debet videri si natus dicatur qui ex hac vita migrauerit: Sicut enī consuete nasci dicitur: cum quis de vtero matris procedens in hanc lucem ingreditur: ita potest natus appellari: qui solutus a vinculis carnis ad lucem eternam sublimatur. vn̄ sanctorz solēnia: non funebria sed natalicia vocantur. ALCVI. Quod autem dicit: Iterum videbo vos. i. assumam vos ad meipz. Vel iterum videbo vos. i. iterū videndus apparebo: et gaudebit cor vestruz. AVGV. Nunc enim totius laboris sui fructum ecclesia nunc parturit desideranda: tunc ē paritura cernendo. Et iō masculū qm̄ ad istum fructū contemplationis cuncta officia referunt actionis: solus. n. liber est qui ppter se appetitur: non refertur ad aliud: huic seruit actio. Ad h enim refertur quicquid bene agit ibi est finis qui sufficit nobis: eternus igitur erit. Neqz enim finis nobis sufficit: nisi cuius nullus ē finis. De hoc igit quod sufficit nobis rectissime audiuimus: Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

¶ Dn̄ica tertia. Joānis. xvi. capi.



Vado ad eū qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero paraclytus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eū ad vos. Et cum venerit ille arguet mūdum de peccato. et de iusticia: et de iudicio. De peccato quidem. quia non crediderunt in me. De iusticia vero quia ad patrem vado. et iam non videbitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

CHRY. Quia discipulos nondum perfectos tristitia impugnabat: eos dominus increpando dirigit dicens: va. ad eum qui me misit: ⁊ ne ex vo. interro. me quo va. Audiētes enim quoniam qui interficiet vos: opinabitur se obsequium prestare deo ita ceciderūt vt nihil ei loquerentur. Et ideo subditur: Sꝫ quia hec lo. sum vo. tristi. imple. cor ve. Nō parua autem ⁊ hec mitigatio scire eos: quoniam sciuerat dominus tristitie eorum superabundantiam: ⁊ propter desertionem eius: ⁊ propter mala que didicerāt se passuros: ⁊ nesciebāt si possent viriliter ferre. AVGV. Uel quia superius interrogauerunt euꝫ quo esset iturus: ⁊ responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent nunc ita se ꝓmittit iturum vt nullus eorū quo vadat interroget. Et hoc est quod dicit. Et ne. ex vo. interro. me quo vadis? Euntem enim in celū non verbis quesierunt: sed oculis deduxerunt: videbat autem dominus quid sua verba in eorꝫ cordibus agerent: spiritualē quippe nondum interius habētes cōsolationē quā per spiritū sanctum fuerant habituri: id quod exteriꝰ in christo videbant amittere metuebant: ⁊ quia se amissuros esse illo vera denuntiante dubitare non poterant: contristabatur humanus affectus: quia carnalis desolabatur aspectus. vnde sequitur: Sed quia hec lo. sum vo. tristi. imple. cor ve. Mouerat autem ille qd eis potius expediret: quia visus interior ipse est melior quo eos cōsolaturus erat spiritussctūs. vnde subdit: Sed ego veritatem dico vo. expe. vo. vt ego va. CHRY. q. d. Et si millies contristemini oportet vos audire: qꝛ me recedere vobis confert. Quid autem conferat ostendit subdens. Si enim abie. pacly. nō ve. ad vos. AVGV. Primo de tri. Hec autem dixi non propter inequalitatem verbi dei: ⁊ spiritussancti: sed tanquam impedimēto esset presentia filij hominis apud eos: quo minus veniret ille qui minor non esset: quia non semetipsuꝫ exinaniuit sicut filius formā serui accipiens. Oportebat ergo vt auferret ab eorum oculis forma serui quam intuentes hoc solum christum esse putabāt: quod videbant. vnde sequit: Si au. abie. mit. euꝫ ad vos. AVGV. Nunquid autēꝫ hic positꝰ: cum non poterat mittere quem scimus super eum baptizatum venisse atqꝫ mansisse? imo vo a quo scimus eum nunqꝫ separabilem fuisse. Quid est ergo: Si nō abie. pacly. nō ve. ad vos? nisi non potestis capere spūm qꝫdiu scdm carnem nosse ꝑsistitis xp̄m. Christo āt discedēte corporaliter nō solum spūssctūs: sed ⁊ pater ⁊ filius illis affuit spūaliter. GRE. viij. mor. Ac si aperte diceret: Si ab intentionis vestre oculis corpus non subtraho: ad intellectum vos inuisibilem per consolatorum spūm non perduco. AVGV. de ver. do. Hanc aūt habitudinem spūssanctus paclytꝰ attulit: vt ab oculis carnis forma serui remota: quā de virginis vtero accepit: in ipsa dei forma in qua patri equalis: etiam cū in carne dignatus est apparere permāsit: purgata mētis acie ostenderetur. CHRY. Quid aūt hic dicunt: qui nō cōuenientem de spūsancto habent opinionem. Nunquid expedit dominatorem abire: ⁊ seruū accedere? Que autem sit vtilitas aduenientis spiritus ostendit cum subditur: Et cū ve. ille. ar. mundum de peccā. de iusti. ⁊ de iudicio. AVGV. Nūqd aūt xp̄s non arguit mundum? an forte qꝛ xp̄s in iudeorum tm̄ gente locutus est: mundū nō videtur arguisse. Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusis: non vnam gentem intelligitur arguisse sed mundū. Sꝫ quis audeat dicere qꝫ per discipulos christi arguat mundum spiritussanctus: ⁊ non arguat christus: cum clamet apostolus: An experimentum queritis eius qui in me loquitꝰ xp̄s? Quos itaqꝫ arguit spūssanctus vtiqꝫ ⁊ xp̄s. Sed dixit: Ille arguet munduꝫ. q. d. Ille diffundet in cordibus vestris charitatem: Sic enim timore depulso arguendi habebitis libertateꝫ. Exponit deinde quid dixerit dicēs: De peccato quidem: quia non crediderunt in me: hoc. n. peccatū quasi solum pre ceteris posuit: quia hoc manente cetera detinentur: ⁊ hō discedente cetera dimittuntur. AVGV. de verbis do. Sed multum interest: vtrum quisqꝫ credat ipsum esse christuꝫ ⁊ vtrum credat in xp̄m. nā ipm eē christum et demones crediderunt: ille vero credit in christum: qui ⁊ sperat in christum ⁊ diligit christum. AVGV. super ioannem: Arguitur ergo mundus de peccato: quia in christum non credit: ⁊ arguitur de iusticia eorum qui credunt: Ipsa quippe fidelium comparatio: infidelium est vituperatio de iusticia vero quia ad patrem va-

do. Et quoniam ista vox infidelium esse consueuit: quomodo credimus quod non videmus. Ideo credentium iusticiam sic oportuit diffiniri: Quia ad patrem vado: et iam nō videbitis me. Beati enim qui non vidēt et credunt. Nam et qui viderunt christum: non in eo laudata est fides eorum: quia credebant qđ videbant. i. filium hominis: sed quia credebant quod non videbant. i. filium dei. Cum vero et ipsa forma serui subtracta eorum esset aspectibus: tunc ex omni parte impletum est: Iustus ex fide viuit. Erit itaqꝫ nostra iusticia de qua mundus arguitur: quoniā in me queꝫ non videbitis credens. Et quando me videbitis: quoniam tunc sicut ero videbitis me: non quod sum vobiscum modo. i. non videbitis mortalem: sed sempiternum. Dicendo eniꝫ: Iam non videbitis me: velut nunqꝫ eos de cetero visuros christum prenunciauit. AVGV. de ver. do. Vel aliter: Illi non crediderunt: ipse ad patrem vadit: illorū ergo peccatum: ipsius autem iusticia. Quod enim a patre ad nos venit: misericordia est: iusticia vero q̄ ad patrē vadit sꝫ illuꝫ apostoli: Propter quod et deus exaltauit illuꝫ. Sed si solus vadit ad patrem quid nobis prodest. An iō solus quia christus vnus est cum omnibus membris suis: tanqꝫ caput cum corpore suo. Arguitur ergo mundus de peccato in eis q̄ non credunt in christum, et de iusticia in eis q̄ resurgunt in membris christi. Sequitur: De iudicio autem, quia princeps mundi huius iā iudi. est. i. diabolus princeps iniquorum: qui corde non habitant: nisi in hoc mundo quem diligunt. Hoc autem ipso quo foris missus est iudicatus est et de hoc iudicio mundus arguitur: quia frustra de diabolo queritur: qui non vult credere in christum quem iudicatuꝫ idest foras missum et propter nostram exercitationem forinsecus expugnare permissuꝫ nō solum viri: sed etiam mulieres et pueri et puelle martyres vicerunt. AVGV. super Ioannem. Vel iudicatus est: quoniam iudicio ignis eterni irreuocabiliter destinatus ē. Et de hoc iudicio mundus arguitur: quoniaꝫ cū suo principe iudicatur quem superbum atqꝫ impium imitatur. Credant itaqꝫ homines in christum: ne arguantur de peccato infidelitatis sue: quo peccata omnia detinentur transeant in numerum fidelium: ne arguantur đ iusticia eorum q̄ iustificatos non imitātur. Caueant futurum iudicium: ne cum mundi prīcipe iudicentur: quem iudicatum imitantur.

CHRY. Vel aliter. Arguet mundū de peccato idest omnem eorum excusationeꝫ abscidet: et ostendet eos peccasse non credentes in me: dum videbunt spiritusancti donationem ineffabilem inuocato me fieri. AVGV. de questi. no. et vete. te. Hoc etiā modo spiritussanctus de peccato arguit mundū: quia in nomine saluatoris qui reprobatus est a mundo virtutes operatus est. Saluator autem seruata iusticia: non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat: et per id q̄ regressus est probauit se inde venisse. vnde sequitur: Et de iusticia: quia ad patreꝫ vado. CHRY. idest ire ad patrem erit argumentum q̄ irreprehensibilem agebam vitam: vt non possint adhuc dicere: quoniaꝫ hic homo peccator est: et nō ē ex deo. Rursus quoniam expugnauit aduersarium: nequaqꝫ autem peccator existens expugnasset. Non possunt dicere q̄ demonium habeo: et q̄ seductor suꝫ. Quoniaꝫ autem condemnatus est, propter me: scient q̄ conculcabunt eum postea: et resurrectioneꝫ meam manifeste scient: non enim me valuit detinere. AVGV. de que. vete. et no. testa. Videntes etiam demones animas de inferis ire ad celos: cognouerunt adiudicatum esse principem huius mundi vt reus factus in causa saluatoris que tenebat amitteret. Hec quidem ascendente saluatore visa sunt: sed superueniente in discipulis spiritusancto palam aperteqꝫ manifesta sunt.

¶ Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum autē venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Nō enī loquetur a semetipso: sed quecunqꝫ audiet loquetur. et que futura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: q2 de meo accipiet et annunciabit vobis.

THEO. Q2 supra dixerat dn̄s: Expedit vobis vt ego vadā: iā h̄ āplificat dicēs: Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. AVGV. Omnes

heretici audacias figmentorum suorum quas maxime exhorret sensus humanus: hac occasione euangelice sententie colorare conātur: quasi hec ipsa sint que tunc discipuli portare non poterant: et ea docuerit spiritussanctus: que palam docere atq; predicare spiritus erubescit immundus: sed alia sunt mala que portare nō pōt qualiscūq; pudor humanus et alia sunt bona q̄ portari n̄ pōt prauus sensus humanus. Ista sunt in corporibus impudicis: illa remota sunt a corporis uniuersis. Quis autem nostrum audeat eorum se dicere capacem: qua illi capere non valebant: ac per hoc nec a me expetenda sunt vt dicātur. Sed dicet aliquis: sic multi possunt quod tunc nō poterat petrus: sicut multi possunt martyrio coronari: quod tunc non poterat petrus: presertim iam misso spiritusancto: qui tunc nonduz erat missus. Sz nunquid ideo scimus que sunt: que dicere voluit? absurdissime. n. mihi videt dici tunc nō potuisse portare discipulos: que de altissimis rebus inuenimus in apostolicis litteris. que postmodum scripta sunt: nec ea dominum dixisse narratur. peruersarum quidem sectaruz homines ferre non possunt quod in scripturis sanctis de fide catholica reperit: sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum vanitates. quid enim est ferre nō posse: nisi equo animo non habere? Quis autem fidelis vel etiam cathecuminus anteq; spiritumsanctum baptizatus accipiat nō eque animo legit atq; audit: etiam si non intelligit ea que post ascensionem domini scripta sunt. Dicet autem aliquis: Nihil ne spirituales viri habent in doctrina quod carnalibus taceant: et spiritualibus eloquantur: Nulla quidem necessitas ē: vt aliqua secreta doctrine taceantur fidelibus paruulis: seorsum dicenda maioribus sz spiritales spiritualia carnalibus non omnino taceant propter catholicam fidez que omnibus predicanda est: nec tamē sic edisserant: vt volentes ea percipere ad intelligentiam: non capacibus facilius fastidire faciant in veritate sermonem: q̄z in sermone percepi veritatem Non ergo in his domini verbis nescio que secreta suscipimus que cuz dici a docente possint portari a discente non possint. Sed ea ipsa que in doctrina religionis in quorumlibet hominum noticia dicimꝰ: si vellet nobis christus dic. re: sicut ea dicit angelis suis: qui naz

homines portare possent: etiam si essent spiritales: quales adhuc apostoli non erant. Nā vtiq; quicquid de creatura sciri potest: minus est ipso creatore et quis eum tacet. quis autem viuens in hoc corpore posset omnem cognoscere veritatem: cum dicat apostolus: Ex parte scimus. Sed quia per spiritumsanctuz fit: vt ad ipsam quoq; plenitudinez veniamus: de qua idem dicit apostolus: Tunc autem facie ad faciem. Non quod est in hac tantuz vita dominus nobis promisit dicens: Cum autem venerit ille spiritꝰ veritatis: docebit vos omnem veritatem: vel deducet vos in omnē veritatem quo verbo intelligimus eius nobis: plenitudinem in vita alia reseruari. Ipse autem spiritussanctus et nunc docet fideles: quanta quisq; potest capere spiritalia: et in eorum cordibus desiderium maius accendit. DIDY. Vel hoc dicit ꝙ auditores verborum eius nondum fuerant omnia consecuti: que postea pro nomine eius sufferre poterāt: sed aliqua tradens eis: illa que maiora erant in posterum distulit: que tunc non poterāt nisi primitus in capite nostro magisteriuz et forma crucis preiret. Adhuc etiam typo legis et vmbre et imaginibus seruientes non poterāt veritatem cuius vmbram lex portabat inspicere. Cum autem venerit spiritus veritatis: diriget vos in omnem veritatem sua doctrina et institutione nos transferrens a morte littere ad spiritum viuificantez: in quo solo omnis scripture veritas posita est. CHRY. Quia ergo dixerat: Nunc non potestis portare tunc autem poteritis. Et quoniam spiritussanctus ducet vos in omnem veritatem: ne hoc audientes maiorem spiritumsanctum existimēt subiungit: Non enim loquetur a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur. AVGV. Simile est hoc ei quod de ipso dixit: Non possum a meipso facere quicq̄: sed sicut audio iudico: sed illud secundum hominem posse accipi diximus. Cum igitur spiritussanctus nulla susceptione cuiusq; creature creatura sit factus: quomodo de illo hoc intelligenduz est. Sic itaq; debemus accipere: vt intelligamus non eum esse a seipso. Nam filius de patre natus est: et spiritussanctus de patre procedit. Quid autem illic intersit inter procedere et nasci: et longuz est disserere: et temerarium diffinire. Audire autez illi scire ē:

scire vero esse. Quia ergo non est a semetipso: sed ab illo a quo ꝓcedit: a quo illi est essentia: ab illo scientia: ab illo igitur audientia. Semper itaqz audit spiritussanctꝰ: quia semper scit: ab illo ergo audiuit audit ⁊ audiet: a quo est. DIDY. Aut ergo Non loquetur a semetipso. hoc est: non sine me: ⁊ sine meo ⁊ patris arbitrio: quia non ex se est: sed ex patre ⁊ me est. Hoc enim ipsuz ꝙ subsistit ⁊ loquitur: a patre ⁊ a me illi est. Ego veritatem loquor idest inspiro que loquor siquidem spiritus veritatis est. Dicere autem ⁊ loqui i trinitate. non secundum consuetudinem nostrã accipiendum est: sed iuxta formam incorporalium naturarum: ⁊ maxime trinitatis: que voluntatem suam inserit cordibus credentium: ⁊ eorum qui audire eam sunt digni. Loqui ergo patrem ⁊ audire filium eiusdem nature in patre ⁊ filio consensusqz significatio est. Spiritus vero sanctus qui est spiritus veritatis: spiritusqz sapientie: non potest filio loquente audire que nescit: cum hoc ipsuz sit qđ profertur a filio idest procedens veritas a veritate: consolator manans a consolatore: deus de deo spiritus veritatis procedens. Denicqz ne quis illum a patris ⁊ filij voluntate ⁊ societate discerneret scriptuz est: Sed que audiet loquetur. AVGV. iij. de tri. Non autem hinc efficitur vt minor sit spiritussanctꝰ: secundum hoc enim dictum est ꝙ de patre ꝓcedit. AVGV. super ioan. Nec moueat ꝙ verbum futuri temporis positum est. Illa quippe audientia sempiterna est: quia sempiterna scientia. In eo autem ꝙ sempiternuz ẽ: sine initio ⁊ sine fine cuiuslibet temporis verbum ponatur: quamuis enim natura illa immutabilis non recipiat fuit ⁊ erit: sed tantum est: non tamen mendaciter dicimus fuit ⁊ est ⁊ erit: fuit: quia nunqz defuit. erit: quia nunqz deerit. est: quia semper ẽ. DIDY. Per spiritum etiam veritatis futurorũ sanctis viris scientia certa conceditur. Vnde ⁊ prophete hoc eodem repleti spiritu prenunciabant ⁊ quasi presentia intuebantur que erant deinceps secutura. vnde sequitur. Et q̃ ven. sunt annun. vobis. BEDA. Constat quia multi spiritussancti gratia repleti: que vẽtura erãt agnouerunt. Sed quia multi varijs coruscãt virtutibus: nec tamẽ que ventura sunt agnoscunt: potest hic sermo sic accipi: Que ventura sunt vobis annuntiabit idest gaudia vobis celestis patrie ad memoriaz reducet. Vẽtura vero apostolis nuntiauit: mala scilicet q̃ pro confessione christi erant passuri: ⁊ bona que pro eisdem malis erant percepturi.

CHRY. Eleuauit igitur per hoc eorum mentem cum ad nihil ita auidum sit humanũ genus vt ad sciendum futura. ab hac igitur eos eruit solicitudine: ostendens quoniam futura eis pericula prediceret: vt non incidant nõ obseruantes. Deinde ostendens quoniaz dixerit omnem veritatem: in quam spiritussanctus adducet subiungit: Ille me clarificabit. AVGV. Quia scilicet diffundendo in credentium cordibus charitatez spiritualesqz faciendo declarauit eis: qualiter patri filius eẽt equalis quem secundum carnem prius tantũ modo nouerant: ⁊ hominem sicut homines cogitabant. Vel certe: quia per ipsam claritatem fiducia repleti ⁊ timore depulso: annuntiauerunt hominibus christuz: ac sic fama eiꝰ diffusa est toto orbe terraruz. Quod enim facturi erant in spiritusancto hoc eundem spiritum dixit esse facturum. CHRY. Et quia dominus dixerat: Magister vester vnus ẽ christus vt ⁊ spiritussanctꝰ suscipiatur ab eis subiunxit: Quia de meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. DIDY. Accipere hic vt diuine nature conueniant intelligenduz est. quomodo enim filius dans non priuatur his que tribuit: neqz cum damno suo impartitur alijs: sic ⁊ spiritussanctus non accipit quod ante nõ habuit. Si enim prius quod non habebat accepit: translato in aliuz munere vacuus largitor effectus est. Sic igitur spiritumsanctum a filio accipere id qđ sue nature fuerat cognoscendum est: ⁊ non aliam dantem ⁊ accipientem: sed vnam significare substantiaz. Siquidem ⁊ filius eadem a patre suscipere dicitur: in quibus ipse subsistit. Neqz enim quid aliud est filius exceptis his que ei dantur a patre: neqz alia est spiritussancti substantia preter id quod datur a filio. AVGV. Nõ autem propterea sicut quidam heretici putauerunt: minor est filio spiritussanctus: quia filius accipiat a patre: spiritussanctꝰ a filio: quasi quibusdam gradibus naturarum. Vnde ipse questionem soluens cur hoc dixerit explanat dicens.

¶ Dominica .iiij. Joannis .xvi. cap.



AMen amē dico vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Vsq3 modo non petistis quicq̃ in noīe meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. Hec in prouerbijs locutus sum vobis: Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre meo annūciabo vobis. In illo die in nomine meo petetis Et non dico vobis: quia ego rogabo patrē de vobis. Ipse enim pater amat vos quia vos me amastis ⁊ credidistis q2 a deo exiui. Exiui a patre ⁊ vēi i mūdū iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad prē3 CHRY. Rursus ostendit dominus q2 expedit eum abire cum dicit: Et in illo die me non rogabitis quicq̃3. AVGV. Hoc verbum quod est rogare: non solum petere: verum ⁊ interrogare significat: ⁊ grecum euangelium vnde hoc translatū est: tale habet verbum qd̄ vtrunq3 possit intelligi. CHRY. Dicit ergo: Et in illo die scilicet cum resurrexero: Me non rogabitis quicq̃3 idest non dicetis: Ostende nobis patrem ⁊ quo vadis. quoniam scietis per spiritum sanctum. vel nō rogabitis me idest non indigebitis mediatore ad impetrandum: sed sufficiet nomen meum quod inuocantes omnia accipietis. vnde sequitur: Amen amen dico vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Ostendit autē3 nominis virtutem: si non visus neq3 rogatus: sed nominatus solum apd̄ patrem facit mirabilia. nō ergo ait. Existimetis quia de reliquo non ero vobiscum: vos d̄ relictos esse. nomen enim meum maiore3 dabit vobis securitatem. vnde sequitur: Vsq3 modo non petistis quicq̃3 in nomine meo. petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrum sit plenum. THEO. Alacritas enim vestra tūc erit integerrima: cu3 ad vota vobis petita succedent. CHRY. Quia igitur obumbrata erant que dicta sunt subiunxit: Hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora cum iam non in pͥuerbijs loquar vobis: id est erit tempus quando scietis omnia manifeste. dicit autem resurrectionis tempus: Sed pala3 de patre meo annunciabo vobis. Etenī3 .xl. diebus disputauit cū eis congregatis loquēs de regno dei: Et nunc inquit in timore existē tes non attenditis his que dicuntur. tunc autem resuscitatum videntes: poteritis palam omnia dicere. THEO. Adhuc prebet illis fiduciam: quoniam recipient in tentationibꝰ auxilium desuper: cum subdit: In illo die in nomie meo petetis. ⁊ adeo assero vobis patrem fauere q2 neq3 interuentu meo vlterius indigebitis. vnde subdit: Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrem pro vobis. ipse eni3 pater amat vos. Porro ne resiliant a domino: velut eo vlterius non egētes subiungit: Quia vos me amastis. q. d. Ob hoc diligit vos pater quia vos me dilexistis. cum itaq3 excideritis ab amore meo confestim ⁊ a paterno decidetis. AVGV. Sed nūquid ideo amat ille: quia nos amamus: an potius quia ille amat: ideo nos amamus: hoc ipse euangelista in epistola sua dicit: Nos diligamus: q2 ipse prior dilexit nos. Amat ergo nos pater: quia nos amamus filium: cum a patre ⁊ filio accepimus vt ⁊ patre3 amemus ⁊ filiū. Amauit ipse quod fecit: sed non in nobis faceret quod amaret: nisi antecq̃3 id faceret nos amaret. HILA. vi. de tri. Caret etiam apud patrem intercessionis necessitate perfecta de filio fides: q qd̄ a deo exierit credit atq3 amat: ⁊ per seipsam ia3 ⁊ audiri meretur ⁊ amari: natum ex deo filium missumque confessa. vnde sequitur: Et credidistis quia a deo exiui. Natiuitas itaque eius ⁊ aduentus ostenditur cū subdit: Exiui a patre ⁊ veni in mundum. Alterum in dispensatōne: alterum in natura est. A patre enim venisse: ⁊ a deo exisse: non est significatōnis eiusdem cum aliud sit a deo in substantiam natiuitatis exisse: aliud a patre in hunc mundum ad consummanda salutis nostre sacramenta venisse. Cum autem exire a deo sit ex natiuitate subsistere: qd aliud q̃3 deus esse posset: CHRY. Quia vero resurrectionis sermo non modicu3 eos mitigabat: ⁊ cum hoc audire q2 a deo exiuit: ⁊

illuc vadit: continue ea circumuoluit vnde sequitur. Iterum relinquo mundu3 et vado ad patrem. Nam hoc quidem certificabat quoniam recte in ipsum credebant: hoc vero quoniam sub munitione eius futuri erant. AVGV. Exiit enim a patre: quia de patre est. in mundum venit: quia mundo suum corpus ostendit. Mundum reliquit corporali discessione: perrexit ad patrem hominis ascensiõe: nec mundum deseruit presentie gubernatione quia sic in mundum venit exiens a patre: vt non desereret patrem. Sed dominum Iesum christum postea q3 resurrexit: et interrogatum legimus et rogatum. nam interrogatus est a discipulis ascensurus in celum quando regnum restitueret israel. Rogatus est a stephano cum esset in celo: vt spiritum eius susciperet. Et quis audeat dicere rogandũ non esse immortalem: rogari debuisse mortalem? puto ergo quod dicit: In illa die me non rogabitis quicq3 non ad illud tempus referendum esse quo resurrexit: sed ad illud quando videbimus eum sicuti est: que visio non temporalis vite est: sed eterne: vbi iam nihil rogemus: nihil interrogemus quia nihil desiderandum remanebit nihil querendum latebit. ALCVI. Sic ergo dicit: In futuro me non rogabitis quicq3. sed interim du3 in peregrinatione huius miserie conuersamini: si petieritis patre3 dabit vobis: vnde subdit: Amen amen dico vobis: siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. AVGV. Hoc quod ait: Siquid: non quodlibet intelligitur: sed aliquid quod non in beate vite comparatione fit nihil. non autem petitur in nomine saluatoris quicquid petitur cotra rationem salutis non enim sonum litterarum aut syllabarum: sed quod sono recte ac veraciter intelligitur hic accipiendum est: cum dicit. In nomine meo. Vnde qui hoc sentit de Christo quod non est de vnico filio dei sentiendum: non petit in eius nomine. Qui vero quod est de illo sentiendu3 sentit: ipse in eius nomine petit: et accipit quod petit si non contra suam salutem sempiternam petit: accipit autem quando debet accipere. Quedam enim non negantur: sed vt cõgruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait: Dabit vobis: vt ea beneficia significata sciantur: his verbis que ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro se ipsis: nõ autem pro omnibus: quia non vtcunq3 dictum est dabit: sed: Dabit vobis. Quod autem sequitur: Vsq3 modo nõ petistis quicq3 in nomine meo: duobus modis intelligi potest. Vel quia in nomine meo non petistis: quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis: vel: Non petistis quicq3: quoniam in cõparatione rei quam petere debuistis pro nihilo habendum est quod petistis: Vt igitur i nomine eius non nihil: sed gaudium plenu3 petant subdit: Petite et accipietis: vt gaudiũ vestrum sit plenum hoc quod dicit: gaudium plenum: non carnale sed spiritale gaudiu3 ẽ. et quando tantum erit vt aliquid ei iam nõ sit addendum tunc erit plenum. AVGV. j. de trini. Hoc est autem plenum gaudium vestrum quo amplius non est: frui deo: trinitate: ad cuius imaginem facti sumus. AVGV. super ioan. Quicquid ergo petitur qd pertinet ad hoc gaudium consequendu3: hoc est in nomine christi petendu3. Isto enim bono in petendo perseuerãtes sanctos suos nequaq3 misericordia diuina fraudabit. quicqd autem aliud petitur nihil petitur: non q2 nulla res est: sed quia in tante rei comparatione quicquid aliud concupiscitur nihil est. Sequitur: Hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit hora cum ia3 non in prouerbijs loquar vobis: sed palam de patre annũciabo vobis. Possem dicere hanc de qua loquit horã futurum seculum intelligi: vbi videbimus pala3 quod apostolus dicit: facie ad facie3. vt quod ait: Hec in prouerbijs locutus sum vobis: hoc sit quod ab apostolo dictum est: Videmus nunc per speculum in enigmate. Annunciabo autem vobis quia per filium pater videbitur. neq3. n. patre3 quis cognoscit nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. GREGO. xxx. mo. Palam quippe de patre annunciare se asserit: q2 p patefactã tunc maiestatis sue spẽm: et quõ ipse gignẽti non ipar oratur: et quõ vtrorũq3 spũs vtriq3 coeternus pcedat ostendet. AVGV. S3 istũ sensu3 vr ipedir qd sequit: In illo die in nomine meo petetis. In futuro enim seculo quid petituri sumus quando satiabitur in bonis desideriũ nostrũ? petitio nanq3 alicuius est indigentie. Relinquitur itaq3 vt intelligatur iesus discipulos

suos de carnalibus vel aialibus se spirituales esse facturũ. Homo aũt animalis sic audit q̃cũq; audit de dei natura: vt aliud q̃3 corp⁹ cogitare nõ possit. Ideo puerbia illi sunt queciq; dicta sapientie de incorporea immutabiliq; substantia non q tanq̃ puerbia deputet: sed quia sic cogitat quo qui puerbia solẽt audire neq; intelligere. Cum vero spiritalis ceperit omnia diiudicare: etiã si in hac vita velut per speculum ⁊ ex parte perspicit: tamen nullo corporis sensu: nulla imaginaria cogitatione: sed mentis certissima intelligẽtia: capit deum non corpus eẽ: sed spũm. Ita palã de patre annunciante filio vt eiusdem substãtie cõspiciat ⁊ ipse qui annũciat: tunc in eius noie petunt qui petunt: quia in sono eius nois nõ aliud q̃3 res ipsa est que hoc nomine vocatur intelligunt. Hi possunt cogitare dñm nostrũ Jesum christum inquantum homo est pro nobis interpellare patrẽ inq̃ntum deus est vos exaudire cum patre: quod cum significasse arbitror vbi ait: Et nõ dico vobis quia ego rogabo patrem pro vobis. Ad hoc quippe intẽdum quomodo non rogat patrem filius: sed simul exaudiãt rogantes pater ⁊ filius: nõ nisi spiritalis oculus mentis ascendit.

¶ Dicunt ei discipuli eius. Ecce nũc palam loqueris: et prouerbium nullũ dicis. Nũc scimus quia scis omnia: et nõ opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi.

tre non separatur atq̄ʒ distingitur ab eo: ma/
nens in illo ⁊ habens illum in semetipso qui
spiritussanctus supradicto modo missus a fi/
lio: de patre egreditur nō aliunde ad alia trā̄s
migrans. Quomodo enim pater non consi/
stit in loco cum vltra omnem corporum sit na
turam: ita ⁊ spiritus veritatis nequaq̄ʒ locoꝝ
fine clauditur. cum sit incorporalis ⁊ excellēs
vniuersam creaturaꝝ essentiā. CHRY.
Propterea vo non spiritūsanctū: sꝫ spirituꝫ
veritatis eū vocauit: vt ostēdat q̄ erit fide di/
gnus: dicit aūt q̄ a patre ꝓcedit: q: oia certissi
me nouit: quēadmodū ipse ait ꝺ seipso: Q̄m
noui vñ venio ⁊ quo vado. DIDY. Sed
cū posset dicere a deo siue oipotēte nihil horū
tengit: sꝫ ait: A patre: nō q̄ pater a deo oipo/
tente sit alius: sꝫ s̄m ꝓprietatē patris intelle/
ctā parēns: egredi ab eo dr̄ spiritus veritatis
Mittente aūt filio spiritū veritatis: simul mit
tit ⁊ pater: cū eadē voluntate patris ⁊ filij spi
ritus veniat. THEO. Et al's q̄dē patrē di

cit mittere spiritū: nūc aūt cū se missuꝝ dixit:
eq̄pollentiā denotat. Ne aūt cēseret venire cō
tra patrē. velut ab illa potestate trāsmittēs spi
ritū addidit: A patre quasi acceptante patre ⁊
pariter destinante: cū aūt audis q̄ ꝓcedit: ne i
telligas ꝓcessum missionē esse illatā extrinse
cus: qua mittit̄ administratorij sp̄us sꝫ quod
dā differēs ⁊ excepte actōis ꝓpriū processum
appellat vni p̄ncipali spiritui attributū: origi/
nalis. n. consistentia spiritus ē ꝓcessus: non
ergo ꝓcedere ꝓmittere sumēdū est: sꝫ ex par
te naturalē essentiā obtinere. AV. Hic ali/
quis forsitan q̄rit: vtrū ⁊ a filio ꝓcedat spiri/
tussanctus filius. n. solius patris ē fili⁹: ⁊ p̄r
solius filij ē pater. Sp̄s aūt sanctus nō ē vni
us coꝝ spiritus sꝫ amboꝝ: q̄nquidē dicit ipse
xp̄s: Sp̄s patris vestri q̄ loquit̄ in vobis. Et
dicit ap̄ls: Misit deus spiritū filij sui i corda
vestra. Nec ob aliud estimo ip̄m ꝓprie voca
ri spiritū: cū et̄ si de singulis interrogemur. n̄
possumus nisi ⁊ patrē ⁊ filiū spirituꝫ dicere:
q̄ ergo cōiter vocant̄ ⁊ singuli: hoc ꝓprie vo
cari oportuit eū q̄ non est vnus eorū: sꝫ ī quo
cōitas apparet coꝝ amboꝝ. Cur ergo nō cre
damus q̄ et̄ de filio ꝓcedat sp̄ūsanctus: cuꝫ
filij quoq̄ʒ ipse sit sp̄us? Si. n. ab eo non ꝓce
deret: non post resurrectionē discipulis suis
insuflasset dicēs: Accipite sp̄ūmsanctuꝫ. De
hac quoq̄ʒ virtute credēdus est dicere euāge
lista: Virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. Si
ergo ⁊ de patre ⁊ de filio ꝓcedat sp̄ūsanct⁹.
cur filius dixit: De patre ꝓcedit: nisi quēad/
modū solet ad eū referre: ⁊ q̄ꝺ ipsius ē ꝺ quo
ipse ē. vñ illud est q̄ꝺ ait: Mea doctrina nō ē
mea sꝫ eius q̄ me misit. Si igit̄ hec intelligat̄
eius doctrina: quā tñ dixit non suā sꝫ patris:
quāto magis ⁊ intelligēdus ē ⁊ de ipso ꝓcede
re sp̄ūsanctus: vbi sic ait: De patre ꝓcedit.
vt nō diceret: De me nō ꝓcedit. A quo autē
hꝫ filius vt sit deus: ab illo hꝫ vtiq̄ʒ vt ꝓcedat
ab eo sp̄ūsanctus. Hinc vtcunq̄ʒ et̄ illud in/
telligit̄: cur nō dicat̄ natus esse: sꝫ poti⁹ ꝓce/
dere sp̄ūsanctus: q̄m si ⁊ ipse filius diceret̄:
amboꝝ vtiq̄ʒ filius diceret̄: q̄ꝺ absurdissimū
ē: filius quippe nullus est duoꝝ nisi patris ⁊
matris. Absit aūt vt inter deū patrē ⁊ deū fili
um tale aliq̄d suspicemur: q: nec filius hoīuꝫ
simul ex patre ⁊ ex matre ꝓcedit: sꝫ cū in ma/
trem ꝓcedit ex patre: non tunc procedit ⁊ ex
matre. Spiritus aūt sanctus nō de patre ꝓ/

cedit in filiū ⁊ de filio ꝓcedit ad sanctificandā creaturam: sed simul de vtroqꝫ ꝓcedit. Neqꝫ enim possumus dicere ꝙ non sit vita spiritus sanctus: cū vita pater: vita sit filius: ac ꝑ hoc sicut pater cum habeat vitā in semetipso: dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso: sic ei dedit vitam procedere de illo sicut procedit ⁊ de seipso.

CA·XVI·

Hec locutus sū vobis vt non scandalizemini. Absqꝫ synagogis faciēt vos. Sꝫ venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo Et hec facient vobis quia non nouerunt patrem neqꝫ me. Sed hec locutus sū vobis: vt cum venerit hora eorum: reminiscamini: quia ego dixi vobis.

AVGV. Merito promisso spiritussancto quo in eis operāte fierent testes eius subiunxit: Hec lo. sum vo. vt non scan. Cū enim charitas dei diffunditur in cordibus nostris ꝑ spiritumsanctū: qui datus est nobis: fit pax multa diligentibus legē dei vt nō sit illis scādalum. Deinde que passuri essent exprimēs ait: Absqꝫ synagogis fa: vos. CHRY. Jam enim composuerāt: vt siquis confessus fuerit christum extra synagogā fieret. AV. Quid autem mali erat apostolis expelli ď iudaicis synagogis quasi non fuerint inde exituri: etiam si eos nullus expelleret. Sed hoc voluit denuntiare: qꝛ iudei christum non fuerant recepturi a quo isti non fuerant recessuri. Nam qꝛ non erat vllus alius popul⁹ dei: ꝙ̄ illud semē abrae: si cognoscerent xpm: nō alie fierent ecclesie xpi alie synagoge iudeorū Quod qꝛ noluerunt: quid restabat nisi vt remanentes extra xpm extra synagogam facerent eos: qui non reliquerunt christum: Deinde cū hoc eis dixisset adiecit: Sed ve. ho. vt omnis qui interfi. vos: arbitret obse. se presta. deo. Que verba ita subiecit tanꝙ̄ ex hoc consolaretur eos: qui de synagogis iudaicis pellerentur an forte de synagogis illa separatio sic eos fuerat turbatura vt mori vellent potius ꝙ̄ in hac vita sine iudeorum congregationibus morari. Absit vt sic turbarentur: qui dei non hominum gloriam requirebant. Iste itaqꝫ sensus est in his verbis: Extra synagogam facient vos: sed nolite solitudinē formidare. Separatim quippe a congregationibus eorum: tam multos in nomine meo cōgregabitis: vt illi metuentes ne templum qď erat apď eos: ⁊ omnia legis veteris sacramēta deserantur: sic interficient vos vt deo arbitrentur se prestare obsequium: zelum dei habentes: sed non ꝫm scientiam. Hoc. n. de iudeis dictum debemus accipere de quibus dixerat: Extra synagogā facient vos. Nam testes. i. martyres christi: ēt si occisi sunt a gentilibus non tā illi arbitrati sunt deo sed dijs suis falsis obsequium se prestare: iudeorum autem omnis qui occidit predicatores christi: deo se putauit prestare obsequium credens ꝙ deserent deum israel quicunqꝫ converterentur ad christum. Hinc ergo accensi ⁊ zelum dei habentes: sed non ꝫm scientiam obsequiū se deo prestare credentes occidebant eos. CHRY. Deinde consolationem inducit dicens: Et hec omnia fa. vo. quia non noue. pa. neqꝫ me. q. d. Sufficit vobis in consolationem propter me ⁊ patrem hec pati. AVGV. Me autē ignaros atqꝫ imparatos animos mala improuisa: ꝙ̄uis cito trāsitura turbarent: hanc fuisse causam: vt hec eis prenunciaret ostendit subdens: Hec lo. sum. vo. vt cū ve. ho. eo. remini. quia dixi vo. Hora eorum: hora tenebrosa: hora nocturna: sed nox iudeorum separatum a se diem christianorū nulla confusione fuscauit. CHRY. Sed ⁊ propter aliam causam hoc predixit: vt nō dicerent quoniam non preuidit futura: ⁊ hoc significat cum dicit: Remini. qꝛ ego dixi vo.

In vigilia penthecostes Joannis .xiiij. cap.



Si diligitis me mandata mea seruate ⁊ ego rogabo patrem: ⁊ alium paraclytū dabit vobis vt maneat vobiscū in eternū: spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non vidit eum nec

scit eum. Vos autem cognoscetis eũ: quia apud vos manebit: ⁊ i vobis erit. CHRY. Quia dominus dixerat: Quodcunq̧ petieritis: hoc faciam vt non estiment omnem simpliciter petitionez valere induxit: Si di. me. man. mea ser. q. d. tunc faciam qd petitis. Vel quia audientes: quoniam ad patrem vado: consequens erat eos turbari dicit: nõ est hoc me amare vt turbemini: sed vt faciatis mandata mea. hoc est eniz amor obedire ⁊ credere ei qui diligitur. Quia vero cõsequens erat eos vehementer inquirere carnis presentiam: ⁊ illam habere consolationẽ quaz prius habuerunt subiungit. Et ego ro. pa. ⁊ alium para. da. vobis. AVGV. In quo ostendit ⁊ seipsum esse paraclytum. Paraclytus autem latine dicitur aduocatus ⁊ dictum est de christo: aduocatum habemus apd patrem iesum christum iustum. ALCVI. Vel paraclytum. i. consolatorem. habebant enim ⁊ tunc vnum consolatorem qui miraculorum dulcedine ⁊ predicatione eos erigere ⁊ confortare solebat. DIDY. de spiritusancto. Sed spiritumsanctum alium paraclytum nominauit: non iuxtá nature differentiam sed iuxta operationis diuersitatem. Cum enim saluator mediatoris ⁊ legati personam habebat: ex qua pontifex deprecetur pro peccatis nostris: spiritussanctus ſm aliam significationem paraclytus: ab eo q̄ consolatur in tristicia positos nuncupatus est: verum noli ex filij ⁊ spiritussancti operatione diuersa varias estimare naturas: siquidem in alio loco reperitur paraclytus spiritus legati apud patrem persona fungi vt ibi. Ipse spiritus interpellat pro nobis. Saluator quoq̧ consolationem operatur in cordibus eorum: quia indigent. scriptum est enim: Et humiles populi sui consolatus est. CHRY. Ait autem: Rogabo patrem: vt fidedignuz faciat eis sermonem qm̄ si dixisset: Ego mittam nõ simpliciter credidissent. AVGV. contra arrianos: Qui tamẽ vt inseparabilia sua ⁊ patris opera demonstraret alibi ait: Cum abiero mittam eum ad vos. CHRY. Quid autem apostolis plus haberet: si patrem solum rogaret vt spiritum alijs daret: qm̄ illi multotiens ⁊ sine oratione ostenduntur hoc facientes. ALCVI. Rogabo igitur dicit vt inferior ſm humanitatem patrem meũ: cui sum equalis ⁊ consubstantialis ſm diuinam naturaz. CHRY. Dicit autez: Vt maneat vobiscũ in eternum: qm̄ neq̧ post mortez recedit: per hoc etiam occulte insinuat q̄ spiritussanct⁹ nõ patietur mortẽ vt ipse neq̧ abibit: Ne autem paraclytum audientes rursus incarnationem aliam suspicentur: ⁊ oculis putent eum videre subiungit: Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non videt euz: nec scit eum. AVG. Hic est vtiq̧ in trinitate spiritussanctus quem patri ⁊ filio consubstantialem ⁊ coeternum fides catholica profitetur. CHRY. Spiritum autem veritatis eum vocat per hoc q̄ figuras veteris testamẽti manifestat. Mundum autem hic malos dicit. visionem autem certissimam cognitionez dicit: q2 visus est aptior sensus. BED. Nota etiam q̄ cum spiritumsanctum spiritum veritatis dicit: spiritumsanctum esse spiritum suum ostendit deinde cum a patre euz dari narrat: patris etiam eum spiritum esse declarat: ac per hoc spiritussanctus a patre procedit ⁊ filio. GRE. v. mora. Spiritus autem sanctus omnem quem repleuerit: ad desideranda inuisibilia accendit: ⁊ qm̄ mundana corda solum visibilia diligunt: hũc mundus non accipit q2 ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mentes quanto se foras p desideria dilatant: tanto ad receptionem ill⁹ sinum cordis angustant. AVG. Sic autez mundum. i. mundi dilectores dicit non posse accipere spiritumsanctum: velut si dicam⁹. Iniusticia iusta esse non potest. Mundus ergo. i. mundi dilectores non potest euz accipere: q2 non videt eũ. Non enim hz inuisibiles oculos mundana dilectio: p quos videri spiritussanctus nisi inuisibiliter non potest. Sequitur: Vos aũt cog. eum: q2 apud vos manebit. Sed ne putarent qd dictum est: Apud vos manebit: ita dictuz quẽadmodũ apud homines hospes visibiliter manere cõsueuit adiecit. In vobis erit. CHRY. q. d. Nõ ita apud vos manebit sicut ego: sed i vestris habitabit aiabus. AVG. Prius aũt est esse alicui post manere. Sed exposuit qd dixerat: Apud vos: cũ adiunxit: In vobis. Si enim non sit in vobis: non pot esse in vobis ci⁹ scientia. sic. n. a vobis vr in vobis ⁊ vestra conscientia. GRE. ii. mora. Si aũt spiritussanctus in discipulis manet: quõ iam singulare

signū erit qḋ in mediatore ꝑmanet: ẜm illud: Supra quē videris spūꝫ descēdentē ⁊ manē tem: hic ē q baptizat. qḋ tñ citius cognoscimꝰ si dona eiusdē spūs discernamus. In his .n. donis sine qbꝰ ad vitā ꝑueniri nō pōt: spūs sanctus in electis oībꝰ semꝑ manet. In illis aūt qbꝰ nō nostra vita fuat: ſꝫ alioꝝ q̄rit: ne quaq̄ꝫ semꝑ manet. Aliqñ .n. se a signoꝝ ostē sionibꝰ subtrahit vt eo humilius virtutes eiꝰ habeant. xp̄s aūt i cunctis eū ⁊ semꝑ hꝫ p̄ntē. CHRY. Hic aūt ẜmo oppositas hereses velut vno ictu sustulit. nā dicer̄ aliū oñdit eiꝰ .i. spūs hypostaseos dr̄iaꝫ: dicer̄ vo paraclytum substātie cognatōnē. AVG. cōtra ser. arria. Consolatorē .n. qḋ officiū tanq̄ꝫ ꝑsone insinue i trinitate spūisancto deputāt deū dicit apl̄s ẜm illud: Is q ꝯsolat̄ humiles: cōsolatꝰ ē nos deꝰ. Deꝰ ē itaq̄ꝫ spūssanctꝰ q cōsolatur humiles: aut si hoc de patre vel filio dictū ab aplo volunt accipi: desināt consolatōis tanq̄ꝫ munere ꝓpo separe a patre ⁊ filio spūmsanctū. AV. sup Io. Si cū charitas dei diffusa sit i cordibus nostris ꝑ spūmsanctū q datꝰ ē nobis: quō diligemꝰ mādata xp̄i ẜuabimꝰ vt eū accipiamꝰ quē nisi habuerimꝰ: diligere ⁊ mādata ẜuare nō possumꝰ: an forte ꝓcedit i nobis charitas qua diligamꝰ xp̄m vt diligendo xp̄m eiusq̄ꝫ faciendo mandata mereamur accipe spūmsanctū vt charitas dei patris diffundat̄ i cordibꝰ nostris: ꝑuersa ē ista snīa. Qui .n. se filiū dei diligere credit ⁊ patrē non diligit: ꝑfecto nec filiuꝫ diligit: sed qḋ sibiipsi vr̄ ꝯfinxit. Restat ḡ vt ītelligamꝰ spūmsanctū habere q diligit: ⁊ hn̄do mereri vt plus hēat: ⁊ plus hn̄do plus diligat. Iā itaq̄ꝫ hēbāt spūm discipuli quē dñs ꝓmittebat: ſꝫ dādꝰ eis erat amplꝰ. hēbāt occulte accepturi erāt manifeste. ꝓinde nō solū nō hn̄ti: veꝝ ēt hn̄ti nō incassum ꝓmittit̄: nō hn̄ti qdē vt hēat̄: hn̄ti aūt vt amplꝰ hēat̄. CHRY. Qñ igit̄ discipulos purgauerat ꝑ sacrificiū passionis: ⁊ pctīs soluti erat: ⁊ ipsi ad ꝑicula ⁊ agones mittebātur: oꝫ spūmsanctū venire abūdanter. Nō aūt statī pꝰ resurrectionē: vt in multo eius cōstituti desiderio: cū multa eū suscipiant gratia.

Non relinquā vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mūdus iam me non videt. Vos autē videtis me: quia ego viuo: ⁊ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis: quia ego sum in patre meo: ⁊ vos in me: ⁊ ego in vobis. Qui habet mandata mea ⁊ seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum: ⁊ manifestabo ei meipsū.

AVG. Ne q̄s q̄ꝫ putaret q̄ ita spirituūsanctū dn̄s daturꝰ fuerat: velut ꝑ seipm nō ⁊ ipse esset futurꝰ cū eis adiecit ⁊ ait: Nō relinquam vos orphanos Orphani pupilli sunt. Illud .n. est grecū: h latinū: Quāuis ergo nos filiꝰ dei suo patri adoptauit filios: tñ i hoc ēt ipse erga nos p̄rnū oñdit affectū. Et qdem a p̄ncipio dixerat: Vēietis quo ego vado. ſꝫ q̄ꝛ hoc longū tp̄s erat: ꝓmisit spūm. Et q̄ꝛ nesciebāt qd est hoc: promittit eis suā p̄ntiā quā maxie querebant cum dicit: Veniaꝫ ad vos. Ne tamen rursus eandem querant presentiaꝫ: qualē ⁊ prius habuerunt: occulte hoc excludit cū subdit: Adhuc mo. ⁊ mun. me iā nō vi. vos autem vide. me. ac si diceret: Veniam quidē ad vos: non tamen vt prius vobiscum ꝑ vnā quanq̄ꝫ diem consistens. Et ne dicant: Qualiter igitur iudeis dixisti: Amodo non videbitis me: soluit opinionē dicens: Ad vos solos veniam. AVGV. Videbat enim tūc cum mundus carneis oculis in carne conspicuum: non autem videbat q̄ in carne verbuꝫ latebat: sed quoniam post resurrectionem etiam carnem suam quam non solum videndā: verum etiam contractandaꝫ demonstrauit suis noluit demonstrare non suis: hinc dictum est: Adhuc modicum ⁊ mundus iam me non videt: vos auteꝫ videbitis me. Sed qm̄ in iudicio cuꝫ mundus videbit: quo nomine significati sunt a regno eius alieni: melius intelligitur illud etiam tempus significare voluisse quando in fine seculi auferetur ab oculis dānatorum: vt euꝫ de cetero videant diligētes. Modicum autem dixit: q̄ꝛ id quod prolixum vr̄ hoibus: breuissimū ē ante oculos dei. Sequit̄: q̄ꝛ ego viuo ⁊ vos viuetis. THEO. q. d. ⁊ si mortē subiero: tñ resurgo. vos quoq̄ꝫ viuetis: hoc ē cū videritis me letabimini: ⁊ tanq̄ꝫ mortui reuiuiscetis i apparitōe mea. CHRY. Mihi aūt vr̄ vitā nō p̄ntē dicere ſꝫ futurā: ac si dicat: Mors crucis ñ distar̄ faciet vos a me i finē; ſꝫ modico ꝑuo occultabi

me a vobis. AVGV. Cur aūt de pñti se dixerit viuere: illos aūt ꝺ futuro eē victuros: nisi qꝛ ⁊ vitā carnis resurgentibus qualis in ipso precedebat ⁊ illis ē pollicitus secuturam ⁊ qꝛ ipsi⁹ mox futura erat resurrectio: pñtis tꝑis ponit verbū: ꝓpter significandā celeritatem. Illoꝝ aūt qm̄ seculi differt̄ in finem non ait: viuitis: sed viuetis. Qꝛ ꝓ viuet ille: iō ⁊ nos viuem⁹ ꝑ hominē qppe mors: ⁊ ꝑ hominē resurrectio mortuorū. Sequit̄: In illo die. de quo. s. ait: Et vos viuetis. Vos cog͂scetis. cōtēplādo: q̄uis ⁊ nūc credēdo nouerimus. qꝛ ego sum ī patre: ⁊ vos in me ⁊ ego in vobis. qꝛ qn̄ viuemus ea vita qua mors absorbetur: tūc ꝑficiet̄ hoc ipsum quod nūc ichoatū est iam ꝑ ipsum: vt sit in nobis ⁊ nos in ipso. CHRY. Vel in illo die cū resurgam cognoscetis: qꝛ cum viderūt eū resurrexisse ⁊ eē cū eis: tūc certissimā fidē didicerūt. Magna. n. erat virtus spiritussancti que oīa cos docebat. Qꝺ aūt dictū est: Ego sum in patre: humilitatis est. Qꝺ aūt dicit: Et vos in me ⁊ ego in vobis. humanitatis ē ⁊ auxilij qꝺ est a deo. Cōsueuit eni scriptura multotiēs eisdē verbis in deo ⁊ hoībus positis non similiter vti. HYLA. viij. de tri. Vel hoc dicit vt cū ille in pr̄e ꝑ naturā diuinitatis esset: nos aūt i eo ꝑ corꝑalē ei⁹ natiuitatē: ⁊ ille rursus i nobis ꝑ sacri mysteriū iesse crederet̄. Ipe. n. testat⁹ ē: q edit carnē meā: ⁊ bibit sāguinē meum: i me mãet ⁊ ego i eo. ALCVI. Per dilectionē āt ⁊ obseruātiā mādatoꝝ ei⁹: tunc ꝑficiet̄ h̄ ipm qꝺ nūc ichoatū ē ꝑ ip̄z vt sit in nobis ⁊ nos i ip̄o. Et vt oīb⁹ n̄ tm̄ apl̄is hāc beatitudinē ꝓmisisse videat̄ adiūgit. q h̄z mādata mea ⁊ ser. ea: ille ē q diligit me. AVGV. Qui h̄z i memoria ⁊ seruat i vita: qui h̄z i s̄monib⁹ ⁊ seruat i op̄ib⁹: q h̄z audiēdo ⁊ seruat faciēdo: q h̄z faciēdo ⁊ seruat ꝑseuerādo: ip̄e ē q diligit me. Ope ē demōstrāda dilectiōe sit ifructuosa nois appellatio. THEOPHI. Ac si dicat vos putatis q ex affectione q̄dā: tristamini de morte mea: sz ego signū dilectōnis reputo mandata mea seruari. Qualē āt ꝓrogatiuā obtīcat qui diligit oñdit subdēs: q āt di. me. dili. a pa. meo ⁊ ego dili. eū. AVGV. Sz qd ē. Diligā. tāq̄z nūc n̄ diligat: expōit ꝑ id qꝺ seq̄t̄: Et māifestabo ei me. ip̄m. i. ad h̄ diligā vt manifestē. ⁊ ip̄az visionē mercedē fidei capiam⁹. Nūc. n. ad hoc nos dilexit vt credam⁹: tūc ad hoc vt videamus: qꝛ ⁊ nos nūc diligim⁹ credēdo qꝺ videbimus. Tūc āt diligem⁹ vidēdo qꝺ credidimus. AVGV. ad paulinā ꝺ vidēdo deo. Sic aūt ꝓmisit oñsurū scipsum dilectorib⁹ suis cum patre deum vnum: non quomō in h̄ seculo visus ē i corꝑe ⁊ a malis. THEO. Vel quia post resurrectionem appariturus illis erat in corpore magis repñtante diuinitatem: ne credant ipsum spiritum fore seu phātasma: ob hoc predixit illis: vt tunc videntes illum nō diffidant: sed reminiscantur quia ꝓpter mandatorum suorum custodiā apparet eis: atq̄z ideo tenentur semper custodire illa vt perpetuo eis appareat.

¶ In die pēthecostes. Ioānis. xiiij. capi.



Iquis diligit me sermonem meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eū ⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclytus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia ⁊ suggeret vobis omnia quecūq̄z dixero vobis. Pacem relinquo vobis pacē meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis.

GRE. in ho. Probatio enim dilectionis exhibitio ē operis: nūq̄z amor dei est ociosus: operatur eniz magna si est. si vero operari renuerit: amor non est. AVGV. Dilectio autem sanctos discernit a mundo: que facit vnanimes habitare in domo: in qua facit pater ⁊ filius mansionem qui donant ⁊ ipsam dilectionem: quibus in fine donabunt suam manifestationem. Est enim quedam dei manifestatio iterior: quam prorsus impij non

nouerunt quibus dei patris ꝛ spiritussancti
manifestatio nulla est filij vero esse potuit: sꝫ
in carne que nec talis est qualis illa: nec sem/
per illis adesse potest: sed ad modicum tem/
pus ꝛ hoc ad iudicium non ad gaudium: ad
supplicium non ad premium. vnde sequitur.
Et ad eum veniemus. Veniunt quidem ad
nos dum venimus ad eos: veniunt subueni
endo: venimus obediendo. veniunt illumi/
nando: venimus intuendo. veniunt implen
do: venimus capiendo: vt sit nobis eorū non
extranea visio sed interna: ꝛ in nobis eorum
non transitoria mansio sed eterna. vnde seq/
tur: Et mansionem apud eum faciemus.
GREGO. in ho. In quorundam etenim
corda venit ꝛ mansionem non facit: quia per
compunctionem quidem respectum dei perci
piunt: sed tentationis tempore hoc ipsum qđ
compuncti fuerant obliuiscūtur. sicqꝫ ad per
petranda peccata redeūt: ac si hec minime plā
xissent. Qui ergo deum vere diligit in eius
corde dominus ꝛ venit ꝛ mansionem facit:
quia sic eum diuinitatis amor penetrat: vt ab
hoc amore tentationis tempore non recedat.
Ille. n. vere amat cuius mētem delectatio pra
ua ex consensu nō superat. AVGV. An
forte putabitur mansionē in dilectore suo fa
cientibus patre ꝛ filio exclusus esse ab hac mā
sione spiritussanctus? Quid est ergo quod su
perius ait de spiritusancto: apud vos mane/
bit ꝛ in vobis erit: nisi forte quisqꝫ sic absur/
dus est vt arbitretur cum pater ꝛ filius vene
rint discessurum inde spiritumsanctuꝫ tanqꝫ
locum daturum maioribus. Sed ꝛ huic car/
nali cogitationi occurrit scriptura cum dicit:
Vt maneat vobiscum in eternum. In eadē
ergo mansione cum ipsis erit in eternum: qꝛ
nec ille sine ipsis venit: nec ille sine eo: sed ꝑ
pter insinuationem trinitatis: personis singu
lis nominatis dicuntur quedam: non tamen
alijs separatis intelliguntur: propter eiusdem
trinitatis substantiam. GREGO. in ho.
Tanto autem quisqꝫ a superno amore disiun
gitur quanto inferius delectatur. vnde subdi
tur: Qui non diligit me sermones meos nō
seruat. De dilectione ergo conditoris lingua
mens ꝛ vita requiratur. CHRY. Vel ali
ter totum: Estimauit iudas: sicut mortuos vi
demus in somno: ita ꝛ se euꝫ esse visuros. vn
de querit Quid ē qꝫ debes te manifestare no

bis ꝛ non mundo? q. d. ve nobis quoniā mo
rieris: ꝛ vt mortuus debes nobis assistere. Ne
igitur hoc suspicentur dicit: Ego ꝛ pater ad
eum veniemus. q. d. Sicut pater manifestat
seipsum: ita ꝛ ego: ꝛ mansionem apud eum
faciemus: quod somniorum non est. Sequi/
tur: Et sermonem quem audistis non ē me/
us: sed eius qui misit me patris. q. d. nō me
solum: sed neqꝫ patrem amat qui hunc nō au
dit sermonem. Dicit autem hoc: quoniam ni
hil extra patreꝫ loquitur: neqꝫ preter id quod
illi videtur. AVGV. Et forasse propter
aliquam distinctionem: vbi suos dixit: plura
liter sermones dixit dicens. Qui non diligit
me sermones meos non seruat. Vbi autem
sermonem hoc est verbum non suum esse di
xit: sed patris: seipsum intelligi voluit. non
enim suum sed patris est verbum: quomodo
nec sua imago sed patris: nec suus filius sed
patris. Recte igitur auctori tribuit quod fa/
cit equalis a quo habet hoc ipsum qꝫ illi est in
differēs equalis. CHRY. Quia vero eo
rum que dixerat: quedam manifesta erant:
ꝛ quedam non intellexerunt: vt non turbarē
tur subiungit: Hec locutus sum vobis apud
vos manens. AVGV. Alia est illa man/
sio quam promisit futuraꝫ: alia vero hec quā
presentem esse testatur. illa spiritalis est atqꝫ
intrinsecus mentibus redditur: hec corpora/
lis forinsecus oculis atqꝫ auribus adhibe/
tur. CHRY. Vt autem eius corpora/
lem recessum facilius sustinerent: preparat
eos promittens qꝫ eius recessus magnorum
eis esset futura causa bonoruꝫ: quia donec ip/
se apud eos corporaliter manebat: ꝛ spiritus
non venerat: nihil magnū poterant scire. vn
de sequitur. Paraclytus autem spiritussan/
ctus quem mit. pater in no. meo ille vos do.
oia: ꝛ sug. vo. oīa quecunqꝫ dixero vobis.
GREGO. Greca locutione paraclytus:
latina aduocatus dr̄ vel consolator. Qui iccir
co aduocatus dr̄: qꝛ pro errore delinquentiuꝫ
apud iusticiā patris interuenit: dū eos quos
repleuerit exorantes facit. Cōsolator aūt idē
spūs vocat̄: qꝛ de peccati ꝑpetratiōe merētib⁹
dū spē venie ꝑparat: ab afflictiōe tristicie mē/
tem leuat. CHRY. Continue aūt eū paracly
tum vocat ꝑꝑ continentes eos tribulationes.
DIDYMVS de spūscō. Spm̄ autē sctm̄
a patre ī suo mitti noie saluator affirmat: cuꝫ

proprie nomen saluatoris sit filius: siquidem
nature consortium. ⁊ vt ita dicam proprietas
personarum ex ista voce significatur: filij qp/
pe tãtummodo est in nomine patris venire:
salua proprietate filij ad patrem: nullus autẽ
alius venit in nomine patris: sed verbi gra/
tia: In nomine domini dei ⁊ omnipotentis.
Quomodo igitur serui qui in nomine domi
ni veniunt: p hocipsum ꝙ subiecti sunt ⁊ ser
uiunt indicant dominum: serui quippe sunt
domini: sic ⁊ filius q venit in nomie patris:
portat eius nomen per hoc ꝙ vnigenitus dei
filius approbatur. Quia ergo spiritussanctus
in nomine filij a patre mittitur: ostendit quia
vnitate sit iunctus ad filium: vnde ⁊ filij dicitur
est filius per adoptionem suam: filios faciẽs
eos qui se recipere voluissent. Iste autem spi
ritussanctus qui venit in nomine filij missus
a patre: docebat omnia eos qui in fide christi
perfecti sunt. Omnia autem illa que spiritua
lia sunt ⁊ intellectualia veritatis ⁊ sapiẽtie sa
cramenta. Docebit vero non sicut qui artes
aliquas ⁊ sapientiam studio industriaqꝫ didi
cere: sed quasi ipsa ars atqꝫ doctrina ⁊ sapien
tia: veritatis spiritus inuisibiliter menti insi/
nuat scientiam diuinorũ. GREGO. Ni
si autem idem spiritus cordi adsit audientis:
ociosus est sermo doctoris: nemo ergo docen
ti homini tribuat quod ex ore docentis intelli
git: quia nisi intus sit qui doceat: doctoris lin
gua exterius inuacuũ laborat. Sed ⁊ ipse cõ
ditor non ad eruditionem hominis loquitur:
si eidem homini per vnctionem spiritus non
loquatur. AVGV. Nunquid autem dicit
filius ⁊ docet spiritussanctus: vt docente filio
verba capiamus: docente autem spiritussan/
cto eadẽ verba intelligamus? Omnis igitur
⁊ dicit ⁊ docet trinitas. Sed nisi etiam sigilla
tim commendaretur: eam nullo modo huma
na capere vtcunqꝫ posset infirmitas. GRE
GO. Requirendum vero nobis est cur de
eodem spiritu dicatur: Suggeret vobis om/
nia: cũ suggerere soleat esse minoris: sed qr
suggerere aliquãdo dicimus subministrare:
inuisibilis spiritus suggerere dicitur: non ꝙ
nobis scientiam ab imo inferat: sed ab occul/
to. AVGV. Uel ꝙ addit: Suggeret idest
commemorabit vos: intelligere debemus eti
am ꝙ iubemur nõ obliuisci saluberrima mo
nita ad gratiã pertinere: qua nos commemo
rat christus. THEOPHI. Spiritus itaqꝫ
sanctus ⁊ docuit ⁊ commemorauit: docuit q/
dem quecunqꝫ non dixerat eis christus tanqꝫ
non valentibus portare. Commemorauit ve
ro quecunqꝫ dominus dixerat: sed obscurita/
tis causa vel intellectus tarditate: commenda
re memorie nequiuerunt. CHRY. Quia
vero ⁊ hec audientes turbabantur excogitan
tes odia ⁊ prelia sibi imminere post eius reces/
sum: rursus eos consolatur dicens: Pacem
relinquo vobis: pacem meã do vobis. AV
GV. Pacem nobis reliquit in hoc seculo:
in qua manentes hostem vincimus: ⁊ vt eti/
am hic inuicem diligamus: pacem suam no/
bis dabit in futuro seculo: quando sine hoste
regnabimus: vbi nunqꝫ dissentire possumus.
Pax autem nobis ipse est ⁊ cum credimus
quia est: ⁊ cum videbimus eum sicuti est. Sꝫ
quid est ꝙ vbi dicit: Pacẽ relinquo vobis:
non addit: meã: vbi vero ait: Do vobis: ibi
dixit meam: vtrum subaudiendum est meã:
⁊ vbi dictum non est: an forte ⁊ hic aliquid la
tet? Pacem enim suam eam voluit intelligi
qualem habet ipse. Pax vero ista quam no/
bis reliquit in hoc seculo: nostra potius dicẽ/
da est qꝫ ipsius. Illi quippe nihil repugnat in
seipso: quia nullum habet omnino peccatũ.
Nos autem talem pacem nunc habemus: in
qua adhuc dicamus: Dimitte nobis debita no
stra. Itemqꝫ inter nosipsos est nobis pax: qr
inuicem nobis credimus ꝙ inuicem diliga/
mus. Sed nec ipsa plena est: quia cogitatio/
nes cordis nostri inuicẽ non videmus: Nec
ignoro ista domini verba etiam sic accipi pos
se: vt eiusdem sententie repetitio videat: Qꝺ
vero dominus adiunxit: Non quomodo mũ
dus dat ego do vobis. Quid est aliud: nisi nõ
quomodo homines dant qui diligunt mũdũ:
qui ꝓpterea sibi dant pacem: vt sine molestia
perfruantur. Et quando iustis dant pacẽ vt
non eos persequãtur: pax esse non potest ve/
ra: vbi non est vera concordia: quia disiuncta
sunt corda. CHRY. Pax etiam exterior
ad malum fit multotiens: ⁊ eis qui habent eã
nihil prodest. AVGV. de ver. do. Est au
tem pax serenitas mentis. tranquillitas ani/
mi: simplicitas cordis: amoris vinculum: cõ/
sortium charitatis. Nec poterit ad hereditatẽ
domini peruenire qui testamentum pacis no
luerit obseruare: nec potest concordiam habe

re cum christo qui discors voluerit esse cum
christiano.

¶ Non turbetur cor vestrū neq3 for
midet. Audistis: quia ego dixi vobis
vado ⁊ vēio ad vos. Si diligeretis me
gauderetis vtiq3: quia vado ad patrē:
quia pater maior me est. Et nunc di/
xi vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fue
rit credatis. Iā3 non multa loquar vo
biscum. Venit enim princeps mundi
huius: ⁊ in me non habet quicq̄. Sed
vt cognoscat mundus quia diligo pa/
trem. ⁊ sicut mandatum dedit mihi pa
ter. sic facio.

CHRY. Quia dixerat. Pacem relinquo
vobis qd̄ erat recedētis: hoc poterat eos ɔtur
bare: iō dicit. non turbet̄ cor vestrū neq3 for/
midet: qm̄ hoc quidē ex dilectione: illa vō ex
formidie patiebātur. AVGV. Hinc aūt
turbari ⁊ formidare poterat cor illorū3 q̄ ibat
ab eis: q̄uis vēturus ad eos: ne forsitan gre
gem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris
absentia. vnde sequit̄: Audistis quia ego di/
xi vobis: Vado ⁊ venio ad vos. Ibat autem
per id quod homo erat: ⁊ manebat per id qd̄
deus erat. Cur itaq3 turbaretur ⁊ formidaret
cor: qm̄ sic deserebat oculos vt n̄ desereret cor.
Vt aūt itelligerēt s3 id qd̄ hō erat eū dixisse:
Vado ⁊ venio: ad hoc subiecit atq3 ait: Si di
ligeretis me: gauderetis vtiq3: q2 vado ad pa
trē3: q2 pater maior me ē. Per qd̄ ergo fili9
non est equalis patri: p hoc erat iturus ad pa
trē: a quo ⁊ venturus est iudicatur9 viuos ⁊
mortuos. Per illud aūt in quo est equalis gi
gnenti: nunq̄3 recedit a patre: s3 cū illo ē vbi/
q3 totus pari diuinitate quā nullus continet
locus. Ipse ergo fili9 dei equalis patri in for
ma dei: q2 semetip̄m exinaniuit: nō formā dei
amittēs: s3 formā serui accipiēs: maior est ēt
seipso: q2 maior ē forma dei: q̄ amissa non ē:
q̄3 forma serui q̄ accepta ē. Hec igit̄ ē forma
serui in qua dei filius minor ē non patre solo
s3 ēt spiritusancto: s̄m hanc formā serui puer
xp̄s ēt parentibus minor erat: qm̄ paruus ma
ioribus sicut scriptū ē: subdit9 erat. Agnosca
mus igit̄ geminā substantiā xp̄i; diuinam. s.
qua equalis est patri: ⁊ humanā qua maior ē
pater: vtrūq3 aūt simul: non duo sed vnus ē
xp̄s: ne sit quaternitas: s3 trinitas deus. ideo
ergo dixit. Si dili. me gau. vtiq3: quia va. ad
patrē. q2 nature humane gratulandū est: eo q̄
sic assumpta ē a vbo vnigenito: vt imortalis
ɔstitueret̄ i celo: atq3 ita fieret terra sublimis:
vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteraȝ
patris. Quis non hinc gaudeat q sic diligūt
xp̄m. vt suā naturā iam imortalē gratuletur i
xp̄o: atq3 ip̄m speret futuȝ esse per christum.
HYLA. ix. de trini. Vel aliter: Si donan
tis auctoritate pater maior me ē: nunqd p do
ni confessionē minor filius est? Maior itaq3
donās ē: s3 minor iam nō est cui vnū esse do/
natur. CHRY. Vel aliter: Nondū noue
rant apostoli qd sit resurrectio quam p̄dixerat
dicens: Vado ⁊ venio ad vos: neq3 qualem
oportebat de eo opinionē habebāt: patrē ve/
ro magnuȝ esse estimabāt. Dicit igit̄ eis: Et
si de me formidatis vt non sufficiente mihi ip
si assistere: neq3 confiditis q̄ post crucem rur
sus vos videbo: tamen audientes quoniam
ad patrem vado oportebat letari: ⁊ de reliquo
quoniam ad maiorem vado: ⁊ potentem om
nia versuta dissoluere. Hec autem omnia ad
imbecillitatem discipulorum dicebantur. Et
ideo subdidit: Et nunc dixi vobis priusq̄3 fi/
at vt cum factuȝ fuerit credatis. AVGV.
Quid est hoc cuȝ magis credere homo debe
at anteq̄3 fiat id quod credenduȝ est? Hec est
.n. laus fidei siquod creditur nō videtur. nā
⁊ ille cui dictum est. Quia vidisti credidisti:
aliud vidit: aliud credidit: vidit hominem cre
didit deum. Sed si dicuntur credi que viden
tur sicut dicit vnusquisq3 oculis suis se credi
disse: non tamen ipsa est que in nobis edifica
tur fides: sed ex rebus que videntur acquiri/
tur in nobis vt ea credantur que non viden/
tur. Illud itaq3 dicit: Cum factum fuerit: q̄
eum post mortem visuri erant viuenteȝ: ⁊ ad
patrem ascendentem: quo viso fuerant credi
turi q̄ ipse esset christus filius dei qui hoc po
tuit facere ⁊ predicere anteq̄3 faceret. Credi/
turi autem hoc non fide noua: sed aucta: aut
certe cum mortuus esset defecta: eum resurre
xisset refecta. HYLA. ix. de trini. Glo/
rie autem resumende meritum: continuo su/
biecit dicens. Iam non multa loquar vo/

biscum. BEDA. Ideo hoc dicebat: quoniã
iam istabat tempus vt comprehenderetur: et
ad mortem traderetur: Venit enim princeps
mũdi huius. AVGV. Quis nisi diabo/
lus: nõ autem creaturarum: sed peccatorũ prin
ceps est diabolus. Unde apostolus cum di/
xisset aduersus rectores mundi: sequenti ver
bo exposuit: quid dixisset mundi: cum subiũ/
git tenebrarum harum. i. hominum impiorũ.
Et in me non habet quicq̃. Quia neq̃ cum
peccato deus venerat: nec eius carnẽ de pec
cati propagine virgo peperat. Et tanq̃ ei di/
ceretur: Cur ergo morieris: si non habes pec
catum cui debetur mortis supplicium: conti/
nuo subiungit: Sed vt cog. mundus quia di
ligo pa. et sicut man. de. mihi pater sic facio.

ℭ Feria secunda. Joannis. iij. capi.

Sic deus dilexit mundũ
vt filium suum vnigenitũ
daret vt omnis qui credit
in ipsum non pereat sed ha
beat vitam eternam. Nõ
enim misit deus filium suum in mun/
dum vt iudicet mundum sed vt salue/
tur mundus per ipsum. Qui credit in
eum non iudicatur. Qui autem nõ cre
dit iam iudicatus est quia non credit in
nomine vnigeniti filij dei.

CHRY. Quia dixerat: Oportet exaltari
filium hominis quo mortem occulte significa
uit ne auditor tristis ab his fieret verbis hu/
manum quid de eo suspicans et mortem eius
estimans non esse existentiam: hoc ad rectitu/
dinem reducit: filium dei dicens eum qui da/
tur ad mortem: et mortem eius causam esse vi
te eterne. vnde dicit: Sic deus dilexit mun/
dum: vt fi. su. vnige. da. vt omnis qui cre.
in eum non pereat: sed ha. vi. eternam. q. d.
Ne mireris quoniam ego debeo exaltari vt
vos saluemini: etenim et patri hoc videtur q
ita nos dilexit: vt pro seruis indeuotis filium
dederit. dicendo autem: Si deus dil. mun.
multam indicat amoris intentionem. Mul/
ta enim est et infinita distantia: qui enim im/
mortalis: qui sine pricipio: qui magnitudo i/
finita eos qui sunt ex terra et cinere infinitis
plenos peccatis dilexit. sed et ea que post hoc
ponit: ostentatiua sunt magni amoris: nõ .n.
seruum: non angelum: non archangelum de
dit: sed filiũ suũ. Rursus si filios plures ha/
buisset: et dedisset vnum: hoc etiam esset ma/
ximum. Nunc vero filiũ vnicũ dedit. vnde
subdit: Vnigenitũ. HYLA. vi. de trini.
Sed si dilectiõis hinc fides ẽ creaturã creatu
re pstitisse: non facit magni meriti fidem vi/
lis et spernẽda iactura. Preciosa aũt sunt que
cõmendant charitatem et ingentia ingentibus
estimantur. Deus diligẽs mũdũ filiũ nõ ado/
ptiuũ: sed suũ et vnigenitũ dedit: hinc proprie
tas est: natiuitas est: veritas est: nõ creatio ẽ:
nõ adoptio est: nõ falsitas est: hinc dilectiõis
et charitatis fides est vt ad mundi salutem et fi
lium et suũ et vnigenitũ pstitisset. THEO.
Videtur autem mihi q sicut superius dixit: q
filius hominis descendit de celo: cum caro de
celis nõ descẽderit: sed propter vnã psonã in
christo que dei sunt attribuit hoi: sic et nũc ecõ
uerso q̃ sũt hois verbo dei appropriat: etenim
deus dei filius impassibilis mansit: sed quia
vnus erat sm hypostasim dei filius et homo
qui passionem sustinuit: filius dari dicitur in
mortẽ q passibiliter patiebatur. nõ natura propria:
sed carne propria. Est autem maxima vtilitas
consecuta ex huiusmodi datione mentem ex/
cedens humanam. Sequitur enim: Vt ois
qui credit in eum non pereat: sed habeat vitã
eternam. Vetus nãq̃ testamentum his q ser
uabant illud dierum longitudinem promitte
bat: euangelium xpo eternam et insolubilem
vitam. AVGV. Notandum xpo q eadẽ
de filio dei vnigenito replicat que de filio ho/
minis in cruce exaltato premiserat dicẽs: Vt
omnis qui credit in eum. quia idem redẽptor
et conditor noster filius dei ãte secula existẽs:
filius hominis factus est in fine seculorum:
vt qui per diuinitatis sue potentiam nos crea
uerat ad perfruendam beatitudinem perhẽnis
vite: ipse per fragilitatẽ humanitatis nostre
nos restauraret ad percipiendam quam per/
didimus vitam. ALCVI. Vere autem
per filium dei habebit mundus vitam: quia nõ
alia causa venit in mundum nisi vt saluet mũ
dum: vnde sequitur: Non enim misit deus fi.
su. in mun. vt iu. mũ. sed vt sal. mun. per ipm.
AVGV. Quare. n. saluator mũdi dictus

est: nisi vt saluet mundum: ergo quantum in medico est sanare venit egrotum. Ipse se interimit qui precepta medici seruare non vult aut cōtēnit. CHRY. Sed quia hoc dicit: multi pigrorum in peccatorum magnitudine ⁊ negligentie superabundantia dei abutentes misericordia dicunt: non est gehenna: non est suppliciū: omnia nobis deus peccata dimittit. Sed considerandū ꝙ duo sunt christi aduentus: qui iam factus est: ⁊ qui futurus est. Et prior quidē factus est non vt iudicet que facta sunt a nobis: sed vt dimittat. Secūdus autem non vt dimittat. sed vt iudicet. De priori igitur ait: Non veni vt iudicē mundū: qꝛ enim clemens est: non facit iudicium. sed iterum remissionem omniū peccatorū per baptismum primo: ⁊ postea per pniam: qꝛ si hō mō nō fecisset: vniuersi simul perditi eēnt. Oēs enim peccauerunt ⁊ egent gratia dei. ne igit̄ aliquis crederet se impune peccare: subdit de pena non credentis: Qui credit in eum nō iudicatur. qui credit inquit: non qui inuestigat: quid igitur si īmundam habeat vitam: marie quidem paulus tales nō fideles esse dicit. Cōfitētur inquit se nosse deū: factis aūt negāt: sꝫ hoc illud significat: quia s̄m hoc qui credit nō iudicatur: sed operum quidem grauiorem sustinebit penam: infidelitatis autem causa nō torquebitur. ALCVI. Vel quia credit in eum ⁊ adheret ei vt membrum capiti: non iudicabitur. AVGV. Quid autem dicturū sperabas de eo qui non credit nisi quod iudicatur? Sed vide quid dicit: Qui autem nō credit iam iudicatus est. Nondum apparuit iudicium: sed iam factum est iudicium. Nouit enim dominus qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam ⁊ qui permaneāt ad flāmam. CHRY. Aut hoc dicit quia ipꝫ discredere impenitentis supplicium est. esse. n. extra lumen etiam s̄m se maximum suppliciū est: vel quod futurum est prenunciat: sicut. n. qui occidit hominē: ⁊ si nōdum s̄nia iudicantis cōdemnatus sit: rei tamen natura cōdemnatus est: ita ⁊ qui incredulus est sicut ⁊ adam qua die comedit de ligno mortuꝰ ē. GRE. xxvij. moral. Vel aliter: In extremo iudicio aliqui non iudicantur ⁊ pereūt: de quibus hic dicit̄: Qui nō credit iam iudicatus est. Non enim eorum tunc causa discutitur: qui a conspectu districti iudicis iam cum dānatiōe sue infidelitatis abscedunt: professionem vero fidei retinentes: sed professionis opera nō habentes redarguuntur vt pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt: increpationē iudicis in extrema examinatione non audiūt: quia preiudicati in infidelitatis sue tenebris eius quem ⁊ desperent inuectione argui non merentur. Princeps nāqꝫ terrenam rempublicam regens: aliter punit ciuem interiꝰ delinquentem: atqꝫ aliter hostem exterius rebellantem. In illo iura sua consulit: contra hostē vero bella mouet: dignaqꝫ eiꝰ malicie tormēta retribuit: de malo vero eius quid lex dicat non requirit. neqꝫ. n. lege necesse est perimi eū qui lege nūqꝫ potuit teneri. ALCVI. Quare aūt iudicatus est qui non credit: causā assignat dicens: quia nō credit in nomie vnigeniti filij dei. In hoc enim solo nomine ē salus. Non habet deus multos filios qui possint saluare: hunc habet vnigenitum ꝑ quem saluat. AVGV. de baptis. paruulorum. Vbi ergo paruulos ponimus baptizatos nisi inter eos qui crediderunt? hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti ⁊ offerentiū responsionem: ac per hoc eos qui baptizati non sunt: inter eos qui non crediderūt statuimꝰ.

¶ Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum: ⁊ dilexerunt homines magis tenebras ꝙ̄ lucem. Erāt eni eorum mala opera. Omnis eni qui male agit odit lucem: ⁊ non venit ad lucē vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem vt manifestentur opera eius: quia in deo sunt facta.

ALCVI. Reddit causam quare non crediderunt: ⁊ q̄re iuste dānantur dicens: Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mūdū. CHRY. Quasi dicat. Nunquid ipsi eam quesierunt vel laborauerunt vt inuenirent? Ipsa lux venit ad eos: nec ei occurrerunt. vñ sequitur: Et dilexerunt homines magis tenebras ꝙ̄ lucem. Hic de reliquo omni eos priuat excusatione: venit enī eripere a tenebris ⁊ ad lucem ducere. Quis ergo eius qui non vult ad lucē accedere miserebitur? BEDA. Lucem seipsum appellat: de qua supra euangelista dixit: Erat lux vera. Tenebras vero

appellat peccata. deinde quia videbat multis
esse incredibile quod dictum est: nullus enim
tenebras prehonorat luci: subdit causam qua
re hec passi sunt dicens: Erant enim eorum
opera mala. Et siquidem in iudicium venis/
set: haberet hoc aliquam rationem: qui enim
malorum sibi conscius est: fugere iudicem cõ
sueuit: parcenti vero qui deliquerũt occurrũt.
Dicens igitur: Erant: eos qui multorum sibi/
ipsis erant conscij peccatorum maxime chri/
sto ad ignoscendum venienti occurrere: qđ ⁊
in multis factum est. Etenim publicani ⁊ pec
catores venientes recumbebant cum iesu: qa
vero quidam sunt ita molles ad eos qui pro
virtute sunt labores: vt vsqꝫ ad vltimum ve/
lint adherere malitie: in horum iniuriam sub
dit: Omnis enim qui male agit odit lucem.
Quod quidem dictum est de his qui eligũt in
malitia manere. ALCVI. Quia omnis q
male agit odit lucem. i. qui est i itentione pec
candi: cui placet peccatum: odit lucem que de
tegit peccatum. AVGV. x. cõfessionum:
Quia enim falli nolunt ⁊ fallere volũt: amãt
enim eam cum seipsam indicat. Inde retri/
buetur eis vt eos nolentes manifestet ⁊ eis
ipsa non sit manifesta. Amant ergo veri/
tatem lucentẽ: oderunt eam redarguentem.
vnde sequitur: Et non venit ad lucem vt nõ
arguãtur opera ei᷒. CHRYSOSTO
MVS. Eum enim qui in paganismo vi/
uit: nullus redarguit: quia deus tales habet:
⁊ digna dogmatibus opera demõstrat. Qui
vero christi sunt male viuentes: ab omnibus
rectis accusantur. Si autem gentiles sunt re/
cte viuentes hoc manifeste non noui. Non
enim mihi dicas eos qui a natura sunt mi/
tes ⁊ honesti: non enim est hoc virtus: sed
eum dic qui a passionibus sustinet violentiã
⁊ sapienter viuit: sed nõ vtiqꝫ habes. Si eni
regni enunciatio ⁊ gehenne mine ⁊ alia tanta
documenta vix detinẽt homines i ꝟtute: nul
lo horum persuasi pertransibunt virtutem. si
vero hypocrisim fingunt g'orie gratia h' faci
unt. vnde cum potuerint latere nõ omittent
vti malis desiderijs: que etiam vtilitas ẽ cũ
aliquis sobrius fit ⁊ non rapit: fit vero vane
glorie seruus. hoc enim non est recte viuere.

Inanis enim glorie seruus fornicario non
minor est: multo enim plura ⁊ grauiora ope
ratur. Si autem quidem recte sunt viuentes
i gentilibus: nõ hoc aduersatur huic sermo/
ni quia non frequenter contingit: sed raro.
BEDA. Moraliter etiam illi magis te/
nebras q̃ꝫ lucem diligunt: q suos predicato/
res bene docentes odijs ⁊ detractionibus in
sequũtur. Sequitur: Qui autem facit veri/
tatem venit ad lucem: vt manifestentur ope/
ra eius: quia in deo sunt facta. CHRY/
SOSTOMVS. Non autem de his
qui ab initio facti sunt christiani hoc dicit: sed
tantum de his qui ex gentibus vel iudeis ad
rectam transponendi erant fidem. ostendit
.n. qm̃ null᷒ vtiq̃ eliget i errore viuẽs ad fidẽ
venire: nisi pri᷒ iscribat sibipsi viã rectam.
AVGV. de baptis. paruulorũ: In deo au
tem facta dicit opera eius qui venit ad lucẽ:
quia intelligit iustificationem suam nõ ad sua
merita: sed ad dei gratiam pertinere. AV/
GV. super ioan. Sed si omnia opera deus
mala inuenit quomodo quidam fecerunt ve/
ritatem: ⁊ venerunt ad lucem idest ad chri/
stum. Sed dilexerunt inquit supra tenebras
magis q̃ꝫ lucem. ibi posuit vim. Multi dile
xerunt peccata sua: multi ea confessi sunt. Ac
cusat deus peccata tua si ⁊ tu accuses adiunge
ris deo: oportet vt oderis in te opus tuum: ⁊
ames in te opus dei. Initium operum bono
rum confessio est operum malorũ: ⁊ tunc fa
cis veritatem: quia non te palpas: nõ tibi blã
diris. Venis autẽ ad lucem: quia hoc ipsum
quod tibi displicuit peccatum tuum: non tibi
displiceret nisi deus tibi luceret: ⁊ eius veri/
tas tibi stenderet. Facit autem aliquis verita
tem confessionis ⁊ venit ad lucem in operi/
bus bonis: etiam propter illa que videtur mi
nuta esse peccata lingue: aut cogitationum aut
immorationis in rebus concessis quoniam
minuta plura peccata: si negligantur occidũt.
Minute sunt gutte que flumen implent: mi/
nuta sunt grana harene: sed si multa harena
imponatur: harena premit atqꝫ opprimit. hoc
facit sentina neglecta: quod facit fluctus irru/
ens paulatim. per sentinam intrat sed diu in
trando ⁊ non exhauriendo mergit nauem.

Quid est autem exhaurire: nisi bonis operibus agere ne obruant peccata: gemendo: ieiunando: tribuendo: ignoscendo.

¶ Feria tertia. Joannis. x. cap i.



Amen amē dico vobis: qui non intrat per ostiū in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est ⁊ latro. Qui autem intrat per ostium pastor est ouium: Huic ostiarius aperit: ⁊ oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: ⁊ educit eas. Et cum proprias oues emiserit ante eas vadit: ⁊ oues illum sequūtur: quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed effugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit eis iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

CHRY. Quia dominus de ciuitate iudeorum disputauerat ne dicant: Non est ex nostra cecitate q͞ ad te non accedimus: sed a te auertimur: vt erroneum fugientes: vult ostēdere q͞ non est erroneus sed pastor: ponens signa latronis ⁊ pastoris. Et primo ostendit quis est erroneus ⁊ fur dicens: Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est ⁊ latro. Hic autem ⁊ eos qui ante eum fuerunt occulte insinuat: ⁊ eos qui post eum futuri sūt antichristum ⁊ pseudo christos. ostium autē scripturas vocauit he enim dei cognitionem aperiunt: he oues custodiunt: ⁊ lupos super venire non permittunt. Hereticis introitum precludētes. Qui ergo non scripturis vtitur sed aliunde ascendit: hoc est aliam sibi ⁊ non legitimam viam facit: h fur est. dicit autem: Ascendit ⁊ non intrat ad similitudinem furis maceriam transcendere volentis: ⁊ periculose omnia agentis. dicens autem: Aliunde: etiam scribas occulte insinuauit qui docebant mandata ⁊ doctrinas hominum: ⁊ legē preuaricabantur. Si autem infra seipsum ostium dicit: non oportet turbari. etenim pastorem seipsum ⁊ ouem differenter predicat quia enim adducit nos patri: ostium se dicit. quia vero procurat: pastorē. AVGV. Vel aliter. Multi sunt qui s͞m quandam vite huius consuetudine dicuntur boni homines: qui ea que in lege mandata sunt quasi obseruant: ⁊ christiani non sunt: ⁊ plerūq͞ se iactant sicut pharisei. nunquid ⁊ nos ceci sumus. quia vero omnia ista que faciunt: ⁊ nesciunt ad quem finem referant: inaniter faciunt; dominus de grege suo ⁊ ostio quo intratur ad ouile similitudinem posuit dicens: Amen amen. Dicant ergo pagani vel iudei vel heretici: bene viuimus. si per ostium nō intrant: quid eis prodest? Ad hoc enim debet vnicuiq͞ prodesse bene viuere: vt detur illi semper viuere: quia nec bene viuere dicendi sunt: qui finem bene viuendi vel cecitate nesciunt vel inflatiōem contemnunt. Non est autem cuiq͞ spes vera semper viuendi nisi cognoscat vitam quod est christus ⁊ per hanc ianuam intret in ouile. Quicunq͞ ergo vult intrare ad ouile per ostium intret: non solum christum predicet: sed christi gloriam querat non suam. Humilis autem ianua est christus qui intrat per hanc ianuā oportet humilem esse: vt sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat sed extollit. per maceriam vult ascendere: ideo exaltatur vt cadat. Querunt ergo plerunq͞ tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuant: ⁊ christiani non sint: per aliam partem volūt ascendere: rapere ⁊ occidere. Tales ergo fures sunt: quia quod alienum est suum dicūt: Latrones: quia non furantur occidunt. CHRYSOSTOMVS. Vidistis qualiter descripsit latronem intuere. ⁊ pastoris diffinitionem. Sequitur enim: Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. AVGVSTI. de ver. domi. Intrat per ostium qui itrat per christum: qui imitatur passiōem

christi: qui cognoscat humilitatē christi: vt cū
deus factus sit homo pro nobis cognoscat se
homo non esse deum sed hominem. Qui. n.
vult deus videri cum sit homo non imitatur
illum qui cū deus esset: homo factus est. Ti
bi autem non dicitur: Esto aliquid minus q̄z
es: sed agnosce quid es. Sequitur: huic ostia
rius aperit. CHRY. Nihil prohibet ostia
rium vocare moysen: ille enim est cui eloquia
dei credita sunt. THEO. Vel spiritussan
ctus est ostiarius: per quem scripture resera/
te nobis indicant christum. AVGV. Vel
aliter: Ostiarium ipsū dominum debemus
accipere. multo sunt enim magis inter se di/
uersa in rebus humanis pastor ⁊ ostium: q̄z
ostiarius est ostium ⁊ tamen dominus ⁊ pa/
storem se dixit ⁊ ostium. Cur ergo non intel
ligamus ipsum ⁊ ostiarium. ipse enim se ape
rit: qui seipsum exponit. Si aliam personam
queris ostiarij: vide ostiarium forte spiritum
sanctum: de quo dominus dicit: Ipse vos do
cebit omnem veritatem. ostium est christus q
est veritas. quis aperit ostium: nisi qui docet
veritatem: Cauendū tamen est ne maior esti/
metur ostiarius esse q̄z ostium: quia in domi/
bus hominū ostiarius ostio: non ostium pre/
ponitur ostiario. CHRY. Quia vero di/
cebant eum esse deceptorem. ⁊ hoc ex infideli
tate sui ipsorum certificabant dicentes: quis
principium credit in eum ostendit nunc q̄ ex
hoc q̄ non attendunt ei: ex ordine ouium ex/
eluduntur: vnde sequitur: oues vocē eius au
diunt. Si enim pastoris est per legitimum in
trare ostium per quod ipse intrauit ab ouium
congregatione se abstrahunt qui ipsum non
audiunt. Sequitur: Et proprias oues vocat
nominatim. AVGV. Nouit enim nomi/
na predestinatorū vnde discipulis ait: Gau
dete quoniā nomina vestra sunt in celo. Se
quit: Et educit eas. CHRY. Oues edu/
cebat quando eas mittebat: non extra lupos:
sed in medio luporum. Videtur autem ⁊ de
ceco occulte insinuare. etenim illum eduxit vo
cans ex medio iudeorum: ⁊ vocem eius audi
uit. AVGV. Sed ⁊ quis alius oues emit
tit: nisi qui earum peccata dimittit. vt eum se/
qui duris liberate vinculis possint. Sequit
enim: Et cū proprias oues emiserit ante eas
vadit. GLO. Emittit siquidem eas de te/
nebris ignorantie ad lucem: duz ante eas va
dit: quasi ī colūna nubis ⁊ ignis. CHRY.
Nimirum pastores contrarium faciunt oues
sequentes: sed ipse ostendit se contrarium fa
cere: quoniam oues deducit ad veritatem.
AVGV. Et quis ē qui oues precessit: ni/
si qui surgens a mortuis iam non moritur: ⁊
patri dixit: Quos dedisti mihi: volo vt vbi ego
sum: ⁊ ipsi sint mecum. Sequitur: ⁊ oues il/
lum sequuntur: quia sciunt vocem eius: alie/
num autē non sequuntur: sed fugiunt ab eo:
q̄z non nouerūt vocem alienoꝝ. CHRY.
Alienos dicit eos qui circa theodam ⁊ iudam:
aut eos q post hoc alios debent decipere pseu
do apostolos. vt enim non dicatur vnus illo
rum esse per multa se ab eis separat. primo q
dem per doctrinam scripturarum: per quas
christus ad se homines adducebat. Illi vero
ab eis homines abstrahebant. Secundo per
ouium obedientiam. nam in eum quidem nō
solum venientem: sed etiam mortuum homi
nes crediderunt: illos autem confestim reli/
querunt. THEOPHI. Significat etiam
antichristum: qui paululū decipiens non ob
tinebit sequaces post ei9 mortē. AVGV.
Sed quomodo soluetur ista questio: Audi/
unt vocem christi quandoq̄z non oues. audi/
uit enim iudas: sed lupus erat ⁊ non audiunt
oues. aliqui enim eorum qui christum crucifi
xerunt non audierunt. sed oues erant. Sed
dicet aliquis quādo non audiebant: oues nō
erāt. vox audita eos mutauit: ⁊ ex lupis oues
fecit. Me autem adhuc mouet q̄ per ezechie
lem obiurgat dominus pastores: ⁊ dicit inter
cetera de ouibus: Errantem non reuocastis:
⁊ errantem dicit ⁊ ouem appellat. Non erra/
ret si vocem pastoris audiret: sed ideo errauit
quia vocem alieni audiuit. Dico ergo: No/
uit dominus qui sunt eius: nouit prescitos:
nouit predestinatos. Ipsi sunt oues aliquan/
do seipsi nesciunt: sed pastor nouit eas mul/
te enim oues foris sunt: ⁊ multi lupi intus.
De predestinatis ergo loquitur. Est autē ali
qua vox pastoris in qua oues nō audiunt alie
nos in qua non oues non audiunt christum.
Que est ista vox: Qui perseuerauerit vsq̄z i
finem: hic saluus erit. Hanc vocem non ne/
gligit proprius: nō audit alienus. Sequitur:
Hoc prouer. dixit eis iesus: Illi autem non
cognouerunt quid loquebatur eis. Pascit enim
dominus manifestis: exercet obscuris. Cum

autem duo audiunt verba euangelij: vnus ipius: alter pius. ⁊ talia forte sunt: vt ambo ñ intelligant. Vnus dicit: verum est quod dixit: ⁊ bonum est quod dixit: sed nos non itelligimus. Iste quia credit: iam pulsat: dignus est cui aperiatur: si pulsare persistat. Alius dicit: Nihil dixit qui adhuc audiat: Nisi credideritis non intelligetis.

¶ Dixit ergo eis iterū iesus: Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerūt fures sunt ⁊ latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me siquis introierit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inueniet. Fur non venit. nisi vt furetur: ⁊ mactet ⁊ ꝑdat. Ego veni vt vitā habeant: ⁊ abūdantius habeant.

CHRY. Dominus attentiores volēs iudeos facere māifestat quod supra dixerat. vñ dicitur: Dixit ergo iterum eis iesus: Amen amen dico vobis: ego sum ostiū ouiū. AVGV. Ecce quod clausū posuerat apuit: ipse est ostium intremus: ⁊ nos intrasse gaudeamus. Sequitur: Omnes quotquot vene. fures sunt ⁊ latrones. CHRY. Non de ꝓphetis hoc dicit sicut heretici dicunt: sed de seductoris: vnde ⁊ laudans oues subiungit. Sꝫ non audierunt eos oues. Nusq̄ꝫ autem videtur laudare eos qui non obedierunt prophetis: sed eis detrahit vehemēter. AVGV. Intellige ergo: Quotquot venerūt p̄ter me: non autem preter illum prophete venerūt: qꝛ cum illo venerūt qui cum verbo dei venerūt: qui veraces fuerunt quia ipse verbum ⁊ veritas venturus precones mittebant: sed eorū corda quos miserat possidebat carnem quippe ipse accepit ex tempore qui est semper. In principio enim erat verbum: ante aduentum autem eius quo humilis venit in carne precesserunt iusti: sic eum credentes venturum: quomodo nos credimus in eum qui venit. tēpora variata sunt: non fides. Eadem enim fides vtrosqꝫ coniungit: ⁊ eos qui venturuꝫ esse: ⁊ eos qui venisse crediderunt. Quotquot ergo preter illum venerunt: fures fuerunt ⁊ latrones. i. ad furandum ⁊ occidendum venerunt. Sed non audierunt eos oues. illi. s. de quibus dictum est: Nouit dominus q̄ sūt eius. Eos ergo non audierunt oues: in quibus non erat vox christi: errantes: vana fingentes: miseros succedentes. quare autem se ostium dixerit aperit subdens: Ego sum ostium. per me siquis intro. saluabitur. ALCVI. q. d. Illos non audiunt oues sed me audiunt: quia ego sum ostium: ⁊ qui per me non fictus sed verus introierit perseuerando saluabitur. THEOPHI. Educit autem ad pascua dominus oues per ostium. vnde sequitur: Et ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inueniet. Que sunt autē hec pascua? nisi delectatio futura ⁊ requies in quam nos dominus introducit. AVGV. Sed qd est quod dicit: Ingredietur ⁊ egredietur? Ingredi quippe in ecclesiam per ostium christū valde bonum est: exire autem de ecclesia non est bonum. Potest ergo dici igredi nos quādo interius aliquid cogitamus: egredi autem quando exterius aliquid operamur. sꝫ illud: Exiuit homo ad opus suum. THEO. Vel ingredi dicitur cui est cure homo interior: egredi vero qui hominem exteriorem. i. membra que sunt supra terrā in christo mortificat: hic enim pascua in futuro reperiet seculo. CHRY. Vel hoc dicitur ꝓꝑ apostolos q̄ cū octo itroierūt: ⁊ exierunt vt totius orbis terrarum facti domini: ⁊ nullus eos eijcere valuit: ⁊ nutrimentum habuerunt. AVGV. Sed plus me delectat ꝙ ipse quodāmodo nos admonuit: cum secutus adiungit. Fur non venit nisi vt furetur. ALCVI. q. d. Merito oues non audiunt vocem furis quia non venit fur nisi vt furetur: alienam rem sibi vsurpando: non de preceptis christi suos sectatores instruens: sed suis exemplis eos viuere suadens. vnde subditur: Et mactet mala doctrina retrahendo a fide: Et perdat in eterna damnatione. illi ergo furantur ⁊ occidunt. Ego veni vt vitam habeāt: ⁊ abūdantius habeant. AVGV. Videtur mihi dixisse vt vitam habeant. ingredientes hoc est per fidem que per dilectionem operatur: per quam fidem in ouile ingrediuntur vt viuant: quia iustus ex fide viuit: Et abundantius habeant scilicet egredientes quando veri fideles moriuntur: ⁊ abundantius habeāt

vitam: vbi nunq̄ꝫ deinde moriantur. Quã/
uis ergo ⁊ hic in ipso ouili nõ desinit pascua
inuenient tamen pascua vbi saturentur: qua/
lia inuenit cui dictum est: Hodie mecuꝫ eris
in paradiso. GREGO. super ezech. in
hom. xiij. Ingredietur ergo ad fidem egre/
dietur ad spem: pascua vero inueniet in eter/
na satietate. CHRY. Quod autem di/
cit: Fur non venit nisi vt furetur ⁊ mactet et
perdat. de seditiosis dicit quod ad litteram est
factum omnibus occisis ⁊ perditis qui eos se
quebantur: ⁊ sic etiam presenti vita eos priua
uerunt. Ego autem veni pro salute ouiuꝫ vt
vitam habeant: ⁊ abundantius habeant in re
gno celorum. ⁊ hec est tertia differentia qua se
discernit a pseudo prophetis. THEO.
Mystice autem fur diabolus est qui venit tẽ
tando vt furetur per cogitationes illicitas: et
mactet per consensum: ⁊ deinde per opera de
struat.

¶ Feria quarta. Joannis. vi. capi.

NEmo põt venire ad me:
nisi pater q̄ misit me tra-
xerit eum ⁊ ego resuscita/
bo euꝫ in nouissimo die.
Est scriptum in prophe/
tis: Erunt omnes docibiles dei Om/
nis qui audiuit a patre ⁊ didicit venit
ad me: Non quia patrem vidit quisq̄ꝫ:
nisi is qui est a deo: hic vidit patrem.
AVGV. Ab hominibus enim carnẽ as/
sumpsit: sꝫ nõ more hominum. nam patrẽ ha/
bens in celo matreꝫ elegit in terra ⁊ illic na/
tus sine matre: ⁊ hic sine patre: quid ergo ta/
libus murmurantibus respondit subditur.
Respõdit ergo iesus ⁊ dixit eis: nolite mur/
murare inuicem quasi dicat. Scio quare nõ
vt esuriatis sic: vt istũ panem non intelligatis
neq̄ꝫ queratis. Nemo potest venire ad me:
nisi pater qui misit me traxerit illuꝫ Magna
gratie cõmendatio: nemo venit nisi tractus:
quem trahat: ⁊ quem non trahat: quare illum
trahat: ⁊ illum non trahat noli velle iudicare:
si non vis errare. semel accipe ⁊ intellige: si
non traheris: ora vt traharis. CHRY.

Hic autem insiliunt manichei dicentes: quo
niam nihil in nobis est positum: sed hoc non
quod in nobis est destruit: sed ostendit nos
diuino auxilio indigentes: ostendit enim hoc
non eum qui inuitus venit: sed eum qui mul
tam patitur oppugnationem. AVGV.
Sed si inuiti trahimur ad christuꝫ: inuiti cre
dimus: ergo violentia adhibetur: non volun
tas excitatur. sed intrare quisq̄ꝫ ecclesiam po/
test nolens. credere non potest nisi volens.
corde enim creditur ad iustitiam. si ergo inui
tus venit qui trahitur: non credit: si non cre/
dit non venit. non enim ad christum ambu/
lando currimus: sed credendo nec motu cor/
poris: sed voluntate cordis accedimus: ergo
voluntate traheris. Quid est autem trahi vo
luntati: delectare in domino: ⁊ dabit tibi pe/
titiones cordis tui: est quedam voluptas cor/
dis: cui dulcis est panis ille celestis: porro si
poete dicere licuit. Trahit sua quenq̄ꝫ volu/
ptas: quanto fortius nos dicere debemus tra
hi hominẽ ad christum: qui delectatur verita
te: beatitudine: iustitia: sempiterna vita: quod
totum christus est. An non habent corporis
sensus voluptates suas ⁊ animus deseritur
a voluptatibus suis. Da amantem: desiderã
tem: feruentem: fonti eterne patrie suspiran/
tem: ⁊ scit quid dicam: sed quare voluit dice/
re: quem traxerit pater si trahendi sumus ab
illo trahamur: cui dicit quedam que diligit.
Trahe me post te. Sed quid intelligi voluit
aduertamus. Trahit pater ad filium eos qui
propterea credunt in filium: quia euꝫ cogitãt
patrem habere deuꝫ. Deus enim pater equa
lem sibi genuit filium: ⁊ qui cogitat atq̄ꝫ in fi
de sua sentit ac ruminat equalem esse patri eũ
in quem credit: ipsum trahit pater ad filium.
Arrius credidit creaturam: non eum traxit
pater. Fotinus dicit: Homo solus est chri/
stus qui sic credit non eum pater trahit: traxit
petrum qui dixit: Tu es christus filius dei vi
ui. vnde ei dictum est. Non tibi reuelauit ca
ro ⁊ sanguis: sed pater meus qui in celis est.
Ista reuelatio ipsa attractio est. Si enim que
inter delitias terrenas reuelantur amantibꝰ
trahunt: non trahet reuelatus christus a pa/
tre. Quid enim fortius desiderat anima q̄
veritatem. sed hic homines esuriunt: ibi satu
rabuntur. ideo subiecit: Et ego resu. eum in
no. die quasi dicat saturabitur. eo q̄ ⁊ hic situr

in resurrectõne mortuorum quoniã ego resu scitabo eũ. AVGV. de que. no. & ve. te. Vel attrahit pater ad filium per opera que faciebat per illum. CHRYSOSTOMVS. Non parua dignitas filij si pater adducit: & ipse suscitat non diuidens ad patrem opera: sed ostendens parilitatem virtutis. deinde ostendit modum sm quem pater trahit dicens. Scriptum est in prophet. Et erunt omnes doci. dei. Vides fidei dignitatem: quoniam non ab hominibus neq̃ homines: sed ab ipso deo per eam debeant addiscere. Magister enim presidet omnibus paratꝰ existens sua tribuere: ad omnes suam doctrinam effundens. Si autem erunt omnes docibiles dei qualiter quidam non credunt? quia hoc de pluribus dictum est: siue quoniã omnes qui volunt. AVGV. de predistinatione sanctorum. Vel aliter. Sicut integre loquimur cum de aliquo litterarum magistro qui in ciuitate solus est dicimus: omnes iste hec litteras docet: non quia omnes discunt: sed quia nemo nisi ab illo dirit quicunq̃ ibi litteras discit. Ita recte dicimus. Omnes deus docet venire ad christum: nõ quia omnes veniunt: sed quia nemo aliter venit. AVGVSTI. super ioan. Vel aliter Omnes regni illius homines docibiles erũt dei: non ab hominibus audient: & si hoc ab hominibus audiunt tamẽ quod intelligunt intus datur. strepitum verborum ingero auribus vestris nisi reuelet ille qui intus est: quomodo ergo o iudei me potestis agnoscere quos pater non docuit. BEDA. Dicit autez pluraliter. In prophetis: quia omnes prophete: vno eodemq̃ spiritu repleti: licet diuersa ꝓphetarent: tamen ad idem tendebant. quapropter cum quouis eorum omnes alij concordabant: sicut cum iocle propheta qui dicit: Erũt omnes docibiles dei. GLO. Hoc in iocle non inuenitur. sed aliquid simile. dicitur eni ibi Filij syon exultate & letamini in domino deo nostro: quia dedit vobis doctorem. Expressius tamẽ est in isaia vbi dicitur. Ponã vniuersos filios tuos doctos a domino. CHRYSOSTOMVS. Quod quidem precipuũ est: quia ante per homines discebant que dei sunt: nunc autem per vnicum filiũ dei & spiritũ sanctuz. AVGV. de predistinatione sanctorum. Omnes autem docibiles dei veniunt ad filium: quoniam audierunt & didicerunt a patre per filium: vnde subditur. Omnis qui audiuit a patre & didicit venit ad me. Si autem omnis qui audiuit a patre & didicit venit: profecto omnis q̃ non venit non audit a patre nec didicit. Val de remota est a sensibus carnis hec schola in qua pater auditur & docet: vt veniatur ad filium: nec agit hoc cum carnis aure sed cordis: vbi est & ipse filius. quia ipse est verbum eius per quod pater sic docet: simul est & spiritussanctus. Inseparabilia enim didicimus esse opera trinitatis: sed patri hoc potissimum est attributuz: quia de ipso procedit & filius & spiritussanctus. Itaq̃ gratia que occulte & humanis cordibus diuina largitate tribuitur: a nullo corde duro respuit. iõ q̃ppe tribuit: vt cordis duritia primitus afferatur. Cur ergo nõ omnes docet: vt veniant ad christum: nisi q̃ eos quos docet: misericordia docet: quos autem non docet: iudicio non docet: si autem diximus q̃ volunt discere: quos non docet: respondebitur nobis: Et vbi est quod ei dicitur. Deus tu conuertẽs viuificabis nos: aut si non faciat volentes ex nolentibus deus: vt quid orat ecclesia sm preceptum domini pro persecutoribus suis: non enim quisq̃ dicere potest credidi: vt sic vocaret. preuenit quippe eum misericordia dei: quia sic est vocatus vt crederet. AVGVSTI. super ioannem. Ecce ergo quomodo trahit pater docendo de veritate non necessitatem imponendo: trahere enim dei est. Omnis qui audiuit a patre & didicit: venit ad me. quid igitur christus nihil docuit? quid q̃ patrem magĩm homines nõ viderũt: filium viderũt: filius ergo dicebat: sed pater docebat. Si. n. ego hõ cum sim illum doceo. qui audiuit verbũ meum: illum docet & pater qui audiuit verbum eius. Exponit autem hoc ipse & ostendit nobis q̃d dixerat continuo subiungens: Non quia pa. vi. quisq̃: nisi qui a deo est: hic vi. patrem. q. di. Ne forte cum dico vobis: omnis qui audiuit a patre & didicit: dicatis apud vos. Nunq̃ vidimus patrem? quomodo ab eo discere poterimus: a meipso audite: Ego noui patrem ab illo sum: quomodo verbum est ab illo cuius est verbũ: non q̃ sonat & trã/

fit: sed quod manet cum dicente: τ trahit audientes. CHRY. Omnes quidem a deo sumus. Id vero quod est precipuum filij τ proprium hic non posuit pp auditorꝝ imbecillitatē.

¶ Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto: τ mortui sunt. Hic est panis de celo descendēs: vt siquis ex ipso manducaverit nō moriatur. Ego sū panis vivus qui de celo descendi. Siquis manducaverit ex hoc pane: vivet in eternum.

AVGV. Revelare voluit se dominꝰ qd esset. vnde dicit. Amen amen dico vobis: q credit in me habet vitam eternam. q. d. Qui credit in me habet me: quid est autem habere me: habere vitam eternam: vita. n. eterna est verbum quod in principio erat apud deum: τ vita erat lux hominum: assumpsit vita mortem: vt vita occideret mortem. CHRY. Quia vero turbe instabant: cibum corporalem petentes τ eius cibi qui patribus eorum datus erat reminiscentes: vt ostendat q omnia illa figura erant huius veritatis presentis mentionē de cibo spirituali facit dicēs. Ego sum panis vite. Panem quidem vite se ipsum vocat: quoniam vitam nostram continet τ hanc τ figuram. AVGV. Sed illi de manna superbiebant subiungit: Patres vestri manducaverunt manna in deserto τ mortui sunt. Ideo patres vestri quia similes estis illorum murmuratores patres murmuratorum filiorum. Nam de nulla re magis deū offendisse ille populus dictus est: q̄ʒ cōtra deum murmurando. Ideo autem mortui sunt q̄ qđ videbāt credebant: qđ nō videbant nō credebant neqꝫ intelligebant. CHRY. Non autem sine causa addit. In deserto: sed occulte insinuans quoniam non longum tempus fuit: quo scilicet manna datum est neqꝫ simul cum venit in terraꝫ promissionis: sed q̄ videbant panem datum a christo minus esse illo quod patribus datum erat: in eo q̄ illud desuper descendebat. Miraculum vero panum inferius generabatur propterea subiungit: hic est panis de celo descendens. AVGV. Hunc panem significavit māna: hūc panē significabat altare dei. Sacramēta hec sunt: τ illa fuerunt in signis diversa sunt: in re que significatur paria sunt. Apostolum audi. Omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. CHRY. Deinde ostendit q̄ maxime eos poterat persuadere: quoniam ipsi patribus suis multo digniores effecti sunt: qui manna manducantes sunt mortui. τ ideo subdit. Vt siquis ex ipso manducaverit: non moriatur. A. fine vtriusqꝫ cibi ostendit differentiam. panem autem hic dogmata salutaria dicit. τ fidem que in ipsum est aut corpus suum: hec enim conservant animam. AVG. Sed nunquid non morimur: qui manducavimus panem descendentem de celo: sic illi sunt mortui: quemadmodum τ nos sumus morituri quantum attinet ad mortem huiꝰ corporis visibilem atqꝫ carnalem. quantum autē pertinet ad mortem spiritaleꝫ qua patres istorum mortui sunt. Manducavit manna moyses τ multi qui domino placuerunt: τ mortui non sunt: quia visibilem cibum spiritualiter intellexerunt: spiritualiter gustaverunt vt spiritualiter saciarentur. Nam τ nos hodie accipimus visibilem cibum: sed aliud est sacramentum: aliud virtus sacramenti: quoniam multi de altari accipiunt: τ accipiendo moriūtur. vnde apostolus: Iudiciuꝫ sibi manducat τ bibit: panem ergo celestem spiritualem manducare est innocentiam ad altare apportare. peccata τsi sint quotidiana: non sint mortifera antequꝫ ad altare accedatis. attēdite quid dicatis. Dimitte nobis debita nostra sicut τ nos dimittimus debitoribus nostris: si dimittis: dimittenꝫ tibi securus accede: panis est non venenum. siquis ergo ex hoc pane manducaverit: non morietur. Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti non quod pertinet ad visibile sacramentum: qui manducat scilicet intꝰ non foris. ALCVI. Ideo inqꝫ non moritur qui comedit hunc panem: quia ego suꝫ panis vivus qui de celo descendi. THEOPHI. Per hoc scilicet quod incarnatus ē: non ergo prius solum fuit homo: τ postmodum assumpsit divinitateꝫ vt nestorius fabulatur. AVGV. De celo descendit τ manna: sed manna vmbra erat: iste veritas est. ALCVI. Est autēʒ mea vita vivificans. vnde sequitur. Siquis mandu. ex hoc pa. vivet. nō tm̄ in p̄nti p̄ fidē τ iusticiā: sꝫ ī eternū.

¶ Et panis quē ego dabo caro mea est: pro mundi vita.

AVGV. Determinat consequenter dominus quomodo se panem dicat non tm̄ fm̄ diuinitatem que pascit omnia: sed etiam fm̄ humanam naturam que est assumpta verbo dei cum subdit. Et panis quez ego dabo ca. mea est: pro mundi vita. BEDA. Hunc panez tunc dominus dedit quando mysterium corporis et sanguinis sui discipulis tradidit: et quando semetipsum deo patri obtulit in ara crucis. quod vero dicit. Pro mundi vita. nō debemus intelligere pro elementis: sed ꝓ hominibus qui mundi nomine designantur. THEOPHI. In hoc quod dicit. Quem ego dabo: potestatem suaz demonstrat: q̄ nō sicut seruus minor patre crucifixus ē: sed voluntarie. nam et si a patre dari dicatur: tamen seipsum tradidit ipse. Attende autem q̄ panis qui in mysterijs a nobis assumitur: nō solum figuram gerit carnis christi: sed ipse est vera caro christi. non. n. dixit: Panis quem ego dabo figuram carnis mee gerit: sed caro mea est. Transmutatur autem in enarrabilibus verbis iste panis per mysticam benedictionem et habitationem spiritussancti in carnem christi. Sed quare non videmus carnē: quia si caro videret̄ horror nos in eius assumptione inuaderet. vnde et nostri infirmitati cō descendatur talis nobis videretur mysticus cibus fm̄ q̄ nostre consuetudini competebat: pro mundi autem vita carnem suaz tradidit: quia moriendo mortem soluit. Ego etiam intelligo pro mundi vita resurrectionem: nam domini mors vniuersalem resurrectionez toti generi humano ministrauit. forte autez et vitaz que in sanctificatione et beatificatione consistit et spiritu: mundi vitam dixit: q̄uis eniz non omnes susceperint vitam que est in sanctificatione et spiritu: tamen dominus seipsuz pro mundo tradidit. et quantum in eo tot⁹ mūdus sanctificatur. AVGV. Quando autē caperet caro q̄ dixit panem carnez: norunt autem fideles corpus christi: si corpus christi eē non negligant: fiant corpus christi: si volunt viuere de spiritu christi: de spiritu. n. christi n̄ viuit: nisi corpus christi: nunquid. n. corpus meum viuit de spiritu tuo. Hunc panem exponit apostolus dicens. Unum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis o signum vnitatis: o vinculum charitatis. qui vult viuere accedat: credat: icorporetur vt viuificet̄.

¶ Feria. v. Luce. ix. cap.



Onuocatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatē sup oia demonia: et vt lāguores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare ifirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis i via: neqz virgam neqz peram: neqz panem neqz pecuniaz: neqz duas tunicas habeatis. in quancunqz domum intraueritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicunqz non receperint vos exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem ibant per castella: euangelizantes et curātes vbiqz. CIRYL. Decebat istitutos ministros sacraz doctrinaz posse mira pagere et p ipsos effect⁹ credi q̄ essent dei mistri. vñ dr̄: Cōuocatis iesus. xij. apo. dedit illis virtutē et potestatē sup oia demonia. In quo eleuatū supcilium diaboli flectit: q dicebat aliq̄n: Nō ē q cōtradicere valeat. EVSE. Et vt p eos venet̄ gen⁹ humanū: nō solū dat eis vt prauos spiritus pellāt: sz ēt quālibet infirmitatē sanent ex ei⁹ iperio. vñ sequitur: Et vt languores curarent. CIRY. Attēdas hic diuinā filij ptātē nature corporali nō ꝯueniētē: agere nanqz miracula aderat sanctis: nō natura: sz pticipatiōe spūssancti. Sup hoc aūt alijs ꝯcedet̄ ptātem ꝓrsus alienū erat ab eoꝝ virtute. Qualr̄. n. posset natura creata sup spūs dona possidere dñium: At dñs nr̄ iesus xp̄s tanq̄z naturalr̄ de⁹ exñs impti̇t̄ huius grāz qb⁹ vult: nō inocās i eos alienā virtutē sz ifundēs ex ꝓmptuarijs ꝓprijs. CHRY. Postq̄z aūt satis ꝯfortati fuerāt ex ei⁹ comitiua: et cōpetens nacti sunt argumētū virtutis eius mittit eos. vñ sequit̄: Et mi. il. p̄di. reg. dei. et san. ifir.

Ubi considera quod non committitur eis aliquid sensibile dicere: sicut moyses et prophete qui terram et bona terrena promittebant. hi vero regnum celorum et quecunque continentur in eo. GRE. nazanzenus. Mittens autem discipulos ad predicandum dominus multa eis iniunxit: quorum summa est sic eos virtuosos esse sic constantes atque modestos: et ut breuiter loquar celestes ut non minus propter eorum modum viuendi quam propter verbum euangelica doctrina propagaretur. Et ideo cum eris et baculi carentia et amictus singularitate mittebantur. Et ideo subdit: Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via: neque virgam neque peram: neque panem neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. CHRY. Plurima quidem per hoc constituebat. primo quidem insuspectos reddens discipulos. secundo sequestrans eos a qualibet cura: ut totum studium adhiberent verbo. tertio docens eos propriam virtutem. Sed forsan dicet aliquis cetera quidem habere rationem: sed non habere peram in via. nec duas tunicas: nec baculum: cuius rei causa precipit? Volens scilicet excitare eos in qualibet diligentia. Et ut loquar ex hominibus angelos faciet eos: dirimens a qualibet cura vite ut vna sola cura detineantur doctrine. EVSE. Volens igitur eos carere cupidine rerum in solicitudinibus vite protestatus est hec: sumebat enim experimentum fidei et animositatis eorum qui habito in mandatis extreme vitam ducere paupertatis non effugiunt que iubentur: decebat enim eos quoddam commercium facere: et recipientes salubres virtutes recompensare obedientia mandatorum: et cum milites eos faceret regni dei accingit eos ad pugnam in hostes: monens colere paupertatem. nullus enim militans deo implicat se vite secularis negocijs. AMB. Qualis ergo esse debeat qui euangelizat regnum dei: preceptis euangelicis designatur: hoc est ut subsidij secularis adminicula non requirat: fideique totus inherens putet quo minus ista requirat: magis posse suppetere. THEOPHI. Sic enim ipsos medicos mittit quod neque panes ipsos portare vult: nec aliquid aliud quibus indigent multi. AVGV. de con. euan. Uel dominus hec possidere discipulos ac ferre noluit: non quod necessaria non sint sustentationi huius vite: sed quia sic eos mittebat ut eis hec deberi monstraret ab illis quibus euangelium credentibus annunciarent: ut sic securi non possiderent: neque portarent huic vite necessaria: nec magna: nec minima. Ideo posuit secundum marcum nec virgam: ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis nulla superflua requirentibus. Hanc autem potestatem virge nomine significauit: cum diceret: Ne quid tollerent in via nisi virgam tantum. AMBRO. Possunt etiam qui volunt secundum ad eum deducere tractatum: ut spiritalem tantummodo locus iste firmare videatur affectum: qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuisse: non solum potestate reiecta contemptisque diuitijs: sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis. THEO. Quidam etiam apostolos non portare peram neque baculum: aut duas tunicas sic intelligunt: quod non thesaurizent. hoc enim pera innuit congregans multa. neque sint iracundi et tribulati spiritus quod significat baculus: neque sint ficti et duplici corde quod significat tunica duplex. CIRYL. Sed diceret aliquis vnde eis necessaria erunt? Et ideo subdit: Et in quamcunque do. intra. ibi ma. et inde ne exie. q. d. sufficiat vobis discipulorum fructus qui recipientes a vobis spiritalia vos procurabunt. Iussit autem eos in vna domo manere: ut nec hospitem grauent eum scilicet dimittendo: nec ipsi gulositatis et leuitatis suspitionem incurrant. AMBRO. Alienum nanque a predicatore regni celestis asserit cursitare per domos: et inuiolabilis hospitij iura mutare. Sed ut hospitij gratia deferenda censeatur: ita etiam si non recipiantur excutiendum puluerem egrediendumque de ciuitate mandatur cum sequitur: Et quicunque non rece. vos exe. de ciui. illa: etiam puluerem pedum ve. excu. in testi. super illos. BEDA. Puluis excutitur de pedibus apostolorum in testimonium laboris sui quod ingressi sunt in ciuitatem et predicatio apostolica ad illos usque peruenerit. siue excutitur puluis cum nihil ab eis accipiant: nec ad victum quidem necessarium qui euangelium spreuerunt. CHRY. Nam improbabile valde est contemnentes sermonem et patresfamilias se famulis benignos ostendere: vel benedictiones eorum erigere. AMBRO. Uel mediocris et boni remuneratio docetur hospitij: ut non solum pacem tribuamus ho-

ſpiritibus: verum etiam ſiqua eos terrene ob/
umbrant delicta leuitatis: receptis apoſtolice
predicationis veſtigijs auferant. BEDA.
Qui vero perfida negligentia vel etiam ſtu/
dio verbum dei contemnunt: horum vitanda
communio eſt: excutiendus puluis pedū ne
geſtis manibus pulueri comparandis men/
tis caſte veſtigium polluatur. EVSE. Cū
autem precinxiſſet dominus diſcipulos ſuos
tanꝙ milites dei diuinis virtutibus ⁊ ſapien
tie monitis: mittens eos iudeis vt doctores:
⁊ medicos ipſi ſm hoc precedebant. vnde ſe
quitur: Egreſſi autem circu. per caſt. euan. ⁊
cur. vbiq; Quaſi doctores quidem euangeli
zantes: ſed quaſi medici preſtantes remedia
⁊ verba miraculis comprobantes.

¶ Feria. vi. Luce. v. cap.



Factum eſt in vna dierū: ⁊ ieſus ſedebat docens. Et erant phariſei ſeden/
tes ⁊ legis doctores q̄ ve
nerāt ex omni caſtello ga
lilee ⁊ iudee ⁊ hieruſalem: ⁊ virtus do/
mini erat ad ſanandum eos. Et ecce vi
ri portantes in lecto hominē qui erat
paralyticus. Et querebant eū inferre
⁊ ponere ante eum. Et non inuenien/
tes qua parte illū inferrent pre turba.
aſcenderunt ſupra tectū: ⁊ per tegulas
ſum miſerunt eum in lecto in medium
ante ieſum. Quorum fidem vt vidit di
xit: Homo remittuntur tibi peccata
tua. Et ceperunt cogitare ſcribe ⁊ pha
riſei dicentes. Quis ē hic qui loquitur
blaſphemias? Quis poteſt dimittere
peccata: niſi ſolus deus? Ut cognouit
autem ieſus cogitationes eorum: reſpō
dēs dixit ad illos: Quid cogitatis ma
la in cordibus veſtris? Quid eſt facili
us dicere: dimittuntur tibi peccata: an
dicere ſurge ⁊ ambula? Ut autem ſcia
tis quia filius hominis habet poteſtatē
in terra dimittendi peccata: ait paraly
tico: Tibi dico ſurge tolle lectum tuū:
⁊ vade in domum tuam. Et confeſtim
ſurgens coram illis tulit lectum in quo
iacebat: ⁊ abijt in domum ſuam magni
ficans deum. Et ſtupor apprehendit
omnes ⁊ magnificabant deum. Et re
pleti ſunt timore dicentes: q2 vidimus
mirabilia hodie.

CHRY. Scribe ⁊ phariſei q̄ facti fuerāt
ꝓdigioꝝ xp̄i viſores: audiebāt ipm̄ quoq; do
centē: vn̄ dr̄: factū eſt ī vna dieꝝ: ⁊ ieſus ſe/
de. do. ⁊ erāt phari. ſedē. ⁊ legis doc. qui ve
ne. ex oī caſtel. gali. ⁊ iu. ⁊ hieruſalem: ⁊ vir.
dn̄i erat ad ſanā. eos. Nō quaſi mutuo acci/
peret ꝑtātem alterius: ſ; quaſi deus ⁊ dn̄s ꝓ
pria operabaẗ virtute. fiūt aūt hoīes ſepe do/
noꝝ ſpiritaliū digni: ſ; plerūq; deficiūt ea rō
ne quā nouit donoꝝ largitor: qđ ī xp̄o nō ac/
cidit: affluebat. n. ī preſtādis remedijs virt9
diuina. Quia vero neceſſariū erat: vbi tanta
ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ turba cōuenerat: aliquid
fieri ex his que virtuti atteſtarentur ipſius co
ram eis qui eum paruipendebant factum eſt
quoddam miraculum in paralytico. in quo q2
defeciſſe videbatur medicinalis ars: portaba
tur a proximis ad ſupernum ⁊ celeſtem medi
cum. vnde ſequitur: Et ecce viri por. in lec.
homi. qui erat paralyticus ⁊ querebant eum ī
fer. ⁊ po. ante eū. CHRY. Mirandi ve
ro ſunt qui paralyticum adduxerunt: quali/
ter cum nequiſſent intrare per oſtium: nouū
aliquid ⁊ alienum attentauerunt. vnde ſequi
tur: Et non inue. qua parte eū infer. pretur.
aſcen. ſupra tec. detegentes autem tectum de
ponunt grabatum ⁊ ponunt in medio paraly
ticum. vnde ſequitur: Et per tegu. ſubmiſe.
illum cum lec. in me ante ie ſum. Dicet aliqs
demiſſum fuiſſe locum a quo per tegulas de/
poſuerunt paralytici lectum. BEDA. Ho
minē aūt dn̄s a paralyſi curatur9 ꝑmo peccato
rū vīcula diſſoluit vt oñderet eū ob nexus cul
paꝝ artuū diſſolutiōe dānari: nec niſi his re/
laxatis mēbroꝝ poſſe recupatiōe ſanari. vn̄ ſe
quiẗ. Quorū fidē vt vi. dixit: Homo: remit.
ti. pec. tua. AM. Magn9 dn̄s qui alioꝝ
merito ignoſcit alijs: ⁊ dum alios probat:
alijs relaxat errata. Cur apd̓ te homo collega

nō valeat: cum apud deum seru⁹ ꝛ īteruenien/
di meritum ꝛ ius habeat impetrādi: si graui/
um pctōꝝ diffidis veniam: adhibe precato/
res: adhibe ecclesiā que pro te pcef: cuius cō
tēplatiōe qđ tibi dn̄s negare posset: ignoscat.
CHRY. Occurrebat autem ꝛ in hoc ipsi⁹
patientis fides: non enim sustinuisset se iferri
us submitti: nisi credidisset. AVGV. De
con. euan. Qđ autē dicit: Homo: dimittunt
tibi peccata: ad hoc īsinuandū valet: quia hoī
dimittebant peccata: qui hoc ipso q̄ hō erat n̄
posset dicere: Nō peccaui simul etiā vt ille q
hoī dimittebat intelligeret de⁹. CHRY.
Nos aūt si corporaliter patimur: satagim⁹ no
ciuum abijcere. cum vero male sit aīe ꝛ diffe/
rimus: atq; ideo nec a corporis nociuis cura
mur. Abscidamus igitur fontē maloꝝ: ꝛ ces
sabunt egritudinum fluxus. Metu autē mul
titudinis suam intentionem aperire pharisei
nō audebant: sed solum in cordibus suis me
ditabant. vnde sequit. Et cepe. cogitare scri.
ꝛ pha. dicentes: Quis est hic qui lo. blasphe
mias? CIRYL. In quo mortis precipitāt
sniam. Erat enim mandatum in lege. q̄ qui/
cunq; blasphemaret in deum: morte puniret.
AMB. Itaq; ab ipsis ex operibus suis dei
filius accipit testimonium: nam ꝛ validius ē
ad fidem quod confitentur inuiti: ꝛ pernicio
sius ad culpam quod negāt: qui suis assertio/
nib⁹ reliquunt. vn̄ sequitur. Quis pōt pecca
ta dimittere nisi solus deus? Magna' in fide
plebis amentia: vt cum confessa fuerit solius
dei esse donare peccata: non credat deo pecca
ta donanti. BEDA. Uerum enim dicunt:
quia nemo peccata dimittere nisi de⁹ potest:
qui per eos quoq; dimittit quib⁹ dimittēdi tri
buit ptātē. Et ideo christus vere deus esse ꝓ
batur: quia dimittere peccata quasi deus pōt.
AMB. Dominus autem saluos volens fa
cere pctōres ex occultorum cognitione deum
se esse demonstrat. vnde sequitur. Ut autem
cognouit deus cogita. eorum respondens di.
ad illos. Quid cogi. in cor. vestris. CI. q.
d. o pharisei quia dicitis: Quis potest pecca/
ta dimittere nisi solus deus? Respondeo vo
bis: Quis pōt secreta cordis scrutari nisi so/
lus deus qui per prophe. as dicit: Ego dn̄s
scrutans corda ꝛ probans renes. CI. Si
ergo increduli estis erga primum. s. remissio
nem peccati ecce aliud adijcio dum intima ve
stra patefacio. quin etiam aliud dum paraly/
tici corpus consolido. vnde subdit. Quid est
facilius dicere dimit. ti. pec. an dicere sur. ꝛ
am. Palam quidem est quia consolidare cor
pus facilius est: q̄to namq; nobilior est ani/
ma corpore: tanto est excellentior absolutio cri
minum. verum quia illud non creditis: eo q̄
lateat adijciam quod minus est: apertius ta/
men quatenus quod est magis occultū ꝑ hoc
monstret. Et quidem cum allocutus ē infir/
mantē: nō dixit dimitto tibi peccata: propriā
exprimēs potestatem: sed Remittuntur tibi
peccata. Cogentibus autem illis euidentius
propriam declarat potestatem dicens. Ut au
tem scia. quia fi. ho. pote. habet in ter. dimit.
pec. THEO. Uide q̄ in terra dimittit pec
cata. dum. n. sumus in terra: peccata nostra
delere possum⁹. postq̄ vero a terra tollimur:
non valebimus confiteri: claudit. n. ianua.
CI. Demonstrat autem peccatorū veniam ꝑ
corporis sanationē. vnde sequitur: Ait para/
lytico ti. di. sur. Ipsam vero corporis sanatio
nē demonstrat ꝑ lecti portationē. vt sic nō re/
putetur fantasia quod factum est: vnde seqt.
Tol. graba. tuū. ꝛ va. i do. tu. q. d. Ego vole
bam ꝑ tuā passionē curare illos qui sani vi/
dentur infirmantur autem in anima. sed quia
nolūt vade tuā correctur⁹ familiā. AMB.
Nec mora vlla sanitatis interuenit: vnū di/
ctorum remediorumq; momentum ē. vn̄ seq
tur: Et cōfe. sur. corā illis tulit lec. i q̄ iace. et
abijt i do. suā magni. deū. CI. Quo fcō pa/
tuit q̄ fili⁹ hoīs pōt i terra relaxare pctā qđ ꝓ
se ꝛ ꝓ nobis dixerat: ipe nāq; vt de⁹ fcūs hō
tāq; dn̄s legis pctā dimit. Sortiti sumus etiā
nos ab eo tā mirabilē grām. Dictū ē. n. di/
scipulis. Quoꝝ remiseritis pctā: remittūt eis
Quō āt nō magis ipe pctā dimittit: q ceteris
ptātē faciēdi h̄ tradidit. CHRY. Reges
āt terreni ꝛ ꝑncipes homicidas absoluētes a
pena pn̄ti liberāt. a criminib⁹ expiare āt n̄ pos
sunt. AM. Spectāt āt surgētē icreduli mirā
tur abeuntem. vnde sequitur: Et stupor ap/
prehendit om. ꝛ magnifi. deū. CHRY.
Paulatim serpunt iudei magnificantes de/
um non tamen putant eum deum esse: ob/
stabat enim eis caro: nec tamen erat modicū
estimare eum precipuum esse mortalium: ꝛ a
deo processisse. AMBRO. Diuini au
tē operis miracula malunt timere q̄ credere

unde sequitur: Et reple. sunt ti. dicentes: q: vidimus mirabi. hodie. Si aũt credidissent: non timuissent: utiq3 sed dilexissent. perfecta .n. dilectio foras timorez excludit. Non ociosa autem huius paralytici nec angusta medicina est: qm̃ orasse pmittit: non propter suffragium: sed propter exemplum. AVG. de questi. euan. De paralytico. n. potest intelligi animam dissolutam membris: hoc ẽ operationibus christum querere. i. voluntatẽ verbi dei. Impediri autem a turbis. s. cogitationum: nisi tecta. i. operta scripturaru3 aperiat: et per hoc ad noticiam christi perueniat hoc ẽ ad eius humilitatem fidei pietate descendat. BEDA. Et bene domus iesu tegulis contecta describitur: q: sub contemptibili litterarum velamine spiritalis gratie virtus inuenitur. AMBRO. Unusquisq3 autẽ eger petendo peccatores salutis debet adhibere p quos nostre vite compago resoluta actuumq3 nostrorum clauda vestigia verbi celestis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mentis qui animum hominis q̃uis exterioris corporis debilitate torpentem ad superiora erigant: quorum rursus adminiculis et attollere: et humiliare se facilis ante iesum locetur: dominico videri dignus aspectu humilitatem. n. respicit dominus. AVGV. de questi. euã. Hi ergo a quibus deponitur: bonos doctores ecclesie possũt significare: q: autem cum lecto deponitur: significat ab homine in ista carne adhuc constituto christum debere cognosci. AMBRO. Dominus autem plenaz spẽ resurrectionis ostendens peccata donat animorum debilitatem carnis excludit: hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamuis igitur magnum sit hominib9 peccata dimittere: tamen multo diuinius est resurrectionem donare corporibus: quoniaz quidem deus resurrectio est. lectus autez qui tolli iubetur: nihil est aliud q̃z corpus humanuz. AVGV. de questi. euan. Ut non iã in carnalib9 gaudijs tanq̃z in lecto requiescat ĩfirmitas aie: s3 magis ipsa ɔtineat affectiões carnales. et tẽdat ad domũ suã. i. regẽ secretorũ cordis sui. AM. Uel domũ repetere suã h ẽ ad paradisum redire. ea. n. ẽ vra dom9 que hoiez p̃ma suscepit: nõ iur̃ amissa: s3 fraude. Merito ergo restituitur qm̃ venerat q nexu3 fraudis aboleret iuris3 reformaret.

¶ Sabbato Luce. iiij. cap.

Surgens iesus de synagoga introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illaz imperauit febri et dimisit illam et continuo surgens ministrabat illis.

AM. Postq̃z lucas virũ a spiritu neq̃ciẽ liberatũ añ premisit: substituit femine sanitatẽ. Utrunq3. n. sexũ dñs curaturus aduenerat: et prior sanari debuit q prior creatus ẽ. vnde dr: Surgens de synagoga introiuit in domũ simonis. CHRY. Manebat. n. apud discipulos honorans ipsos: et ob hoc aiosiores reddẽs. CIRYL. Aspiciebat aũt q̃uo manet penes virum inopem christus: qui spontanea voluntate paupertatem pro nobis passus est vt discamus cum pauperibus conuersari: nec spernere depressos et pauperes. Sequitur: Socrus autez simonis tenebatur magnis febribus et rogauerunt illum pro ea. HIE. super Mat. Modo saluator rogat9: modo vltro curat egrotos ostendens se contra peccatoz quoq3 passiones et precibus semper annuere fidelium: et ea que ipsi minime i se intelligunt vel intelligenda dare: vel non intellecta dimittere ẽm illud. Delicta quis intelligit. ab occultis meis munda me domine. CHRY. Quod aũt mattheus hic reticuit non differt. illud. n. ẽ breuitatis hoc aũt exq̃site iterpretatõis. Sequit: Et stans sup illã: iperauit febri et dimisit illã. BASI. In quo lucas figurauit ẽmonẽ tanq̃z d precepto aiali sensibili facto sic dicens febri iperatũ et q: febris non omisit iperantis operationẽ vñ sequr. Et continuo surgens ministrabat illis. CHRY. Q̃d. n. morbus curabilis erat: p modũ medendi potestatẽ suã declarauit: faciens q̃d minime ars medicine facer̃ potuisset. Post febris enim sedationem multo tempore patientes egent: vt pristine restituantur sanitati: tũc aũt simul oia facta sunt. AM. Si aũt altiori ɔsilio ista ppendamus: ai debem9 intelligere et corporis sanitatẽ: vt prius aius

qui serpentis laborabat insidijs absolutus sit. Deniqȝ nõ prius eua esurijt q̃ꝫ serpentis eã versutia tentauit: ⁊ ideo aduersus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiaȝ i typo mulieris illius varijs criminuȝ febribus caro nostra languescebat: nec minorem febrem amoris esse dixerim q̃ꝫ caloris. BEDA. Si enim virum a demonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus: consequenter femina febribus tenta sed ad imperium domini curata: carnem ostendit a concupiscentie sue feruore per continentie precepta frenatam. CIRYL. Et nos ergo suscipiamus iesum. cum enim visitauerit nos. ⁊ portauimus eum in mente ⁊ corde: tunc enormium voluptatum estum extinguet: ⁊ incolumes faciet vt ministrem⁹ ei hoc est ei beneplacita peragamus.

¶ Cum autem sol occidisset omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. Exiebant autem demonia a multis clamantia ⁊ dicentia quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: q꞉ sciebant ipsum esse christum.

THEO. Considerandum est turbe desiderium: nam cum sol occidisset: adducunt ad eum infirmos: non a tempore impediti. vnde dicitur. Cum auteȝ sol occi. omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus ducebãt illos ad eum. ORIGE. Ideo quidem circa solis occasum. i. elapsa die illos educebãt: quia verecundabantur vel timebant phariseos: vel quia de die intenti erant circa alia: vel quia putabant nõ licere sanare in sabbato: ipse autem sanabat eos vnde sequitur: At ille singulis manus imponens curabat omnes. CIRYL. Quamuis autem vt deus potuisset omnes verbo pellere morbos: tamen tãgit eos: ostendens propriam carnem efficacẽ ad prestanda remedia: nam caro dei erat. Sicut enim ignis appositus vasi eneo imprimit ei proprie caliditatis effectuȝ: sic omnipotens dei verbum cum vniuit sibi veraciter assumptum templum ex virgine animatum ⁊ intellectum particeps sue potestatis eius effectum inseruit. Tangit ⁊ nos: immo potius nos illum tangamus: quatenus ⁊ nos ab animaruȝ infirmitatibus liberet: necnon a demonum impugnatiõe ⁊ superbia. Sequitur enim: Exiebant autem demonia a multis clamantia ⁊ dicẽtia quia tu es filius dei. BEDA. Demonia filium dei confitentur. ⁊ sicut postea dicitur: Sciebant ipsum esse christum quia cuȝ ieiunio fatigatum eum diabolus videret: verum hominem intellexit: sed quia tentando nõ preualuit: vtrum filius dei esset dubitabat. nunc autem per signorum potentiam vel intellexit vel potius suspicatus est esse filium dei. Nõ igitur ideo iudeis eum crucifigere persuasit: quia christum siue dei filiuȝ non esse putauit: sed quia se morte illius non vidit esse dampnãdum. De hoc enim mysterio a seculis abscondito dicit apostolus: q꞉ nemo principum hui⁹ seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunq̃ꝫ dominũ glorie crucifixissent. CHRY. In hoc autem q꞉ sequitur: Et increpans non sinebat ea loqui. percipe christi humilitatem. Non sinebat vt demones immundi eum manifestarent. non enim oportebat eos subripere officij apostolici gloriam: nec decebat christi mysteriũ ligua feda publicari. THEO. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris vel quia nolebat inuidiam accendere iudeorum: ex hoc q꞉ ab omnibus laudaretur. BEDA. Ipsi autem apostoli precipiuntur reticere de illo: ne diuina maiestate predicata: passionis dispensatio differretur.

¶ Facta auteȝ die egressus ibat in desertum locum ⁊ turbe requirebant euȝ ⁊ venerunt vsqȝ ad ipsum ⁊ detinebãt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnuȝ dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee.

CHRY. Postq̃ꝫ satis vtilitans populis per miracula est colatum oportebat eum abesse: maiora nanqȝ putantur miracula post absentiãm operantis: duȝ ipsa magis exclamãt ⁊ vice vocis fruunt. vnde dicitur: Facta aũt die egressus ibat in desertuȝ locum. GRECVS. Abijt etiam in desertum vt marcus dicit ⁊ orabat: non q꞉ ip se oratione indigeret:

sed vt nobis bone operationis fieret forma. CHRY. Pharisei quidem ipsis prodigiis predicantibus potentiam christi scandalizabantur. Populi vero eloquia audientes acquiescebant ⁊ sequebātur. vnde sequitur: Et turbe requirebant eū ⁊ venerunt vsq₃ ad ipsum ⁊ detinebant illum ne discederet ab eis. non quidem aliqui primatum aut scribarum sed quoscunq₃ malicie fucus non denigrauerat ⁊ illesam habebant ꝯscientiā. GRECVS. Quod autem marcus dicit apostolos peruenisse ad eum dicentes: ꝙ omnes querunt te: Lucas vero dicat populos peruenisse: non discrepant ab inuicem. Applicuerant enim ad ipsum populi apostolorū sequentes vestigia. Dominus autem gaudebat detentus sed mandabat vt eum dimitterent: vt etiā alij participes forent eius doctrine: quasi tempore sue presentie non multum duraturo. vnde sequitur: Quib⁹ ait: Quia ⁊ alijs ciuitatib⁹ oportet me euangelizare regnum dei: q₂ ideo missus sū₃. Marcus dicit: Ad hoc veni ostēdens diuinitatis eius celsitudinem ⁊ voluntariam exinanitionem. Lucas vero dicit Ad hō missus sum. i. incarnationem ostendens: nec non beneplacitum patris missionē appellās. ⁊ ille quidē₃ simpliciter dicit: Vt predicē. iste vero regnum dei adiungit quod est ipse christus. CHRY. Simul etiam considera ꝙ poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se non tamen hoc fecit: prebens nobis exemplum vt perambulemus ⁊ requiramus pereuntes: sicut pastor ouem perditam: ⁊ medicus accedit ad infirmu₃ vna enim anima recuperata: poterit aliqs mille delicta abolere. vnde ⁊ hic sequitur: Et erat predicans i synagogis galilee frequentabat quidem synagogas: docens illos ꝙ non esset seductor: nā si iugiter inhabitata coleret: diffamarent eum velut latitantem. BEDA. Si autem occasus solis mystice mors domini exprimit: die redeunte resurrectio illius indicatur cui⁹ manifesta luce a credentium turbis requiritur ⁊ ingentium deserto inuentus: ne abeat detinetur: matutine cum hoc contigerit prima sabbati quo resurrectio celebrata est.

¶ In festo sancte Trinitatis Joannis. iij. cap.



Rat homo ex phariseis nicodemus nomine princeps iudeorum. Hic venit ad Jesum nocte ⁊ dixit ei: Rabbi scim⁹ quia a deo venisti magister. Nemo enī₃ potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit Jesus ⁊ dixit ei: Amen amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei.

AVG. Supius dixerat ꝙ cū esset hierosolymis multi crediderūt i noīe ei⁹ videntes signa ⁊ ꝓdigia q̄ faciebat. Ex his aūt erat nicodemus: de quo dr̄: Erat hō ex phariseis nicodemus noīe. BE. Cuius ēt dignitatis officium ostendit: cu₃ subdit: Princeps iudeoꝝ. Deinde qd egerit cu₃ subiecit: Hic venit ad iesum nocte cupiens. s. secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei: cuius aperta ostēsione signoꝝ iam rudimenta ꝑceperat. CHRY. Adhuc tn̄ a iudaica detinebat infirmitate: ꝓpterea ⁊ nocte venit: trepidās in die hoc facere. vnde ⁊ euangelista alibi dicit: Qm̄ ex principibus multi crediderunt in eū: sed ꝓꝑ iudeos non confitebantur: vt non extra synagogam fierent expulsi. AVGV. Nicodemus ēt ex illo numero erat qui crediderūt: sed nondū renati sunt. vnde hoc ad rē pertinet ꝙ in nocte venit: Renati aūt ex aqua ⁊ spiritusancto audiunt ab apostolo: Fuistis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. AIMO. Vel pulchre in nocte venisse dr̄: q₂ tenebris ignorātie obnubilatus ad tantam lucē nondū ꝑuenerat: vt ꝑfecte deū verū crederet. Nox enim in sacro eloquio ꝓ ignorantia ponitur. vn̄ subditur: Et dixit ei: Rabbi scimus quia a deo venisti magister. Quod aūt hebraice rabbi: latie dr̄ magr̄. Magrū₃ ḡ appellat ⁊ deū tac₃: q₂ credebat cū a deo missū s₃ tn̄ vt deū ē deū n̄ agnoscebat. AV. Vn̄ aūt iste crediderat: p₃ ꝑ id qd̄ subdit: Nēo. n. pōt h̄ signa facer̄ q̄ tu facis nisi fuerat de⁹ cū eo. Sic ḡ nicodem⁹ d̄ ill' multis erat: q crediderāt i nomine ei⁹. Videntes signa q̄ faciebat. CHRY. S₃ tn̄ nec₃ a signis aliqd magnū existiabat d̄ eo: s₃ adhuc hūanā hn̄s d̄ eo mē

tem vt de propheta loquif: ad operationez eū nussum dicens. Et alieno auxilio indigentez hec agere que agebat. cum tñ pater perfectum eum genuerit: ꝛ sufficiētē sibiipsi: ꝛ nihil' ha/bentem imperfectum. quia vero christi studium erat interim nō ita dignitatem suam reuelare: sicut persuadere ꝙ nihil ex aduerso age/bat patri: ꝓpterea ī verbis multotiēs humiliter loquēs videſ: ī rebus aūt cū ptāte e ia operatur. Ideoqꝫ ꝛ nicodemus nunc manifeste quidem nihil excelsum loquitur de ipso occulte aūt ab humili eum opinione reducit: docēs ꝙ sufficiens sibiipse est in miraculorum ope/ratione. vnde subditur: Respōdit iesus ꝛ dixit ei: Amen amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nō potest videre regnum dei. AVGV. Isti sunt ergo qbus se credit ie/sus: qui nati fuerint denuo qui nō ī nocte ve niunt ad Jesum sicut nicodemus. tales enim iam etiam profitentur. Dicit ergo: Nisi quis renatus fuerit ꝛc. q. d. Quia nōdum es na/tus denuo. i. ex deo. Spirituali generatione noticia quam habes de me spiritalis nō est: ſꝫ animalis ꝛ humana. Ego autem dico tibi ꝙ siue tu siue alius quicunqꝫ: nisi ex deo denuo natus fuerit: nō poterit apprehendere gloriā que circa me est: sed extra regnum erit. nā generatio que per baptismum fit: illuminationē anime tribuit. CHRY. Vel littera talis ē: Amē amē dico tibi: nisi quis renatus. hoc ē: si tu nō natus fueris desuper: ꝛ dogmatū su/sceperis certitudinē alicubi: extra erras ꝛ lō ge es a regno celorum seipsum hic ostendēs ꝛ indicans: quoniam nō est hoc tm̄ qđ videſ: sed alijs oculis opus est ad videndum eum. Hoc autem quod dicit: Desuper. hi quidem idest de celo exponunt: alij vero a principio. Igitur iudei quidem si hoc audissent: deridē/tes vtiqꝫ discessissent: hic vero ꝛ in hoc amo/rē discipli ōndit ꝙ a xp̄o vlterius interrogat.

¶ Dicit ad eum nicodemus: Quomodo potest homo' nasci cūꝫ sit senex? Nunquid potest in ventrem matris sue iterate introire ꝛ renasci. Respon/dit iesus: Amen amen dico tibi: nisi qs renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusācto: nō potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne: caro est: ꝛ quod na/tum est ex spiritu: spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat: ꝛ vocez eius audis: sed non sis vnde veniat: aut quo vadat. Sic est omnis qui nat' est ex spiritu.

CHRY. Veniens nicodemus ad Jesum vt ad hoīem audiēs maiora ꝙ̄ ab homie: eri/gitur ad altitudinem eorū que dicūtur: nō quidem excidēs a fide: sed īfert hanc īpossibilita/tem vt in aperttiorez prouocet doctrinā. Duo autem erant que admirabatur. s. natiuitas ta/lis: ꝛ regnum: neqꝫ enim audita erāt apud iu deos. Sed interim circa prius instat: ꝛ quod maxime eius mentem concutiebat. Vnde dicitur. Dicit ad eum nicodēmus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nungd pōt in ventrem matris sue iterato introire ꝛ rena sci? BEDA. Sic verba ista sonare vidētur quasi puer queat iterato in ventrem matris introire ꝛ renasci. Sed sciendum ꝙ ipse senex erat: ideoqꝫ de se protulit exemplum ac si di/ceret: Ego sum senex ꝛ meam quero salutez: quomodo possum in ventrem matris introi/re ꝛ renasci? CHRY. Rabbi cum vocas ꝛ a deo venisse dicis: ꝛ non suscipis que dicūtur sed loqueris ad magrm dictionē que multam perturbationem īducit hoc enim. s. quo/modo querere eorum est qui non valide cre/dunt: ꝛ multi sic querentes a fide deciderūt: hi quidem dicentes: Quomodo deus est incarnatus? alij quomodo māsit impassibilis? propterea ꝛ hic propter anxietatē modum exqui/rit. sed cum aliquis cogitationibus proprijs spiritualia euertit: derisibilia loquitur. AVGV. Spiritus enim loquitur: ꝛ ille carnem sapit. non nouerat iste nisi vnam natiuitatem scilicet ex adam ꝛ eua: ꝛ ex deo ꝛ ecclesia nondum nouerat: sic tamen tu intellige natiuitatem spiritus quomodo intellexit nicodemus natiuitatem carnis. quomodo enim vter' nō potest repeti: sic nec baptismus. CHRY. Nicodemo autem decidenti ad eam que hic ē natiuitatem: christus manifestius reuelat spiritualis natiuitatis modum. vnde sequitur: Respondit Jesus: Amen amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritusācto: ñ pōt īroire in regnū dei. AVGV. Ac si

dicat: Tu carnalem generationem intelligis:
sed ex aqua & spiritu oportet q nascatur ho/
mo propter regnum dei. Si propter heredi/
tatem patris hominis temporalis nascitur alt
quis ex visceribus matris carnalis: & ppter
hereditatem patris dei sempiternum: nascat
ex visceribus ecclesie. Cum autem ex duob9
homo consistat: ex corpore videlicet & anima:
duplicem habet & huiusmodi modum gene/
rationis. Aqua enim que visibilis est: ad emū
dationem corporis intelligitur. Spiritus ve
ro inuisibiliter concurrens: ad emundationē
inuisibilis anime innuit. CHRY. Si ve
ro quis interrogat qualiter ab aqua homo na
scitur: interrogo & ego qualiter natus ē adam
a terra. Sicut enim in principio subijciebat
elementum terra: totum vero opus plasman
tis erat: ita & nunc subijcitur elementū aqua:
totum vero est spiritus gratia. Tunc paradi/
sum dedit in conuersationem: nunc autem ce
lum nobis aperuit. Sed que est necessitas aq̄
his qui spiritumsanctum suscipiunt. diuina
enim in ea perficiuntur simbola: sepultura &
mortificatio: resurrectio & vita. Sicut enim i
quodam sepulchro in aqua nobis submergē
tibus capita: vetus homo sepelitur: & submer
sus deorsum occultat: deinde nouus rursus
ascendit: hoc etiam fit vt discas quoniam vir
tus patris & filij & spiritussancti omnia com/
plet: & q christus tres dies ad resurgendum
expectauit. Quod igitur est matrix fetui: hoc
est fideli aqua. in aqua enim plasmatur & figu
ratur: sed quod in matrice plasmatur tempo/
re indiget: quod vero in aqua non ita: sed in
vno momento omnia fiunt. Talis enim ē na
tura corporum vt tempore assumant perfectio
nem. in spiritualibus vero non est ita: quoni
am perfecta a principio constituunt que fiūt.
ex quo igit ascendit a iordane dominus non
adhuc reptilia animarum viuentium: sed aīas
spūales & rōnabiles aq̄ reddit. AVGV.
de baptis. paruulorum. Sed quia nō ait: Ni
si quis renatus fuerit ex aqua & spū non ha/
bebit salutem vel vitam eternam: sed Nō in
trabit in regnum dei. Ad hoc inquiunt qdaz:
Paruuli baptizandi sunt vt sint cum christo
in regno dei: vbi non erunt si baptizati non
fuerint. Quis & sine baptismo si paruuli mo/
riantur salutem vitāq eternam habituri sint:
quoniā nullo peccati vinculo astricti sunt. Sz

cur nascat denuo nisi renouandus a vetusta/
te: aut vnde imago dei nō intrat i regnū dei
nisi ipedimento phibēte peccati. AIMO.
Talia aūt ac tanta secreta mysteria nicodemo
capere non valenti: dñs ex carnali natiuitate
similitudinem dedit dicēs. Quod natum est
ex carne caro est: & quod natum ē ex spū spūs
est. Sicut. n. caro carnem procreat: ita quoq
spūs spiritum parit. CHRY. Nihil igit
sensibilium inquiras neq estimes q carnem
generet spūs: dū enī caro genita est: non qui
dem a spiritu solū: sed etiā a carne. qđ autem
natum est ex spiritu: spirituale est. Natiuitatē
enim hic non eā que sm substantiā dicit sz eā
que sz honorē & gratiā. Si igitur & filius dei
ita natus est: quid plus habebit cibus qui ita
nati sunt? Inuenietur autem & spū minor: cum
eius natiuitas gratia spūs sit. & quid hec a iu/
daicis distant dogmatibus: Vide autē & spi/
ritussancti dignitatem. dei enim opus videt
facere. Supra enim dixit; Quoniam ex deo
nati sunt. hic autē: qm spūs eos generat. Di/
cens autē xps: qm qui natus ē ex spū spūs ē:
quia turbatum rursus vidit: ad sensibile exē/
plum ducit sermonē dicens. Nō mire. qa di
xi tibi: oportet vos nasci denuo. Dicendo. n.
ne mireris: ostendit animi eius turbationem.
Ponit autem exemplū q neq cōionē aliquā
ad corporum grossitiē habet: neq ad incorpo
reorum perueniens naturam qđ est venti delatio
dicēs: Spūs vbi vult spirat: & vocē eius au/
dis: sed nescis vnde veniat aut q̄ vadat. Sic
est omnis qui natus est ex spū. Quod dicit ta
le est. Si ventum nullus detinet: sz quo vult
fertur: multomagis spūs actionem nature le
ges detinere non poterūt: non terminum cor
poralis natiuitatis: neq aliud qđ talium. Qm
aūt de vēto hic dictū ē: manifestat illud quod
dicit: Vocem eius audis idest sonitum per/
cussionis. non enim loquens infideli & nesciē
ti spūs actionem hoc diceret. Dicit autē: Vbi
vult spirat: non quasi electionem quandā vē/
to habente: sed iam que a natura est mutatio/
nem que non prohibetur: & cum potestate sit.
Et nescis vnde veniat aut quo vadat. i. si hu
ius spiritus cuius sensum suscipis auditu et
tactu interpretari nescis viam: qualiter diuini
spiritus operationem scrutaris? vnde subdit:
Sic est omnis qui natus est ex spū. AV/
GV. Sed quis nostrum non videat verbi

gratia austrū euntes a meridie ad aquilonē:
aut alium ventum venientem ab oriente τ oc
cidente: quomodo ergo nescimus vnde veni
at: aut quo eat. BEDA. Spiritus igit̃ san/
ctus est qui vbi vult spirat: quia ipse in pote/
state habet cuius cor gratia sue visitationis il/
lustret τ vocē eius audis: cum te presente lo/
quitur is qui spiritusancto repletus est. AV
GV. Sonat psalmus: sonat euangelium:
sonat sermo diuin⁹: vox spiritus est. hoc igi/
tur dicit: quia verbo τ sacramento inuisibilr̃
adest spiritussanctus vt nascamur. AL/
CVI. Ergo nescis vnde veniat aut quo va
dat: quia etsi te presente spiritus ad horā quē
piam repleuerit: nō potest videri quomodo ī
eum intrauerit: vel quomodo redierit: qr na/
tura ē inuisibilis. AIMO. Siue nescis vñ
veniat: quia nō credentes ad fidem introdu/
cat ignoras: vel quo vadat: quia quomodo fi/
deles ad speciem perducat nescis: τ sic ē ois
qui natus est ex spiritu: ac si dicat. Spiritus/
sanctus spiritus inuisibilis est: ita τ quisquis
ex spiritu nascitur inuisibiliter nascit̃. AV/
GV. Vel aliter: Et si tu nascaris de spiri/
tu: hoc eris: vt ille qui nō est natus adhuc de
spiritu: nesciat vñ venias aut quo eas. Hoc
enim secutus ait: Sic est omnis qui natus est
ex spiritu. THEO. Cōfundatur ergo ma
cedonius impugnator spiritus: qui seruū spi
ritumsanctum asseruit. Spiritus enim san/
ctus propria potestate τ vbi vult: τ qualiter
vult operatur.

¶ Respondit nicodemus τ dixit ei:
Quomodo possunt hec fieri? Respō
dit Jesus τ dixit ei: Tu es magister in
israel τ hec ignoras? Amen amen dico
tibi: quia quod scimus loqmur: τ quod
vidimus testamur: τ testimonium no/
strum nō accipitis. Si terrena dixi, vo
bis τ non creditis: quomodo si dixero
vobis celestia credetis?

AIMO. Mysterium diuine maiestatis ni
codemus capere non valet que a dño audie/
bat: τ ideo rōnem querēs factū nō abnegās:
nō voto reprehendentis: sed affectu discen/
tis dominū interrogat. vnde dicitur: Respō
dit nicodemus τ dixit ei: Quomodo possunt
hec fieri? CHRY. Quia igitur adhuc i iu

daica vtilitate manet: τ exēplo ita manifesto
dicto ei: adhuc interrogat: de reliquo asperi⁹
ad eū xp̄s loq̃. vñ seq̃. Rñdit τ dixit ei: Tu
es magister in israel τ hec ignoras? AV
GV. Quid putamus dñm huic magistro
iudeorum quasi insultare voluisse: volebat q
dem illum nasci de spiritu. nemo autē ex spi
ritu nascitur nisi humilis fuerit: quia ipa hu/
militas facit nos nasci de spiritu. Ille autem
magisterio inflatus erat: τ alicuius momenti
sibi esse videbat̃: quia doctor erat iudeorum.
Deponit ergo dñs superbiam eius vt possit
nasci de spū. CHRY. Nequaq̃ tñ nequi
tiam accusat viri: sed insipientiā τ ruditatem
solum. Sed dicet aliquis: quid cōe habet hec
natiuitas de qua. s. christus locutus est ad iu
daica dogmata. Habet quidē cōe: nam q pri
mus homo factus est: τ que de costa facta est
mulier: τ que steriles genuerūt: τ q̄ per aquā
miracula perfecta sunt. Dico aūt q̄ heliseus
de aqua ferrū eduxit: τ q̄ iudei mare rubrum
transierunt: τ q̄ naamā syrus in iordane pur
gatus est. Hec omnia natiuitatem spūalem τ
purgamentum in ea futurum figualiter pre
sonabant. τ ea que a prophetis sunt dicta oc
culte ostendunt hunc natiuitatis modum vt
puta illud: Renouabitur vt aquile iuuentus
tua: τ beati quorum remisse sunt iniquitates.
Sed τ isaac figura hui⁹ natiuitatis erat. Hec
igitur rememorans dixit: Tu es magister in
israel τ hec ignoras? Rursus autē aliude sui
sermonē ei credibilē facit: ad imbecillitatē ei⁹
cōdescēdens cum subdit: Amen amen dico
tibi quia quod scimus loquimur: τ quod vi/
dimus testamur: τ testimonium nostrum nō
accipitis. Apud nos visus alijs sensibus cer
tior est. τ si volumus aliquem facere credere
ita dicimus: quoniā oculis nostris vidim⁹.
Propterea christus humano loquēs ad eum
sermone: non visum sensibilem inducit. sed
manifestum est q̄ de certissima cognitione τ
non aliter se habente loquitur: igitur hoc qui/
dem. i. quod scimus ait de seipso solo. AI/
MO. Queritur autem quare pluraliter di/
cat: Quod scimus loquimur. Ad quod dicē/
dum q̄ vnigenitus dei filius erat qui hoc lo/
quebatur: ostendens qualiter pater est in fi/
lio: τ filius in patre: τ spiritussanctus ab vtro
q̄ indiuisibilis procedat. ALCVI. Vel
dicit pluraliter: ac si dicat: Ego τ illi qui mo/

do spiritu sunt renati: intelligimus illud qd loquimur: et quod vidimus apud patrem in abscondito hoc testamur foris i mūdo: et vos qui carnales estis et superbi non accipitis testimonium nostrum. THEO. Quod nequaq̄ de nicodemo dicit sed de genere iudeorum qui vsq̄ ad finem in perfidia permanserunt. CHRY. Quod quidem non turbati verbum est: sed mansuetudinem ostendentis. Hinc enim erudit nos cū ad aliquos locuti fuerimus et non persuaserimus: non tristari neq̄ irasci: sed nostrum sermonem credibilem facere non solum irascendo sed etiā non clamando. Materia enim ire clamor ē: Jesus autem dogmata excelsa tāgere debēs: ꝓpter audientium infirmitatē se detinet multotiens: et non continue dignis sua magnitudine dogmatibus imoratur: sed magis his que condescensionē habent. vnde hic subdit. Si terrena dixi vobis: et non creditis: quō si dixero vobis celestia credetis? AVGV. Hoc est si non creditis quia templum possū suscitare deiectum a vobis: quomodo credetis quia per spiritumsanctum possunt hoies regenerari? CHRY. Vel aliter: Si baptismum terrenum dicat: non mireris quia i terra perficitur et compatione illius natiuitatis stupende que est ex substantia patris terrena est gratia natiuitas: et bene nō dixit: Nō intelligitis: sed non creditis. nā cum quis aliqua per intellectum suscipere non valet: amētie vel ignorantie imputatur. Cum aūt hoc nō suscipiat aliquis quod solum fide oportet suscipere: non amentie sed infidelitatis est accusatio. Dicebantur autem hec et si non credebātur: quia posteri erāt ea suscepturi.

¶ Et nemo ascendit in celū: nisi qui descendit de celo filius hominis qui ē in celo.

AVGV. De baptismo paruulorum: notata paululū eius imperitia: qui se ceteris de magisterio preferebat: et omnium talium incredulitate reprehensa: respondet q̄ alij credant si illi non credunt ad illud quod interrogatus est: quomodo possunt ista fieri dicens: Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. q. d. sic fiet generatio spūalis: vt sint celestes homies ex terrenis: quod adipisci non poterunt: nisi membra mea efficiantur: vt ipse ascendat qui descendit: non aliud deputans corpus suum idest ecclesiā suā q̄ seipsum. GREGO. xxvij. mora. Quia enim nos vnum cum illo iam facti sumus vnde solus venit: in se solus redit etiam in nobis et is qui in celo semp est: ad celum quotidie ascendit. AVGV. De baptismo paruulorum: Quāuis autem i terra factus sit filius hominis: diuinitatē tamen suam qua in celo manens: descendit ad terram non indignans censuit nomie filij hominis sicut carnem suam dignatus est nomine filij dei. per vnitatem enim persone qua vtraq̄ substantia vnus est christus: et filius dei ābulabat in terra: et idem ipse filius hois manebat in celo. Fit ergo credibiliorum fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substantia longe distantior potuit ꝓpter nos ita suscipere humanam substantiam vt vna persona fieret: q̄to credibilius alij sancti fiunt cum homine christo vnus christ⁹: vt oibus per eius gratiam ascendentibus: ipe vn⁹ ascēdat i celū q de celo descēdit. CHRY. Vel aliter: quia dixerat nicodemus: Scimus quoniam a deo venisti magister: ne estimet ita esse magister vt multi prophetarum de terra existimantes subiungit: Et nemo ascēdit i celum: nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. THEO. Cum vero filium hominis descendisse de celo audis: non putes q̄ de celo caro descenderit: hoc. n. hereticorum dogma est: qui docebant q̄ christus de celo corpus sumpserat: et per virginez trāsierat. CHRYSOSTOMVS. Filium enim hominis non carnem hic vocauit: sed a minori substātia se totū nominauit. Est enim ei consuetudo multotiens a diuinitate: multotiens ab humanitate totum vocare. BEDA. Si enim aliquis homo nudus de monte ad conuallia descēdat: et assumptis vestimentis etiam armis ad eundem montem ascendat recte ipse idem qui prius descendit ascendisse perhibetur. HILARIVS. x. de trini. Vel quia de celo descendit concepte de spiritu originis causa est. Non enim corpori Maria originem dedit: licet ad incrementa partumq̄ corporis omne quod sensus sui est naturale cōtulerit: q̄ ve

ro hominis filius est. suscepte in virgine car
nis est partus. q̃ autem in celis ẽ nature sem
per p̃manẽtis potestas: ẽ q̃ nõ ex infinitatis
sue virtute in regionẽ diffiniti corporis coar/
tauit. Ubi dei p̃tãtẽ: ⁊ in forma sui manẽs ab
oĩ intra extraq̃ʒ celi mũdiq̃ʒ circulo: celi ac mũ
di dñs nõ abfuit p̃ hec ergo ⁊ de celo descen
dit: q̃ filiꝰ hoĩs ẽ ⁊ in celis est. q̃ verbũ caro
factũ nõ amiserat manet q̃d factũ ẽ. AVG.
Miraris aũt q̃ hic erat ⁊ in celo: Tales fecit
discipulos suos: paulum audi dicentẽ: No/
stra cõuersatio in celis ẽ. si homo paulus am
bulabat in terra: ⁊ cõuersabat̃ in celis: deꝰ ce
li ⁊ terre non poterat esse in celo ⁊ in terra.
CHRY. Vide aũt q̃ quod valde vĩ excel
sum indignũ est sua magnitudine. non enim
solũ ĩ celo est: sed vbiq̃ʒ ⁊ oĩa replet: sʒ adhuc
ad ĩbecillitatẽ auditoris loquit̃ paulatim eum
reducere volens.

Et sicut moyses exaltauit serpentẽ
in deserto: ita exaltari oportet filiuʒ ho
minis: vt omnis qui credit in ipsum nõ
pereat sed habeat vitam eternam.

CHRY. Quia dixerat bñficiũ baptismi ĩ
ducit huius cãm. s. crucẽ dicẽs: Et sicut moy
ses ⁊c̃. BEDA. Magistruʒ legis mosaice
ad sp̃ualẽ sensum eiusdem legis ĩducit recor/
dans veteris historie: ⁊ hãc ĩ figurã sue pas/
sionis atq̃ʒ humãe saluatõis factã edisserẽs.
AVGV. de baptis. paruulorũ: Serpentũ
. n. incursibus in deserto multi moriebant̃ ac
sic moyses ex precepto dñi exaltauit in deser/
tum eneũ serpentẽ: hunc videntes sanabant̃
cõtinuo. Exaltatus serpens est mors christi:
eo significãdi modo quo p̃ efficientẽ id quod
efficit̃ significat̃. A serpente quippe mors ve
nit: q̃ peccatum quo mori meret̃ homini per/
suasit. dñs aũt in carnẽ suã non peccatũ tran
stulit tanq̃ʒ venenũ serpentis sʒ mortẽ: vt es/
set ĩ similitudine carnis peccati pena sine cul/
pa: vnde in carne peccati ⁊ pena solueretur ⁊
culpa. THEO. Videas ergo figuram ad
veritatem. Ibi enim serpentis similitudo spe
ciem quidem bestie hʒ: venenum autẽ nõ hʒ:
sic ⁊ hic xp̃s a peccato liber: in similitudinem
carnis peccati venit. Exaltari aũt audiens su
spensionẽ intelligas in altũ vt sanctificaret ae
rẽ q̃ sanctificauerat terrã ambulando in ea: in
telligas ẽt p̃ exaltationẽ gloriã. nã illa crucis
altitudo gloria xp̃i fcã est. in quo enim iudica
ri voluit: in hoc huius mũdi p̃ncipem iudica
uit. Adam enim iuste mortuus est: q̃ pecca/
uit: dominus vero iniuste: q̃ peccatum non
fecit. Postq̃ʒ ergo iniuste mortem sustinuit
superauit illum qui eum tradidit morti: ⁊ sic
liberauit adam a morte sed in hoc deuictuʒ se
inuenit. Non enim potuit in cruce dominuʒ
contristare vt crucifigentes odiret: sed magis
diligebat: ⁊ pro eis orabat. sic igitur crux chri
sti eius exaltatio ⁊ gloria facta ẽ. CHRY.
Ideo etiam non dixit: Pendere oʒ filiuʒ ho
minis: sed Exaltari: quia honestius hoc vide
batur. vnde ⁊ propter audientem ⁊ propter fi
guram hoc posuit: vt discas quoniaʒ cognata
sunt vetera nouis: deinde vt cognoscas quo/
niam non inuitus ad passionem venit: ⁊ ad/
huc vt discas q̃m multis hinc nascitur salus.
AVGV. de baptis. paruuloruʒ: Sicut er
go tunc qui conspiciebat exaltatum serpenteʒ
a veneno sanabatur: ⁊ a morte liberabat̃: sic
nunc qui cõformatur similitudini mortis xp̃i
per fidem baptismumq̃ʒ eius ⁊ a peccato per
iustificationem: ⁊ a morte per resurrectioneʒ
liberatur: hoc est eniʒ quod ait: vt omnis qui
credit in eum: non p̃eat: sed habeat vitaʒ eter
nam. quid ergo opus est vt morti christi per
baptismum conformetur paruulus si morsu
serpentis nõ est oĩno venenatꝰ? CHRY.
Attende autem q̃ passionem obumbrate po/
suit ne ex eiꝰ verbis fieret tristis auditor. Fru
ctum vero passionis posuit manifeste. si eniʒ
qui credunt in crucifixum non pereunt: mul/
tomagis q̃ crucifixus est non perit. AVG.
Hoc autem interest inter figurataʒ imaginẽ
⁊ rem ipsam: q̃ illi sanabantur a morte ad tẽ
poralem vitam: hi aũt vt habeãt vitã eternã.

In festo corporis christi. Joannis
vi. cap.



Aro mea vere est cibus:
⁊ sanguis meus vere est
potus. Qui mãducat me
am carnem: ⁊ bibit meũ
sanguinem: in me manet:
⁊ ego in illo. Sicut misit me viuẽs pa/

ter: ⁊ ego viuo propter patrem: ⁊ q̄ man-
ducat me: ⁊ ipse viuet ꝑpter me. Hic
est panis qui de celo descendit. Non si
cut manducauerunt patres vestri man
na ⁊ mortui sunt. Qui manducat hūc
panem: viuet in eternum.

BEDA. Dixerat superius. Qui mandu-
cat meam carnem ⁊ bibit meum sanguinē: hꝫ
vitam eternam: ⁊ vt ostenderet q̄nta distantia
sit inter corporalē cibum ⁊ potum: ⁊ spiritua
le mysterium corporis ⁊ sanguinis sui adie-
cit. Caro mea vere est cibus: ⁊ san. me. vere
est potus. CHRY. Hoc autem dicit: aut
vt credant his que dicta sunt: vt nō estiment
enigma ⁊ parabolā esse: sed sciant quoniam
omnino oportet manducare corpꝰ christi aut
vult dicere q̄ verus cibus est hic qui animaꝫ
saluat. AVGV. Vel aliter. Cum cibo et
potu id appetāt hoies vt non esuriāt neqꝫ si-
tiant: hoc veraciter nō prestat nisi iste cibus ⁊
potus: qui eos a quibus sumitur immortales
⁊ incorruptibiles facit. i. societas ipsa sancto-
rum vbi pax erit: ⁊ vnitas plena atqꝫ perfe-
cta: propterea dominus noster corpus ⁊ san-
guinem suum in eis rebus cōmendauit: que
ad vnum aliquid rediguntur ex multis nāqꝫ
aliud. s. panis ex multis granis in vnum con
stat: aliud. s. vinū ex multis acinis ꝯfluit. De
inde iam exponit quid sit mādūcare corpꝰ eiꝰ:
⁊ sanguinem bibere dicens. Qui man. me.
car. ⁊ bibi. me. sā. i me ma. ⁊ ego i illo. Hoc
est ergo manducare illam escam: ⁊ illum bibe
re potum: in christo manere: ⁊ christum in se
habere. At per hoc qui nō manet in christo: ⁊
in quo non manet christus: proculdubio nec
manducat eius carnem: nec bibit eius sangui
nem: sed magis tante rei sacramentum ad iu
diciū sibi manducat ⁊ bibit. CHRY. Vel
aliter continuatur: quia promiserat se mandu
cantibus vitam eternaꝫ. vt ergo hoc cōfirmet
induxit. Qui mandu. meaꝫ carneꝫ ⁊c̄. AV
GV. de ver. do. Multi quidem qui vel cor
de ficto carnem illam manducant: ⁊ sangui-
nem bibunt: vel cum manducauerint aposta-
te fiunt nunquid manent in christo: ⁊ christꝰ i
eis: Sed est profecto quidam modus mandu
candi illam carnem: ⁊ bibendi illum sangui-
nem quo modo qui manducauerit ⁊ biberit:
i christo manet ⁊ christus in eo. AVGV.
xxi. de ciuitate dei. Hoc est illi qui non sacra
mentotenꝰ tm̄: sed reuera corpus christi man-
ducant: ⁊ sanguinem bibunt. CHRY. Et
quia ego viuo: manifestum est q̄ ipse viuet.
⁊ ad hoc ostendendum subiungit: Sicut mi.
me. vi. pa. ⁊ ego viuo propter patrem: ⁊ qui
mā. me. ⁊ ipse vi. ꝑpter me. Ac si dicat. Vi
uo ego sicut pater. ⁊ ne ingenitum estimes ad
iecit: Propter patrem patrē sibi eē ꝑncipiuꝫ
occulte insinuās. quod autem dicit: Qui man
ducat me: ⁊ ipse viuet propter me: non de vi
ta simpliciter hoc dicit sed de approbata. Et
enim etiam infideles viuūt non manducan-
tes de carne illa: sed neqꝫ de resurrectione cōt
hoc dicit. ⁊ enim omnes suscitabuntur: sꝫ de
gloriosa ⁊ mercedem habente. AVGV.
Non auteꝫ ait. Sicut manduco patreꝫ ⁊ ego
viuo propter patrem: ⁊ qui manducat me: et
ipse viuet propter me. Non enim filius par-
ticipatione patris fit melior: sicut participa-
tione filij per vnitatem corporis eius ⁊ san-
guinis quod illa manducatio ⁊ potatio signi-
ficat: nos efficimur meliores. Si ergo ita di-
ctum est. Viuo propter patrem: quia ipse de
illo est: sine detrimento equalitatis dictum ē:
nec tamen eādem nostram ⁊ suam equalitateꝫ
significauit: sed gratiam mediatoris ostendit.
Si autem sm̄ id accipimꝰ. Viuo propter pa
trem. quod alibi ait: Pater maior me est: hec
verba ita dixit. Sicut misit me pater. Ac si di
ceret: vt ego viuam propter patrem: idest ad
illum tanq̄ꝫ ad maiorem referam vitam meā:
exinanitio mea fecit: i qua me misit. vt autem
quisqꝫ viuat propter me participatio facit: qa
manducat me. HILA. viij. de trini. De ve
ritate igitur carnis ⁊ sanguinis christi: nō re-
lictus est ambigendi locus: nunc enim ex ipsi
us domini professione ⁊ fide nostra vere caro
est: ⁊ vere sanguis est. hec ergo vite nostre cā
est: quod in nobis carnalibus manentem per
carnem xp̄m habemus victuris nobis: per cū
ea conditione qua viuit ille per patrem. Si er
go nos naturaliter sm̄ carnem per eum viui-
mus. i. naturam carnis sue adepti: quomodo
non naturaliter sm̄ spiritum in se patreꝫ ha-
beat: cum viuat ipse per patrem: per patrem
autem viuit. dum natiuitas non alienam ei i-
tulit diuersāqꝫ naturam. AVGV. Vt aūt

illum panem manducando viuamus: q eter/
nam vitam ex nobis habere non possum⁹: de
celo descendit. vnde sequitur: Hic est panis
qui de celo descendit. HILA. x. de tri. Se
panem hic dicit: ac ne verbi virtus atqz natu
ra defecisse existimaretur in carnem panem:
carnem suam esse dixit: vt per hoc qui descen
dens de celis panis est non ex humana cōce/
ptione origo esse corporis eius existimaretur:
dum celeste esse corpus ostenditur: at vero cū
panis est: assumpti per verbum corporis est
professio. THEO. Nō enim purum deuz
comedimus. nam et impalpabilis et incorpo/
reus est: neqz. n. hominis puri carnē comedi
mus que nil posset proficere. Sed quia deus
carnem sibi vniuit: caro eius viuificatiua exi/
stit non q in dei naturam transierit: sz sz quā
dam igniti ferri consuetudinem: q et ferrum
manet: et ignis actum ostendit: sic et caro dñi
viuificatiua est tāqz caro verbi dei. BEDA.
Et vt ostenderet distantiam vmbre et lucis:
typi et veritatis subiunxit. Non sicut mādu/
cauerunt patres vestri māna et mortui sūt qui
māducat hūc panem viuet in eternum. AV
GVSTI. q autem illi mortui sūt: ita vult
itelligi: vt nō viuant i eternum. Nam tempo
raliter et hi profecto moriuntur: qui christum
manducāt: sed viuunt in eternum: quia chri/
stus est vita eterna. CHRY. Si enim pos
sibile fuit sine messe et frumento et alijs hu/
iusmodi. xl. annis illorum vitam conseruare:
multo magis nunc cibo spirituali hoc facere
poterit cuius illa erant figure: frequenter aūt
vitam repromittit: quia nihil est ita delectabile
hominibus: vnde et in veteri testamēto longi
tudo vite promittebatur: hic autē vita finē nō
habens. Simul etiam per hoc ostēdere vult:
quoniam sententiam morti tradentem pro pec
cato nunc soluit vitam eternam contrario pro
mittens. Sequitur: Hec dixit in synagoga
docens in capharnaum. vbi. s. plurime virtu
tes eius sunt facte. Docebat autem in syna/
goga et i templo multitudinem attrahere vo/
lēs et ostēdēs quoniam non est cōtrarius pa/
tri. BEDA. Mystice autem capharnaum:
que interpretatur villa pulcherrima: significat
mūdum: synagoga vero iudaicum populum:
per hoc ergo ostēditur q dñs per mysterium
icarnatiōis mundo apparēs iudaico populo
multa docuit: que ipse intellexit.

¶ Dominica prima post festum tri/
nitatis. Luce. xvi. capi.



Omo quidam erat diues
et induebatur purpura et
bysso: et epulabatur quo/
tidie splendide. Et erat q
dam mendicus nomīe la
zarus qui iacebat ad ianuam eius vlce/
ribus plenus cupiēs saturari de micis
que cadebant de mensa diuitis: et nemo
illi dabat. Sed et canes veniebant: et lin
gebant vlcera eius.

BEDA. Admonuerat supra dñs facere
amicos de māmona iniquitatis: quod audien
tes pharisei deridebant deinde illa que prepo
suerat: exemplis astruit dicens: Homo qui/
dam erat diues. CHRY. Erat: non Est.
quia preterijt quasi vmbra fugiens. Nō aūt
omnis sancta paupertas aut diuitie crimino
se: sed vt luxuria infamat diuitias: ita pauper
tatem cōmendat sanctitas. Sequitur: Et in/
du. pur. et bysso. AMB. Purpura color re
gij habitus est: et cochis marinis ferro circū/
cisis emissa: byssus vero genus lini candidi
et mollissimi. GREGO. in ho. Si āt sub
tilium preciosarūqz vestiū cultus culpa nō es
set: nequaqz sermo dei hoc tam vigilanter ex
primeret. Nemo qppe vestimēta preciosa ni
si ad inanem gloriā querit: vt honoratior cete
ris esse videat. nemo enī vult ibi preciosis ve
stibus indui: vbi ab alijs non possit videri.
CHRY. Cinerē et puluerē et terrā purpu
ra et serico protegebat hm vestimēta eius: ita
et epule. et nos quales epule: talia et vestimen
ta. vnde sequit: Et epulabat quotidie splen/
dide. GRE. pmo moral. Vbi solerter īnē
dum est: qr celebrari sine culpa conuiuia vix
pñt: pene semp epulas cōcomitat voluptas.
Nam cum corpus i refectiōis delectatiōe re
soluitur: cor ad inane gaudiū relaxatur. Seq
tur: Et erat qdam mēdic⁹ noīe lazar⁹. AM
BRO. Narratio magis qz parabola vide
tur quādo etiā nomē exprimit. CHRY.
Parabola vero illa est: vbi exemplum poni
tur: et tacent nomina. Interptat aūt lazar⁹ qui
adiutus est: pauper enim erat: et illū dñs ad/

fluuiabat. CI. Vel aliter. Hūs sermo de diuite & lazaro similitudinarie scriptus est i parabola vt innotescat q̄ qui terrenis affluunt opibus: nisi velint opitulari necessitatib⁹ pauperum: grauem icurrēt sniam. Refert autez traditio iudeorum lazarum quēdam fuisse tūc tēporis i hierosolymis extrema pressuz iopia & infirmitate: cuius meminit dn̄s itroducens eum in exemplum ad maiorem sermonis manifestationem. GRE. in ho. Notandū et.az est: q: in populo plus solent noia diuitum q̄ pauperū sciri. Dn̄s āt nomē pauperis dicit: & nomen diuitis nō dicit: q: de⁹ humiles nouit atq3 approbat: superbos ignorat: vt autez amplius probaret pauper: simul hunc & paupertas & egritudo tabefecit. Sequit .n: Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus.

CHRY. Ideo iacebat ad ianuam ne diues diceret: Non vidi: nemo mihi nūciauit. videbat eum exiens: & reuertēs. ideo vlceribus plenus vt crudelitatem diuitis suo corpore demōstraret. mortē corporis tui vides iacere ante ianuam: & nō misereris. si dei precepta non consideras: saltem conditiōis tue miserere: & time ne ipse talis efficiaris. egrotātio autē habet aliquod solacium: si opes hēt. Quāta ergo in isto pena est: i quo inter tanta vulnera nō meminit dolores plagarū: sed famē? Sequitur enim: Cupiēs saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis. q. d. Quod ꝓicis de mēsa hoc prebe i elemosynā: fac dānarū. AMB. Insolētia aūt & tumor diuitum i diuitijs copetētibus subifertur. Sequitur enim: Et nemo illi dabat. Ita enim sūt cōditionis humane immemores: vt tāq3 supra naturam sint: de miserijs paupuz incētiua sua capiant voluptatum: rideant inopē: isultēt egēti: & quorum misereri deceat: his auferāt. AVGV. de ver. do. Inexplebilis .n. auaricia diuitum: nec timet deum: nec hoiem veretur. nō parcit patri: amico fidem nō seruat: viduam opprimit: rem pupilli inuadit.

GRE. in ho. Insuper pauper videbat procedētem diuitem ab obsequētibus circūsulcirī: se in infirmitate & inopia a nullo visitari. nam quia nemo ei ad visitandum aderat: testātur canes qui licenter vulnera eius lingebant. Sequitur enim: Sed & ca. venie. & linge. vlce. eius. CHRY. Vlcera que nulli hominum lauare dignabatur & contractare: fere mites lambunt. GRE. in home. Ex vna ergo re omnipotēs deus duo iudicia exhibuit: dum lazarum pauperem ante ianuaz diuitis iacere permisit: vt & diues impius dānatiōis sibi augeret vltionem: & tentatus pauper cresceret ad remunerationem: quia cōspiciebat ille quotidie cui misereret: videbat iste de quo probaretur.

¶ Factum est autez vt moreretur mēdicus & portaretur ab angelis in sinum abrae. Mortuus est autem & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autez oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraam a longe & lazaruz in sinu ei⁹: & ipse clamans dixit: Pater abraaz miserere mei: & mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aqua: vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraam: Fili recordare q: recepisti bona in vita tua: & lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his omnib⁹ inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint: neq3 inde huc transmeare.

CHRYSOSTOMVS. Audiuimus quid vtriq3 in terra passi sunt: videam⁹ quid vtriq3 parantur apud inferos. Quod temporale fuit preterijt: quod sequitur eternū est. Vterq3 mortuus est. illum angeli: hūc pene susceperunt. Dicitur enim: Factum ē aūt vt more. mēdi. & porta. in sinu abrae. Tante pene repente delitijs commutantur. Portatur post tantos labores: quia defecerat: ne saltem ambulans laboraret: & portabatur ab angelis. Non suffecerat ad portandum pauperem vnus angelus: sed propterea plures veniunt vt chorum leticie faciant. gaudet vnusquisq3 angelus tantum onus tangere: libenter talibus oneribus pregrauantur vt ducant homines ad regna celorum. Portatus est autem in sinu abrae: vt illum palparet & refocillaret. Sinus abrae paradisus est. Ideo autem angeli ministrantes tulerunt pauperem: & locauerunt eum in sinu abrae

quia licet despectus iaceret: non tamen despauit: nec blasphemauit dicens: Hic diues in nequicia viuens gaudet: ⁊ tribulationem nō patitur: ego vero nec obtinere valeo necessariam escam. AVGU. de origine anime. Quod autem abrae sinum existimas esse corporeum: vereor ne in re tanta iocullariter non serio agere credaris. Neqꝫ enim vsqꝫ adeo decipieris: vt arbitreris corporeum sinum hominis vnius ferre tot animas: immo vt ſm te loquar tot corpora quot illuc angeli: sicut lazarum perferunt: nisi opineris forasse illā vnā animam solam ad eundem sinum peruenire meruisse. si errare pueriliter non vis: sinum abrae intelligere remotam sedem quietis atqꝫ secretam: vbi est abraam: ⁊ ideo abrae dictam non ꝙ ipsius tantum sit: sed ꝙ ipse multarꝫ gentium pater sit: qui ad imitandum fidei principatum prepositus est. GREGO. in home. Cum autem duo essent inferius corda: pauperis scilicet ⁊ diuitis vnus desuper erat inspector: qui ⁊ pauperem temtando exercebat ad gloriam. ⁊ diuitem tolerando expectabat ad penam. vnde sequitur: Mortuus est autem ⁊ diues. CHRY. Mortuus quidem est tunc corpore: sed erat illi ante anima mortua: nihil enim agebat ex operibus anime. nam totus feruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expirauit: ⁊ erat corpore defuncto defunctior. Nullus autem est qui sepeliendo diuiti ministrasse dicatur vt lazaro. eo namqꝫ ꝙ in lato itinere delectatus multos habuit obsequētes adulatores: vt peruenit ad finem priuatus est omnibus. Simpliciter. n. sequitur: Et sepultus est in inferno. Sed etiam anima eius dum viueret sepeliebatur ob r uta corpore quasi sepulchro. AVGU. de questio. euange. Sepultura autem inferni penarꝫ profunditas est: que superbos ⁊ immisericordes post hanc vitam vorat. BASI. Est autem infernus quidam locus communis in intimo terre obumbratus vndiqꝫ ⁊ opacus: cuius est quoddam orificium in profundum tendens: per quod patet descensus animabus ad mala damnatis. CHRY. Vel sic vt regꝫ carceres extra manent: sic ⁊ extra mundum foris alicubi est infernus. vnde ⁊ exteriores tenebre dicte sunt. THEOPHI. Quidam vero dicunt infernum esse transitum ab apparenti ad disparens ⁊ deformitatem anime. Quamdiu enim anima peccatoris in corpore est apparet per ꝓprias operationes: vt autem euolat de corpore fit deformis. CHRY. Sicut autem pauperi dum viueret grauiorem penaꝫ reddebat iacere ante ianuam diuitis: ⁊ aliena bona prospicere: sic diuiti mortuo augebat exitium accubitus ī geenna: ⁊ prospectus delectationis lazari: ne solum tormentorum natura: sed ⁊ collatione honoris illius intolerabilius sentiret supplicium. vnde sequitur: Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraā a longe. Eleuauit quidem oculos: vt illum inspiceret non vt despiceret. lazarus enim sursum erat: ille deorsum. illum plures angeli portabant: istuꝫ infinita tormenta possidebant. vnde non dicit: Cum esset in tormento: sed In tormentis. totus enim in tormentis erit oculos solos liberos habebat: vt alterius leticiaꝫ possit aspicere: vt magis torqueatur: quia nō habet quod alius habet. aliorum diuitie eorꝫ qui in paupertate sunt: tormenta sunt. GREGO. Si autem abraam adhuc in imis non esset: hunc diues in tormentis positus nō videret. Eos enim qui celestis patrie vias secuti sunt: post egressum carnis inferni claustra tenuerunt: non vt pena quasi peccatores plecteret: sed vt illos in locis remotioribus requiescentes: quia necdum intercessio mediatoris aduenerat: ab igressu regni reatus prime culpe retineret. CHRY. Multi autem erant pauperes iusti: sed qui iacuit ad limina eius aspectui occurrit ad eius tristiciam. Sequit: Et lazarum in sinu eius. Hinc innotescit ꝙ omnes qui a nobis offenduntur: obijciuntur nostro conspectui. Diues autem lazarum nō penes alium iustum: sed in sinu abrae videt. erat enim abraam charitatiuus: hic autem crudelitatis arguitur Ille sedens ante fores venabatur transeuntes: ⁊ in domum patrisꝫ ingerebat: hic vero ⁊ manētes intus auertebat. GREGO. in home. Qui nimirꝫ diues eum cuius in hac vita misereri non voluit: in suo iam supplicio positus patronum querit. THEOPHI. Non tamen dirigit sermonem ad lazarum sed ad abraam: quia forsan erubescebat ⁊ putabat lazarum reminisci malorum ex proprijs iudicans de illo. vnde sequitur: Et ipse cla. dixit. CHRY. Magne enim pene: magnam vocem reddebat:

Pater abraam. q. d. Patrē te voco natura: quomodo filius qui perdidit suam substantiam: licet meo vitio te patrē perdiderim. Miserere mei. Frustra agis penitentiam vbi nō est penitentie locus. Tormenta te cogunt: nō mentis affectus. Quicunqꝫ in regno celorū est: nescio an eius qui in inferno est valeat misereri. Creator creature miseretur sue. Vnus venit medicus qui sanaret morbos: alij sanare non poterāt. Mitte lazarum: erras miser. Abraam mittere non potest: sed suscipere potest: vt intingat extremum digiti sui in aquā. Lazarum videre non dignabaris: ⁊ nunc digitum eius desideras. Hoc quod petis: tu ei debebas facere cum adhuc viueret. Aquam desideras: q delicatos cibos āte fastidiebas. Vide conscientiam peccatoris: non totū audet poscere digitum. Instruimur autem qꝫ sit vtile in diuitijs non confidere: ecce diues indiget paupere qui quandoqꝫ esuriebat. Mutantur res ⁊ notificatur omnibus quis eēt diues: quis esset pauper. sicut enim in theatris cum aduesperascit: ⁊ astantes recedunt: exeūtes ⁊ amictum deponentes: qui reges ⁊ pretores visi fuerant: omnibus vlceribus pleni videntur vt sunt: sic ⁊ adueniente morte: ⁊ soluto spectaculo: vniuersi laruis egestatis ⁊ diuitiarum depositis: ex solis operibus diiudicantur qui nam vere sint diuites: qui pauperes: qui gloriosi: que iglorij. GREGO. in bomē. Diues enim iste qui vlcerato pauperi mense sue vel minuta dare noluit: in inferno positus vsqꝫ ad minima querenda peruenit. nam guttam aque petiuit: qui micas panis negauit. BASI. Condignum autē premium redditur diuiti: illi ignis ⁊ infernalis pena: lingua arefacta: vice lire sonantis gemitus: vice potus desiderium stille: vice speculatorum enormium caligo profunda: vice ambitus incessantis peruigil vermes. vnde sequitur: Vt refrigeret lin. me. quia crucior i hac flamma. CHRY. Non autem quia diues fuerat torquebatur: sed quia misertus nō fuit. GRE. in bo. Hinc colligendū ē qua pena mulctandus sit qui aliena diripit: si inferni damnatione percutitur qui propria nō largitur. AM. Cruciatur etiam. quia luxurioso carere delitijs pena est: aqua autem est refectio anime in doloribus constitute.

GRE. in bo. Quid autem est qꝫ in tormentis positus linguam suam refrigerari postulat: nisi qꝫ is q conuiuando de loquacitate peccauerat: per retributionis iusticiam in lingua atrocius ardebat: Abundare enim in conuiuijs loquacitas solet. CHRY. Multa etiam lingua eius superba locuta est vbi peccatum: ibi ⁊ pena. ⁊ quia plurimum lingua peccauit: amplius torquetur. AVGU. de que. euan. Vel qꝫ linguam suam vult refrigerari cum in flamma totus arderet: significat quod scriptum est: Mors ⁊ vita in manibus lingue. ⁊ quia ore confessio fit ad salutem: quod per superbiam ille non fecit. Extremum autem digiti: vel minimam operationem significat qua per spiritumsanctum subuenitur.

AVGV. de origine anime. Dicis autem membra hic anime describuntur: ⁊ vis p oculum totum caput intelligi: quia dictus est leuare oculos suos: per linguam fauces per digitum manum. Quid autem cause est: vt nomina ista membrorum in deo tibi corpus nō faciant: in aīa faciant: An vero quia de creatura dicuntur proprie accipienda sunt: quando autem de creatore tropice atqꝫ translate. Pennas itaqꝫ corporeas daturus es nobis quoniam non creator sed creatura. i. homo dicit: Si assumpsero pennas meas diluculo. Porro si propterea linguam habuit diues ille corpoream qm̄ dixit: Refrigeret linguam meam. in nobis quoqꝫ adhuc in carne viuentibus manus habet ipsa lingua corporea: qꝫ scriptum est: Mors ⁊ vita in manibus lingue. GRE. nisenus. Sicut autem prestantissima speculorum: tales representant facierū imagines: quales ⁊ ipse obiecte facies extant: letas quidem letantiū: tristium vero tristes: sic ⁊ iustum dei iudicium simile fit dispositionibus nostris. vnde quia diues non fuit misertus pauperis iacentis ad ianuam: cum misericordia egeat non exauditur. Sequitur enim: Et di. il. abra. Fi. recor. quia re. bo. in vi. tua. CHRY. Aspice patriarche bonitatem vocat illum filium: quod mansuetudinem eius potest exprimere: nullum tamē prebet auxilium ei qui se remedio priuauerat. vnde dicit: Recordare. i. animaduertas peccata ne obliuiscaris qꝫ fueris oblectatus diuitijs: recepisti bona in vita tua. i. illa que vera bona esse putabas: non potes ⁊ in terra regnasse ⁊ hic regnare. diuitie non possunt esse ve-

re ⁊ in terra ⁊ in inferis. Sequitur: Et lazarus similiter mala. Non ꝙ lazarus ea mala putauerit: sed ex censura diuitis hoc dicebat: q inopiam ⁊ famem ⁊ duram egritudinem estimabat mala. Quando igitur infirmitatis ⁊ egrotationis magnitudo premit lazarum cogitemus ⁊ letanter accipiamꝰ mala in vita nostra. AVGV. de que. euan. Hec igitur ei dicuntur: quia felicitatem dilexit seculi: nec aliam vitam preter illā in qua superbus tumebat adamauit. Lazarum autem dicit mala recepisse: quia intellexit huius seculi mortalitatem: labores: ⁊ dolores ⁊ erumnas: penam esse peccati: quia omnes in adam morimur: quia factꝰ est transgressione mortalis. CHRY. Dicit etiam: Recepisti bona in vita tua: quasi debita. q. d. Siquid boni fecisti vnde premium deberetur: omnia recepisti in illo mūdo: epulans: ditatus: oblectatus: successibus prosperis. hic autem siquid mali commisit vniuersa recepit paupertate: fame: ⁊ extremis oppressus miserijs: ⁊ vterq; vestrum huc nudus accessit. hic quidē a peccatis propter quod ⁊ cōsolationem fortitur: tu vero a iusticia propter quod inmitigabilem perfers penam. vnde sequitur: Nunc autem h conso. tu vero cruciaris. GREGO. in ho. Quecunq; ergo in hoc seculo bene habetis: cū vos bona egisse recolitis: valde de ipsis pertimescite: ne cōcessa vobis prosperitas eorundem remuneratio sit bonorum: ⁊ cū quoslibet pauperes nō nulla reprehensibilia perpetrare conspicitis: quia fortasse quos superfluitas tenuissime prauitatis coinquinat: caminus paupertatis purgat. CHRY. Sed dices. Nōne est aliqs qui ⁊ hic ⁊ illic venia perfruatur? Hoc quidem difficile est: ⁊ de numero impossibiliū. nam ⁊si paupertas non vrgeat: vrget tamen ambitio. Si egritudo non stimulet: ira inflāmat. si tentationes non impetunt: emergunt sepius cogitationes inique. Non est autē paruus labor iracundiam refrenare: compescere illicita desideria: ostentationes sedare: desperationem remittere vitam asperam ducere. Talia vero non agentem: impossibile est saluari. GREGO. in ho. Responderi etiā potest ꝙ mali in hac vita bona recipiunt quia omne suum gaudium felicitatem transitoriā putant. Justi autem habere h quidē possunt bona: nec tamen in recompensatione recipere: q̄ dum meliora. i. eterna appetunt: eorum iudicio quelibꝫ bona affuerint: bona minime videntur. CHRY. Post misericordiam autem dei in proprijs studijs sperandum est de salute: non numerando patres aut proximos vel amicos. Frater enim non liberat. ⁊ ideo subditur: Et i his omnibus ma. cha. firma. est inter nos ⁊ vos. THEO. Chaos magnum significat iustorum a peccatoribus distantiam. nam sicut affectus eorū varij fuerant: sic etiam mansiones non modicum differunt. CHRY. Quod firmatum dicit: q̄ non potest dissolui: agitari: vel ꝯcuti. AM. Inter diuitem igit̄ ⁊ pauperē chaos magnū est: q̄ post mortē nequeūt merita mutari: vnde sequitur: Vt hi qui volūt hinc ad nos trāsire non possint: neq; inde huc transmeare. CHRY. q. d. Videre possumus: transire non possumus ⁊ nos videmus quid fugerimus: ⁊ vos videtis quid perdideritis: ⁊ nostra gaudia cumulant vestra tormenta: ⁊ vestra tormēta cumulāt nostra gaudia. GRE. in ho. Sicut enim transire reprobi ad electos cupiunt. i. a suppliciorū suorum afflictiōe migrare: ita ad afflictos atq; in tormētis positos transire iustorum est mente ire per misericordiam: eosq; velle liberare: sed iustorū aīe q̄s nis in sue nature bonitate misericordiam habeant: iam tamen auctoris sui iusticie coniuncte: tanta rectitudine cōstringunt̄: vt nulla ad reprobos cōpassione moueant̄: nec iniusti ergo ad beatorū sortē trāseunt: q̄ dānatiōe ppetua cōstringunt̄. nec iusti ad reprobos trāsire psūt: q̄ erecti iam p iusticiam iudicij: eis nullo mō ex aliqua cōpassiōe miserent̄. THEO. Hinc elicias argumētū ꝯtra origenis sequaces q dicūt: Cū terminꝰ sit i ponēdꝰ supplicis: erit tpš quo aggregabūt̄ peccatores iustis ⁊ deo. AVG. de que. euā. Ostēdit̄. n. per icōmutabilitatē diuine snie nullū auxiliū misericordie posse prebert peccatoribꝰ a iustis: ēt si velint prebere: quo admonet vt in hac vita hoīes subueniant quibus psūt: ne si postea ēt optime recepti fuerint: eis quos diligunt opitulari non valeant. Illud. n. qđ scriptū ē: vt ⁊ ipsi recipiāt vos i eterna tabernacula: nō de supbis ⁊ imisericordibꝰ scriptū ē: sꝫ d his q sibi eos amicos de opibꝰ misericordie fecerūt: quos iusti nō velut ꝓpria potestate quasi gratificando recipiūt: sed permissiōe diuina.

¶ Et ait: Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres: vt testetur illis: ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraam: Habent moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit: Non pater abraam: sed siquis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Ait autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt: neq; siquis ex mortuis resurrexerit credent.

GREGO. in ho. Postq; ardenti diuiti de se spes tollitur: eius animus ad propinquos quos reliquerat recurrit. vnde dicitur: Et ait: Rogo te pater vt mittas eum in domum patris mei. AVGV. de que. euan. Lazarum petit mitti quia sensit se indignum qui testimonium perhibeat veritati. Et quia non impetrauerat paululum refrigerari: multo minus credit se clarari posse ab inferis ad predicationem veritatis. CHRY. Vide autem peruersitatem: nec in ipsis penis continet veritatem. Si pater est abraam: quomodo dicis: Mitte eum in domum patris mei: sed non es oblitus patris tui: quia ille te perdidit. GREGO. in home. Reproborum autem mentem pena sua quandoq; inutiliter erudit ad charitatem: vt iam tunc etiam suos spiritualiter diligant: qui hic dum peccata diligerent: nec se amabant. vnde sequitur: Habeo enim quinq; fratres: vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. AMBRO. Serius autem diues iste magister esse incipit: cum iam nec discendi tempus habeatur vel docendi. GREGO. in home. Qua in re notandum est ardenti diuiti quanta supplicia cumulantur: ad penam namq; suam et cognitio seruatur et memoria. cognouit enim lazarum quem despexit: et fratrum suorum meminit: quos reliquit. vt enim peccatores in supplicio amplius puniantur: et eorum vident gloriam quos contempserunt: et de illorum pena torquentur: quos inutiliter amauerunt. Petenti autem diuiti vt lazarus mitteretur ab abraam protinus respondetur. vnde sequitur: Et ait illi abraam: Habent moysen et prophetas audiant illos. CHRY. q. d. Non sint tibi magis cure fratres tui q; deo qui eos creauit: statuitq; eis doctores qui eos commonerent et sollicitarent. Vocat autem hic moysen et prophetas scripta mosaica et prophetica. AMBRO. Quo loco euidentissime declarat dominus vetus testamentum esse fidei firmamentum: retundens perfidiam iudeorum: et excludens nequicias hereticorum. GREGO. in ho. Sed qui dei verba despexerat: hoc audire non posse suos sequaces estimabat. vnde sequitur: At ille dixit: Non pater abraam: sed siquis ex mortuis ierit ad illos penitentiam agent. CHRY. Quia enim audiendo scripturas contemnebat et fabulas esse putabat: ex his que passus fuerat: ipse quoq; diiudicabat de fratribus. GREGO. nisenus. Sed et aliud quoddam dogma docemur: q; lazari quidem anima non est erga presentia solicita: nec retorquet se ad aliquod relictorum. at diues quasi quodam visco etiam post mortem a vita detinetur carnali. nam siquis omnino carnalis secundum mentem fiat: nec postq; corpus exuerit: remouetur a passionibus eius. GREGO. in home. Sed mox diuiti veraci sententia respondetur. Sequitur enim: Ait autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt: neq; siquis ex mortuis resurrexerit credent ei. Quia qui verba legis despiciunt: redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt tanto hic difficilius implebunt. CHRY. Quod autem verum sit q; qui non auscultat scripturis: nec mortuis redeuntis auscultat: ostenderunt iudei qui nunc quidem volebant occidere lazarum: nunc vero inuadebant apostolos: cum tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed et illud considera q; quisq; mortuus seruus est. quecunq; vero dicunt scripture: dicit dominus: vnde et si resurgat mortuus: et si celitus descenderit angelus: omnibus magis sunt digne fide scripture. nam angelorum dominus viuorum et mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc deus q; mortui resurgentes proficerent viuentibus non hoc omisisset: qui pro vtilitate nostra singula queq; tractat sed et si crebro resurgerent mortui: hoc iterum tempore contemneretur: sed et diabolus facile introduceret peruersa dogmata. Id quoq; per organa sua fingens: non quidem suscitans vere defunctos: sed quibusdam fallaciis spectantium frustrans intuitum: vel ingenians quosdam mortem simulare.

AVGV. de curis pro mortuo habendis. Diceret autem aliquis si nulla est mortuis cura de viuis: quomodo diues rogauit abraam vt mitteret lazarum ad quinqz fratres suos? Sed nunquid quia hoc diues ille dixit: iō qd fratres agerent: vel quid paterentur in illo tēpore sciuit? ita illi cura fuit de viuis: q̄uis qd agerent omnino nescirent: sicut nobis est cura de mortuis: q̄uis quid agant omnino nesciamus. Sed rursus occurrit qō: quomodo hic abraam esse sciebat moysen τ ꝓphetas .i. libros eorum: vbi etiam nouerat diuitem illū in delitijs: lazarum vero in doloribus vixisse? Verum non cum hec agerentur in viuis: sed eis mortuis potuit lazaro indicante cognoscere: ne falsum sit quod ait propheta: Abraā nesciuit nos. Possunt τ ab angelis qui reb⁹ que aguntur hic presto sunt audire aliqd mortui. possunt etiam aliqua que necessarium est eos nosse: non solum preterita verum etiam futura spiritu dei reuelāte cognoscere. AVGV. de que. euan. Per allegoriam autem hec sic accipi pn̄t: vt in diuite intelligant superbi iudeorum ignorantes dei iusticiam: et suam volentes constituere. Purpura τ byssus dignitas regni est: τ auferetur īquit a vobis regnum dei. epulatio splendida: iactantia legis est in qua gloriabantur. plus ad pompā elationis abutentes ea: q̄z ad necessitatez salutis vtentes. Mendicus autem nomine lazarus qui interpretatur adiutus: significat indigentem: veluti gentilem aliquem aut publicanum: qui tanto magis adiuuatur: q̄to min⁹ de suaruz copia facultatū presumit. GRE. in home. Lazarus igitur vlceribus plen⁹ gētilem populum figuraliter exprimit: qui dum ad deum conuersus peccata sua confiteri non erubuit: huic vulnus in cute fuit. Quid eniz est peccatorum confessio: nisi quedam vulnerum ruptio. sed lazarus vulneratus, cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: τ nemo illi dabat: quia gentilem quēq̄z ad cognitionem legis admittere: superb⁹ ille populus despiciebat. τ quia ea verba defluebāt de scia quasi mice cadebant de mensa. AVGV. de que. euan. Canes autem qui vlcera pauperis lingebant: nequissimi hoies sūt amantes peccata: qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala: que in se alius gemens τ confitens detestatur. GRE. in home. Nonnūquam etiam solent in sacro eloquio per canes predicatores intelligi: sꝫ illō: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Canum etenim lingua vulnus dū lingit curat: quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt: quasi vuln⁹ mētis per linguam tangunt. Diues autez sepultus est in inferno: in sinum vero abrae lazar⁹ ab angelis ductus est idest in secretam requiem. de qua veritas dicit: Multi venient ab oriente τ occidente: τ recumbent cum abraaz τ iacob in regno celorum: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. De longiquo autem ad videndum lazarum oculos diues leuat: quia dum per dānationis sue supplicia infideles in imo sunt: fideles quosq̄z ante diē extremi iudicij super se in requie attendūt: quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe vero est quod conspiciunt: quia illuc per meritum non attingunt: In lingua autem amplius ardere ostenditur: quia infidelis populus verba legis in ore tenuit: que opere seruare contempsit. ibi ergo ampli⁹ ardebit: vbi se amplius ostendit scire quod facere noluit. Abraam autem filium eum vocat: quem tamen a tormento non liberat: quoniā huius infidelis populi patres: quia multos a sua fide deuiasse considerant: eos nulla compassione a tormentis eripiunt: quos tamen ꝑ carnem filios recognoscunt. AVGV. de que. euan. Quinq̄z autem fratres quos habere dicit in domo patris sui: iudeos significauit: qui appellati sunt quinq̄z: quia sub lege detinebantur que per moysen data est: qui quinq̄z libros ꝯscripsit. CHRY. Vel habuit quinq̄z fratres. i. quinq̄z sensus quib⁹ ante fuerat: τ ideo lazarū amare non poterat: quia illi fratres nō amant paupertatem. Illi te fratres in hec tormenta miserunt: saluari non possunt nisi moriantur: alioquin necesse est vt fratres habitent cum fratre suo. Sed quid queris vt mittā lazarū: habēt moysen τ ꝓphetas. Moyses lazarus pauper fuit: maiores diuitias esse arbitratus paupertatem christi q̄z diuitias pharaonis. Hieremias in lacuz missus pane tribulationis vescebat: τ oēs ꝓphete istos fra-

trea docent: sꝫ isti fratres saluari nõ possunt nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Isti enim fratres anteq̃ christꝰ resurgeret: me ducebãt in mortem. ille mortuus est: sed isti fratres resurrexerunt. nunc oculus meus christum videt: auris eum audit: tactus amplectitur. Ex hoc autem q̄ diximus: locuꝫ determinamus martioni ⁊ manicheo qui destruunt vetus testamentum. Vide ergo quid dicat abraam: si moysen ⁊ prophetas non audiunt. q. d. Bene facis eum qui resurrecturus est expectando: sed in illis christus loquitur: si illos audies ⁊ illum auditurus es. GRE. in home. Iudaicus autem populus quia moysi verba spiritualiter intelligere contẽpsit: ad euꝫ d̃ quo moyses locutus fuerat non peruenit. AMBRO. Vel aliter: Lazarus est pauper in seculo: sed deo diues. neqꝫ enim omnis sancta paupertas aut diuitie criminose: sed sicut luxuria infamat diuitias: ita paupertatem cõmẽdat sanctitas. Siue apostolicꝰ aliquis pauper in verbo: locuples in fide: qui veram teneat fidem: verborum insulas non requirit. Cui similem illum puto: qui cesus sepius a iudeis: vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat. Beati canes ĩ quos vlcerum talium distillat humor: vt impleat cor: quo custodire domum: seruare gregem: cauere assuescant lupos: ⁊ q: panis verbum est: fides autem verbi est. mice velut que dam dogmata fidei sunt mysteria. s. scripturarum. Arriani autem qui societatem potentie regalis affectant: vt impugnent ecclesie veritatem nonne tibi videntur in quadam purpura ⁊ bysso iacere: qui cum pro veris fucata d̃fundant: diuitibus abundãt sermonibꝰ. Diues heresis euãgelia multa composuit: ⁊ pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit: pauper ecclesia vnum deum nouit: non ne ille videns egene diuine: ⁊ redundare paupertas. AVGV. de que. euan. Aliter etiam intelligi potest illa narratio: vt lazaruꝫ dominum significare accipiamus iacenteꝫ ad ianuaꝫ illius diuitis: quia se ad aures superbissimas iudeorum: incarnationis humilitate deiecit: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis. i. querens ab eis vel minima opera iusticie que sue mẽse. i. sue potestati per superbiam non vsurparent: que opera q̃uis minima ⁊ sine disciplina perseuerãtie vite bone: saltem interdum vel casu facerent: sicut mice de mensa cadere solẽt. Vlcera passiones sunt domini. Canes qui ea lingebãt: gentes sunt quos immundos iudei dicebãt: ⁊ tamen passiones domini in sacramẽtis corporis ⁊ sanguinis eius per totum iam orbem suauitate deuotissima lambunt. Sinus abrae intelligitur secretum patris quo post passionẽ resurgens assumptus est dominus: quo eum portatum ab angelis: ideo dictum puto: quia ipsam receptionem qua in secretum patris accessit: angeli annunciauerunt discipulis. Cetera sm̃ superiorem expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur: vbi etiam ante resurrectione iustorum anime viuunt cum deo.

¶ Dominica. ij. Luce. xiiij. capi.



Homo quidam fecit cenaꝫ magnam ⁊ vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent quia iaꝫ parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. Primꝰ dixit ei: Villam emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ videre illam. Rogo te habe me excusatuꝫ Et alter dixit: Iuga boum emi quinqꝫ ⁊ eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi: ⁊ ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ paupes ac debiles ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine factuꝫ est vt imperasti ⁊ adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in vias ⁊ sepes ⁊ compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis: q̄ nemo virorum illoꝛuꝫ qui vocati sunt gustabit cenam meam.

CIRYL. Homo iste deus pater est: sz ꝙ
imagines ad similitudinem veritatis figurã/
tur. CHRY. Quotiens enim punitiuam
suam virtutem indicare vult deus: vrsa par
dus: leo: ꝛ huiusmodi nuncupatur: quando
vero misericordiaz exprimere vult dicitur ho
mo. CIRYL. Hic ergo conditor omniuz
atqz glorie pater parauit cenam magnam in
christo peractam. In nouissimis enim tempo
ribus ꝛ quasi in occasu nostri seculi illuxit no
bis dei filius: ꝛ morteȝ pro nobis sustinens:
dedit nobis proprium corpus comedere: vn
de ꝛ agnus in vespere immolabatur iuxta le
gem mosaicam: merito igitur cena dictum est
paratum in christo conuiuiuz. GRE. i ho.
Vel facit cenam magnam: quia sacietateȝ no
bis dulcedinis eterne preparauit. qui vocauit
multos: sed pauci veniunt: quia nõnunqꝫ ip
si qui ei per fidem subiecti sunt: eterno eiꝰ cõ
uiuio viuendo contradicunt. Hoc autem di/
stare inter delicias corporis ꝛ cordis solet: ꝙ
corporales delitie cum non habentur: graue i
se desideriuz accendunt: cũ vero habite edun
tur: comedentem protinus in fastidiuz per sa
cietatem vertunt. At contra: spiritales delitie
cum non habentur in fastidio sunt: cum vero
habentur: in desiderio. Sed superna pietas
contemptas illas delitias ad memorie nostre
oculos reuocat: atqz vt fastidium nostrum re
pellere debeamus inuitat. vnde sequitur: Et
misit seruum suum hora cene dicere inuitatis
vt venirẽt. CIRYL. Iste seruus qui mis
sus est ipse christus est: qui cum esset natura/
liter deus ꝛ verus dei filius; exinaniuit seip/
sum formam serui accipiens. Missus est au
tem hora cene: non enim a principio verbum
patris nostram naturam suscepit: sed in no/
uissimo tempore. Subdit autem: Quia para
ta sunt omnia. Parauit enim pater in christo
bona collata mundo per ipsuȝ peccatorꝝ amo
tionem: spiritus sancti participationẽ adoptio
nis splendorem: ad hoc vocauit christus per
euangelica documenta. AVGV. de ver.
do. Vel aliter: Homo iste mediator est dei ꝛ
hominis christus iesus. Misit vt venirẽt in/
uitati. i. per missos vocari prophetas: qui oliȝ
inuitabant ad cenaȝ christi: sepe missi sunt ad
populum israel: sepe vocauerunt vt ad horaȝ
cene venirent. Illi inuitantes acceperunt: ce/
nam repudiarunt: prophetas legerunt ꝛ chri
stum occiderunt: ꝛ tunc nobis cenam nescien
tes parauerunt. Parata iaȝ cena idest immo
lato christo missi sunt apostoli ad quos missi
fuerant ante prophete. GREGO. in ho/
me. Per hunc ergo seruum qui a patrefami
lias ad inuitandum mittitur: predicatorum or
do significatur: sepe autem solet euenire: vt ꝑ
sona potens famulum habeat despectum cum
ꝙ per eum dominus aliquid mandat: nõ de
spicitur persona loquentis serui quia serua/
tur in corde mittentis reuerẽtia domini. Of
fert ergo deus quod rogari debuit: non roga
te. dare vult quod vix sperari poterat: ꝛ tamẽ
simul omnes excusant. Sequitur eniz: Et ce
pe. om. si. excusare. Ecce homo diues inuitat:
ꝛ pauperes occurrere festinant ad dei inuita/
mur conuiuiuz: ꝛ nos excusamus. AVG.
de ver. do. Tres autem fuerunt excusatiões
de quibus subditur: Primus dixit ei. Vil.
emi. ꝛ ne. ha. exi. ꝛ vide. illaȝ ro. te ha. me ex
cusatum. In villa empta dominatio notatur
ergo superbia castigatur vitium primum pri
mus enim homo dominari voluit: qui domi
nũ habere noluit. GREGO. in ho. Vel
per villam terrena substantia designat: Exit
ergo videre illam: qui sola exteriora cogitat ꝓ
pter substantiam. AMBRO. Sic igitur
emerite militie viro contemnendarum stipen
dium prescribitur facultatum: ꝙ neqz ille qui
studijs intentus inferioribus. possessiones si
bi terrenas coemit: regnum celi possit adipi/
sci: cum dominus dicat: Vende omnia tua ꝛ
sequere me. Sequit: Et alter dixit: Iuga bo/
um emi quiqꝫ: ꝛ eo probare illa. AVGV.
de ver. domini: Quinqꝫ iuga boum sensus
carnis huius quinqꝫ numerantur In oculis
visus est: in auribus auditus: ĩ naribus odo
ratus: in faucibus gustus: in omnibus mem
bris tactus. Sed quia iuga sunt in tribus ꝓo
ribus sensibus facilius appꝫ. Duo sunt ocu
li: due aures: gemine nares. Ecce tria iuga: ꝛ
faucibus idest sensu gustandi geminatio que
dam inuenitur. quia nihil gustando sapit ni/
si lingua: ꝛ palato tangatur: voluptas carnis
que ad tactum pertinet occulte geminatur: est
ꝛ forinsecus ꝛ intrinsecus. Dicuntur autem
iuga bouȝ: quia per sensus istos carnis terre
na requiruntur. Boues enim terram ver/
sant: homines autem remoti a fide terrenis ꝺ
diti: nolunt credere aliquid nisi ad quod sen/

sa corporis perueniunt quinq; partito. Non inquit ergo credo: nisi quod video. Si talia cogitaremus quinq; illis iugis boum a cena impediretur vt noueritis autem istorum quinq; sensuum non delectationem que mulcet: ⁊ ingerit voluptatem: sed curiositatem quandã notatam fuisse. Non ait: quinq; iuga boum emi: eo pascere illa: sed eo probare illa. GREGO. in home. Corporales etiam sensus q2 interna comprehendere nequeunt: sed sola exteriora agnoscunt: recte per eos curiositas designatur: que dum alienam querit vitam discutere semper sua intima nesciens studet exteriora cogitare. Sed notandum q; is qui propter villam ⁊ is qui propter probanda iuga boum a cena sui inuitatoris se excusat: humilitatis verba permiscet. dum enim dicit: Rogo ⁊ venire contemnit humilitas sonat in voce: superbia in actione. Sequitur: Alius dixit. Vxorem duxi: ⁊ ideo non possum venire. AVGV. de ver. do. Ista est voluptas carnis que multos impedit vtinam foris ⁊ nõ intus. Qui enim dixit: Vxorem duxi: carnẽ amplexatur: carnis voluptatibus iocũdatur: a cena excusatur: obseruet ne fame ĩterna moriatur. BA. Dicit autem. Non possum venire. eo q; intellectus humanus vergens ad mundanas illecebras debilis est ad agendũ. GREGO. in home. Quamuis autem bonum sit coniugium: atq; ad propagandam sobolem diuina prouidentia constitutum: nonnulli tamen per hoc non fecunditatem prolis: sed desideria expetunt voluptatis. Et idcirco per rem iustam significari potest: non incongrue res iniusta. AMBRO. Nec coniugium non reprehenditur: sed ad maiorem honorem vocatur integritas: quoniam mulier ĩnupta cogitat que sunt domini. vt sit sancta corpore ⁊ spiritu: que autem nupta est: cogitat que sunt mundi. AVGV. de ver. do. Joannes autem dicens: Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est ⁊ concupiscentia oculorum ⁊ ambitio seculi inde cepit vbi euangelium terminum posuit. Concupiscentia carnis vxorem duxi: concupiscentia oculorum quinq; iuga boum emi. Ambitio seculi: villam emi. Aperte autem in totum commemorati sunt quinq; sensus per solos oculos: quorum est in quinq; sensibus principatus: propterea cum proprie ad oculos pertineat visus: ipsum videre per omnes quinq; sensus solemus appellare. CIRYL. Quos autem intelligemus fuisse eos qui renuerũt predictorum causa venire: nisi presides iudeorum: quos per totam sacram paginam de his redargutos esse videmus. ORIGE. vel aliter: Hi qui villam emerunt ⁊ refutant cenam: sunt qui receperunt alia dogmata diuinitatis: nec experti sunt verbum q; possidebant. Is autem qui quinq; paria boum emit. est qui naturam intellectualem contemnit: ⁊ sensibilia sequitur. vnde incorpoream naturam comprehendere non potest. Qui autem vxorem duxit: est qui coniunctus est carni: voluptatũ magis amator q̃ dei. AMBRO. Uel tria genera hominum a consortio istius cene [illegible]timus excludi: gentilium iudeorum: ⁊ hereticorum iudei corporali mysterio iuga sibi legis imponunt. Quinq; autem iuga sunt verborum decem: vel quinq; libri veteris legis. At vero heresis velut eua femineo rigore fidei tentat affectum. Et apostolus dicit auariciam esse fugiendam: ne impediti more gentili ad regnum christi peruenire nequeamus ergo ⁊ ille qui villam emit alienus a regno ẽ: ⁊ ille qui iugum potius legis q̃ gratie munus elegit: ⁊ ille qui se propter ducendam excusat vxorem: Sequitur: Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. AVGV. quinto super gen. ad litteram: Non propter inferiorum scientiam deus nuncijs indiget quasi per eos fiet scientior: sed nouit omnia stabiliter atq; incommutabiliter. Habet autem nũcios propter nos ⁊ propter ipsos: quia illo modo deo parere ⁊ assistere: vt cum de inferioribus consulant: eiusq; supernis iussis obtẽperent bonum est eis in ordine proprie nature. CIRYL. Judeorum autem primatibus vocationem renuentibus sicut ipsi dicebant. Nunquid aliquis principum credidit in eum: indignatus est paterfamilias: quasi eis dignis indignatione ⁊ ira vnde sequitur: Tunc iratus paterfamilias. BASI. Non q; ire passio diuine substantie accidat: sed talis operatio que in nobis ab ira fit dei ira ⁊ indignatio dicitur. CIRYL. Sic ergo indignatus dicitur paterfamilias principes iudeorum: ⁊ vocati sunt loco eorum qui erant de multitudine iudeorum fragilem ⁊ impotentem mentem habentes. Loquen-

te enim petro: primo quidem tria milia: dein/
de quinq3 milia crediderunt: ⁊ postmodū plu
rimus populus. vnde dicitur: Dixit ser. suo:
Exi.ci.in pla.⁊ vi.ciui.⁊ pau.ac debi.ce. et
clau.intro.huc. AMB. Inuitat autē paupe
res: debiles: ⁊ cecos: vt ostendatur ꝙ nullū de
bilitas corporis excludit a regno rarinsq3 de/
linquat: cui deest illecebra peccandi: vel ꝙ īfir/
mitas peccatorum ꝑ misericordiā dñi remit/
tatur. vnde mittit ad plateas: vt de latioribus
vitijs ad angustam venirent viam. GRE.
in ho. Quia ergo venire superbi rēnuūt pau
peres eliguntur: dicuntur.n. debiles ⁊ q iu/
dicio suo apud semetipsos infirmi sunt. nam
pauperes ⁊ quasi fortes sunt: qui positi ī pau
pertate superbiunt: ceci sunt qui nullius in/
genij lumen habent: claudi sunt q rectos gres
sus in operatione non habent. Sed dum ho
rum vitia in membrorum debilitate significā
tur sicut illi peccatores fuerunt: qui vocati ve
nire noluerunt: ita hi quoq3 qui inuitantur ⁊
veniunt. sed peccatores superbi respuuntur:
humiles eliguntur. Hos itaq3 elegit de⁹ ꝙs
despicit mundus: quia plerūq3 ipsa despectio
hominem reuocat ad semetipsum. Et tāto ce
lerius vocem dei aliqui audiunt: ꝙto in hoc
mundo non habent vnde delectentur. Cum
ergo de vicis ⁊ plateis ad cenā quosdam dñs
vocat: illum populum designat qui tenere le/
gis vrbanam cōuersationem nouerat. Sed
multitudo que ex israel populo credidit: locū
superni conuiuij non impleuit. vnde sequit:
Et ait ser. Domine fa.est vt impe. ⁊ adhuc
lo.est. Intrauit.n.iam frequentia iudeorum:
sed adhuc locus vacat in regno vbi suscipi.
debeat numerositas gentium. vnde subditur:
Et ait do. ser. Exi in vi.⁊ se.⁊ cō.ītra. vt im
ple. do. mea. Cum cōuiuas suos colligi ex vi
is ⁊ sepibus precipit: agrestē populum.i. gen
tilem querit. AMBRO. Vel mittit ad
ad vias ⁊ circa sepes: qui hi apti sunt ī regno
celorum qui nullis presentium cupiditatibus
occupati: ad futura festinant in quodam bo/
no volūtatis tramite cōstituti: ⁊ qui modo se/
pis que ab incultis culta secernat: ⁊ īcursus ar
ceat: bestiarum norit bona malaq3 distiguere:
⁊ aduersus tentamenta nequicie spiritalis fi/
dei munimē pretēdere. AVGV. de ver.
do. Venerūt de plateis ⁊ vicis gētes veniūt
de sepibus heretici. Nam sepes qui constru/
unt diuisiones querunt: abstrahant̄ a sepib⁹:
euellantur a spinis: sed cogi nolunt: volunta
te inquiunt nostra intremus. Non hoc dñs ī
perauit: coge īquit intrare: foris inueniatur
necessitas: nascitur inde voluntas. GRE.
in ho. Qui ergo huius mundi aduersitatib⁹
fracti a dei amore redeūt. cōpelluntur intra/
re. Sed valde tremenda est sñia que subifer
tur: Dico autem vobis ꝙ nemo virorum illo
rum qui vocati sunt gustabit cenam meam.
Nemo ergo cōtēnat: nedu3 vocatus excusat:
cum voluntatem habuerit intrare nō valeat.

Dominica tertia. Luce. xv. capi.

E Rant appropinquantes
ad iesum publicani ⁊ pec/
catores vt audirent illu3
Et murmurabant phari
sei, ⁊ scribe dicentes: Q2
hic peccatores recipit ⁊ manducat cum
illis. Et ait ad illos parabolam istam
dicens. Quis ex vobis homo qui ha
bet centum oues: ⁊ si perdiderit vnam
ex illis nonne dimittit nonagintanouē
in deserto: ⁊ vadit ad illam que perie/
rat donec inueniat illam: Et cum inue
nerit eam: īponit in humeros suos gau
dens ⁊ veniens domum conuocat ami
cos ⁊ vicinos dicens illis: Congratu/
lamini mihi: quia inueni oue3 meā que
perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudium
erit in celo super vno peccatore penitē
tiam agente: ꝙ̄ supra nonagintanouem
iustis qui non indigent penitentia.
AMB. Didiceras in superioribus secula/
ribus occupatiōibus non teneri: caduca ñ ꝓ/
ferre perpetuis. Sed quia fragilitas huma/
na firmum nequit in tanto seculi lubrico tene
re vestigium: etiam aduersus errorem reme/
dia tibi bonus medicus demonstrauit: spem
venie iudex misericors non negauit. vñ sub/
ditur: Erāt appro. ei publi. ⁊ pecca. vt audi.
eum. GLO. i. qui publica exigunt vectiga
lia vel cōducunt: ⁊ qui lucra seculi ꝑ negocia

sectantur. THEO. Hoc enim exequebatur
cuius causa carnem susceperat: admittens pec
catores: sicut medicus egrotantes. Sed phari/
sei vere criminosi huic pietati murmurare com
pensabant. vnde sequitur: Et murmu. pha. et
scri. di. qr hic pec. re. et man. cum illis. GRE.
in home. ex qua re colligitur quia vera iusti/
cia compassionem habet falsa dedignationem
quamuis et iusti soleant recte peccatoribus indi/
gnari. sed aliud est quod agitur typo superbie:
aliud quod zelo disciplie: quia iusti et si foris
increpationes ꝑ disciplinaꝫ exaggerant: intus
tamen dulcedinem per charitatem seruant.
Preponunt sibi in animo ipsos pleruꝫqꝫ quos
corrigunt quod agentes ꝑ disciplinam subdi
tos et per humilitatem custodiunt semetipsos.
At contra hi qui de falsa iusticia superbire so
lent: ceteros quoqꝫ despiciunt: nulla infirman
tibus misericordia condescendunt. Exquo se
peccatores esse non credunt: eo deterius peccato
res fiunt: de quorum numero pharisei erant:
qui diiudicantes dominum ꝙ peccatores su/
sciperet arenti corde ipsum fontem misericor/
die reprehendebant. Sed quia egri erant ita
vt egros se esse nescirent quatenus quod erant
agnoscerent: celestis medicus blandis eos fo
mentis curat. Sequitur enim: Et ait ad illos
parabolam istam dicens: Quis ex vobis ho/
mo? similitudinem dedit: quaꝫ in se homo re
cognosceret: et tamen ad auctorem hominum ꝑ/
tineret. quia eniꝫ centenarius perfectus est nu
merus: ipse centum oues habuit cum sanctorum
angelorum et hominum naturam possedit. vn/
de subdit: Qui habet centum oues. CIRY.
Hinc percipe latitudinem regni saluatoris no
stri. Dicit enim oues esse centum: referens nu/
merum subiectarum sibi rationalium natura
rum ad integram multitudinem. Est enim cen
tenarius numerus perfectus ex decem deca/
dibus constitutus. Sed ex his vna oberrauit
.s. genus humanum quod terram colit. AMB.
Diues pastor cuius nos omnes centesima por
tio sumus. vnde sequitur: Et si ꝑdiderit vnam
ex illis. GRE. Vna ouis tunc perit: quan/
do peccando homo pascua vite reliquit. In de
serto autem nonagintanouem remanserant: qr
rationalis creature numerus: angelorum vi/
delicet et hominum qui ad videndum deum con
dita fuerat: pereunte homine erat imminutus.
vnde sequitur: Nonne dimittit nonagitano/
uem in deserto. quia. s. angelorum choros re
liquit in celo. Tunc autem homo celum deser
uit: cum peccauit. Et vt perfecta summa ouium
integraretur in celo: homo perditus querebatur in
terra. vnde sequitur: Et vadit ad illam que pe/
rierat donec inueniat illam. CIRYL. Num
quid autem seuiens in reliquas motus est pietate
vnius? nequaqꝫ. Sunt enim ille in tuto circumse
piente illas potentissima dextera: sed magis
oportebat misereri pereuntis: ne imperfecta
videretur residua multitudo. Vna enim reducta
sortitur centenarius propriam speciem. AV/
GV. de que. euan. Vel illas nonagintano/
uem dixit quas reliquit in deserto superbos si/
gnificans tanqꝫ solicitudinem gerentes in animo
dum solo se videri volunt: quibus ad perfe/
ctionem vnitas deest. cum enim quisqꝫ a ve/
ra vnitate diuellitur: superbe diuellitur: sue ꝓ/
pe potestatis esse cupiens: non sequitur vnum quod
est deus. vni autem deputat omnes ꝑ penitentiam re/
conciliatos que humilitate obtinetur. GRE.
nisenus: Cum autem pastor inuenisset oueꝫ:
non puniuit. Non duxit ad gregem vrgendo:
sed superponens humero et portans clemen
ter annumerauit gregi. vnde sequitur: Et cum
inuenerit ouem imponit in humeros suos gau
dens. GRE. in home. Ouem humeris su
is imposuit: quia humanam naturam suscipi
ens peccata nostra ipse portauit. Inuenta au/
tem oue ad domum redit: quia pastor noster
reparato homine ad regnuꝫ celeste rediit. vnde
sequitur: Et veniens domum conuocat ami/
cos et vicinos dicens illis: Congratulamini
mihi quia inueni ouem meam que perierat
Amicos et vicinos vocat angelorum choros
quia amici eius sunt: quia voluntatem eius con
tinue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoqꝫ
eius sunt: quia claritatem visionis illius sua
assiduitate perfruuntur. THEO. Super/
ne igitur virtutes oues dicuntur in eo ꝙ omnis
natura creata aspectu dei bestialis est. In eo vero
ꝙ rationalis est: amici et vicini dicuntur. GRE.
in ho. Et notandum ꝙ non dicit: Congratu
lamini inuente oui: sed Mihi: quia videlicet
eius est gaudium vita nostra: et cum nos ad
celum reducimur: solennitateꝫ leticie illius im
plemus. AM. Angeli autem quoniam sunt
rationabiles: non immerito hominum redem/
ptione letantur. vnde sequitur. Dico vobis
ꝙ ita gaudium erit in celo super vno pecca/
E

tore penitentiam agente q̃ſ ſupra nonaginta nouem iuſtis qui non idigẽt penitẽtia. Hoc proficiat ad incentiua probitatis: ſi vnuſqſq̃ conuerſionem ſuam gratam fore credat cetibus angelorum: aut quorum affectare patrocinium aut vereri debet offenſam. GRE. i ho. Plus aũt de cõuerſ. peccatoribus q̃ſ de ſtantibus iuſtis in celo gaudium eſſe fatetur: quia plerũq; hi qui nullis ſe oppreſſos peccatorum molibus ſciunt ſtant quidem in via iuſticie: ſed tamen ad celeſtem patriam anxie nõ anhelant: ⁊ plerunq; pigri remanent ad exercenda bona precipua: quia ſecuri ſibi ſunt q̃ nulla cõmiſerint mala grauiora. At cõtra nõnunq̃ hi qui ſe aliqua illicita egiſſe meminerunt: ex ipſo ſuo dolore cõpuncti ad amorem dei inardeſcunt. Et quia erraſſe ſe a deo conſiderant dãna precedentia lucris ſequentib[9] recompenſant. Maius ergo gaudium fit in celo quia ⁊ dux in prelio plus eum militẽ diligit: qui poſt fugam reuerſus hoſtem fortiter premit: q̃ſ eum qui nunq̃ terga prebuit ⁊ nũq̃ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illã amplius terram amat: q̃ poſt ſpinas vberes fructus profert: q̃ſ eam que nũq̃ ſpinas habuit: ⁊ nunq̃ fertilem meſſem producit. Sed inter hec ſciendum eſt: quia ſunt plerĩq; iuſti i quorum vita tantum eſt gaudium: vt eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullaten[9] poſſit: Hinc ergo colligendum quantũ deo gaudium faciat quando humiliter plangit iuſt[9]. ſibi facit in celo gaudium: quando hoc quod male geſſit per penitentiam dãnat iniuſtus.

¶ Aut que mulier habẽs dragmas decem: ſi perdiderit dragmam vnam: nonne accendit lucernam ⁊ euertit domum ⁊ querit diligenter: donec inueniat. Et cum inuenerit: conuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmã quã pdiderã. Ita dico vobis: gaudium erit corã angelis dei ſuper vno peccatore penitentiam agente.

CIRYL. Per precedentẽ parabolam i q̃ genus humanum dicebatur ouis erratica: docebamur nos fore creatura ſublimis dei q fecit nos ⁊ non ipſi nos cuius paſcue oues ſumus: ſubiungitur ſecunda parabola: qua genus humanũ cõparat dragme q̃ periit. Per quam oſtendit nos ad ſimilitudinẽ ⁊ imaginem regiam factos eſſe. ſ. ſummi dei. Nam dragma nũmus eſt impreſſam habens regiã figuram. vnde dicitur: Aut que mulier hñs decem dragmas. GRE. in home. Qui ſignificatur per paſtorem: ipſe per mulierem: ipſe enim deus: ipſe ⁊ dei ſapientia. Angelorum autem ⁊ hominũ naturã ad cognoſcẽdũ ſe dominus condidit: ⁊ ad ſimilitudinem ſuã creauit. Decem ergo dragmas hñt: q2 nouez ſunt chori ãgelorum: ſed vt complerẽt electorum numerus: homo decimus eſt creatus.

AVGV. de que. euã. Vel in nouem dragmis ſicut ⁊ i nonagitanouẽ ouibus ponit eorum ſignificationẽ qui de ſe preſumẽtes: peccatoribus ad ſalutem redeuntibus ſe preponunt. vnum enim deeſt a nouẽ vt decez ſint: ⁊ a nonagintanouem vt centum ſint: cui vni deputat omnes per penitẽtiam recõciliatos. GRE. i ho. Et quia imago exprimit̃ i dragma: mulier dragmam perdiderat: quãdo homo qui conditus ad imaginez dei fuerat: peccando a ſimilitudine ſui cõditoris receſſit. Et hoc eſt quod ſubditur. Si perdiderit dragmam vnam nõne accendit lucernam. Accendit mulier lucernam quia dei ſapĩa apparuit i humanitate. Lucerna quippe lumen in teſta eſt: lumen vero i teſta eſt diuinitas i carne. accenſa aũt lucerna. Sequitur: Et euertit domum. quia. ſ. mox vt eius diuinitas p carnez claruit: omnis ſe noſtra conſciẽtia concuſſit: q2 euerſiõis ſermo nõ diſcrepat in eo q̃ in alijs codicibus legitur emundat: quia praua mẽs ſi non prius pre timore euertit̃: ab aſuetis vitijs non mundat̃. euerſa aũt domo: inuenitur dragma. Sequitur enim: Et querit diligẽter donec inueniat. q2. ſ. cum perturbatur cõſcientia hoĩs: reparat̃ in homine ſimilitudo conditoris. GRE. nazanzenus: Inuenta autem dragma: celeſtes virtutes facit participes gaudij: quas miniſtras diſpenſationis fecit. vnde ſequitur: Et cum inuenerit conuocat amicas ⁊ vicinas dicens: Congratulamini mihi quia inueni dragmaz quã perdiderã. GRE. in home. Superne enim virtutes tãto diuine ſapie iuxta ſũt: q̃ſto ei per gratiam continue viſionis appropinquãt. THEO. Vel amice ſũt vt exequentes voluntatẽ ipſius: vicine vero vt icorporee vel forte amice ipſius ſũt oẽs

superne virtutes: vicine vero sūt propingores. s. throni cherubin ⁊ seraphin. GRE. nisenus. Vel aliter hoc reor dominū nobis proponere i iquisitione perdite dragme quia nulla nobis a ceteris virtutibus vtilitas ꝓuenit quas dragmas vocat: q̄muis ꝑsto sint oēs vna sola deficiente anime viduate: qua. s. diuine similitudinis nitorē sortitur. propter qḋ primo quidem iubet lucernam accendere. s. verbum diuinū quod abscondita patefacit. Vel forsan penitentie lampadem: sed in domo propria. i. in seipso ⁊ in sua cōsciētia opꝫ perquirere dragmam perditam. i. regis imaginem: que non penitus deperijt: sed ē tecta sub fimo qui significat carnis contagia: qbꝰ studiose abstersis. i. dilutis per solertiam vite elucescit quod queritur vnde oportet ipsam que venit gratulari. necnon ad participia gaudij vocare vicinas. i. contubernales virtutes idest rationabilem ⁊ concupiscibilem ⁊ innatum iracundie affectū. Et sique sint tales vires circa animam cōsiderate: quas docet gaudere in domino: deinde concludens parabolam subdit: Ita dico vobis: gaudium erit angelis super vno peccatore penitentiā agente. GRE. in ho. Penitentiam agere est preterita mala plangere: ⁊ plangenda non perpetrare. nam qui sic alia deplorat: vt tamen alia cōmittat: adhuc pniam agere aut ignorat aut dissimulat. Cogitandum est etiam vt per hoc conditori suo satisfaciat: vt qui cōmisit prohibita sibi: abscindere debeat etiam concessa ⁊ se reprehendat in minimis: qui se meminit i maximis deliquisse.

ℭ Dominica quarta. Luce. vi. capi.

Estote misericordes sicut ⁊ pr̄ vester misericors est.

CIRYL. Magnum est ergo preconium pietatis. reddit. n. hec virtus nos deo cōformes: ⁊ quasi quedam signa sublimis nature nostris imprimit animabus. vnde dicitur: Estote misericordes sicut ⁊ pater vester misericors est. ATHA. Vt scilicet aspicientes beneficia eius bona que facimus non hominum sed eius intuitu faciamus quatenus a deo non ab hominibus premia cōsequamur.

ℭ Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. Nolite condemnare ⁊ non condemnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date ⁊ dabitur vobis. Mensuram bonam ⁊ confertam ⁊ coagitatam ⁊ supereffluentem dabunt in sinuꝫ vestrū. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis: remetietur vobis.

AMBRO. Addidit dominus non temere iudicandum: ne cui conscius ipse delicti in alterum cogaris ferre sententiaꝫ. vnde dicit: Noli iudi. CHRY. Non iudices precedētes te idest qui discipulus es magistrū: peccator inocentem: quos non oportet increpare sed monere. ⁊ charitatiue corrigere. nec etiam iudicandum est i icertis ⁊ qualibuscūqꝫ q̄ nec similitudinem habent peccati: aut que nō sūt grauia siue prohibita. CIRYL. Sedat ergo hec pessimam passionem nostrarum conscientiarum cōtemptus pricipum. q̄muis eniꝫ deceat aliquos se circūspicere ⁊ ꝯm deum cōuersari: hoc non faciūt. sed examinat aut aliena. Etsi videant aliquos infirmari: tanq̄ꝫ propriarum passionum obliti faciunt hic detractionis materia. CHRY. Nec facile reperies quēq̄ꝫ neqꝫ patrēfamilias neqꝫ claustralem expertem huius erroris. Sūt autem ⁊ hec diabolice tētationis isidie: nam qui seuere discutit aliena: nūq̄ꝫ propriorū reatuꝫ merebit veniam. vnde sequit: Et non iudicabimini. Sicut. n. pius ⁊ mitis reprimit pctōꝝ tumorē sic seuerus ⁊ dirus adijcit criminibꝰ ꝓprijs. GRE. nisenus: Nō igitur cū acrimonia ꝑcipitetis i seruos sētētiam: ne similia patiamini: vocat. n. iudicium asperiorem damnationem. vn̄ sequit: Noli. cōdē. ⁊ nō cōdē. Non enim iudiciuꝫ cū venia prohibet. BEDA. Breui autem sētētia cuncta que de conuersādo cum inimicis mandauerat: comprehendendo concludit dicens. Dimitti. ⁊ dimitte. vo. Da. ⁊ dabi. vobis. Vbi dimittere nos iniurias ⁊ dare beneficia iubet: vt ⁊ nobis peccata dimittentur ⁊ vita detur eterna.

CIRYLVS. q̄ autem ampliori manu recompensationem accipiemus a deo qui largiflue donat diligentibus cum ostendit subdens: Mensuram bonam ⁊ cōfertā ⁊ coagitatā: ⁊ superfluentem dabūt i sinum vestrum

THEO. q. d. Sicut si farinam sine parcitate mensurare velles conferres eam coagitares: ⁊ supereffunderes abunde: sic dominus mensuram magnam: ⁊ supereffluentem dabit in sinum vestrum. AVGU. De con. euan. Dicit autem: Dabunt. q2 per illorũ merita quibus vel calicem aque frigide in nomine discipuli dederunt: mercedem celestẽ recipere merebuntur. Sequitur: Eadem quip. men. qua men. fue. re. vobis. BASI. Qua enim mensura vnusquisq3 vestrum mensurat in bene operando aut peccando: eadẽ vel premia vel penas feret. THEO. Interrogabit autez fortassis aliquis subtilius: Si. n. superfluenter redditur: quomodo eadem est mensura? Ad quod dicimus ꝙ non dixit: In tanta mensura remetietur vobis: sed in eadẽ. Qui enim bene fecit bene fiet ei: quod est remetiri eadem mensura. Sed supereffluentez mensuram dicit: quia millies benefiet ei: ⁊ in iudicando. Qui enim iudicat: ⁊ deinde iudicatur: accipit eandem mensuram. Sm vero ꝙ ad plus diiudicabatur: quia sibi similem iudicauit: sm hoc supereffluens est mẽsura. CIRYL. Hoc autem soluit apostolus dicẽs: Qui parce seminat: hoc ẽ modice ⁊ manu tenaci: parce ⁊ metet hoc est non copiose. ⁊ qui seminat in benedictionibus in benedictionibus metet: hoc est copiose. Si quis autem nõ habet si non faciet: non delinquit in eo enim ꝙ habet acceptatur non in eo quo caret.

¶ Dicebat autem illis ⁊ similitudinem: Nunquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistruz: perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autez vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est non consideras? Aut quomõ potes dicere fratri tuo Frater sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypochrita eijce primum trabẽ de oculo tuo: ⁊ tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

CIRYL. Addidit dominus predictis parabolã valde necessariã. vnde dicitur: Dice. au. il. ⁊ simi. Erant. n. et9 discipuli futuri mũdi doctores: vñ docebat eos scire viam cõuersationis honeste quasi illustratã mentẽ hñtes diuino fulgore ne ceci cecos ducerẽt. ⁊ iõ subdit: Nunqd po. ce. ce. duce. nonne am. in fo. cadunt? Etsi cõtingat aliquos hoc attingere: vt equalem virtutem docentium virtute possideant sistant in mensura docentium ⁊ illoꝝ sequantur vestigia. vnde sequitur: Nõ ẽ dis. supra ma. perfec. au. om. erit. s. discipulus si sit sicut magister eius: Unde ⁊ paulus dicit: Imitatores mei estote sicut ⁊ ego christi: christo ergo nõ iudicante curru iudicas? neq3. n. venit iudicare mundum: sed misereri.

THEO. Uel aliter: Si tu alium iudicas: ⁊ ipse in eisdez peccas: non ne assimilaris ceco cecum ducenti: quomodo enim ille a te ducetur ad bonum: cuz ⁊ tu pecces. Non est. n. discipulus supra magistrum? Si igitur peccas qui te magistrum: ⁊ ductorem putas: vbi erit qui a te disciplinatur ⁊ ducit? Perfectus enĩz erit discipulus: si sit sicut magister eius. BEDA. Uel sensus huius sententie pẽdet ex superioribus: vbi dãda elemosyna ⁊ iniuria dimittenda precipitur. Si te inquit ira cõtra violentium ⁊ contra petentem auaricia cecauerit: nunquid tu mente viciata vitium eius curare poteris. Sic etiam magister christus q quasi deus potuit suas vlcisci iniurias: maluit persecutores patiendo reddere mitiores: eadem necesse est ꝙ discipuli qui puri homines sunt regulam perfectionis sequantur. AVGV. de. q. euan. Uel quod dicit. Nunqd potest cecus cecum ducere. ideo subiunxit: vt non sperarent a leuitis se accepturos mensuram illam de qua dixit. Dabunt in sinum vestrũ. qm̃ decimas dabãt eis quos cecos dixit: q2 euangeliũ non tenerent vt illã remuneratõnem p discipulos dñi potius plebs inciperet iam sperare quos imitatores suos volens ostẽdere addidit. Non est discipulus supra magistrũ. THEO. Inducit aũt dñs ⁊ aliã parabolã d eodẽ subdẽs: Quid aũt vides festucã .i. modicũ criminis ĩ oculo fratris tui: Trabẽ aũt q̃ in oculo tuo ẽ ⁊c. .i. peccatũ tuũ maximũ nõ cõsideras. BEDA. Hoc aũt ad superiorẽ sensum respicit: vbi cecuz a ceco duci .i. peccãtẽ a peccatore castigari nõ posse pmonuit. vñ dr: Aut quõ potes dicere fratri tuo: Frater sine eijciã festucã de oculo tuo: ipse i

oculo tuo trabē nō vidēs. CIRYL .q.d. Qui grauibus obnoxius est peccatis que trabem vocat: qualiter dānat eum qui pauca vel quādoqȝ nil mali cōmisit: hoc enim festuca significat. THEO. Cōuenit autem hoc oībus τ maxime doctoribus qui subditorū cum minima peccata puniāt: propria impunita relinquūt propter hoc eos dominus hypochritas vocat: qui ex hoc aliorum peccata iudicāt vt iusti videantur. vnde sequitur: Hypochrita eijce primum tra. de oculo tuo: τ tunc ꝑspi. vt edu. festu. de oculo fratris tui. CIRY. Videlicet teipsum primum mundum ostendas a magnis peccatis: consequēter cōsules proximo modica cōfitēti. BASI. Videtur enim reuera cognitio suipsius grauissimum omnium neqȝ enim solus oculus exteriora videns super se visu nō vtitur sed τ ipse noster itellectus cum alienum velociter coniectat peccatum: lentus est erga propriorum perceptionem defectum.

ℭ Dominica quinta. Luce. v. capi.



Um turbe irruerent in iesum vt audirent verbuȝ dei: τ ipse stabat secus stagnum: genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant τ lauabant rhetia. Ascendens autem in vnam nauim que erat simonis rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedēs docebat de nauicula turbas.

AM. Ubi dominus impertiuit multis varia genera sanitatum: nec tempore nec loco cepit a studio sanandi turba cohiberi. vespera incubuit: sequebantur: stagnum occurrit τ turbe vrgebant: vnde dicitur: Cum turbe irruerent in eum. CHRY. Erant enim ei conuenientes diligentes eum τ mirantes: tenere cupiētes. Quid enim discessisset dum huiusmodi miracula faciebat: qui voluisset solam prospicere faciem τ os talia loquens: neqȝ.n. i agēdo miracula solum admirabilis erat: sed visus eius abundabat plurima gratia. vnde et loquentem eum audiunt in silentio: serīe locutionis non irrumpentes. dicitur enim. Ut audirent verbum dei: τ ipse stabat secus stagnum genezareth. BEDA. Stagnum genezareth idem dicunt esse quod mare galilee vel mare tyberiadis. sed mare galilee ab adiacente prouicia dicit: mare aūt tyberiadis a ꝓxima ciuitate. Porro genezareth a laci ipsius natura: que crispātibꝰ aqs de seipso sibi excitare aura perhibet greco vocabulo quasi generās sibi auram dicit. neqȝ eni in stagni morem sternit aqua: sed frequētibus auris spirātibus agitatur: hausto dulcis τ ad potādū habilis. Sed hebree lingue cōsuetudine oīs aq̄rum cōgregatio siue dulcis siue salse mare nūcupat. THE. Fugit aūt dn̄s gl'iaȝ q̄tomagis ipsa eum sequebat: τ ideo a turbis se separans ascendit in nauem: Et vidit du. na. stantes secus sta. pisca. au. descē. τ laua. rhetia. CHRY. Quod signum erat vacationis. Secūdum vero mattheum iuenit eos reficientes rhetia: tantus enim erat paupertatis excessus: vt laniata repararēt: noua nequeuntes habere: volens aūt diligenter congregare spectaculuȝ: vt nemo remaneret post tergum: sed omnes facie ad faciē cernerēt: ascendit in nauim. vnde dicitur: Ascen. au. i vnā na. q̄ erat simo. roga. eum a ter. reduce. pusillum. THEO. Vide aūt christi mansuetudineȝ: quomodo rogat petrum: τ petri obediētiam: quomodo i oībus fuit obediēs. CHRYSO. Postq̄ȝ vero multa pegerat miracula iterum doctrinam ꝓponit: τ existens in mar i piscatur existētes i terra. vn̄ sequit: Et sedēs do. tur. de nauicula. GRE. Nazanzenus: Cunctis cōdescēdēs vt a profundis extrahat piscē: hominē.s. natantem i mobilibus rebꝰ τ amaris huius vite ꝓcellis. BEDA. Mystice autem due naues circūcisionē τ preputiū figurāt: quas videt dn̄s: quia in vtroqȝ populo nouit qui sunt eius: τ ad future vite trāqllitatem quasi ad littus videndo: hoc est misericorditer visitando prouehit. Piscatores sunt ecclesie doctores: qui nos ꝑ rhete fidei cōprehendunt: τ quasi littori sic terre viuētium aduehunt. Sed hec rhetia modo laxātur i capturam modo lota plicātur: quia non omne tempus est habile doctrine: sed nūc exercēda ē lingua doctoris: τ nūc suimet cura gerēda. Nauis simonis est ecclesia primitiua de qua pau

lus dicit: Qui operatus est petro i apostolatum circucisionis. bene vna dicta quia multitudinis credentium erat cor vnuz et aia vna. AUGU. De con. euan. De qua docebat turbas: q2 de auctoritate ecclesie docet gētes. q: autem dominus ascendens i nauim rogat eum a terra reducere pusillum: significat temperate vtendum verbo ad turbas: vt nec terrena eis precipiantur: nec a terrenis in profūda sacramentorum recedatur. Vel prius i proximis regionibus gentibus predicanduz: vt quod postea dicit: Duc in altum ad remotiores gentes postea predicandum precipiat.

¶ Ut cessauit autem loqui dixit ad simonem: Duc in altum: et laxate rhetia vestra in capturam. Et respondēs simon dixit illi: Preceptor per totam noctez laborantes nihil cepimus: i verbo autem tuo laxabo rhete. Et cū hoc fecissēt: concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autez rhete eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui: vt venirent et adiuuarent eos. Et venerunt et impleuerunt ābas nauiculas ita vt pene mergerēt.

CIRYL. Postq̄ sufficienter populū docuerat: regreditur iterum ad magnificēcias proprias et per piscatoria ministeria piscatur discipulos. vnde sequitur: Ut au. cessa. loqui: dixit ad simonem: duc in altum: et laxate rhe. ve. in capturam. CHRY. Condescendēs enim hominibus sicut magos p sidus vocauit: sic et piscatores per piscatoriam artem. THEO. Petrus autem nō distulit. vnde sequitur: Et rn̄. simon di. illi. Prece. per to. no. labo. ni. cepimus. Non aūt addidit: Nō te audiam: nec secundis laboribus me exponaz: sed magis subdidit: In verbo autem tuo laxabo rhete. Quia vero turbam de nauicula dn̄s instruxerat: nō sine mercede nauicule dominuz dereliquit: dupliciter beneficians ipz: quia primo dedit ei multitudinē piscium: et deinde discipulum ipsum fecit. vnde sequit: Et cum hoc fecis. cōclu. pis. mul. copiosam. Tot autē pisces cepit: vt non posset eos foras educere: sed a socijs auxilium peteret. vnde sequitur: Rūpe. au. rhete eo. et annue. so. q erant i alia naui vt veni. et adiu. eos. Per nutū ipsos vocat: quia ex stupore propter capturam piscium loqui non poterant. et sequitur de eorum auxilio cum dicitur: Et vene. et imple. am. naui. ita vt pene mergerentur. AUGU. De con. euan. Joannes quidez videtur simile miraculum dicere: sed illud longe aliud ē quod factum est post resurrectionez dn̄i ad mare tyberiadis: ibi enim non solum ipsum tempus valde diuersum est: sed etiam res ipsa plurimum distat. nam rhetia illic in dexteram partem missa: centum quinquaginta tres pisces ceperunt: magnos quidem: sed pertinuit ad euangelistam dicere: q2 cum tam magni eēnt rhetia non sunt disrupta. respicientem scilicet ad hoc factum qd̄ lucas cōmemorat: vbi pre multitudine piscium rhetia rumpebantur. AMBRO. Mystice autez nauis petri fz mattheum fluctuat: fm lucam repletur piscibus: vt et principia ecclesie fluctuantis: et posteriora exuberantis agnoscas. Non turbatur ista que petrum habet turbatur illa que iudam habet in vtraqz petrus: sed qui suis meritis firmus est: turbatur alienis. Caueamus igitur proditorem: vt per vnum plurimi fluctuemus. Illic turbatio vbi modica fides: hic securitas vbi perfecta dilectio. deniqz et si alijs imperatur vt laxent rhetia sua soli tamen petro dicitur: Duc in altum: hoc est in profūdū disputationum. Quid est tam altum q̄z scire dei filium? Que sunt autem apostoloruz que laxari iubentur rhetia? nisi verborum complexiones: et quasi quidam orationis sinus et disputationum recessus: qui eos quos ceperint non amittant. Et bene apostolica instrumenta piscandi rhetia sunt: que non captos perimunt sed reseruant: et fluctuantes de infimis ad superna transducunt. Dicit autem: Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. quia non hoc humane facundie opus: sed superne vocationis est munus. Qui autem nihil ante ceperant: magnaz in verbo domini concludunt piscium multitudinem. CIRYL. Hoc autez fuit figura futuri: nō. n. incassum laborabunt euangelice doctrine rhete tendentes: sed greges gentium aggrega-

bant. AVGV. De con. euan. q aut rhetia rumpebantur piscium copia et nauicule impleta sunt: ita ut pene mergerentur: significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in ecclesia ut etiam disruptione pacis per hereses et scismata scinderentur. BEDA. Rumpitur autem rhete: sed non labitur piscis: quia suos dominus inter persequentium scandala seruat. AMB. Alia autem nauis est iudea: ex qua ioannes et iacobus eligunt. Hi igitur de synagoga ad nauim petri: hoc est ad ecclesiam conuenerunt ut implerent ambas nauiculas: omnes enim in nomine iesu genu flectunt: siue iudeus siue grecus. BEDA. Vel alia nauis est ecclesia gentium: que et ipsa una nauicula non sufficiente piscibus impletur electis: Quia nouit dominus qui sunt eius: et apud ipsum certus est suorum numerus electorum: dumque tot in iudea credituros non inuenit quot ad fidem vitamque predestinatos nouit eternam: quasi alterius nauis receptacula piscibus querens suis. Corda quoque gentium fidei gratia replet: et bene rupto rheti socia nauis aduocatur. Quando autem iudas proditor: simon magus: ananias et saphira: et multi discipulorum abierunt retro: ac deinde barnabas et paulus a gentium sunt apostolatu segregati. AMBRO. Possumus tamen et aliam ecclesiam intelligere nauium alterius: ab una enim plures ecclesie deriuantur. CIRYL. Innuit autem socijs ut auxiliarentur eis. Multi enim sequuntur apostolorum labores: et prius illi qui euangeliorum ediderunt scripturas post quos alij presides et populorum pastores: et in veritatis doctrina periti. BEDA. Harum autem impletio nauium in fines seculi crescit: sed q implete merguntur: hoc est in submersione premuntur: non enim sunt submerse sed periclitate. Apostolus exponit dicens: In nouissimis diebus erunt tempora periculosa: et erunt homines se ipsos amantes: et cetera. nam mergi naues est homines in seculo ex quo electi per fidem fuerant morum prauitate relabi.

¶ Quod cum videret simon petrus procidit ad genua iesu dicens: Exi a me domine: quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum: et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem iacobum et ioannem filios zebedei: qui erant socij simonis. Et ait ad simonem iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum. AMBROSI. Admirabatur petrus dona diuina: et quo plus meruerat presumebat magis. vnde dicitur: Quod cum videret simon petrus procidit ad genua iesu dicens. Exi a me domine: quia homo peccator sum. CIRYLUS. Reducens enim ad conscientiam patrata delicta: tremit et trepidat et velut immundus mundum non credat se posse suscipere: acceperat enim a lege distinguendum esse inter maculatum et sanctum. GREGO. nisenus. Cum enim mandasset demergere rhetia: tota copia piscium capta est: quantum ipse maris dominus et terre voluerat. Vox enim verbi semper est vox virtutis: cuius precepto in origine mundi lux et cetere creature prodibant. In his admiratur petrus. vnde sequitur: Stupor enim circundederat eum: et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. similiter autem iacobum et ioannem filios zebedei qui erant socij simonis. AVGV. De con. euan. Andream non nominat: qui tamen intelligitur in ea naui fuisse secundum matthei et marci narrationem. Sed et ait ad simonem iesus: Noli timere. AMBROSI. Dic et tu: Exi a me domine: quia peccator sum. vt respondeat deus. Noli timere. Indulgenti domino peccatum fatere. Vides quam bonus dominus qui tantum tribuit hominibus: vt viuificandi habeant potestatem. vnde sequitur: Ex hoc iam homines eris capiens. BEDA. Hoc ad ipsum petrum specialiter pertinet. exponit enim ei dominus quid hec captura piscium significet: q scilicet ipse sicut nunc per rhetia pisces: sic aliquando per verba sit capturus homines: totusque facti huius ordo quid in ecclesia cuius ipse typum tenet quotidie geratur ostendit. CHRYSOSTOMUS. Considera autem eorum fidem et obedientiam habentes enim opus pre mani

bus appetibilis piscationis cuꝫ audissent mã dantem non distulerunt: sed relictis omnibꝰ sequebantur. Talem enim obedientiam requirit a nobis christus: vt eam non pretermittamus: etiam si aliquid valde necessarium vrgeat. Unde ꝛ sequitur: Et subductis ad terram nauibus relic. om. secu. sunt eum. AVGV. de cõ. euan. Mattheus ꝛ marcus breuiter hoc perstringunt: quemadmodum gestũ sit quod lucas hic apertius explicauit. Hoc tamen videtur distare ꝙ tm̃ petro a domino dictam commemorat: Ex hoc iam homines eris capiens: quod illi ambobus fratribus dictum esse narrauerunt. Sed potuit vtiqꝫ prius hoc petro dici: cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur: quod lucas insinuauit ambobus postea: quod illi duo commemorauerunt. vel intelligendum est hoc primo fuisse factum quod lucas commemorat: nec tunc eos a domino vocatos: sed tantum fuisse predictum petro: ꝙ homines esset capturus: non autem ꝙ nunqꝫ pisces esset capturus: vnde datur locus intelligere eos ad capturam piscium remeasse: vt postea fieret quod mattheus ꝛ marcus narrant: tunc non subductis ad terram nauibus tanqꝫ cura redeundi: sed ita eum secuti sunt: tanqꝫ vocantem aut iubentem. Sed si ẜm ioannem iuxta iordanem secuti sunt eum petrus ꝛ andreas: quomodo ab alijs euangelistis dicitur ꝙ eos in galilea piscantes inuenit: ꝛ ad discipulatuꝫ vocauit: nisi q2 intelligendum est non sic eos vidisse dominum iuxta iordanem: vt ei inseparabiliter cohererent: sed tm̃ cognouisse qs esset: eumqꝫ miratos ad propria remeasse.

AMBRO. Mystice autem quos petrus in verbo capit: in verbo credidit: negat suam predaꝫ: negat suum munus: Exi inquit a me domine. Noli timere ꝛ tu que tua sunt domino deferre: quia que sua nobis ille concessit.

AVGV. De que. euan. Uel aliter ex persona ecclesie carnalibus hominibus plene petrus dicit: Exi a me quia homo peccator suꝫ. tanqꝫ ecclesia turbis carnalium impleta ꝛ eorum moribus pene submersa: regnum spiritalium in quibus maxime persona christi eminet: a se quodammõ repellit. Non enim hoc voce lingue dicunt homines bonis ministris dei vt eos a se repellant: sed voce morum ꝛ actuuꝫ suadent a se recedi: ne per bonos mergantur: ꝛ eo vehementius quo deferũt eis honorem vt honorificentiam eorum significauerit petrus cadẽs ad pedes domini: morea autem in eo ꝙ dixit: Exi a me. BEDA. Confortat autem dominus timorem carnaliuꝫ: ne quis vel de sua conscientia culpe tremens: vel de aliorum innocentia stupens sanctitatis iter formidet aggredi. AVGV. De que. euã. Dominus autem dum non recessit ab eis significat in bonis ꝛ spiritualibus viris nõ eẽ oportere hanc voluntatem: vt peccatis turbarum commoti: quo quasi securius tranquilliusqꝫ viuant: munus ecclesiasticum deserant. ꝙ autem subductis ad terram nauibus: relictis omnibus secuti sunt eum: potest significare finem temporis quo ad huius mundi salo: q christo inheserunt penitꝰ recessuri sunt.

ℭ Dominica. vi. Mathei. v. cap.



Nisi abundauerit iusticia vestra plusqꝫ scribarum ꝛ phariseorum: non intrabitis in regnum celoruꝫ. Audistis quia dictum ẽ antiquis non occides: qui auteꝫ occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis.

HILA. Pulcherrimo igressu opus legis cepit excedere aditum in celum: apostolus nisi iusticiam phariseorum anteissent: denuncians non futurum. CHRY. super matth. Iusticiam auteꝫ h̃ dicit vniuersalem virtutẽ: intende autem gratie additamentum. Discipulos. n. suos adhuc videns: magistris qui i veteri testamento erãt vult esse meliores. scribas autem ac phariseos non dixit iniquos: q2 non dixisset eos habere iusticiam. vide etiam qm̃ hic vetus testamentum confirmat: comparationem faciens eius ad nouum: plus enim ꝛ minus eiusdem generis est: scribarum aũt ꝛ phariseorum iusticie sunt mandata moysi.

super impletiones autem illorum mandatorum sunt mandata christi. Hoc est quod dicit: Nisi si quis legis mandata ⁊ hec mea precepta que ante illos minima extimabantur impleuerit: non intrat in regnum celorum: quoniam illa de pena liberant: que. s. transgressoribus legis debetur: non autem in regnum inducunt: hec autem ⁊ de pena liberant: ⁊ regnum inducunt. Cum autem sit idem soluere minima mandata ⁊ non custodire: quare supra de soluente dicit ꝙ minimus vocabitur in regno dei. hic autem de non conseruante: non introibit in regnum celorum. Sed vide quia minimum esse in regno: idem est ⁊ non intrare in regnum. Esse autem aliquem in regno non est regnare cum christo: sed esse tantum in populo christi: tanquam si dicat de soluente ꝙ inter christianos quidem erit: tamen minimus christianus. Qui autem intrat in regnum: fit particeps regni cum christo. Consequenter ⁊ iste qui non intrat in regnum celorum: gloriam quidem non habebit cum christo: erit tamen in regno celorum. i. in numero eorum super quos christus celorum rex regnat. AVGV. xix. de ciui. dei. Vel aliter: Nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum ⁊ phariseorum. i. super eos qui soluunt quod docent: quia de his alibi dictum est: Dicunt enim ⁊ non faciunt ac si dicat: Nisi ita abundauerit iusticia vestra vt vos non soluatis: sed faciatis potius quod dicatis non intrabitis in regnum celorum. Alio ergo modo intelligendum est regnum celorum: vbi ambo sunt: ⁊ ille. s. qui soluit quod docet: ⁊ ille qui facit: sed ille minimus: ille magnus: quod quidem regnum celorum est ecclesia presens. Alio autem modo regnum celorum dicitur: quo non intrat nisi ille qui facit: ⁊ hoc est ecclesia: qualis in futuro erit. AVGV. contra faustum: Hoc autem nomen: regnum celorum quod tam crebro nominat dominus: nescio vtrum in libris veteris testamenti quisquam inueniat: proprie. n. pertinet ad reuelationem noui testamenti: quod ori eius erat noiandum seruabatur quem regem ad regendum seruos suos vetus testamentum prefigurabat. Hic ergo finis quo precepta referenda sunt: occultus erat in veteri testamento: quamuis secundum eum etiam tunc viuerent sancti: qui futuram reuelationem videbant. GLO. Nisi abundauerit. referendum est ad intellectum phariseorum ⁊ scribarum: non ad continentiam veteris testamenti. AVGV. contra faustum: Pene enim omnia que monuit vel precepit dominus: nisi adiungebat: Ego autem dico vobis inueniuntur in illis veteribus libris: sed quia non intelligebant homicidium nisi peremptionem corporis humani: aperuit dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. vnde subdit: Audistis quia dictum est antiquis: non occides. CHRY. super math. Volens christus ostendere quia ipse deus qui aliquando locutus est in lege: ⁊ qui nunc mandat in gratia: illud mandatum quod ponitur in lege ante omnia. s. prohibitiua que sunt contra proximum: ⁊ nunc ponit in principio mandatorum suorum. AVGV. primo de ciui. dei. Non autem quod audiuimus: Non occides: virgultum vellere nefas ducimus: secundum manicheorum errorem: nec de irrationabilibus animalibus dictum intelligimus: quia iustissima ordinatione creatoris vita ⁊ mors eorum nostris vsibus subditur. vnde restat ꝙ de homine intelligamus: quod dictum est: Non occidens. non alterum: ergo nec te. neque enim qui se occidit: aliud quam hominem occidit. nequaquam autem contra hoc preceptum fecerunt qui auctore deo bella gesserunt ac personam gerentes publice potestatis iustissime rationis: imperio sceleratos morte punierunt. ⁊ abraam non solum non est culpatus crudelitatis crimine: verum etiam laudatus est nomine pietatis ꝙ voluit filium obedienter occidere. hi ergo excipiuntur quos deus occidi iubet: siue lege data: siue ad personam pro tempore expressa iussione: non autem ipse occidit: qui ministerium dat iubenti. sicut adminiculum gladius vtenti. nec Sampson aliter excusatur ꝙ seipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi ꝙ latenter spiritus hoc iusserat: qui per illum miracula faciebat. CHRY. in ho. Per hoc autem ꝙ dicit: Dictum est antiquis. ostendit multum tempus esse: ex quo mandatum hoc acceperunt. Hoc ergo dicit: vt prouocet tardos auditores ad altiora precepta sicut si magister puerum pigritantem ad excellentiorem doctrinam prouocans dicat: Multum tempus consumpsisti in syllabicando. ⁊ ideo subdit: Ego autem dico vobis quoniam omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. In quo considera legislatoris potestatem: nullus enim antiquorum ita locutus est: sed sic: Hec dicit dominus. quia illi vt serui ea que sunt domini annunciabant: hic autem vt filius ea que sunt patris: que etiam sua sunt: ⁊ illi conseruis predicabant: Hic autem suis seruis legem ponebat.

AVG. ix. de ciui. dei: Due quidē sunt sententie philosophorum de animi passionibus: stoicis vero non placet huiusmodi passiones cadere in sapientez. peripatetici vero has passiones in sapientem cadere dicunt: sed moderatas rationiqꝫ subiectas: sicut cum ita prebetur misericordia vt iusticia cōseruetur. In disciplina autē christiana non taz queritur vtrū pius animus irascatur aut tristetur: sz vnde. CHRY. super matth. Qui enim sine causa irascitur reus erit: qui vero cum causa non erit reus. nam si ira non fuerit nec doctrina proficit nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Itaqꝫ qui cū causa non irascitur: peccat. patientia enim irrationabilis vitia seminat: negligentiam nutrit: et non solum malos sed etiam bonos inuitat ad malum. HIERO. In quibusdam ergo codicibus additur. Sine causa. ceterum in veris definita sententia est: et ira penitus tollitur. Si enim iubemur orare pro persequentibus: omnis ire occasio tollitur. irascendum ergo non est sine causa: quia ira viri iusticiam dei non operatur. CHRY. super matth. Sed tamen iracundia que cum causa est: non est iracundia: sed iudicium. iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis: qui autez cū causa irascitur: ira illius non est ex passione: ideo iudicare dicitur non irasci. AVG. in li. retracta. Illud etiam dicimus intuendum quid sit irasci fratri suo: quoniam non fratri irascitur qui peccato fratris irascitur. Qui ergo fratri non peccato irascitur sine causa irascitur. AVG. xiiij. de ciui. dei: Irasci autez fratri vt corrigatur nullus sane mentis reprehendit: huiusmodi enim motus de amore boni et de sancta charitate venientes: vitia dicenda non sunt: cum rectam rationem sequantur. CHRY. super matth. Puto autem non de iracundia carnis loquitur christus: sed de iracundia anime: caro enim non potest obedire vt non conturbetur. Quando ergo homo irascitur: et non vult facere quod ira compellit: caro eius irata est: animus autem eius non est iratus. AVG. Sic ergo in hoc primo est vnum idest ira sola. in secundo autem sunt duo scilicet ira: et vox que iraz signat. vnde sequitur: Qui autem dixe. fra. suo ra. reus erit conci. Nonnulli de greco trahere voluerunt interpretationem huius vocis: putantes pannosum dici racha: quoniam grece dicitur pannus rachos. Probabilius autem non est esse vocem significantez aliquid: sed indignantis animi motum exprimentem. Has autem voces grammatici interiectiones vocant: velut cum dicitur a dolente heu. CHRY. in ho. Vel racha est verbum contemptus et paruipensiōis. Sicut enim nos vel famulis vel iunioribus iniungentes dicimus: Vade tu: dic illi tu: ita et qui syrorum vtuntur lingua racha dicunt pro tu. Dominus enim et que paruissima sunt euellet: et cuz honore nobis inuicem vti iubet. HIERO. Vel racha hebreum verbum est: et dicitur inanis aut vacuus: quem nos possumus vulgata iniuria absqꝫ cerebro nūcupare. Signanter autez addidit: Qui dixerit fratri suo. Frater enī noster nullus ē: nisi qui eundez nobiscū habet patrem. CHRY. super matth. Indignum autem dicere hominem vacuum qui habet in se spiritumsanctum. AVG. In tertio autem significantur tria: ira: et vox que irā significat: et in voce vituperationis expressio. vnde dicitur: Qui autē dixe. fa. re. erit gehen. ignis. AVG. Gradus itaqꝫ sunt in istis peccatis primo vt quisquis irascatur: et motum retineat corde receptum. Iam si extorsit vocem non significantem aliquid: sed animi motum ipsa eruptione testantem plus est q̄z si ira surgens silentio premeretur. Sed adhuc plus ē si etiam verbum proferatur: quod iam certaz vituperationem designat. CHRY. super matth. Sicut autem nemo est vacuus qui habet spiritumsanctuz: ita nemo est vacuus qui christum cognoscit. sed si racha idem est quod vacuus: quantum ad sensum verbi vnuz est dicere fatue et racha: sed differunt quantū ad dicentis propositum. racha. n. verbuz vulgare erat apud iudeos: qd non ex ira neqꝫ odio sed ex aliquo motu vano dicebant: magis fiducie causa q̄z iracundie: sed iracundie causa non dicitur quare peccatum est: quia contentionis. causa dicitur: non edificationis. si .n. nec bonum verbum dicere debemus nisi pro edificatione: quātomagis illud quod in se naturaliter malum est. AVG. Vide etiā nūc tres reatus: iudicij: concilij: et gehēne ignis: in quibus quosdam gradus factos admonet a leuioribus ad grauiora. nā in iudicio adhuc defensionis locus datur. ad concilium autem

pertinere videtur sententie prolatio: quando inter se iudices conferunt quo supplicio damnari oporteat. in gehenna vero ignis certa ē damnatio: ⁊ pena damnati. vnde patet quantum intersit inter iusticiam phariseorū ⁊ christi. ibi. n. occidentem reū facit iudicio: hic autem ira facit reum iudicio: quod horum triū est leuissimum. RABA. Gehennam hic saluator inferni cruciatum nominat: quā nomen traxisse putant a valle idolis consecrata: que est iuxta hierusalem repleta olim cadaueribus: quam ⁊ iosiaʒ contaminasse in libro regum legimus. CHRY. in ho. Hic autē primum gehenne nomen posuit: postq̄ꝫ in regno celorum supradixerat: ostendens ꝙ illud dare est ex suo amore: hoc autem ex nostra desidia. Multis autem hoc graue videtur: si ꝓ solo verbo tantam patiemur penam: propter quod quidam dicunt hoc hyperbolice dictum esse. Sed timeo ne verbis hic nosmetipsos decipientes: illic opere vltimum patiamur supplicium. Non ergo estimes hoc esse onerosuʒ: plures enim penarum ⁊ peccatorū a verbis habent principium. etenim parua verba multotiens homicidium pepererunt: ⁊ ciuitates integras euerterunt. Nec enim paruū estimes: fratrem stultum vocare: auferens ei prudentiam ⁊ intellectum quo homines sumus ⁊ ab irrationabilibus distamus. CHRY. super mattheū: Vel reus erit concilio. i. vt sit vnus ex concilio eorum qui aduersus christum fuerint: sicut apostoli in suis canonibus interpretantur. HILA. Vel qui spiritusancto plenum conuitio vacuitatis insinuat: fit reus cōcilio sanctorum: contumeliā spiritussancti sanctorum iudicium animaduersione luiturus. AVG. Quisquis autem dixerit: quo grauiori supplicio puniatur homicidium: si gehēna ignis punitur conuitium: cogit intelligi eē differentiam gehennarum. CHRY. i ho. Vel iudicium ⁊ concilium sunt pene in presenti: gehenna autem pena futura. Ideo autē ire iudicium apposuit: vt ostendat ꝙ non est possibile hominem totaliter esse sine passionibus: sed refrenare eas possibile est: ⁊ propterea determinatam penam non apposuit ne videretur totaliter iram prohibere. Concilium autem posuit nunc pro iudicio iudeorū: ne videatur semper noua inducere. AVG. In istis autem tribus sententijs subauditio verborum intuenda est. habet enim prima sententia omnia verba necessaria: vt nihil subaudiatur. Qui irascitur inquit fratri: sine causa sm quosdam. In secunda vero cum ait: Qui autem dixerit fratri suo racha. subauditur sine causa: nam in tertia vt ait: Qui autem dixerit fatue: duo subaudiuntur: fratri suo ⁊ sine causa. ⁊ hoc est vnde defenditur ꝙ apostolus galathas vocat stultos: quos etiaʒ fratres nominat. non enim id facit sine causa.

¶ Si ergo offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniens offeres munus tuum.

AVG. Si irasci non est fas fratri: aut dicere racha: aut fatue: multominus in animo tenere aliquid vt in odiuʒ indignatio conuertatur. ⁊ ideo subdit: Si ergo of. mun⁹ tu. ad alta. ⁊ ibi recor. fue. quia fra. tu. ha. aliquid aduersuʒ te. HIERO. Non dixit: Si tu habes aliquid aduersus fratrem tuuʒ: sed si frater tuus habet aliquid aduersum te: vt durior tibi reconciliationis imponatur necessitas. AVG. Tunc enī ipse habet aduersus nos si nos eum in aliquo lesimus. naʒ nos aduersus illum habemus: si ille nos leserit: vbi nō est opus pergere ad reconciliationem. nō enim veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam: sed tantum dimittas: sicut tibi a domino dimitti cupis: qd ipse cōmiseris. CHRY. super mattheum: Si autē ille te leserit: ⁊ prius rogaueris: magnam habebis mercedem. CHRY. in ho. Sed si aliquis ꝓpter amorem proximi ei reconciliari non curat: ad hoc eum inducit: vt saltem eius opus non remaneat imperfectuʒ ⁊ precipue in loco sacro. vnde subdit: Relinque ibi munus tuum ante altare: ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. CHRY. sup matth. Ecce a discordantib⁹ accipe nō vult sacrificiū. Hic ergo ꝑpēdite q̄ntū sit malū discordie: ꝓp qd ⁊ illd abijcit: ꝑ qd culpa relaxat. Vide aūt misericordiā dei: quō hoīuʒ vtilitates āpli⁹ aspicit q̄ꝫ suos honores plus. n. diligit cōcordiā fideliuʒ q̄ꝫ munera.

q̃zdiu enim fideles homines aliquam dissẽsionem habuerit: munus eorũ non suscipitur: oratio enim nõ exauditur. Nemo enim inter duos inimicos potest eẽ fidelis amicus ambo/rum: ideo ⁊ deus nõ vult eẽ amicus fidelium q̃zdiu iter se fuerint inimici. Et nos ergo fidem deo nõ seruamus si inimicos eius diligimus: ⁊ amicos eius odimus. Qualis at͞ precessit offensio: talis debet sequi reconciliatio si cogitatu offendisti: cogitatu recõciliare. si verbis offendisti: verbis reconciliare. si operib⁹ offendisti: operibus reconciliare: Omne enĩ peccatum quomodo cõmittitur: eo mõ de ipso penitẽtia agitur. HILA. Reconciliata autẽ humana pace reuerti ĩ diuina iubet: ĩ dei charitatem de charitate hoĩum trãsituros. Et iõ sequitur: Et tunc veniẽs offeres munus tuum. AVGV. Si autem qd̃ hic dicitur accipiatur ad litteram: fortassis aliqs credit ita fieri oportere si frater sit p̃ns nõ enim diuti⁹ differri potest cum munus tuũ relinquere ante altare iubearis. Si vero de absente: ⁊ quod fieri potest etiam trans mare cõstituto aliqd tale veniat in mentem: absurdum est credere añ altare munus relinquẽdum quod post terras ⁊ maria pererrata offeras deo. ⁊ ideo ꝓrsus ĩtro ad spiritualia refugere cogimur: vt qd̃ dictum est: sine absurditate possit intelligi. Altare itaq̃ spiritaliter fidem accipere possum⁹. munus enim quod offerimus deo siue doctrina siue oratio: vel qcqd aliud deo acceptũ esse non potest: nisi fide fulciat͞. Si ergo fratrem in aliquo lesimus: pergendum est ad reconciliationem: non pedibus corporis: sed motib⁹ animi: vbi te humili affectu ꝓsternas fratri in conspectu eius: cuius munus es oblaturus. Ita enim ⁊ si p̃ns sit: poterit eum non simulato animo lenire veniam postulando: atq̃ inde veniens. i. intentionẽ reuocans: ad id qd̃ agere ceperat offeras munus tuum.

¶ Dominica septimã. Marci. viij. capi.



Um turba multa esset cũ iesu nec hẽrent quod mãducarent: conuocatis discipulis ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: nec habent quod manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit: quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et precepit turbe discumbere super terram. Et accipiens vij. panes gratias agẽs fregit: ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent ⁊ apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos ⁊ ipsos benedixit: ⁊ iussit apponi. Et manducauerunt ⁊ saturati sũt. Et sustulerũt quod super erat de fragmentis. vij. sportas. Erant autem qui manducauerant quasi quatuor milia: ⁊ dimisit eos.

THEO. Postq̃ dñs superius miraculũ de multiplicatione panũ perpetrasset: nũc iterum occasiõe hita cõgruẽti adducit sile miraculum operari. vñ dicit͞: Cũ tur. mul. es. cum Jesu: nec hẽrẽt qd̃ mã. cõ. disc. ait illis: Mise. su. tur. qm̃ ecce iam tri. sust. me. nec ha. qd̃ mã. Nõ eni semꝑ circa alimẽta miracula faciebat: ne ꝑpter cibũ ipm sequerent͞. Et nunc igit͞ hoc miraculũ ñ fecisset nisi quia videbat turbis periculũ imminere. vñ seqtur: Et si dimi. eos ie. ĩ do. su. defi. ĩ via. Quidã eni ex eis de lon. ve. BEDA: Quare triduo sustinẽt de longe venientes: matheus pleni⁹ dicit sic: Et ascẽdẽs ĩ mõtẽ sedebat: ⁊ accesserũt ad eum turbe multe: habentes multos infirmos ⁊ proiecerũt eos ad pedes ei⁹: ⁊ curauit eos.

THEOPHILVS. Discipuli adhuc non intelligebant nec virtuti eius propter ꝑora miracula credebant. vnde sequitur: Et responderunt ei discipuli sui. vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine. Ipse autem dominus non eos vituperat: ex h͞ instruens nos ꝙ non debemus ignorantibus ⁊ non intelligentibus grauiter irasci: sed eorum ignorantie compati. Unde sequitur: Et inter eos: Quot panes habetis. Qui dixerũt. vij. REMI. super mattheum: Non

ideo iterrogauit quia ignoraret quot haberẽt:
sed vt dum illi respondent. vij. quo paucio/
res essent: eo magis miraculum diffamaret:
& notius fieret. Sequitur: Et prece. tur. disc.
super terram. In superiori refectione supra
fenum discubuisse dicuntur: hic vero super
terram. Sequitur: Et acci. vij. pa. gra. agẽs
fre. In eo q gratias egit: nobis reliquit exẽ/
pluz: vt de omnibus donis nobis celitus col
latis illi gratias referamus. Et notanduz q
dominus panes non dedit turbe: sed discipu
lis. discipuli autem dederunt turbis. Sequi/
tur. n. Et da. dis. su. vt appo. & appo. turbe.
Non solum panes: sed & pisciculos benedi/
cens iussit apponi. Sequitur enim: Et ha.
pisc. pan. & ipsos bñdixit: & iussit ap. Et man
du. & sat. sunt. BEDA. In hac ergo lectio/
ne consideranda est in vno eodẽq redempto
re nostro distincta operatio diuinitatis & hu/
manitatis: atq eutiche tis error qui vnam tm̃ i
christo operationem dogmatizare presumit, p
cul a christianis finibus expellendus. Quis
.n. non videat h q super turbam misereř do
minus: affectum esse & compassionem huma
ne fragilitatis. Q autem septem panibus &
pisciculis paucis quatuor milia hominum sa/
tiauit: diuine opus ẽ virtutis. Sequitur: Et
su. quod supere. de fra. vij. spor. THEO.
Turbe comedentes & saturate non secum tol
lunt panum reliquias: sed ipsas discipuli su/
stulerunt: sicut & superius cophinos. In quo
sm historiam discimus: qm̃ oportet nos his
que sufficiunt esse contentos: & non querere
vltra. Deinde numerus manducantium de/
scribitur cum dicitur: Erant autem qui ma.
quasi quatuor milia: & dimi. eos. Vbi consi/
derandum est: q christus neminem ieiunum
dimittit: omnes. n. vult sua gratia enutriri.
BEDA. Hoc vero typice inter hanc refe/
ctionem: & illam quinq panum ac duoruz pi
scium distat: q ibi littera veteris testamẽti spi
ritali gratia plena significata est: h autem ve/
ritas & gratia noui testamenti fidelibus mini
stranda mõstrata est. Turba autem triduo do
minum sustinet: propter sanationem infirmo
rum: vt mathe[9] narrat: cum electi in fide san
cte trinitatis pro peccatis perseueranti instan
tia supplicant. Vel quia ad dominum se ope
re locutione atq cogitatione conuertunt.
THEO. Vel per eos qui per triduum ex
pectans: significat baptizatos. Baptismus
.n. illuminatio dicitur: & trina submersione p
ficitur. GREGO. primo mora. Nõ vult
autem eos ieiunos dimittere ne deficiant in
via. oz. n. q in predicatione verbum consola
tionis accipiant ne a veritatis pabulo ieiuni
remanentes in huius vite labore succumbãt.
AMBRO. super lucam: Bonus quidez
dominus studia exigit: vires ministrat: non
vult ieiunos dimittere ne deficiant in via: h ẽ
vel in isti[9] cursu vite: vel anteq ad caput vie
perueniant. s. ad patrem & intelligant q ex pa
tre christus est: ne forte cum acceperint q na
tus ex virgine est: incipiant non dei virtutẽ:
sed hominis estimare. Diuidit ergo escas do
minus iesus: & ille quidem vult dare omni/
bus: negat nemini: dispensator est omnium.
sed cum ille panes frangat & det discipulis:
si tu manus tuas non extendas vt accipias ti
bi escas: deficies in via: nec poteris in eum
culpam referre qui miseretur & diuidit. BE/
DA: Qui vo post carnis flagitia: post fur/
ta: violentias: & homicidia ad pniaz redeunt:
ad dñm d longinquo veniũt. Quãto. n. qsq
plus in prauo ope errauit: tãto ab oipotente
deo longius recessit. & credẽtes de gẽtib[9] de
longe venerũt ad xpm: iudei vo de ppc: qui
legis & pphetaruz erãt litteris edocti ex illo.
Supra aũt i refectiõe qnq panũ turbe sup fe
nũ viride discũbebãt: h aũt sup terra: q p scri
pturã legis desideria carnis cõprimere iube/
mur. In nouo aũt testamẽto ipsam quoq ter
rã ac facultates tpales relinquere pcipimur.
THEO. Septẽ aũt panes sunt spirituales
sermones. nã septenari[9] numer[9] spũssancti[9] si
gnificatiu[9] ẽ: q pficit oĩa. in septenario eniz
numero diez nr̃a vita pficitur. HIERO.
Vel septem panes dona sunt spũssancti. fra/
gmenta panũ mystici itellect[9] sunt huius se/
ptimane. BEDA: Q. n. dñs panes fre/
git: aptionẽ significat sacramẽtoz. q gratias
egit: oñdit quantũ de salute humani generis
cõgaudeat. q panes discipulis dedit vt turbe
apponerent: significat q spiritalis dona scie
tribuit apostolis: & p eoz ministeriũ voluit ec
clesie sue vite cibaria distribui. HIERO.
Pisciculi benedicti libri sunt noui testamen/
ti: quoniam piscis assi partez dominus resur
gens postulat. vel in pisciculis sanctos accipi
mus: quorum scriptura noui testamenti fidez

vitam ⁊ passiones sustinet: qui turbulentis hu ius seculi fluctibus erepti: refectionem nobis internam exemplo suo prebuerunt. BEDA. Qd' autē turbis saturatis super erat: apostoli tollunt: quia altiora perfectionis precepta que turba nequit attingere: ad illos pertinent qui generalem populi dei conuersationem transcendunt: ⁊ tamen turba saturata eē memoratur: quia ⁊si sua relinquere nequeant neqꝫ explere quod de virginibus dicitur: tamen audiendo mandata legis dei: ad vitam perueniunt eternam. HIERO. Septem autem sporte. vij. ecclesie. Quatuor milia: annus est noui testamenti: cum quatuor temporibus. Bene etiam quatuor milia sunt: vt in ipso numero docerent euangelicis se pastos esse cibarijs. THEO. Vel quatuor milia sunt. i. quatuor virtutibus perfecti: ⁊ propter hoc veluti fortiores plura comedentes: pauciora reliquerunt. In isto. n. miraculo. vij. sporte remanēt: i miraculo aūt qnqꝫ panū. xij. cophini: q2 qnqꝫ milia erāt. i. qnqꝫ sensib⁹ fuētes. ⁊ pp̄ h̄ nō potuerūt comedere: sꝫ paucis 2tēti multe sup̄abūdabāt reliq̄e fragmentoꝝ.

ℭ Dominica. viij. Mathei. vij. ca.



Ttendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Nō pōt arbor bōa fruct⁹ malos facere: neqꝫ arbor mala fruct⁹ bonos facere. Ois arbor que nō facit fructuꝫ bonū excidetur ⁊ i ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

CHRY. super matth. Supra mandauerat apostolis dominus: ne elemosynas: orationes ⁊ ieiunia coraꝫ hominibus sicut hypocrite faciant: ⁊ ideo ad cognoscendum q2 hec omnia in hypocrisi fieri possunt loquitur dicens: Attēdite a falsis prophetis. AVG. de ser. do. Vel aliter: Cum dixisset domin⁹ paucos esse qui inueniunt angustam portam ⁊ artam viam: ne heretici qui plerunqꝫ se sub nomine paucitatis commendāt: se nobis supponant: statim subijcit dicens: Attēdite a falsis prophetis. CHRY. in ho. Vel aliter. Quia dictuꝫ ē q2 angusta est porta: sed ⁊ multi sunt qui peruertunt eam que illuc fert viaꝫ: ideoqꝫ induxit: Attendite a falsis prophetis. In quo vt maiorem sollicitudinem habeant: meminit eorum que in patribus eorum facta sunt: falsos prophetas vocans: etenim tunc talia contigerunt. CHRY. super matheum: Quod autem scriptum est infra: Quia lex ⁊ prophete vsqꝫ ad ioannem. dicitur quia prophetia de christo non erat futura post eū. Prophete autem ⁊ fuerunt ⁊ sunt: sed non qui prophetarent de christo: sed qui interpretarentur ea que de christo ab antiquis fuerant prophetata. i. doctores ecclesiarum. nec enim potest quis propheticos interpretari sensus: nisi p̄ spiritū prophetie. Sciens ergo dn̄s futuros esse falsos doctores heresum diuersaꝝ admōet dicēs: Attēdite a falsis ꝓphetis. Qr enim non erant futuri manifesti gentiles: sed absconditi sub noie christiano nō dixit: Aspicite: sed attendite. vbi enim res certa est: aspicitur. i. simpliciter videtur. vbi autem incerta: attenditur. i. caute consideratur. Item dicit: Attendite. q2 firma tutela salutis est scire quem fugias. Non autem sic admonet Attendite. quasi inuito deo diabolus hereses introducat: sed eo permittente. quia enim non sine iudicio vult seruos suos habere: ideo misit tentationeꝫ. quia vero non vult eos p̄ ignorantiaꝫ perire: ideo premonet. Ne autem aliquid hereticus doctor dicat: quia nō dixit vos falsos prophetas: sed gentilium ⁊ iudeorum doctores; ideo addidit: Qui ve. ad vos in vesti. ouium. Oues enim christiani dicuntur. vestimentum aut ouile est species christianitatis ⁊ simulate religionis. nulla auteꝫ res sic exterminat bonum sicut simulatio. Nam malum sub specie boni celatuꝫ: dum non cognoscitur non cauetur. Et ne adhuc dicat hereticus: quia de veris doctoribus loquitur: qui tamen peccatores sunt: ideo addit: Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Catholici auteꝫ doctores ⁊si fuerint peccatores: serui quidem

carnis dicuntur: non tamen lupi rapaces: quia non habent propositum perdere christianos. Manifeste ergo de hereticis doctoribus dicitur: qui eo proposito speciem christianorum suscipiunt: ut christianos iniquo seductionis morsu dilaniant: de quibus dixit apostolus: Scio quod post discessum meum intrabunt in vos lupi graues: non parcentes gregi. CHRY. in ho. Sed tamen videtur falsos prophetas hic non hereticos insinuare: sed eos quidem qui vite sunt corrupte: sed facie quidem virtutis induuntur: quia induxit: A fructibus eorum cognoscetis eos. Apud hereticos enim est multotiens ⁊ vitam inueniri: apud hos autem quos dixi nequaquam. AVGV. de ser. do. Unde rectissime queritur: quos fructus nos attendere voluerit. multi. n. quedam in fructibus deputant: que ad vestitum ouium pertinent: ⁊ hoc modo de lupis decipiuntur: secuti enim sunt vel ieiunia: vel elemosynas: vel orationes que pretendunt hominibus: placere cupientes eis: quibus ista difficilia videntur. Hi ergo non sunt fructus de quibus cognosci istos monet. Ista enim quando cum bono animo fiunt: sunt proprie ouibus vestes: cum autem malo in errore non aliud quam lupos tegunt. sed non ideo debent oues odisse vestimentum suum quia plerunque illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus cognoscamus arborem malam dicit apostolus: Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio: immundicie. Qui vero sunt fructus quibus cognoscamus arborem bonam: idem apostolus ostendit dicens: Fructus autem spiritus sunt charitas: gaudium: pax. CHRY. super matth. Fructus etiam eius ouis est confessio eius fidei. qui enim secundum deum vocem humilitatis ⁊ vere confessionis emittit: ouis est. qui autem contra veritatem blasphemus vlulat contra deum: lupus est. HIERO. Et sic ergo potest de ouibus intelligi quod hic de falsis prophetis dicitur: qui aliud habitu ac sermone promittunt: aliud opere demonstrant: specialiter de hereticis intelligendum videtur: qui videntur continentia ac ieiunio quasi quadam pietatis veste se circundare: intrinsecus autem habentes animum venenatum: simpliciorum fratrum corda decipiunt. AVGV. de ser. do. in monte: Sed ex operibus conijci potest utrum exteriorem cultum ambitione aliqua faciant. Cum enim ceperint aliquibus tentationibus ca ip-

sa vel subtrahi vel negari que isto velamine vel consecuti sunt: vel consequi cupierunt: tunc necesse est vt appareat vtrum lupus in ouina pelle sit: an ouis in sua. GREGO. xxxi. mora. Hypocrita etiam sancte ecclesie pace premitur: iccirco ante oculos nostros religionis vestitur. Siqua vero fidei tentatio erumpat statim lupi mens rabida habitu se ouine pellis expoliat: quantumque contra bonos seuiat: persequens demonstrat. CHRY. in ho. Facile etiam hypocrite capiuntur: via. n. quam iussi sunt ambulare laboriosa est hypocrita autem laborare non vtique eliget. Deinde vt non dicas: quoniam impossibile est cognoscere tales: rursum rationem ab humano exemplo ponit dicens: Nunquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus: CHRY. super matth. Una in se mysterium christi habet. sicut enim botrus multa in se grana ligno mediante suspendit: sic ⁊ christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Ficus autem est ecclesia: que multos fideles tenet dulci quodam charitatis amplexu: sicut ficus multa grana vno tegmine tenet inclusa. Sunt ergo ficus signa: hec charitatis quidem in dulcedine: vnitatis autem in coniunctione granorum. In vua autem patientie quidem signum est: quia in torcular mittitur. gaudij autem: quia vinum letificat cor hominis. syncerritatis: quia non est aqua permixtum. suauitatis autem in delectatione. Spine autem ⁊ tribuli sunt heretici. sicut ergo spina vel tribulus ex quacunque parte habet aculeos: sic ⁊ seruos diaboli ex quacunque parte consideraueris: iniquitatis pleni sunt. Non possunt ergo huiusmodi spine ⁊ tribuli ecclesiasticos fructus proferre. Quod autem particulariter sub similitudine ficus ⁊ vitis spine ⁊ tribuli dixerat: ostendit consequenter vniuersaliter esse verum cum dicit: Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. AVG. de ser. do. In hoc autem loco illorum error cauendus est qui de duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarum vna sit dei: altera vero non. Non autem eos adiuuare duas istas arbores dicendum est: quia de hominibus eum dicere planum est: si quis precedentia ⁊ consequentia legerit. AVG. xij. de ciui. dei: Nonnullis autem predictis ipse nature displicent: non eas considerantibus secundum vtilitatem suam. non autem ex commodo vel incommodo nostro: sed per seipsam considerata natura dat artifici suo gloriam. Nature igitur omnes quoniam sunt: ⁊ ideo habent modum suum: speciem suam: ⁊ quandam secum pacem suam profecto bone sunt.

CHRY. in ho. Ut autē nullus dicat quoniam mala arbor fert quidē fructus malos: fert autem ⁊ bonos: ⁊ sic difficilis fit cognitio duplici prolatiōe existēte: ideo subiungit: Nō potest arbor bona fructus malos facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. AVGV. de ser. do. Ex hoc verbo putāt manichei neq; aiam malam fieri posse: ut in melius cōmutetur: neq; bonā i deterius: quasi dictū sit: Nō potest arbor bōa mala fieri: neq; mala fieri bona. sed ita dictum est: Nō pōt arbor bona fructus malos facere: nec econuerso. Arbor quippe est ipsa aia .i. ipse homo: fructus vero opera hominis. Nō ergo pōt malus homo bona operari: neq; bonus mala. Ergo si vult malus bona operari: prius bonus fiat. Quādiu aūt quisq; malus est non potest facere fructus bonos. Sicut enim pōt fieri ut quod fuit nix: nō sit: nō autem ut nix sit calida: sic potest fieri ut qui malus fuit: nō sit malus: si tamē fieri potest: ut malus bñ faciat: quia ⁊ si aliquando utilis est: non hoc ipse facit: sed fit de illo diuina ꝓuidentia ꝓcurāte. RABA. Homo aūt ipse arbor bona vel mala dicitur ꝓpter voluntatē bonā vel malā. Fructus autem sunt opera que nec bona male voluntatis esse possunt: nec mala bone voluntatis. AVGV. contra Julia. Sicut aūt manifestum est ex voluntate mala tanq; ex arbore mala fructus eius fieri omnia opa mala: sic ipsam voluntatem malam. unde dices esse exortā nisi quia volūtas mala āgeli ex angelo: ex homine hois orta est. Quid aūt erāt hec duo anteq; in eis ista mala orirentur: nisi bonum opus dei ⁊ bona atq; laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum: nec fuit omnino vñ oriri possit: nec ex bono ipsaȝ dico voluntatem malam: qm̄ nullum malū precessit: nō opera mala: que nō sunt nisi ex volūtate mala tanq; ex arbore mala: nec iō tāq; ex bono potuit oriri volūtas mala: qꝛ bonū fcūȝ est a bono deo: sed qꝛ d̄ nihilo factū ē de deo. HIERO. Querebamus autem ab hereticis qui duas in se ꝯtrarias dicūt esse naturas: si iuxta itelligentiā eoꝝ arbor bona malos fructus facere nō potest: quomodo moyses arbor bona peccauerit ad aquā cōtradictiōis: petrus quoq; in passione dñȝ negauerit dicēs: Nescio hoiēȝ? Aut qua ꝯñtia socer moysi arbor mala qui i deū israel non credebat: dedit consilium bonū? CHRY. in ho. Qꝛ vero punire non iusserat falsos prophetas: iō terret eos sm̄ penam que est a deo dicens: Ois arbor que nō facit fructum bonū excidet: ⁊ in ignem mittet. quibus verbis ⁊ iudeos isinuare videt: ideoq; verborū ioannis baptiste meminit: per eadem verba penā eis subscribēs. Etenī ⁊ ille hoc dixit ad iudeos: securim ⁊ arborē inscisam: ⁊ ignem iextinguibilē cōmemorās. Si qs āt diligēter iuestigabit due pene sunt: ⁊ excidi: ⁊ comburi. qui enim cōburitur ⁊ a regno excidet oino: que pena difficilior est: multi aūt gehennam solum abhorrēt. Ego aūt casum illius glorie multo amarioreȝ penā gehenne esse dico. Quod enim paruū vel magnum malū nō susciperet pater: ut videat ⁊ potiat dulcissimo filio? hoc itaq; in gloria illa putemus. non enim aliquis filius ita suauis est patri ut illorum bonorum requies ⁊ dissolui ⁊ esse cum christo intolerabilis quidem pena est ⁊ gehenna: sed siquis deceȝ mille ponat gehennas: nihil tale dicit quale est a beata gloria illa excidere ⁊ odio haberi a christo. GLO. Ex ꝑmissa autem similitudine concludit quod supra iam dixerat quasi manifestum dicens: Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

¶ Non omnis qui dicit mihi: domine domine intrabit in regnū celorum: sed qui facit voluntateȝ patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum.

HIERO. Sicut supra dixerat eos q hñt vestē bone vite nō recipiendos propter dogmatum nequitiam: ita nūc econtrario asserit: nec his quidem accōmodādam fidem: qui cuȝ polleant integritate doctrīe malis opibus destruunt. utrunq; enī dei seruis necessariū est: ut ⁊ opus sermone: ⁊ sermo operibus comprobetur. ⁊ ideo dicit: Non omnis qui dicit mihi Domine domine intrabit in regnuȝ celorum. CHRY. in ho. Ubi iudeos maxime tangere videtur in dogmatibus oia ponētes. unde ⁊ paulus eos incusat dicens: Si āt tu iudeus cognominaris ⁊ requiescis i lege. CHRY. sup math. Uel aliter: quoniam falsos prophetas ⁊ veros ex fructibus coruȝ docuit discernendos: hic iam manifestius docet qui sunt fructus quibus discernunt probi

doctores ⁊ reprobi. AVGV. de ser. do. Cauendum enim est in ipso christi nomine ab hereticis vel quibuslibet male intelligẽtibus: ⁊ seculi huiꝰ amatoribꝰ ne decipiamur. ⁊ ideo dicit: Non omnis qui dicit mihi Dñe dñe. Sed merito pōt monere quomodo huic sententie cõueniat illud apostoli: Nemo potest dicere dñm iesum nisi in spũsancto. Non enim possumus dicere illos qui non intrant i regnum celorum habere spiritumsanctũ. Sꝫ apostolus proprie posuit hoc verbum Dicit: vt significet voluntatem atqꝫ intellectum dicẽtis: Ille enim proprie dicit: qui voluntatem ac mentem suam sono vocis enunciat. dominus autem generaliter hic posuit verbum dicendi. videtur enĩ etiam ille dicere: q nec vult nec intelligit quod dicit. HIE. Moris ē enĩ scripturarũ dicta pro factis accipere: ẽm quez sensum dicit apostolus: Confitẽtur scire deũ factis autem negãt. AMBRO. Omne etiam verum a quocũqꝫ dicatur: a spũsancto est. AVGV. de ser. do. Nõ ergo putemꝰ ad illos fructus de quibus supra dixerat pertinere: siquis domino nostro dicat: Dñe domine: ⁊ ex eo nobis arbor bona videaf: sꝫ illi sunt fructus facere voluntatem dei. vñ sequitur: Sed qui fa. vo. pa. mei qui i celis ē: ipe intra. in re. ce. HILA. Celestis enĩꝫ regni iter obedientia voluntatis dei: non nuncupatio reptura est. CHRY. sup math. Que autem est voluntas dei ipse dñs docet: Hec est inquit voluntas eius qui misit me: vt oĩs qui videt filium: ⁊ credit in eum: habeat vitã eternam. Credulitatis autem verbum: ⁊ ad confessionem respicit: ⁊ ad actum. qui ergo ñ confitetur aut non conuersatur ẽm verbum christi: nõ ĩtrabit ĩ regnũ celoꝝ. CHRY. in ho. Non autem dixit: Qui facit voluntatem meam: sed patris: quoniam iterim conueniens erat prius hoc suscipi ad imbecillitatem eorum: sed ⁊ per hoc illud occulte ĩsinuatur: non ē enim alia voluntas filij qꝫ que ē patris. AVGV. de ser. do. Illud autẽ ad reꝫ pertinet: ne decipiamur: non solum nomini christi per eos qui nomen habent: ⁊ facta nõ agunt: sed etiam quibusdam factis atqꝫ miraculis: qualia propter infideles cum fecerit dominus monuit tamẽ ne talibus decipiamur: arbitrantes ibi esse inuisibilem sapientiã: vbi miraculum visibile videmus.

Dominica octaua. Luce. xvi. ca.



Homo quidãꝫ erat diues qui habebat villicũ ⁊ hic diffamatus est apud illũ: quasi dissipasset bona ipsius: Et vocauit illum et ait illi. Quid hoc audio: de te? redde rationem villicationis tue. Jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam: quia dominus meus aufert a me villicationẽ. Fodere non valeo: mendicare erubesco: Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiant me ĩ domos suas. Conuocatis itaqꝫ singulis debitoribus domini sui: dicebat prio. Quãtum debes domino meo: At ille dixit: Centum cados olei. Dixitqꝫ illi: Accipe cautionem tuam: ⁊ sede cito scribe quinquagita: Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait centuꝫ choros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas: ⁊ scribe. lxxx.

BEDA. Postqꝫ murmurantes de penitẽtium receptione tribus parabolis saluator redarguit: quartam mox quintãqꝫ de elemosyna dãda ⁊ persimonia sequenda subiũgit: qa ⁊ ordo predicandi aptissimus est: vt post penitentiam elemosyna subiungatur. vnde dicitur: Homo quidam erat diues qui habebat villicum. CHRY. Opinio quedam erronea aggrauata mortalibus auget crimina: minuit bona. Ea vero est opinari: ꝙ ea quecũqꝫ possidemus in vsu vite possideamus vt domini: ⁊ ideo etiam opportune ea apprehendimus tãqꝫ bona precipua. Sed contrarium ē: non enim nos vt domini in vita presenti collocati sumus in propria domo: sed tanqꝫ hospites ⁊ aduene quo nolumꝰ ducimur: ⁊ quo tempore non putamus qui nunc locuples est in breui fit mendicus. Ergo quicũqꝫ sis: noueris te esse dispensatorem alienorum: ⁊ transitorij vsus ⁊ breuis tibi iura concessa sunt. Abiecto ꝗ ab aĩa dominij fastu: sumas hu-

f

utilitatem et modestiã villici. BEDA. Villicus quippe ville gubernator ẽ. vnde et a villa nomen accepit. Iconomus autem tam pecunie q̃ʒ frugum et omnium que habet dominus dispensator est. AM. Ex hoc ergo discimus non ipsos esse dominos: sed potius villicos alienarum facultatum. THEO. Deinde quia cum non exercemus dispensationem opum ad libitum domini: sed ad proprias illecebras: commissis abutimur: criminosi villici sumus. vnde sequitur: Et hic diffamatus est apud illum: quasi dissipasset bona illius. CHRY. Interea cuulsus a villicatione eripitur. Sequitur enim: Et vocauit illũ: et ait ei: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue. Iam enim non poteris villicare. Quotidie talia nobis per effect⁹ exclamat dominus: ostendens nobis fruentem in meridie sospitate: priusq̃ʒ vesperascat examinem: et alium inter prandia expirantem: et diuersimode ab hac villicatione discedim⁹. Sʒ fidelis dispensator qui de propria dispensatione confidit: desiderat cum paulo dissolui: et esse cum christo. Is autem cuius sũt vota terrena; anxiatur i exitu. vnde de hoc villico subditur: Ait autem villicus intra se: Quid fa. quia domi. meus. au. a me villicationem. fodere nõ valeo; mendicare erubesco. Impotẽtem esse in opere crimen est vite inertis. Nõ enim timeret si consueuisset affectare labores quia si sʒm allegoriaʒ accipiamus parabolã post transmigrationem hic factam non est tempus operandi. Vita presens habet exercitium mãdatorum: futura vero solatium. Si nihil operatus es hic: frustra in futurum curas: sʒ nec mendicando proficies: Huius indicium sũt virgines fatue: que imprudenter a prudentibus mendicauerunt: sed reuerse sunt vacue. quilibet enim suam cõuersationem vt tunicã induit: ñ est autem causa exuere nec cãbire cũ alio. Sed debitorum remissionem ingeniat⁹ est nequitie villicus: statuens sibi malorũ remedium in conseruis. Sequitur enim: Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipient me in domos suas. Quotiẽs enim quis exitum suum percipiens: leuat beneficio sarcinam peccatorum vel relaxãdo debita debitori: vel tribuens in opibus copiaʒ: ea que sunt domini largiens: multos amicos conciliat prebituros sibi coram iudice testimonium veritatis non vocibus: sed bonorũ operum ostensione: quin etiam paraturos per testimonium refrigerij mansionem. Nihil aũt est nostrum sed omnia sunt ditionis dei. vnde sequitur: conuocatis itaqʒ singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centũ cados olei. BEDA. Cados grece est amphora continens vrnas tres. Sequitur: Dixitqʒ illi: Accipe cautionem tuam et sede: et cito scribe quinquaginta. dimidiam ei partem dimittens. Sequitur: deinde alio dixit: tu vero q̃ʒtum debes ait. centum choros tritici. Chor⁹ modijs. xxx. completur. Sequitur ait illi: Accipe litteras tuas: et scribe. lxxx. Quintaʒ partem ei dimittens. Simpliciter ergo sic potest accipi. Quisquis indigentiam pauperis vel ex dimidia vel ex quinta alleuiat parte: misericordie sue mercede donandus est. AVG. de que. euange. Vel quia de centum cadis olei quinquaginta fecit scribi a debitore: et de centum choris tritici octoginta: ad hoc valere arbitror: vt ea que in sacerdotes atqʒ leuitas iudeus quisqʒ operatur in ecclesia christi abundent: vt cum illi decimas darent: isti dimidias dent: sicut de bonis suis fecit zacheus aut certe duas decimas dãdo. i. vnam quintã superent impẽdia iudeorum.

ℭ Et laudauit dominus villicũ iniquitatis: quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lu⁊ cis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula.

AVGV. de que. euã. Villicum quẽ dñs ejiciebat a villicatu laudauit dñs: eo quia in futurum sibi p̄speterit. vnde dicitur: Et lau. do. vil. iniq. quia pru. egisset. Nõ tñ omnia debemus ad imitandum sumere: nõ enĩ dño nostro facienda est i aliquo fraus: vt de ipa fraude elemosynas faciamus. ORI. Verũ quia gẽtiles dicunt prudẽtiã eẽ virtutẽ: et diffiniunt eã peritiã bonorum malorum et neutrorum: vel cognitionem agendorum et nõ agendorum. cõsiderandum est vtrum hec dicto plã

sunt vinum significet. dicitur enim q deus parauit celos prudentia: constat bonā esse prudētiam q̄ dominus celos parauit. Dicitur ēt in genesi s̄m .lxx. q serpens prudentissimus erat: vbi prudentiam nō virtutē dicit: sed astutiam ad mala inclinationem habētem: et s̄m h̄ dicitur: q dominus laudauit villicum q prudenter egisset: hoc est callide et perperam. Et forsitan qd̄ dixit: Laudauit: nō s̄m verā commendationem: sed abusiue dictum est: vt cum dicimus aliquem cōmendari in mediocribus et differētibus rebus: et quodāmodo mirandos esse concursus et acumē q̄bus vigor ingenijs elicit. AVG. de q̄. euā. Ecōtrario dicūtur iste similitudines: vt itelligam⁹ si laudari potuit ille a dn̄o: q fraudē faciebat: q̄to ampli⁹ placebat deo q s̄m ei⁹ p̄ceptū opa illa faciunt. ORI. Filij q̄z hui⁹ seculi n̄ sapiētiores sed prudētiores dicūt lucis filijs. et h̄ nō absolute et simplr̄: s̄z i genere suo. Seq̄t: Qr filij huius seculi prudētiores filijs lucis in gn̄atione sua sūt. BEDA. Filij lucis et filij hui⁹ scl̄i vocāt: quō filij regni et filij p̄ditōis: cui⁹ enim vnusq̄sq̄ agit opa ei⁹ cognominatur et filius. THEO. Filios q̄ hui⁹ scl̄i vocat cogitationes q sibi cōmoda sūt in terra filios v̄o lucis spirituales opes tractātes ituitu diuini amoris iuenimur āt i hūanis q̄dē administrationib⁹ prudēter oīa disponētes: et sūmopere satagentes: vt si defecerim⁹ ab administratiōe h̄eam⁹ vite refugiū: cū v̄o nos dispēsare debem⁹ diuitia: n̄ p̄meditamur q̄ nobis postmodū sūt p̄futura. GRE. xviij. mor. Vt ergo i sua manu hoīes post mortē q̄cq̄ iueniāt: an̄ mortē diuitias suas i pauper manib⁹ ponāt. vn̄ sequit: Et ego vobis dico: facite vobis amicos d̄ māmona inīqtatis. AVGV. de v̄. do. Q̄d hebrei vocāt māmona: latine diuitie vocāt: ac si diceret: Facite vobis amicos de diuitijs iniq̄tatis. Hoc āt q̄dā male itelligendo rapiunt aliena et īde aliq̄d pauperib⁹ largiūt: et putant se facer̄ qd̄ p̄ceptū ē. Intellect⁹ iste corrigēd⁹ ē. De iustis laborib⁹ elemosynas facite: nō enim corruptum estis iudicē christum: si de preda ipsius dares aliq̄d iudici: vt pro te iudicaret: si iudex ille pro te iudicabit: tanta vis est iusticie: vt etiam tibi displiceat. Noli tibi pingere talem deum: fons iusticie est. Noli ergo elemosynas facere de fenore et vsuris fidelibus dico: quibus corpus christi erogamus. sed si pecunias tales habetis de malo est quod habetis. Jam nolite malum facere. Zache⁹ dixit: Dimidium rerum mearum do pauperibus. Ecce quomodo currit q currit facere amicos de mammona iniquitatis: et ne reus aliunde teneretur. Si cui aliquid tuli: quadruplū reddam. Est et alius intellectus: Mammone iniquitatis diuitie seculi sunt omnes vndecunq̄ sint. Si enim veras diuitias queris: alie sunt quibus iob nudus abundabat: quando in deum cor plenum habebat. Iste autem ab iniquitate appellantur diuitie: quia vere non sunt: paupertate enim plene sunt: et semper obnoxie casibus. Si enim vere diuitie essent: securitatem tibi darent. AVGV. de que. euā. Vel diuitie iniquitatis dicuntur: quia nō sūt iste diuitie nisi iniquis: et qui in eis constituūt spem atq̄ copiam sue beatitudinis. A iustis vero cum possidentur: est quidem ista pecunia sed nō sunt illis diuitie nisi celestes et spirituales. AMBRO. Vel iniquum mammona dixit: quia varijs diuitiarum illecebris nostras auaritias tentat affectus: vt velimus seruire diuitijs. BASI. Vel si successeris patrimonio ab iniustis congregata cepisti. in pluribus enim predecessoribus necesse ē aliquem reperiri qui iniuste vsurpauerit aliena. Ponatur autem vt nec pater exegerit: sed aurum vnde habes? Siquidem dicis a me: ignarus dei es: non habens noticiam creatoris. si vero a deo: dic nobis rationem propter quam eas accepisti: an non dei est terra et plenitudo eius? ergo si communis domini nostra sunt: erunt et conseruorum nostrorum. THEO. Ille ergo dicuntur opes nequitie quascunq̄ dominus dedit ad impendia necessitatis fratrum ac conseruorum nostrorū: nos v̄o tenemus nobis. Decebat igit̄ a principio oīa pauperibus tradi. verū quia iniq̄tatis fuim⁹ villici: nequit retinentes quod deputatum est ad aliorum opus: non est omnino manēdum in hac crudelitate: sed impartiēdum est paupib⁹: vt recipiamur ab eis in celestibus tabernaculis. Sequitur enim: Vt cum defeceritis recipiāt vos i eterna tabernacula. GREGO. xxij. mor. Si autem eorum amicitijs eterna tabernacula acquirimus dantes pensare debemus: quia patronis potius munera offe

rimus q̄ egenis dona largimur. AVG. de ver. do. Qui sunt enim qui habebunt tabernacula eterna: nisi sancti dei? Et qui sunt q ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula eterna: nisi qui eorum indigentie seruiunt: & quod eis opus ē hilariter subministrant. Isti sunt minimi christi: qui omnia sua dimiserunt: & secuti sunt eum. & quicquid habuerunt: pauperibus distribuerunt: vt deo sine seculari cōpede expediti seruirent: & ab oneribus mundi liberatos velut pennatos sursum humeros tollerent. AVG. de que. euan. Non ergo eos a quibus recipi volumus in tabernacula eterna tanquam debitores dei fas est intelligi: cum iusti & sancti significentur hoc loco q eos introducāt: qui necessitatibus suis terrena bona cōmunicauerunt. AMBRO. Vel aliter: Facite vo. ami. de iniquo mammona. vt largiendo pauperibus: angelorum ceterorūq sanctorum gratiā comparemus. CHRY. Attende etiam q non dixit: vt suscipiant vos in suis mansionibus: non enim ipsi sunt qui suscipiunt. vnde cum dixisset. Facite vo. ami. addidit De mam. iniqui. ostendens q non simpliciter eorum amicitia nobis patrocinabitur: nisi bona opera nos comitentur: nisi euacuemus iuste diuitias congestas iniuste. Ars igitur artium peritissima est elemosyna. non enim nobis domos fabricat luteas: sed vitam perennem impendit. Singularum artiū alia alterius adminiculo indiget. cum autem misereri oportet: nullius alterius sed solius volūtatis est opus. CIRYL. Sic igitur docebat xps affluentes diuitijs summopere diligere amicitiam pauperum: & thesaurizare in celis. Nouerat autem humane mētis desidiam: quomodo ambientes diuitias nullum charitatiuum opus impendunt egentibus. q igitur talib9 nullus spiritaliū donorum fructus proueniat: manifestis exemplis ostendit subdens.

Dominica. x. Luce. xix. cap.



Et vt appropinquauit: videns ciuitatem: fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo: & circundabunt te: & coangustabūt te vndique: & ad terram prosternent te. & filios tuos qui in te sunt & non relinquent in te lapidem super lapidem eo q non cognoueris tempus visitationis tue.

ORIGE. Omnes beatitudines quas locutus est iesus in euangelio suo firmat exemplo: sicut q dixerat: Beati mites. pbat dicēs Discite a me: quia mitis sum. Et quia dixerat: Beati flentes. ipse quoque fleuit ciuitatē. vñ dr: Et cū appropinquauit: vidēs ciuitatē fleuit sup illā. CIRYL. Miserebat. n. eorū xps q oēs hoies vult saluari: qd nobis nō patuisset: nisi p aliqd humanū fieret euidēs. Effuse. n. lachryme sunt signa tristitie. GREGO. i ho. Fleuit igit pius redēptor ruinā pfide ciuitatis quā ipsa ciuitas sibi nō cognoscebat esse venturā. vñ subdit: Dicēs. Quia si cognouisses & tu. subaudi fleres: q mō quia nescis qd iminet exultas. vñ subdit. Et qdē in hac die tua: q ad pacē tibi. Cū. n. carnis se voluptatib9 daret i die sua q ad pacē ei eē poterāt habebat. Cur vo bona pñtia ad pacem habuerit: māifestat cū subdit: Nūc aūt abscōdita sunt ab oculis tuis. Si. n. a cordis eius oculis mala q imminerēt: abscōdita nō essent: leta in pñtib9 psperis nō fuisset. vñ mox ei9 pena q iminebat aduicta ē: cū seqt. Quia veniēt dies in te. CIRYL. Vel alr: Quia si cognouisses & tu. Nō. n. erāt digni pcipe diuinit9 ispiratas scripturas q narrant xpi mysteriū: quotiēs. n. legit moyses velamē obnubilat cor eor. Et quia non sunt intuiti veritatem indignos se fecerūt salute que manat a xpo. vnde sequitur. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi. EVSE. Vbi notat suū aduētū ad pacē toti9 mūdi factū fuisse. venit. n. ad h vt pacē pdicaret ppinquis & longinquis: sed quia annunciatam sibi pacē recipere noluerunt: hoc eos latebat. vnde subdit. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et ideo obsidionem que in breui erat ei superuentura expressissime pronunciat subdens: Quia veni. di. i te: & circūda. te ini. tui vallo. GREGO. Vbi romani pncipes denūciant. Illa. n. hic

rosolymorum subuersio describitur: que a vespasiano et tyto romanis principibus facta ē. vnde subditur: Et circūdabunt te: et coangustent te vndique, et ad terrā ꝓsternēt te: et filios tuos qui in te sunt. EVSE. Quomodo autem hec cōpleta sint ex his que tradita sunt a iosepho colligere possumus: qui cum esset iudeus: singula quoqz gesta narrauit con sone his que sunt a christo predicta. GRE. Hoc quoqz quod additur: Et nō relinquent in te lapidem sup lapidem. Et ipsa iam eiusdem ciuitatis trāsmigratio testatur: quia dum nūc in eo loco cōstructa est: vbi extra portam dominus fuerat crucifixus: prior illa vt dicitur hierusalē funditus est euersa. Cui ex qua culpa euersionis pena fuerit illata subiūgit: Eo ꝙ nō cognouerit tēpus visitationis tue. THEO. i. mei aduentus. veni enim visurus et saluaturus te. Quod si cognosceres: et in me crederes: esses peccata romanis: et ex omnibus exēpta periculis: sicut omnes qui crediderunt in christum euaserūt. ORI. Non nego igitur et illam hierusalez propter habitatoruz scelera fuisse destructaz: sed quero ne forte ad hanc hierusalem fletus iste pertineat. Si enim post mysteria veritatis aliquis peccauerit plangetur. Nemo enīz gentilis fletur: sed ille qui fuit de hierusalem: et esse cessauit. GRE. Redemptor enim noster per electos suos plangere non cessat: cuz quosdam ex bona vita ad mores reprobos ꝑuenisse cōsiderat: que si dānationem suā que eis iminet agnouissent: semetipsos cū lachrymis electorum plangerent. Suam autem diē hic habet anima peruersa: que transitorio gaudet in tempore: Cui ea que assunt: ad pacem sunt: duz ex rebus temporalibus letatur. hec prouidere futura refugit: que presentem leticiam perturbent. vnde dicitur. Nunc autem abscondita sūt ab oculis tuis. ORI. Flet autem et nostra hierusalem ꝙ post peccata circundant eam inimici. i. spiritus neqz: et mittant in circuitum eius vallum: et obsideāt eaz. et lapidem super lapidem non relinquant: maxime si post multam continentiam: si post aliquot annos castitatis victus quis fuerit et blādimentis carnis illectus: patiam pudicitiāqz amiserit: si fuerit fornicatus: lapidem sup lapidem nō relinquent in eo: scdm illud: Non recordabor primarum iusticiaꝝ ei⁹. GRE. Vel aliter. Maligni spiritus animā a corpore exeuntem obsident: quam in carnis amore positam deceptorijs delectationibus fouent. qui vallo circūdant: quia ante mentis ei⁹ oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit: hāc societate sue dānationis coartant: vt i ipsa extremitate vite deprehensa: a quibus hostibus circunclusa sit videat: et tamen euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam non licet bona: que cum licuit agere contempsit. vndiqz etiam animam coangustant: quādo ei non solum operis: verum etiam locutionis atqz cogitatōis iniqtates replicant vt que prius se per multa dilatauit in scelere: in extremum de omnibus angustetur in retributiōe. Tunc autem anima per condirionem reatus sui ad terram consternitur: cum caro quaz vitam suam credidit: redire ad puluerez vrget. Tunt in morte filij illius cadunt: cum cogitationes illicite que modo ex illa prodeunt in extrema vite vltione dissipantur: que etiam cogitationes ꝑ lapides significari valent. Peruersa enim mens cum peruerse cogitationi ꝑuersionem adijcit: quasi lapidem supra lapidem ponit. sed cum ad vltionem suam anima ducitur: omnis cogitationum cōstructio dissipatur. Prauam autem animam deus assidue vsitat precepto: aliquando flagello aliquādo autem miraculo: vt vera que nesciebat audiat: et ea contēnens a dolore compuncta redeat: aut beneficijs deuicta maluz quod fecit erubescat. Sed quia visitationis sue tempus non cognoscit in extremo vite traditur suis inimicis.

¶ Et ingressus in templum cepit eijcere vendētes in illo et ementes: dicens illis: Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et erat docens quotidie ī templo.

GRE. in ho. Qui narrauerat mala ventura protinus templum ingressus est: vt de illo vendentes et ementes eijceret: ostendēs ꝙ ruina populi maxime ex culpa sacerdotuz fuit. vnde dicitur: Et ingres. in tem. cepit eijcere ven. in illo et ementes. AMBRO. Deus enim templum suuz non mercatoris vult esse diuersorium: sed domicilium sanctitatis nec vendibili religionis officio: sed obsequio gratuito vsum ministerij sacerdotalis infor/

mat. CIRYL. Erat autem in templo multitudo mercatorum qui vendebāt animalia ritu legis mactanda in hostijs: sed iaz aderat tēpus desinēdi vmbram refulgendi vero christi veritatem. ob hoc christus qui cum patre simul colebatur ī templo: iussit ritus corrigi legis: fieri vero templum orationis domū. vñ subditur: Dicens illis: Scriptum est: qr domus mea domus orationis est: vos autem fecistis eam speluncam latronū. GRE. Qui enim ad acipienda munera in templo residebant: quia quibusdam non dantibus lesiones exquirerent: dubiū nō erat. THEO. Hoc etiam dominus fecit in principio predicationis sue: vt narrat ioannes: et nunc iterum illud fecit: qr ad maius crimen iudeorum redūdat: qui nō fuerunt ex priori admonitione castigati. AVGV. de que. euan. Mystice āt templum ipsum hominem christuz itelligas: vel etiam adiuncto corpore eius qđ ē ecclesia. secūdum autem id quod est caput ecclesie dictum est: Soluite templum hoc: et triduo suscitabo illud. scđm id vero qđ est adiuncta ecclesia intelligitur templum de quo videt dixisse: Auferte ista hinc. significauit eniz futuros in ecclesia: qui sua negocia potius agerēt: vel receptacula ibi haberent ad occultanda scelera suaqꝫ vt charitatem christi sequerentur: et peccatorum confessione accepta venia corrigerentur. GRE. in home. Redemptor vero noster predicatiōis verba nec īdignis nec ingrati subtrahit. vnde postqꝫ rigorem discipline eijciendo peruersos tenuit. donum his gratie ostendit. nam subditur: Et erat docēs quotidie in templo. CIRYL. Decebat āt ex his que christus dixerat et fecerat: eum adorare vt deum. sed ipsi nequaqꝫ hoc facientes: querebant eum occidere. Sequitur eni: Principes autem sacer. et scribe et principes plebis quere. illum perdere. BEDA. Vel q: quotidie docebat in templo: vel quia latrones eiecerat de templo: vel quia veniens illuc quasi rex et dominus a credentiuz turba laudē hymni celestis accepit. CIRYL. Sz populus grauiorem estimationem accepit de christo qꝫ scribe et pharisei et principes iudeorum: qui fidez christi non acceptantes alios increpabāt. vnde sequitur: Et non inueniebant: quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. BEDA. Quod duob⁹ modis intelligi potest: quia vel timentes populi tumultum: et non inueniebant quid facerent de iesu quem perdere disposuerunt. vel ideo iesum perdere querebant: quia suo magisterio neglecto plures ad eum audiendū cōfluere cernebant. GREGO. in ho. Mystice autem sicut templum dei in ciuitate ē: ita in plebe fideli vita religiosorum. Et sepe nōnulli religionis habitum sumunt: et dum sacrorum ordinum locum percipiunt: sancte religionis officium in commercium terrene negociationis trahunt. Vēdentes quippe in tēplo sunt qui hoc quod quibusdaz iure competit: ad premium largiuntur. Iusticiam enim vendere est hanc pro premij acceptione fuare. Ementes vero in templo sunt qui dum ꝫ persoluere proximo quod iustum est nolunt: dūqꝫ rem iure debitam facere contemnūt: dato patronis premio emunt peccatū. ORI. Siquis ergo vēdū eijcietur: et precipue si vēdit columbas. Si enim ea que mihi a spiritusancto sunt reuelata et credita: aut in vulgus precio vendidero: aut absqꝫ mercede nō docuero: quid aliud facio nisi columbam. i. spiritum sanctum vendo? AMBRO. Generaliter itaqꝫ dominus docet seculares a dei tēplo abesse debere contractus. Spiritualiter autem nūmularios repulit: qui de pecunia domini. i. scriptura diuina lucrum querunt: nec bona malaqꝫ discernūt. GRE. in ho. Qui domum dei speluncam latronum faciunt: gadum peruersi homines locum religionis tenent: ibi malicie sue gladijs occidunt vbi viuificare proximos orationis sue intercessione debuerunt: Templum quoqꝫ est ipsa mens fidelium: que si in lesiōe proximi peruersas cogitationes profert: quasi in spelunca latrones resident. Cum autem mentem fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit: quotidie veritas in templo docet.

Dominica. xi. Luce. xviij. capi.



Dixit iesus ad quosdā qui in se confidebant tanqꝫ iusti et aspernabantur ceteros parabolā istā: Duo homines ascenderunt in

templum vt orarent: vnus phariseus ⁊ alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominū: raptores: iniusti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis i sabbato: decimas do omniū que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: q: omnis qui se exaltat humiliabitur: ⁊ qui se humiliat exaltabit. AVGV. de ver. do. Q: fides non est superborum sed humilium: premissis subiecit parabolam de humilitate: ⁊ contra superbiā. vnde dicitur. Dixit iesus ad quosdā qui i se cōfidebant tanq̄ iusti ⁊ aspernabantur cete. para. istam. THEO. Quia enim supbia plus q̄ alie passiones vexat hominum mentes: idō crebrius de hac monet. Est autem superbia dei contemptus: quotiens enim aliquis non deo: sed sibi ascribit bona que facit: quid ē aliud q̄ȝ dei negatio? causa igitur confidentium in seipsis non autem totum attribuētiuȝ deo: sed ob hoc etiam ceteros contēnentium: parabolam proponit: ostendēs q̄ iusticia q̄uis hominem approximet deo: si tamen assumat superbiam ad infimum deiecit hominem. vnde sequitur: Duo. ho. ascen. i temp. vt ora. vnus pharisꝰ ⁊ alter publicanꝰ. GRECVS. Diligentia quidem orationis docuit nos per viduam ⁊ iudicem: hic autem per phariseum ⁊ publicanuȝ docet nos: quomodo sint ei dirigenda precamina: ne sit infructuosum orationis negocium. Condemnatus est autem phariseus cum incaute oraret. nā sequitur. Phariseus āt stās hec apud se orabat. THEO. Per hoc q̄ dicit Stans: elatum eius animū notat: ipso enim habitu superbissimus videbatur. BASI. Dicit autem. Apud se orabat quasi non apud deum: quia ad seipsuȝ redibat per peccatuȝ superbie: Sequitur enim. Deus gratias ago tibi. AVGV. de ver. do. Non reprehēditur: quia deo gratias agebat: sed quia nihil sibi addi cupiebat. Ergo iā plenus es: iam abūdas. non est quare dicas. Dimitte nobis debita nostra. Quis est igit qui impie obpugnat gratiam si reprehenditur qui superbe agit gratias? Audiant qui dicūt. Deus me hominem fecit: ego me iustum facio. O peior ⁊ detestabilior phariseo qui superbe iustum se dicebat: sed tamen inde gratias deo agebat. THEOPHILVS. Attende autem seriem orōnis pharisei. Primo nanq̄ȝ dixit que ei aberant: deinde subiūgit que habebat. Sequitur enim. Quia non sum sicut ceteri hominum: raptores: iniusti: adulteri. AVGVSTI. de ver. do. Diceret saltem sicut multi homines. Quid est ceteri homines: nisi omnes preter ipsum? Ego inquit iustus sum ceteri peccatores. GREGORIVS. xxiiij. mora. Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogātium demonstratur: cum bonum aut a semetipsis habere se estimant: aut si sibi datum desuper credunt pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum iactant se habere qđ non habēt: aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. vnde ⁊ phariseus hic bonorum sibi operum merita singulariter tribuit. AVGVSTI. de ver. do. Ecce autem ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Sequitur enim. Vel vt etiam hic publica. quasi dicat. Ego solus sum. Iste de ceteris est. CHRYSOSTOMVS. Nō. n. satiauerat cōtētum eius tota humana natura: sed ⁊ publicanum aggressus est. moderatius autem peccasset si publicanum excepisset. Nunc autē vno verbo ⁊ absentes inuadit: ⁊ vulnera presentis lacessit. Non est autem gratiarum actio inuectiua aliorum. Si regratiaris deo ipse tibi tantum sufficias: nec te ad homines transferas: nec proximum cōdēnes. BASI. Discrepat autem elatus a conuiciatore sola habitudine. Is enim in alios vtitur conuitijs: hic autem se mentis temeritate extollit. CHRY. Qui autem alijs conuitiatur: sibi ⁊ alijs multa mala facit. primo enī audientes reddit peiorem: quia si sit peccator: fit letior criminis inuento collega: si sit iustus ex-

ollitur: per aliena crimina induct⁹ de se ma
gna putare. Secundo cõmunitatez ecclesie le
dit non. n. omnes audientes vituperant cuz
solum qui peccauit: sed ritu christiano contu/
melias inecunt. Tertio dei gloriam blasphe
mare facit: sicut. n. recte agẽtibus nomen dei
glorificatur: sic nobis peccãtibus blasphema
tur. Quarto eum qui audiuit obprobria con/
fundit imprudentiorem eum ⁊ aduersarium
faciens. Quinto statuit se pene obnoxiuz: re
bus ꝓlatis q̃ sibi non ꝯueniunt. THEO.
Expedit autem non solum declinare a malo:
sed etiam agere bonum. Et ideo cuz dixisset:
Non sum sicut adulteri: subiungit per oppo
situm Jeiuno bis in sabbato: Sabbatum hi
dicebant hebdomadã ad vltimam diem quie/
tis. Jeiunabant. n. pharisei secunda ⁊ quinta
feria sic igitur ieiunia obiecit contra passionẽ
adulterij. nam ex voluptate est lasciuia. Ra/
pacibus vero ⁊ iniustis opposuit decimarum
solutionem. Sequitur. n. Decimas do omni
uz que possideo. q. d. Adeo rapinas ⁊ nequi
cias refugio: vt etiã mea contribuã. GRE
GO. xix. mo. Ecce ciuitatem cordis sui in
sidiantibus hostibus per elationem aperuit:
quam frustra per ieiuniuz ⁊ orationes clausit:
Jncassum munita sunt cetera: cum loc⁹ vnus
de quo hosti patet aditio munitus non est.
AVGV. de ver. do. Quere autem in ver
bis eius: nihil inuenies quod deum rogaue/
rit. ascendit quidem orare: noluit deum roga
re: sed se laudare: ⁊ roganti insultare. publi/
canum autem cordis conscientia remouebat:
sed pietas applicabat. vnde sequitur: Et pu/
blicanus a longe stans nole. nec oculos ad ce
lum leuare. THEO. Quamuis autem pu/
blicanus stetisse dicatur: distabat tamen a pha
riseo tam verbis q̃ȝ habitu: necnõ ⁊ corde cõ
trito. nam verebatur oculos leuare in celum:
censens indignos visionis superne eos qui
maluerunt bona terrena spectare ⁊ querere:
necnõ ⁊ pectus tundebat. vnde sequitur: Sȝ
percuciebat pectus suum: cor quodammodo
pungens causa cogitationum prauarum nec/
non: ⁊ excitans vt dormitans. vnde non aliđ
q̃ȝ deum propinationem petebat. Sequit. n.
Dicens: Deus propitius esto mihi peccato/
ri. CHRY. Audiuit q᷑ non suȝ velut hic
publicanus: nec indignatus est sed compun/
ctus: detexit ille vulnus quesiuit hic medicinã.

Nemo igitur illud frigiduz proferat verbũ.
Nõ audeo: pudorosus sum non possum ape
rire os. Talis reuerentia est diabolica. Uult
. n. diabol⁹ obserare tibi fores accessus ad de
um. AVGV. de ver. do. Quid igitur mi
raris si de⁹ ignoscit: quando ipse agnoscit: ꝺ
longinquo stabat: deo tamẽ appropinquabat
⁊ eum dominus de prope attendebat. Excel/
sus. n. dominus ⁊ humilia respicit: nec ocu/
los ad celum leuabat vt respiceret: tremebat
conscientia spem sublenabat percutiebat pe/
ctus suum: penas de seipso exigebat: propte/
rea dominus confitenti parcebat. Audisti su
perbum accusatorem: audisti humilem reuz.
audi nunc iudicem dicentem: Amen dico vo
bis: descendit hic iustificatus in do. suam ab
illo. CHRY. Geminos aurigas ⁊ duas
bigas in stadio positas sermo presens propo
nit in altera quidem iusticiam cum superbia. i
altera peccatum ⁊ humilitatem. ⁊ vides bigã
peccati superare iusticiam: non proprijs vir/
tutibus: sed humilitatis coniuncte. Jllam ve
ro deuictam non fragilitate iusticie sed mole
⁊ tumore superbie. nã sicut humilitas per sui
eminentiam peccati pondus superat: ⁊ saliẽs
attingit deum: sic superbia ob sui molem de
facili iusticiã deprimit. si ergo plura facta strẽ
nue geras: putas autez te posse presumere to
ta caruisti oratione. si vero mille feras in con
scientia falses reatuum: ⁊ hoc solum de te cre
das q᷑ es infimus omnium: multam obtine/
bis ante deum fiduciam. Et ideo sue senten/
tie causam assignans subdit: quia omnis qui
se exaltat humi. ⁊ qui se humi. exalta. Humi
litatis nomen multiplex est. Est. n. quedam
virtus humilitas: iuxta illud. Cor contritum
⁊ humiliatum deus non despicias. Est ⁊ hu/
militas ab erumnis: iuxta illud: Humiliauit
in terra vitam meam. Est ⁊ humilitas a pec/
catis ⁊ superbia ⁊ insatiabilitate diuitiarum.
Quid. n. humilius his qui se submittunt in
diuitijs ⁊ potentatu ⁊ hec reputant magna.
BASI. Similiter etiam ⁊ exaltari laudabi/
liter contingit: quãdo scilicet non humilia co
gitas sed mens tua est per magnanimitatem
in virtute erecta. Talis autem animi celsitu/
do est eminentia in tristicijs: terrenorum con
temptus: conuersatio in celis: ⁊ videtur hu/
iusmodi mentis sublimitas eãdez habere dif
ferentiam ad elatiomẽ quam arrogantia pa/

rit: quam habet corpulentia corporis bene di/sposita ad inflationem carnis cuz ex hydropo si tumet. CHRY. Hec igitur fastus infla tio ab ipsis celis potest deprimere non cauen tem: humilitas vero ⁊ ab ipsa abysso reatuuz hominem sublimare. hec enim pre pharisco publicanum saluauit. latronem ante aposto/los duxit. illa vero etiam in corporeaz ingres sa est potestatem. Ceterum si iuxta delicta hu militas tam facile currit vt superbiam iusticie transeat. si iusticie coniunxeris eam: quo non ibit? assistet ipsa tribunali diuino in medio an gelorum cum fiducia multa. Rursus si fact⁹ coniunctus iusticie eaz deprimere potuit si cō iunctus sit peccato: in quantam gehennaz de trudet: hoc dico non vt negligamus iusticiā: sed vt fastum videmus. THEO. Sed for sitan mirabitur aliquis: quomodo phariseus cum pauca verba sue laudis protulerit cōdē/natur. Job vero cum plurima fuderit corona tur: Eo scilicet ꝙ phariseus talia dicebat cri/minando alios: nulla ratione cogente: iob ve ro vrgentibus euz amicis ⁊ pressuris premē tibus coactus ē proprias virtutes referre ad dei gloriam: ne homines desisterent a profe/ctu virtutis. BEDA. Typice autem phari seus est populus iudeorū qui ex iustificationi bus suis extollit merita sua: publicanus ve/ro gentilis est: qui longe a deo positus confi/tetur peccata sua: quorum vnus superbiēdo recessit humiliatus: alter lamentando appro/pinquare meruit exaltatus.

ℂ Dominica. xij. Marci. vij. cap.

Exiēs iesus de finibus ty/ri vēit per sidonem ad ma re galilee inter medios fi nes decapoleos. Et addu cunt ei surdum ⁊ mutuz. Et deprecabantur euz vt imponat illi manum. Et apprehendens euz de tur ba seorsum misit digitos suos in auri/culam eius: ⁊ expuens tetigit linguam eius: ⁊ suspiciens in celum ingemuit ⁊ ait illi: Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius: ⁊ solutū est vinculum lingue eius: ⁊ loquebatur recte. Et precepit illis necui dicerent. Quanto autem magis precipiebat tan to magis plus predicabant: ⁊ eo ampli/us admirabantur dicentes: Bene om nia fecit: ⁊ surdos fecit audire: ⁊ mul tos loqui.

THEO. In gentilium locis moram domi nus facere non volebat ne occasionem inde/is daret: vt transgressorem legis eum estima rent ꝙ se gentibus admiscebat: ⁊ ideo confe/stim reuertitur. vnde dicitur: exi. ie. de fi. Ty ri ve. per sido. ad ma. gali. inter me. fi. deca/poleos. BEDA: Decapolis est regio. x. vr bium trans iordanem ad orientem contra ga lileaz. Qd ergo dicitur ꝙ dominus venit ad mare galilee inter medios fines decapoleos: non ipsos fines decapolis intrasse significat. neqz enim mare nauigasse dicitur: sed potius ad mare vsqz venisse: atqz ad ipsuz peruenis se locum qui medios fines decapolis longe trās mare positos respiciebat. Sequitur: Et addu. ei. sur. ⁊ mu. ⁊ depreca. eum vt impo. illi manum. THEO. Quod recte post de/moniace liberationem ponitur: ex demonio enīz talis passio erat. Sequitur: Et appre. eū de t. seor. misit di. su. in auri. ei⁹. CHRY. Seorsum a turba oblatum surdum ⁊ mutuz apprehendit: vt diuina miracula non faceret manifeste: instruēs nos vanam gloriam eijce re ⁊ tumorez. nihil enim est ex quo aliquis mi racula operetur: sicut si humilitatē colat: ⁊ mo destiam sequatur. Misit vero digitos in auri culam potens verbo sanare: vt ostenderet ꝙ diuina virtute dicatum erat corpus diuinitati vnitum: ⁊ operatio eius. Quia enim propter transgressionem ade: natura humana multaz incurrerat passionem: ac membrorum ⁊ sen/suum lesionem: veniens christus ī seipso ꝑ/fectiōem demonstrauit humane nature: ⁊ ꝓ/pter hoc digitis aures aperuit ⁊ sputo loque/lam dedit vnde sequitur: Et expuens tetigit linguam eius. THEO. Vt scilicet ostēde/ret ꝙ omnia membra sacri corporis eius diui na existunt ⁊ sancta: sicut ⁊ sputum quod vin culum lingue dissoluit. Etenim omne sputū superfluitas est: sed in domino omnia diuina

fuerunt. Sequitur: Et suspiciens in celum i gemuit et ait: Effeta: quod est adaperire. BEDA. Suspexit quidem in celum: vt inde mutis loquelam: inde auditum surdis: inde cunctis infirmantibus medelam doceret esse querendam. Ingemuit autem: non quod ipsi opus esset cum gemitu aliquid petere a patre qui cuncta petentibus donat cum patre: sed vt nobis gemendi daret exempla: cum vel pro nostri: vel pro nostrorum erratibus proximorum superne pietatis presidia inuocamus. CHRY. Simul etiam ingemuit: nostram causam suscipiens in seipso: et nature misertus humane: videns miseriam in quam humanum genus inciderat. BEDA: Quod autem ait: Effeta .i. adaperire: ad aures proprie pertinet. aures .n. ad audiendum aperiende: lingua vero vt loqui posset a retinaculis erat sue tarditatis soluenda. vnde sequitur: Et statim aper. sunt au. eius. et solu. est vin. lin. eius: et loque. recte. Ubi vtraque natura vnius et eiusdem Christi manifeste distincta est. Suspiciens quidem in celum quasi homo deum deprecatus ingemuit: sed mox vno sermone quasi potens diuina maiestate curauit. Sequitur: Et precepit eis ne cui dicerent. HIERO. Per quod non in virtutibus gloriandum esse docuit: sed in cruce et humiliatione. CHRY. Precepit etiam miraculum occultare: ne ante tempus accenderet iudeos ad homicidium per inuidiam perpetrandum.

HIERO. Ciuitas autem in monte posita vndique circunspecta abscondi non potest: et humilitas semper precedit gloriam. vnde sequitur: Quanto autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabant. THEO. Docemur autem ex hoc cum alicui beneficia elargimur: minime applausus et laudes petere: cum vero accepimus beneficia benefactores predicare et laudare quamuis nolint. AVG. de con. euan. Si autem sciebat eos sicut ille qui notas habebat et presentes et futuras hominum voluntates tanto magis predicaturos: quanto magis ne predicarent eis precipiebat: vt quid hoc precipiebat: nisi pigris volebat ostendere quanto gaudiosius: quanto feruentius eum predicare debeant: quibus iubet vt predicent: quando illi qui prohibebantur tacere non poterant. GLO. Et predicatione autem saluatorum a christo: crescebat admiratio turbarum et confessio beneficiorum christi. vnde sequitur: Et eo amplius admira. di. Bene omnia fecit. hoc. s. surdos fecit audire et mutos loqui. HIERO. Mystice autem tyrus interpretatur angustia: et significat iudeam: cui dominus dicit: Coangustatum est stratum a qua transfert se ad gentes alias. Sidon venatio interpretatur. Fera autem indomita nostra natio est et mare: quod fluctuosa volubilitas est. Inter medios autem fines decapoleos. quod interpretatur decalogi mandata: saluator ad saluandas gentes venit. Genus autem humanum per multa membra: quasi vnus homo varia peste absumptus enumeratur in protoplasto: cecatur dum male vidit: surdus fit cum audit: obmutescit cum loquitur. Deprecantur autem eum vt imponat illi manum. quia incarnatum fore dominum multi iusti et patriarche cupiebant et optabant. BEDA. Uel surdus et mutus est qui nec aures audiendi verba dei habet: nec os aperit pro loquendis: quales necesse est vt hi qui loqui iam et audire diuina eloquia didicerunt: domino sanandos offerant. HIERO. Seorsum autem semper a turbulentis cogitationibus et actibus inordinatis sermonibusque incompositis educitur: qui sanari meretur. Digiti autem qui in aures mittuntur: verba vel dona spiritus sunt: de quo dicitur. Digitus dei est hic. Sputum autem diuina sapientia est que soluit vinculum labiorum humani generis: vt dicat: Credo in deum patrem omnipotentem et reliqua. Suspiciens autem in celum ingemuit .i. gemere nos docuit: et in celum thezauros nostri cordis erigere: quia per gemitum compunctionis intime friuola leticia carnis purgatur. Aperte sunt autem aures ad hymnos et cantica et psalmos. Soluit linguam vt eructet verbum bonum: quod non possunt nec verbera cohibere.

¶ Dominica .xiij. Luce .x. cap.



Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis: quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: et audire que vos auditis: et non audierunt.

THEO. Quia superius dixerat: Nemo

nouit quid sit pater nisi filius: ⁊ cui voluerit
filius reuelare: verificat discipulos quib⁹ pa
ter per eum reuelabatur. vnde dicitur: Beati
oculi qui vident q̃ vos videtis. CIRYL.
Conuertitur quidem ad eos q̄ repellens iu/
deos surdos ⁊ cecam mentē gerentes nec vi
dere volentes: totum se prebebat diligentib⁹
eū: ⁊ beatos asserit oculos videntes que pri⁹
alijs ipsi videbant. Illud tñ scire conuenit: q̄
videre non significat actum oculorum sȝ mē/
tis recreationem in prestitis beneficijs: puta
siquis dicat: Ista vidit bona tempora. i. gaui
sus est in bonis temporibus: s̄m illud: Vide
as bona hierusalem. Multi enim iudeorum
viderunt christum diuine operantem: corpo/
rali. s. intuitu: nec tamen omnibus beatifica/
tio conuenit. non enim crediderunt: sed neqȝ
viderunt gloriam dei oculis mentis. Beatifi
cati sunt ergo oculi nostri in hoc: q̄ fide vidi/
mus verbum pro nobis hominem factum i/
primens nobis decorem sui numinis. vt nos
sibi conformes faciat per sanctificationē atqȝ
iusticiā. THEO. Beatificat aūt eos ⁊ oēs
simpliciter q̄ cū fide respiciunt ex hoc q̄ antiq
pphete ⁊ reges deū in carne videre ⁊ audire
optauerunt. vnde sequitur: Dico enim vo. q̄
multi prophe. ⁊ re. vo. videre que vos vide.
⁊ nō vide. ⁊ audi. q̃ vos audi. ⁊ nō au. BE.
Matheus apertius pphetas ⁊ iustos appel
lat: ipsi enim sunt reges magni quia tentatio/
num suaꝝ motibus non sentiendo succumbe
re sȝ regendo preesse nouerunt. CHRY.
Ex hoc aūt dicto plures existimant pphetas
caruisse christi noticia. sȝ si optauerunt videre
q̃ viderunt apostoli: nouerunt illū venturum
ad hoies: ⁊ dispensatuꝝ q̃ dispensauit. null⁹
.n. hȝ hoꝝ appetitū q̃ mēte nō cōcepit: noue/
runt ergo filiū dei vñ non simpliciter dicit: Vo
luerunt videre me: sȝ q̃ vos videtis nec audi
re me sȝ q̃ vos auditis. Viderāt. n. ipm: non
tñ iā incarnatū: nec sic cū hoib⁹ ꝯuersantē nec
tāta maiestate eis loquētē. BE. Illi enīȝ a lon
ge is, icīētes p speculū ⁊ i enigmate viderūt.
Apostoli aūt in pñtiaꝝ hñtes dñm q̃cūqȝ vo
luissent iterrogādo discentes: nequaqȝ p an/
gelos aut alias visionū spēs op⁹ habebāt do
ceri. ORI. Sȝ quare dicit plerosqȝ pphe/
tas optasse nō aūt oēs: q̄ de abraā dr̄ q̄ vidit
diē xpī ⁊ letatus ē: quā visionē nō plures im
mo pauci ꝯtigerūt. fuerūt aūt alij pphete ⁊ in

sti nō cauti: vt visionē abrae ⁊ pinā aplōꝝ attī
gerēt. Et hos dicit non vidisse sed optasse.

¶ Et ecce quidam legisperitus surre
xit tentans illum ⁊ dicens. Magister
quid faciendo vitam eternam posside
bo. At ille dixit ad eum. In lege quid
scriptum est? Quomodo legis? Ille
respondens dixit. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota
anima tua: ⁊ ex omnibus viribus tuis
⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximum tuū
sicut teipsuȝ. Dixitqȝ illi: Recte respō
disti: Hoc fac ⁊ viues.

BE. Dixerat supra dñs q̄ noia corū scripta
sunt in celis vnde vt puto occasionē tentandi
dñm legispit⁹ assumpsit. vñ dr̄: Et ecce q. le/
gispe. surrexit tentās illū. CI. Erāt. n. q̄dē
hoi circūeuntes totā regionē iudeoꝝ incu
santes xpm ⁊ dicētes q̄ p̄ceptū moysi inutile di
ceret: ipse aūt quasdā nouas doctrinas pme/
ret: volēs ḡ legispit⁹ seducere xpm vt aliquid
ꝯtra moysen loqueret̄. adest tentās ipm magi
strū vocās: doceri nō patiēs. Et q̄ dñs solit⁹
erat his q̄ veniebāt ad eū loq de vita eterna:
vtit̄ legispit⁹ ei⁹ eloquijs. Et q̄ tētabat astu/
te nihil aliud audit nisi q̃ p moysen edita sunt
Seqt̄. n. At ille dixit ad eum: In lege qd scri
ptū ē? quō legis? AM. Erat. n. ex his q̄ sibi
legispiti vident̄ q̄ vba legis tenēt: vim legis
ignorāt ⁊ ex ipso legis capitulo docet eē legis
ignaros pbās q̄ i p̄ncipio statim lex patrē ⁊
filiū pdicauerit: icarnatōis dñice annūciauerit
sacr̄m. Seqt̄. n. Ille rñdēs dixit. Dili. dñm
de. tu. ex to. cor. tuo: ⁊ ex tota anima tua: ⁊ ex
om. viri. tuis: ⁊ ex tota mente tua. BA. Q̄d
dr̄: Tota mēte tua: i cetera nō recipit sectionē:
nā q̃ẗacūqȝ dilectionē i isirmis expēderis: h
nbi necessario a toto deficiet. Sic. n. i vase ali
quo plēo liquore iqn̄atū emanat foras: tm̄ ne
cesse ē plenitudini derogari: sic ⁊ i aīa iquātū
emanauerit ab ipsi⁹ dilectione ad illicita: inm̄
minui necessariū ē amorē ad deū. GRE. in
sen⁹: In tria aūt q̄dā aīe vis discernit̄. Hec
.n. ē augm̄tatiua solū ⁊ nutritiua: q̃ et i plātis
repit̄. Alia ē q̃ sensualr̄ disponit̄: q̃ saluabat̄
i natura irrationaliū aīaliū. Perfecta aūt vis
aīe est rationalis: que i natura humana cōspi
cit̄ Dicendo ergo cor: substantiā corporalē si

gnificauit .s. nutritiuam. dicendo ex toto aiam:
mediocrem. i. sensitiuā. dicendo ex toto mentē:
altiorem naturā. i. intellectiuam & cõsideratiuam potentiam. THEO. Hic igit̃ intelli
gendum est q̄ oportet nos oēs ṽtutē aīe amori
diuino subiicere: & hoc viriliter & nõ remisse.
vnde additur: Et ex omnibus viribus tuis.
MAXI. Cum hac igit̃ ĩtentione trinaz ad
deū dilectionem lex pertractat: vt auellat nos
a trina mundi habitudine: qua respicit̃ ad pos
sessiones: ad gloriam: & ad voluptates: ĩ qui/
bus etiam tentatus christus. BA. Siquis āt
querat quo pacto diuina dilectio poterit obti/
neri: dicem⁹ ĩdocibilis est diuina dilectio: naz
nec lucis gaudere pñia: nec vitaz amplecti ab
alio didicim⁹: vl̃ amare parētes aut alūnos:
& multomagis diuine dilectõis doctrina. Sz
seminalis quedam rõ nobis insita ē intrinse/
cus: habens cās vt homo deo adhereat quam
rationē accipiēs doctrina diuinorū preceptoꝝ
colem diligēter: cauteq; fouere & ad ꝑfectiões
diuine gratie ꝑducere cõsueuit. naturaliter. n.
bonum amam⁹: amam⁹ ēt ꝓpriū & cognatū:
necnõ & benefactoribus spõte affectionē totaz
profundimus. Sic igitur bonus ē deus: oia
vero bonum desiderāt quod voluntarie ꝑfici
tur: naturaliter nobis inest: quem & si ꝑ boni/
tatem minime nouissemus: ex hoc ipo tamen
q̄ ab ipso ꝓcessimus tenemur ipm vltra mo/
dum amare: tāq; .s. nobis cognatū. Maior
etiā ē & benefacto & omnibus q naturaliter di
ligunt̃. Est igitur primū & ꝑcipuū mādatū di
uine dilectionis: ſm aūt ꝑimi cõpletiuū & ab
eo cõpletū quo monemur diligere ꝓximū. vñ
sequitur. Et ꝓximum tuū sicut teipsum. Sor
timur aūt a deo potētiā ad huius executionē
mādati. Quis aūt nõ nouit q̄m māsuetū & cõ
municatiuū aīal est homo: nõ aūt solitariū &
siluestre: Nihil enim tā ꝓprium ē nostre na/
ture: sicut adinuicem cõicare: & mutuo ĩdige/
re: & cognatum diligere. Quorum ergo ꝑue/
niens dñs nobis tradit semina: horum ꝯñter
fructus requirit. CHRY. Tu tñ attēde q̄/
liter fere cū eodē excessu postulat vtrūq; pre/
ceptū de deo enī ait: Toto corde tuo. de proxi
mo: Sicut teipsum. Quod si diligenter con/
seruaret̃: nec seru⁹ eēt nec liber nec victor nec
victus: nec diues nec paup: nec notus vnq;
eēt diabolus. Potius enim palee ignis susti
nerent immissionē q̄ feruorē charitatis diabo/
lus: a deo cuncta superat dilectionis cõstātia.
GRE. xxix. mo. Cū aūt dicat̃: Diliges pro
ximum tuum sicut teipsum. quomodo alteri
miserando pius est: qui adhuc iniuste viuen/
do fit impius sibimetipsi? CHRY. Cū au
tem legisperitus respondisset que continebā/
tur in lege: Christus cui nota sunt omnia: sci
dit fallacie eius rhetia. Sequit̃ enī: Dixitq; il
li: recte respondisti hoc fac & viues. ORI.
Ex his indubitanter colligitur q̄ fuit q̄ ꝑdica
tur ſm mundi creatorem deū & antiquas scri
pturas ab eo traditas: vita perpetua est. At/
testatur enim dominus sumenti: ex deutero/
nomio quidem illud: Diliges dominum de/
um tuum: Ex leuitico vero illud: Diliges ꝓ/
ximum tuum sicut teipsum. Hec autem dicta
sunt contra sequaces valērini basilidis & mar
tionis. Quid eniz aliud voluit nos facere ad
querendum vitam eternam: nisi que continēt
lex & prophete.

¶ Ille autem volens iustificare se/
ipsum dixit ad iesum. Et quis est meus
proximus? Suspiciens autem iesus di
xit. Homo quidam descēdebat ab hie
rusalem in hierico & incidit in latro/
nes: qui etiam dispoliauerunt eū: & pla
gis impositis abierunt semiuiuo reli/
cto. Accidit autem vt sacerdos quidaz
descenderet eadem via: & viso illo prete
riuit. Similiter & leuita: cum esset sec⁹
locum & videret eum pertransijt. Sa/
maritanus autem quidam iter faciens
venit secus eum & videns eum: miseri/
cordia motus est. Et appropians al/
ligauit vulnera eius: infundens oleum
& vinum: & imponens illum in iumētū
suum duxit in stabulum: & curam eius
egit. Et altera die protulit duos dena
rios: & dedit stabulario & ait. Curā il/
lius habe: & quodcunq; super erogaue
ris: ego cum rediero reddā tibi. Quis
horum trium videtur tibi proxim⁹ fuis
se illi qui incidit in latrones? At ille di
xit. Qui fecit misericordiā ĩ illū. Et ait
illi iesus. Uade & tu fac similiter.

CIRYL. Laudatus legisperitus a salvatore ꝙ recte respondit: in superbiaz prorupit: nullum sibi proximuz putans esse: quasi nullus esset ei in iusticia comparandus. vnde dicitur: Ille autem volens iustificare seipsum: dixit ad iesum: Et quis est meus proximus? Circumueniunt enim eum quodammodo alternatiz vitia ⁊ fallacia qua tentando quesiuerat: ad arrogantiam lapsus. In hoc autem ꝙ querit: Quis est meus proximus: vacuus a dilectione proximi ostenditur: cum non estimet aliquem sibi proximum esse: ⁊ per consequens a dilectione diuina: qm̄ cum fratrē nō diligat quem videt: non potest deum diligere quem non videt. AMBRO. Respondit etiam ꝙ nesciret proximum suum: quia non credebat in christum: ⁊ qui christum nescit: nescit legem. Cum enim veritatem ignoret: quomodo potest scire legem: que annunciat veritatem. THEO. Saluator autem non actibus aut dignitatibus sed natura determinat proximum. q. d. nō putes ꝙ quis iustus sis: nullus tibi sit proximus. Omnes nanqz qui eandez naturā cōmunicant: proximi tui sunt: fias igitur ⁊ tu eorum proximus: non loco sz effectu: ⁊ circa eos cura: ⁊ ad hoc samaritanū in exemplum ducit. vnde sequitur: Suspiciens autem iesus dixit. Homo quidaz descē. ab hie. in hieri. GRECVS. Bene est generis appellatio. non enim ait: Descendit quidam: sed homo quidam. nam sermo fit de tota humanitate. AVG. de que. euan. Homo enim iste ipse adam intelligitur in genere humano. Hierusalem ciuitas pacis: illa celestis: a cuius beatitudine lapsus est. hierico interpretatur luna ⁊ significat mortalitatez nostram propter hoc ꝙ nascitur: crescit senescit: ⁊ occidit. AVGV. contra pelagium: Vel hierusalem que interpretatur visio pacis: paradisum dicimus. Ante enim ꝙz peccaret homo in visione pacis erat: hoc est in paradiso: vbi quicquid videbat pax erat ⁊ leticia. Inde descendit quasi humiliatus ⁊ miser factus p peccatum hierico. i. in mundum: in quo omnia orta occidunt sicut luna. THEO. Nō autem dicit Descendit: sed descendebat: semper. n. humana natura ad inferiora tendebat: ⁊ non in parte sed in toto vite attendebat passibili. BA. Conuenit etiam hoc si quis loca perspexerit. hiericho enim tenet loca cōuallia palestine hierusalem vero in cacumine sita ē occupans apicem montis venit igitur homo ab altis ad infima vt a latronibus caperetur: qui incolebāt desertum vnde sequitur: Et incidit in latrones. CHRY. Primū istius hoīs miserandus est casus: qui inermis ac destitut⁹ i latrones inciderit: quiqz improuidus incautusqz eaz viam elegerit: qua euadere predonum manus nequiuerit. non. n. posset inermis armatos: improuidus pessimos incautus nociuos effugere. Quippe cum malicia semper armata sit dolis: crudelitate septa: munita fallacia: ⁊ ad nocendi seuitiam preparata. AMBRO. Qui sunt autem isti latrones nisi angeli noctis atqz tenebraruz: i quos non incidisset: nisi eis mandati celestis deuius se fecisset obnoxium. CHRY. In exordio igitur mundi nocendi fallaciaz diabolus est operatus in hominem: in quez fallandi virus exercuit: ⁊ malicie nocentiam dedicauit. AVGV. contra pelagium: Incidit ergo i latrones. i. in diabolum ⁊ angelos eius qui per inobedientiam primi hominis humanuz genus despoliauerunt morum scilicet ornamentis ⁊ vulnerauerunt bono scilicet possibilitatis: liberi arbitrij perdito. vnde sequitur. Qui etiam dispoliauerunt eum ⁊ plagis impositis abierunt. In illo enim peccante plagā fecit: in nos vero plagas: cum per vnum peccatuz quod contrahimus superaddimus multa peccata. AVGV. de que. euā. Vel spoliauerunt hominem immortalitate: ⁊ plagis īpositis peccata suadendo reliquerunt semiuiuum: quia ex parte qua potest intelligere ⁊ cognoscere deum viuus est homo: ex parte autem qua peccatis contabescit ⁊ premitur: mortuus est. ⁊ hoc est quod subditur: semiuiuo relicto. AVGV. contra pelagium: Semiuiuus. n. hz vitalem motum idest liberum arbitrium vulneratum ⁊ ad eternam vitam quam perdiderat redire non sufficiebat: ⁊ ideo iacebat: quia vires ei proprie ad surgendum non sufficiebant: vt ad se sanandum medicum. i. deuz requireret. THEO. Aut semiuiuus dicitur homo p⁹ peccatum: qr anima imortalis est: corp⁹ vero mortale ita vt medietas hominis morti succumbat: aut quia humana natura in christo sperabat consequi salutem: ita vt nō omnino morti succumberet: sed inquātum adam peccauerat: mors in mundum in-

tranit in christi vero iustificatione mors erat destruenda. AMBRO. Vel spoliāt que accepimus indumenta gratie spiritalis: ⁊ sic vulnera inferre consueuerunt. nam si inteme rata que sumpsimus indumenta seruemus: plagas latronū sentire non possum⁹. BA. Vel potest intelligi q̄ expoliauerunt eū plagis prius impositis: precedunt enim vulnera nuditatem: vt intelligas q̄ peccatum gratie precedat carentiam. BEDA. Dicuntur autem plage peccata q̄ bis nature humane integritas violatur. Abierunt autem non ab insidijs cessando: sed insidiarum fraudes occultando. CHRY. Hic itaq̄ homo. i. adam iacebat destitutus salutis auxilio: confossus vulneribus delictoꝝ: cui nec sacerdos aaron transiens sacrificio potuit profuisse. Sequitur enim: Accidit autem vt sacer. quidam descen. eadem via: ⁊ viso eo preterijt. Nec ēt eius frater moyses leuita: per legē potuit subuenire. vnde sequitur: Similiter ⁊ leuita cū esset secus locum ⁊ videret eum pertransijt. AVG. contra pelagium: Vel in sacerdote ⁊ leuita duo tempora intelliguntur: legis. s. ⁊ prophetarum: in sacerdote lex per quā sacerdotium ⁊ sacrificia instituta sunt. in leuita vaticinium prophetarum. quorum temporibus humanum genus sanari non potuit: q̄ p legē cōditio peccati non aboleuit. THEO. Dicit autē Preterijt: q̄ lex veñ ⁊ stetit vsq̄ ad tempus prefixum: deinde non valens curare abijt. vide etiam q̄ lex non ad hoc data ē precogitatiue vt hominem curaret: non enim poterat homo a principio suscipere christi mysterium ⁊ ideo dicit: Accidit vt sacerdos quidā. quod consueuimus dicere in his que nō premeditatiue fiunt. AVG. de verbis domini: Vel quia homo descendens a hierusalem in hiericho israelita fuisse intelligitur: q̄d intelligi potest q̄ transiens sacerdos vtiq̄ genere proximus preterijt iacentem. transit leuita ⁊ hic genere proximus: iacentem ⁊ ipse cōtempsit. THEO. Miserti inquam illius fouere eum cogitauerunt: postmodum vero tenacitate deuicti abierunt retrorsum. hoc. n. designat quod dicit: Preterijt. AVG. de verbis domini: Transijt samaritanus genere longinquus: misericordia proximus: fecit quod sequitur: Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum. In quo samaritano se voluit intelligi dominus noster iesus christus. samaritanus enim custos interpretatur: ⁊ de ipso dicitur: Non dormitabit neq̄ dormiet qui custodit israel: q̄ resurgēs a mortuis iam non moritur. Deniq̄ cū dictū esset illi: Quia samaritanus es ⁊ demonium habes; negauit se habere demonium q̄ se nouerat demonum expulsorem: non se negauit infirmi custodē. GRECVS. Vocat autem hic christus se samaritanum oportune: cū. n. alloqueretur legisperitum superbientem in lege voluit exprimere q̄m nec sacerdos nec leuita ⁊ qui conuersabantur in lege: legis propositū implebant: sed ipse venit consummaturus legis propositum. AM. Hic antē samaritanus etiam erat descendens. Quis enī est qui descēdit de celo: nisi qui ascendit in celum filius hominis q est in celo? THEO. Dicit autem Iter faciens. quasi ex proposito hoc statuens: vt nos curaret. AVG. contra pelagium: Venit autem in similitudine carnis peccati: ideo secus eum quasi in similitudine. GRECVS. Vel secus viā venit: fuit enim vere viator: non deuiator gratia nostri descendens ad terram. AM. Veniens antē factus est compassionis nostre susceptione finitimus ⁊ misericordie collatōne vicin⁹. vnde sequitur: Et videns eum misericordia motus est. AVG. cōtra pelagium: Vidēs quidem eum iacentem: non valentem: nō currentem ⁊ ideo misericordia motus est: q̄ i eo nullum meritum inuenit quo curari dignus esset: sed ipse de peccato damnauit peccatum in carne. vnde sequitur: Et appropians alligauit vulnera eius infundens oleū ⁊ vinū. AVG. de verbis domini: Quid enim tā longinquum: quid tam remotum: q̄ deus ab hominibus: immortalis a mortalibus: iustus a peccatoribus: non loco longe sed dissimilitudine. Cum ergo haberet in se duo bona scilicet iusticiam ⁊ immortalitatē: ⁊ nos duo mala scilicet iniquitatem ⁊ mortalitatem si vtrūq̄ malum nostrū suscepisset: par noster fuisset ⁊ liberatore nobiscum opus haberet. vt ergo esset non hoc quod nos: sed prope nos: non est ille peccator vt tu: sed factus ē mortalis q̄d tu suscipiendo penam: ⁊ non suscipiendo culpam: deleuit ⁊ penam. AVG. de que. euā. Alligatio vulnerum est cohibitio peccatorū: oleum consolatio spei bone apud indulgenti/

am datam ad reconciliationem pacis: vinum exhortatio ad operandum feruentissime i spiritu. AMBRO. Vel cōstringit vulnera nostra austeriore precepto sicut oleo fouet remissione peccati sic vino compungit denunciationem iudicij. GREGO. xx. mora. Vel in vino morsum districtionis adhibet: i oleo mollitiem pietatis: per vinum vnguantur putrida: per oleum sananda fouentur. Miscenda est ergo lenitas cum seueritate: ⁊ faciendum est quoddam ex vtroq3 temperamentum: vt neq3 multa asperitate exulcerentur subditi: neq3 nimia benignitate soluātur. THEOPHI. Vel aliter: Que secundū hominem est conuersio oleum est: que vero secundum deum vinum est: quod diuturnitatem significat: quaz nemo potuisset sustinere: nisi oleum haberetur idest conuersatio humana. vnde quedam operatus est humane: quedam diuinitus. Infudit ergo oleum ⁊ vinum quia nos humanitate ⁊ diuinitate saluauit. CHRY. Vel vinum infudit idest sanguinem passionis ⁊ oleum chrismatis sanctificatio confert per chrismatis vnctionem a celesti medico conscissa loca ligant: ⁊ intra semetipsa retinentia medicinam operante medicamine: pristine sanitati redduntur. Infuso ergo vino ⁊ oleo imposuit eum super iumentum. vnde sequitur: Et imponens illum in iu. su. duxit in stabulum: ⁊ curam eius egit. AVGV. de que. euan. Iumentuz eius est caro: qua ad nos venire dignatus est. Imponi iumento: est in ipsam incarnationem christi credere. AMBRO. Vel iumento imponit duz peccata nostra portat: ⁊ pro nobis dolet: homo enim iumēto similis factus est: ⁊ ideo supra iumentum suum nos imposuit: ne nos essem⁹ sicut equus ⁊ mulus: vt per nostri corporis assumptionem infirmitatem nostre carnis aboleret. THEOPHI. Vel imposuit in suum iumentum idest in corpus suum. membra nanq3 sua nos fecit: ⁊ participes corporis eius: ⁊ lex quidem non omnes suscipiebat. Moabite inquit ⁊ ammonite non intrabunt in ecclesiam dei. nunc vero in omni gēte qui timet dominum: ab eo suscipitur volēs credere ⁊ pars ecclesie fieri: propter hoc dicit: q duxit eum in stabulum. CHRY. Est enim stabulum ecclesia que in itinere mūdi lassatos: ⁊ sarcinis delictorum defessos suscipit venientes: vbi deposito onere peccatorum viator lassus reficitur: ⁊ refectus salubri pascua reparatur. Et hoc est quod dicitur: Et curam illius egit: Totum enim quicquid contrarium nocens ⁊ maluz est foris est: quia intra stabulum requies omnis salubritasq3 inclusa est. BEDA. Et bene iumento impositum duxit in stabulum: quia nemo nisi per baptismum corpori christi adunatus: ecclesiam intrabit. AMBRO. Sed quia non vacabat: samaritano huic diu in terris degere redeundum erat vnde descenderat. vnde sequitur. Et altera die protulit duos denarios ⁊ dedit stabulario: ⁊ ait: Curam illi⁹ habe. Quis ē iste alter dies: nisi forte ille dominice resurrectionis: de quo dictuz est: Hec est dies quā fecit dominus? Duo autez denarij sunt duo testamenta que imaginem in se habent eterni regis expressam: quorum precio vulnera nostra curantur. AVGV. de que. euan. Vel duo denarij sunt duo precepta charitatis: quā per spiritumsanctum acceperunt apostoli ad euangelizandū ceteris: vel promissio vite presentis ⁊ future. ORIGE. Vel duo denarij videtur mihi esse scientia sacri: quō pr̄ in filio ⁊ fili⁹ in patre sit: qua velut mercede donat eccl'ie angelus: vt diligētius curet hoiem sibi cōmendatū: quē ꝓ angustia tpis etiā ipse curauerat. Et promittitur ei quicquid de suo in medela semiuiuentis expenderet illico esse reddenduz. vnde sequitur: Et quodcunq3 supererogaueris ego cum rediero reddaz tibi. AVG. de que. euan. Stabularius fuit apostolus qui supererogauit aut illud consilium quod ait: De virginibus autem preceptū domini non habeo: consilium autem do. aut q etiam manibus suis operatus est: ne infirmorum aliquē in nouitate euangelij grauaret: cū ei liceret ex euāgelio pasci. Multū ēt supererogauerūt apostoli. s3 ⁊ ꝓ tpe doctores q vetus ⁊ nouū testm̄ exposuere: supererogauerunt ꝓ qbus retributionē accipiēt. AM. Beat⁹ ergo ille stabularius qui alteri⁹ vulnera curare pōt. Beatus ille cui dicit iesus: Quodcunq3 supererogaueris: reuertēs reddam tibi. S3 qn̄ reuerteris dn̄e nisi iudicij die? Nam l3 vbiq3 sis semp ⁊ stās i medio nr̄uz: ñ cerneris a nobis: erit tn̄ tp̄s quo vniuersa caro te respiciet reuertentē. Reddes ergo qd̄ debes beatis: q b⁹ es debitor. Vtinā nos simus idonei debi

tores: vt qđ accepimus possimus exoluere.

CIRYL. His ergo premissis: oportune iam dñs legisperitũ ĩterrogat subdẽs: Quis horum trium tibi videtur ꝓximus fuisse: illi qui incidit in latrones? At ille dixit qui fecit misericordiã in illum. Neqꝫ eni sacerdos neqꝫ leuita factus fuit proximus patientis: sed ille qui est eius misertus. Inutilis est enim sacerdotij dignitas ꝛ legis sciã: nisi ꝑ bona opera cõfirmetur. vnde sequit̃: Et ait illi iesus: vade tu ꝛ fac similiter. CHRY .q.d. Si quem vides oppressum non dicas: vtiqꝫ nequã est. sed siue gentilis sit siue iudeus ꝛ ope indigeat: nõ cauilleris auxiliari q̃cũqꝫ mala fuerit passus. AVGV. de doctrina christiana: Ex hoc ĩtelligimus eũ esse ꝓximũ: cui vel exhibendum est officium misericordie si indiget: ꝛ exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam ꝯñs est: vt etiam ille a quo nobis vicissiz exhibenduz est ꝓximus noster sit: ꝓximi .n. nomẽ ad aliquid est: nec quisqꝫ esse ꝓximus: nisi proximo põt. Nullum autem exceptuz eẽ cui misericordie denegeẽ officium: q̃s nõ videat? dicente domino: Benefacite his q vos oderũt. vnde manifestũ est hoc precepto quo iubemur diligere ꝓximum: etiam sanctos angelos contineri: a quibus tanta nobis misericordie impenduntur officia: ex quo ꝛ ipse dominus ꝓximum nostrum se dici voluit: significãs se opitulatum esse semiuiuo iacẽte ĩ via. AM. Non enim cogitatio facit proximuz sꝫ misericordia: q2 misericordia secũdũ naturã.

Dominica. xiiij. Luce. xvij. cap.

DUm iret iesus ĩ hierusalem transibat per mediaz samariam ꝛ galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellũ occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterũt a lõge ꝛ leuauerunt vocem dicentes Iesu preceptor: miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis vt vidit q2 mundatus est: regressus est cuz magna voce magnificans deuz. Et cecidit ĩ faciem ante pedes eius gratias agẽs. Et hic erat samaritanus. Respondens autem iesus dixit: Nonne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret: ꝛ daret gloriam deo nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge vade: quia fides tua te saluum fecit.

AM. Post predictam parabolam reprehendunt ingrati. dicitur enim: Dum iret iesus ĩ hieru. transibat per mediam samariam ꝛ galileam. TYTVS. Vt ostendat ꝙ samaritani quidem beniuoli: iudei vero predictis bñficijs sunt ingrati: erat eniz discordia inter samaritãos ꝛ iudeos: quã ipse q̃si pacificãs iter vtrosqꝫ trãsit: vt vtrosqꝫ cõpigat ĩ vnũ nomẽ hominis. CI. Deinde suã gloriam saluator manifestat: attrahens ad fidem israel. vñ sequitur: Et cum ingrederet̃ quoddã castellum: occurrerũt ei decem viri leprosi: ab vrbibus et oppidis expulsi ꝛ quasi immundi ritu legis mosaice. TYTVS. Conuersabant̃ autem ad inuicem: q2 fecerat eos vnanimes cõmunitas passionis ꝛ prestolabantur transituz iesu. Soliciti donec aduenientem christum viderent. vnde sequitur: Qui steterunt a longe: eo ꝙ lex iudeorum lepram immundam iudicat. lex autem euangelica non externam: sed ĩternam asserit esse immundam. THEO. A longe ergo stant quasi verecũdãtes de immundicia que eis imputabatur: putabãt eniz ꝙ christus non fastidiret ad modũ aliorũ. sic ergo abstiterunt loco: sed facti sunt proximi deprecando. prope enim est dñs omnibus inuocantibus eum in veritate. vnde sequit̃: Et leuauerunt vocẽ dicentes: Iesu preceptor miserere nostri. TYTVS. Dicunt nomen iesu ꝛ lucrifaciunt rem. nam iesus interpretat̃ saluator. Dicũt miserere nobis propter experientiam virtutis eius: neqꝫ argentum petentes: neqꝫ aurum: sed vt aspectum corporis sanum obtineant. THEO. Nec simpliciter obsecrant eum: nec rogant eum vt mortalem: vocant enim eum preceptorem .i. dominum quo pene videntur hunc opinari deũ. At ipse iubet illis vt ostenderent se sacerdotibus. vñ sequitur: Quod vt vidit dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus. Ipsi enim experiebantur

si mundati forent a lepra vel non. CI. Lex
etiam mundatos lepra iubebat offerre sacrisi
cium causa purgationis. THEO. Jubere
ergo eis vt irent ad sacerdotes: nihil aliud in
nuebat nisi q debebant curari. vnde sequit:
Et factum est dum irent: mūdati sunt. CI.
In quo iudeorum pontifices emuli glorie ei⁹
cognoscere poterant q inopinate τ mirifice
sanati sunt: concedente christo eis salutem.
THEO. Cum autem decem essent: nouez
qui israelite erant ingrati fuerunt: sed alieni/
gena samaritanus reuersus: voces emittebat
benignas. vnde sequitur: Unus autem ex il
lis vt vidit: quia mundatus est: regressus est
cum magna voce magnifi. deū. TYTVS.
Dedit autem ei appropinquandi fiduciaz su/
scepta purgatio. vnde sequitur: Et cecidit i fa
ciem suam ante pedes eius gratias agēs. Ex
procubitu τ supplicatione: fidem suaz simul
cum beniuolentia pandens. Sequit: Et hic
erat samaritanus. THEO. Hinc poterit
quisqs conijcere: q nihil īpedit quēquam pla
cere deo: τsi de genere prophano processerit:
dūmodo bonum gerat propositum. Nullus
etiam natus ex sanctis superbiat: nouem eniz
qui israelite erant: ingrati fuerunt. vnde seq/
tur: Respondēs aūt iesus dixit: nōne decem
mundati sunt: τ nouē vbi sunt? Non est inē
tus qui rediret: τ daret gloriam deo: nisi hic
alienigena. TYTVS. Per hoc ostendit
q promptiores ad fidem erant alienigene: lē
tus enim erat ad fidem israel. vnde subditur:
Et ait illi surge: vade quia fides tua te saluū
fecit. AVGV. de que. euan. Mystice au/
tē leprosi intelligi possunt: qui scientiam vere
fidei non habentes varias doctrinas profiten
tur erroris. Non enim abscondūt imperitiaz
suam: sed pro summa peritia proferunt in lu
cem: τ iactantiam sermonis ostendunt: colo/
ris quippe vitium lepra est. vera ergo falsis i
ordinate permixta in vna disputatiōe vl' nar/
ratione hominis tanq̄ʒ in vnius corporis co/
lore apparentia: significant lepram tanq̄ʒ ve/
ris falsisqʒ coloruʒ locis: humana corpora va
riantem atqʒ maculantem. hi autem tam vitā
di sunt ecclesie: vt si fieri potest: longius re/
moti magno clamore christum interpellēt. q
autem preceptorem eū innocauerūt satis pu/
to vere lepram falsam esse doctrinam: quā bo
nus p̄ceptor abstergat. Nullum autem coruʒ
quibus hec corporalia beneficia dominus p̄/
stitit: inuenitur misisse ad sacerdotes nisi le/
prosos. sacerdotium enim iudeoruʒ figura fu
it sacerdotij quod est in ecclesia. Cetera autez
vitia per seipsum interius in conscientia dn̄s
sanat τ corrigit. Doctrina vero vel imbuēdi
per sacramenta vel cathecizandi per sermonē
potestas ecclesie tributa est. Qui dū irent mū
dati sūt: quia gentiles ad quos venerat petr⁹
nondum accepto baptismatis sacramento: p
quod spiritaliter ad sacerdotes puenit: infu/
sione spiritussancti mūdati declarātur. Quis
quis ergo in ecclesie societatē doctrinam inte
gram veramqʒ assequatur: eo q manifestet va/
rietate mendaciorum tanq̄ʒ lepra caruisse: hic
tamen ingratus deo mundatori suo gratiarū
agendarum pia humilitate non prosternitur:
similis est illis de quibus dicit apostolus: q
cum deum cognouissent: non vt deuʒ magni
ficauerunt aut gratias egerunt: ideo tales i no
uenario numero tanqʒ imperfecti remanebūt.
Nouem enim indigent vno vt quadam vni/
tatis forma coagulent vt. x. sint. Ille autem q
gratias egit: vnice ecclesie significatiōe appro
batus est. Et quia illi erant iudei: amisisse per
superbiam declarati sunt regnum celorū vbi
maxime vnitas custoditur. Iste vero q erat sa
maritanus quod interpretatur custos: illi a q̄
accepit tribuens quod accepit s̄m illud: For/
titudinem meam ad te custodiam: vnitateʒ re
gni humili deuotiōe seruauit. BEDA. Ce
cidit autem in faciem: quia ex malis que se p/
petrasse meminit erubescit: qui surgere τ ire
precipitur: quia qui infirmitatem suaʒ cogno
scens humiliter iacet: per diuini verbi conso
lationem ad fortia opera proficere iubetur. si
autem fides saluum fecit eum qui se ad agen
das gratias iclinauit ergo pfidia perdit eos:
qui de acceptis beneficijs: deo dare gloriā ne
glexerunt: quapropter fidem per humilitateʒ
augeri debere: sicut in parabola superiori de/
cernitur: ita hic ipsis rebus ostenditur.



C Dn̄ica. xv. Mat/
thei. vi. ca.

N Emo potest duobus do
minis seruire. Aut enim

vnum odio habebit: ⁊ alterum diliget: aut vnum sustinebit: ⁊ alterum contẽnet. Non potestis deo seruire ⁊ mammone.

CHRY. sup mat. Superius dixerat dñs ꝙ qui hʒ mẽtẽ spũalẽ: ille põt corpus suum seruare sine pctõ: qui autẽ nõ habet: non potest. cuius rationẽ subiungit dicens: Nemo potest duob⁹ dominis seruire. GLO. Vel aliter: Quia dictum est supra ꝙ propter intẽtionem temporalium: bona mala fiunt. vnde posset aliquis dicere: Ego faciam bona: ⁊ ꝑpter tpalia ⁊ propter celestia. Contra qđ dñs ait: Non potestis duobus dominis seruire. CHRY. in ho. Vel aliter: In anteriorib⁹ auariciam compressit tyrãnidem per multa ⁊ magna sed adhuc alia apponit ampliora. Nõ enim in hoc solum nobis nocent diuitie ꝙ latrones aduersus nos armant ⁊ ꝙ intellectuʒ obtenebrant: sed etiam a seruitute dei nos expellunt: ⁊ hoc probat a cõibus conceptionib⁹ dicens: Nemo potest du. do. ser. Duos aũt dicit: qui cõtraria iniungunt. Concordia eniʒ multos vnũ facit: quod ostẽditur per hoc qđ subdit: Aut enim vnũ odio habebit. Iõ autẽ duo ponit vt mõstret facilem esse transmutationem ad melius. Si enim dicas: Seru⁹ factus sum pecuniarum: amando. s. eas monstrat ꝙ possibile est ad aliud venire. s. nõ sustinendo seruitutem: sed cõtẽnẽdo. GLO. Vel duo tangere videtur seruiẽtiũ genera quidam enim seruiunt liberaliter ex amore: quidam seruiliter ex timore. Si ergo aliquis ex amore seruiat vni contrariorum dominoruʒ: necesse est vt alteruʒ odio habeat. Si vero ex timore seruiat: necesse est vt dum vnum sustinet alterum contẽnat. Res aũt terrena vel deus si in cord· hominis dominent: ad cõtraria ex vtroqʒ trahitur homo: nam deus trahit ad superiora sibi seruiẽtẽ: res vero terrena ad inferiora: ⁊ ideo quasi concludẽs subdit: Non po. deo ser. ⁊ mã. HIE. Mãmona sermone syriaco diuitie nũcupant. Audiat ergo hoc auarus qui censetur vocabulo christiano: nõ posse se simul diuitijs christoqʒ seruire ⁊ tñ nõ dixit: Qui habet diuitias: sed Qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est: diuitias custodit vt seruus. qui autem seruitutis excussit iugum: distribuit eas vt dominus.

GLO. Per mãmona etiã itelligitur diabolus qui preest diuitijs: non ꝙ possit eas dare nisi quando deus permittit: sed quia per eas homines fallit. AVGV. de ser. do. i mõ. Qui enim seruit mãmone. i. diuitijs: illi vtiqʒ seruit: quibus istis terrenis merito sue ꝑuersitatis prepositus princeps huius seculi a domino dicitur. Vel aliter: qui sint duo dñi ostendit cum dicitur: Non po. deo ser. ⁊ mã. scilicet deo: ⁊ diabolo. Aut ergo hũc odio ha. homo: ⁊ al. di. i. deum. Aut al. pa. ⁊ al. cõtẽ. Patitur enim durum dominum quisqs seruit mãmone: sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo: ⁊ non eum diligit. Sicut qui ancille aliene coniunctus est: ꝑpter concupiscentiam duram patitur seruitutem: ⁊ si nõ diligat eum: cuius ancillam diligit. Dixit autez alterum contẽnet: non odio habebit. nullius enim vera consciẽtia deũ põt odisse. Cõtẽnit autẽ. i. nõ timet eũ: cum quasi de eius bonitate securus est.

Ideo dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid mãducetis: neqʒ corpori vestro quid iduamini. Nõne anima plus est ꝙ esca: ⁊ corpus ꝙ vestimentum.

AVGV. de ser. do. in monte: Quia superius docuerat dñs ꝙ qsqs vult diligere deũ ⁊ cauere ne offendat: nõ se arbitret duob⁹ dominis posse seruire: ne forte q̃uis iã supflua nõ querant: ꝑpter ipsa tñ necessaria cor duplicetur: ⁊ ad ea deflectenda torqueat intẽtio subiungit dicẽs: Ideo di. vo. ne. sol. si. ani. ve. quid mandu. neqʒ cor. ve. quid indua. CHRY. in ho. Non hoc dicit ꝙ aia cibo indigeat: icorporea est enim: sed ꝑm cõem locutus est cõsuetudinem. aliter. n. nõ potest morari i corpe nisi eo cibato. AVGV. Vel animam in hoc loco ꝑ animali vita positã nouerimus. HIE. In nonnullis codicib⁹ additum est: neqʒ qd cibabis. Ergo qđ omnib⁹ natura tribuit ⁊ iumentis ⁊ bestijs hoibusqʒ cõmune est: huius cura penitus liberamur. Qđ ãt hic dicitur de carnali cibo ⁊ vestimẽto accipiamus. Ceterum de spiritalibus cibis ⁊ vestimentis semper debemus esse solliciti. AVGV. de here. Dicunt ãt euchite qdaʒ heretici opinãtes monacho nõ licere sustẽtande vite sue cã aliqd opari: atqʒ ita seipsos ꝑ

fieri vt omnino ab operibꝰ vacēt. AVG. de operibus monachorū: Inquiunt.n. nō de hoc opere corporali i quo vel agricole vel opifices laborāt pcepit apostolus cuꝫ dixit: Qui non vult operari nō manducet. Neqꝫ euangelio posset oino esse cōtrarius vbi ait dn̄s: Ideo dico vobis ne solliciti sitis. In verbo ḡ apostoli predicto spiritalia opera debemꝰ accipere: de quibus alibi dicit̄: Ego plātaui: apollo rigauit. ⁊ ita se arbitrātur apostolice ⁊ euāgelice obtēperare sn̄ie: cum euangelium credunt de nō curāda corporali vite huius indigentia pcepisse: ⁊ apostolū de cibo spiritali dixisse. Qui non vult operari: non manducet. Prius ergo demonstremus apostolū opera corporalia seruos dei operari voluisse. Premiserat enim dicens: Ipsi scitis quomō oporteat vos imitari: quia non inquieti fuimus inter vos neqꝫ panem ab aliquo gratis manducauimus sed in labore ⁊ fatigatione die ac nocte laborantes: ne quē vestrū grauaremus: nō quia non habuimus ptātem sed vt nosipsos formam daremus vobis qua nos imitaremini. Nam ⁊ cum essemus apud vos: hoc denunciabamus vobis: quoniam siquis n̄ vult operari: nō manducet. Quid ad hoc dici potest qn̄ exemplo suo docuit: quid preceperit. s. corporaliter operando? Nam ꝙ corporaliter operaret̄ ostēditur in actibus vbi dicit̄: ꝙ mā sit cum aquila ⁊ vxore eius pscilla opus faciens apud illos: erāt enī tabernaculorum artifices: ⁊ tn̄ apostolo tanqꝫ predicatori euangelij militi christi: plantatori vinee: pastori gregis constituerat dn̄s vt de euangelio viueret qui tn̄ stipendium sibi debitum nō exegit: vt se formam daret eis qui exigere indebita cupiebant. Audiant ergo qui nō habēt hāc potestatem: quam ille habebat: vt tn̄modo spiritaliter operantes manducēt panē a corporali labore gratuitum. Si autē euangeliste sunt: si ministri altaris: dispēsatores sacrōꝝ habēt hanc ptātem: si saltem habebant aliquid in seculo: quo facile sine opificio sustētarēt hāc vitam: qđ cōuersi ad deū indigētibus dispartiti sunt: ⁊ credenda est eorum infirmitas ⁊ ferēda. Nec attendendum in quo loco hoc qđ habebant impenderint: cum omniū christianoꝝ sit vna respu. Sed qui veniūt ad pfessiones seruitutis dei ex vita rusticana: ⁊ ex opificum exercitio: ⁊ plebeio labore siquo minus operētur excusare non possunt. Nullo enim modo decet vt in ea vita vbi senatores fiūt laboriosi: ibi fiant opifices ociosi: ⁊ quo veniunt relictis delicijs suis qui fuerunt prediorum dn̄i: ibi sint rustici delicati. At cum dn̄s ait: Nolite solliciti esse. non hoc dicit: vt ista nō procurent: qꝫtum necessitas est vnde honeste poterunt: sed vt ista intueantur: ⁊ propter ista faciant quicqđ in euangelij predicatione facere iubentur: eam nanqꝫ itentionē paulo superiꝰ oculum vocauerat. CHRY. in ho. Vel potest aliter continuari: Cum enim docuisset dn̄s pecuniam despicere: ne aliqui dicerēt: qualiter poterimus viuere: si omnia proiecerimꝰ subiungit dicēs: Ideo dico vobis. GLO. idest cura temporali: ne retrahamini ab eternis. HIE. Precipitur ergo nobis: ne solliciti simus quid comedamꝰ: qꝛ in sudore vultus preparemꝰ nobis panē. Ergo labor exercendus est: sollicitudo tollenda. CHRY. super mat. Non enim sollicitudinibꝰ spiritalibus: sed laboribus corporalibus accipitꝰ ē panis: qui laborantibus pro premio diligentie deo prestante abundat: ⁊ negligentibꝰ pro pena deo faciente subducitur. Confirmat autem spem nostram dominus: primo de maiori ad minus descendit dicens: Nōne anima plus est qꝫ esca: ⁊ corpus plus qꝫ vestimētū? HIE. Qui maiora prestitit vtiqꝫ ⁊ minora prestabit. CHRY. super math. Nisi eniꝫ voluisset conseruari quod erat nō crearet. qđ autem sic creauit: vt per escam seruetur: necesse est vt det ei escam: qꝫdiu vult esse quod fecit. HILA. Vel aliter: Quia corruptus circa futurorum curam: infidelium sensus ē calumniatium que in resurrectione corporum species sit futura: que in substantia eternitatis alimonia. Ideo subsequēter dicit̄: Nonne anima plus est qꝫ esca? Non eniꝫ patitur spē nostram futuri in resurrectiōe cibi ⁊ potus ⁊ vestitus sollicitudine demorari: ne redēpti i corpus atqꝫ animam contumelia in non efficientibus lemoribus inferatur.

¶ Respicite volatilia celi quoniam non serunt neqꝫ metunt neqꝫ congregāt in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit illa. Nōne magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adijcere ad staturam suaꝫ cubitū vnū?

CHRY. Postq̄ꝫ cōfirmauit spem nostrā de maiore ad minus descendens: deinde confirmat de minori ad maius ascendens cuꝫ dicit: Res. vo. ce. q2 nō se. neqꝫ metunt. AVGV. de operibus monachorum: Quidam se dicunt propterea operari non debere: quia nec volucres celi semināt neqꝫ metunt. Cur ergo non attendunt quod sequitur: Neqꝫ cōgregant in horrea? Cur ergo isti manus ociosas ꝛ plena repositoria volunt habere? cur deniqꝫ coquunt? hec enim aues nō faciunt: aut si reperiunt quibus hoc persuadeant: vt eis per singulos dies escas afferant preparatas: saltem sibi de fontibus aquam afferunt ꝛ reponunt: qđ volatilia non faciunt. Sed si nec aqua sibi vasa coguntur implere: ꝛ iam illos qui tunc erant hierosolyme nouo gradu iusticie supergressi sunt: qui demisso sibi ex gratia frumento panem fecerunt aut facere curauerunt: quod aues non faciunt. Non possunt autem ista seruare: vt. s. nihil in crastinum reponant qui se per multos dies a cōspectu hominum separatos ꝛ nulli ad se prebentes accessuꝫ includunt seipsos: viuentes in magna intentione orationum. An forte quo sunt sanctiores: eo sunt volucribꝰ dissimiliores? Quod ergo dicit de volatilibus celi ad hoc dicit: ne quisq̄ꝫ putet deum seruorum suorum necessaria non curare: cum eius prouidentia vsqꝫ ad ista gubernanda proueniat. Neqꝫ enim non ipse pascit eos qui manibus operantur: neqꝫ etiā q2 deꝰ dixit: Inuoca me in die tribulationis ꝛ eruam te. non debuit fugere apostolus: sed expectare vt comprehenderetur: ꝛ euꝫ deus sicut tres pueros de medijs ignibus liberaret. Sicut enim qui fugientibus sanctis huiusmodi questionem obijceret: responderent non se oportuisse tentare deuꝫ: sed tunc talia deum si vellet esse facturum vt eos liberaret: sicut danielem a leonibus ꝛ petrum a vinculis: cum ipsi quid facerent non haberent. Cū vero eis fugam in potestatem dedisset: etiam si liberarentur per illam: non nisi ab ipso liberari: sic seruis dei valentibus manibus suis victum transigere si ex euangelio mouerit questioneꝫ de volatilibus que non seminant neqꝫ metunt: facile respondebunt. Si nos per aliquam infirmitatem vel occupationem non possumus operari: ille nos pascet sicut aues que nihil operantur. Cum autem possumus non debemus tentare deuꝫ: quia hec que possumus eius munere possumus. Et cuꝫ hic viuimus: illo largiente viuimus: qui largitus ē vt possimus: ꝛ ille nos pascit a quo aues pascuntur: sicut dicitur: Et pater vester celestis pascit illa: nonne vos ma. plu. es. illis? AVGV. de ser. do. in monte. i. carius vos valetis: quia rationale animal sicut ē homo sublimius ordinatur in rerum natura q̄ꝫ irrationalia: sicut sunt aues. AVG. xi. de ciui. dei: Plerunqꝫ tamen carius comparatur equus q̄ꝫ seruus: ꝛ gemma q̄ꝫ famula: non ratione considerantis: sed necessitate indigentis: seu voluptate cupientis. CHRY. super mat. Omnia enim animalia deus propter hominem fecit: hominem autem propter se. quanto ergo preciosior est hominis creatio: tanto maior ē dei sollicitudo de ipso. Si ergo aues non laborantes inueniunt escas: homo non inuenit cui deus dedit ꝛ operandi scientiam ꝛ fructificandi spem. HIERO. Sunt autem quidam qui dum volunt terminos patrū excedere ꝛ ad alta volitare: in ima mergūtur. Volatilia celi angelos esse volunt: ceterasqꝫ in dei ministerio fortitudines que absqꝫ cura dei sui alantur prouidentia. Si hoc itaqꝫ ē vt intelligi volunt: quomodo sequitur dictuꝫ ad homines: Nonne vos ma. plu. estis illis? Simpliciter ergo accipiunt: ꝙ si volatilia absqꝫ cura ꝛ erumnis dei alūtur prouidētia: que hodie sunt ꝛ cras non erunt: quātomagis homines quibus eternitas repromittitur. HILA. Potest autem dici ꝙ sub nomine volucrum exemplo nos immundorum spirituum hortatur: quibus sine aliquo negocio querendi ꝛ congregandi: viuendi tamen tribuitur ð eterni consilij potestate substantia: atqꝫ vt ad immundos istud spiritus referatur opportune adiecit: Nonne vos magis pluris estis illis? De comparationis prestantia differentiaꝫ nequitie ꝛ sanctitatis ostendens. GLO. Non solum autem exemplo auium: sed experimento docet ꝙ ad hoc ꝙ sumus ꝛ viuimus nostra cura non sufficit sed diuina prouidentia operatus dicens: Quis autem vestruꝫ cogi. potest adijce. ad staturam suaꝫ cubi. vnū? CHRY. super mat. Deus enim est qui per singulos dies incrementa corporis tui facit: te non intelligēte. Si ergo in teipso quondie dei prouidentia operatur: quomodo in neces-

furijs tuis cessabit? Si aūt vos cogitādo modicam partem corpori vestro addere nō potestis: quomodo cogitādo saluādi estis in toto? AVGV. de ser. do. in monte: Vel pōt referri ad sequētia: ac si diceret: Non esse cura nostra factum vt ad hāc staturā veniret corpꝰ nostrum: ex hoc intelligi potest: q̄ si velletis adijcere vnum cubitum non possetis. Illi ergo tegendi corporis curam relinquite cuiꝰ cura factum est vt esset tante stature. HILA. Vel aliter: Sicut fidem vitalis substantie nostre de documento spirituum seruauit ita opinionem futuri habitus iudicio cōis intelligētie dereliquit. Cum enim vniuersorū corporum que vitam hauserunt: diuersitatē i vnū perfectum virum sit excitaturus: solus q potens sit ad vniuscuiusq̄ proceritatem cubitū vnum ⁊ alterū tertiūue p̄stare: de vestim. i. de specie corporū cum eius contumelia ambigimus: qui vt equalem omnem hominem efficiat: tantum mensure est humanis corporibꝰ additurus. AVGV. vltimo de ciui. dei: Sed si christus in ea mensura corporis i qua mortuus est resurrexit: nefas est dicere cū resurrectionis omnium tempus venerit: accessuram corpori eius eam magnitudinem quā non habuit: quando in ea discipulis i quo notus erat apparuit: vt lōgissimis fieri possit equalis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam minimorum maiorūq̄ corpora redigenda peribit de multorum corporibus perplurimum: cum ipse nec capillum periturum esse promisit. Restat ergo vt quisq̄ recipiat suam mensuram quam vel habuit in iuuentute: si senex est mortuus: vel fuerat habiturus si est ante defunctus. Et ideo non est dictum ab apostolo in mensuram stature: sed in mensuram etatis plenitudinis christi: q̄r resurgent corpora mortuorum in iuuenili etate ⁊ robore ad quam christum peruenisse cognouimus.

¶ Et de vestimētis qd solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neq̄ nent. Dico autem vobis: quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus ē sicut vnū ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est ⁊ cras in clybanum mittitur deus sic vestit: q̄to magis vos modice fidei?

CHRY. in ho. Postq̄ monstrauit q̄ nō oportet nos pro cibo esse sollicitos: ad id qđ leuius est pertransit: neq̄ enim ita necessariū est idumentum sicut cibus. vnde dicit: Et de vesti. quid solli. estis? Non autem hic vtitur exemplo volucrum vt īduceret pauonē ⁊ cygnum: a quibus erat similia exēpla accipere: sed vtitur exemplo liliorum dicens: Considerate lilia agri. Vult ex duobus monstrare superabundantiam. s. a munificentia pulchritudinis: ⁊ a vilitate participantium tali decore. AVGV. de ser. do. in monte: Ipsa autem documenta non sic allegorice discutienda sūt: vt queramus quid significent aues celi: aut lilia agri: posita sunt eni vt de rebus minoribꝰ maiora persuadeant. CHRY. sup math. Lilia enim statuto tēpore formantur in frondibus: vestiuntur candore: implētur odoribꝰ. Et qđ terra radici nō dederat: deus inuisibili operatione largitur. In omnibus autem eadem plenitudo seruatur: vt nō ab euentu facta putentur: sed dei prouidentia intelligantur eē disposita. Dicendo autem: Nō laborant: viros confortat. Dicēdo vero: Neq̄ nent: mulieres. CHRY. in ho. Hec autem dicēs nō opus p̄hibuit: sed sollicitudinem: sicut et supra cum de seminatōe loq̄ret. CHRY. Et vt magis dei prouidentiam in ipsis commendet: que omnē superat humanā idustriā subdit: Dico autem vobis quoniam neq̄ salo. i om. glā sua cooper. est sicut vnū ex istis. HIE. Reuera eni quod sericum: que regū purpura: que pictura pōt floribus cōparari? Quid ita rubet vt rosa? Quid ita cadet vt lilium? Viole vero purpuram nullo superari murice: oculorum magis q̄ sermonis iudicium est. CHRY. in ho. Quantū eni veritatis ad mendacium tm̄ vestimentorū ⁊ florū dr̄ia est. Si ergo salomon a floribꝰ supatꝰ est: qui omnibus regibus fuit preclarior: q̄to tu vestimentis poteris vincere florum decorē? Est autem salomon superatus a florum decore non semel tantum neq̄ bis: sed per totum tp̄s sui regni. Et hoc est qđ dicit: In oi gloria sua. qui nec in vno die ita decoratus ē vt flores. CHRY. sup math. Vel hoc dicit: quia salomon ⁊ si non laborabat: tm̄ iubebat.

Ubi autem iussio: illic ⁊ ministrantium officia: ⁊ iubentis ira frequenter inuenitur. hec aũt quando nesciũt: sic ornant. HILA. Uel lilia intelligẽda sunt angelorum celestiũ claritates: quibus a deo glorie candor indutus est. Nõ laborãt autẽ neq; nent quia virtutes angelorum ex ea quam adepte sunt originis sue sorte vt sint semper accipiunt: ⁊ cum in resurrectione similes homines angelis erunt sperare celestis glorie voluit operimẽtum: exemplo angelice claritatis. CHRY. sup math. Si autem floribus terrenis sic occurrit deus: qui nati sũt: vt tantũmodo videant ⁊ pereãt: homines negliget: quos sic creauit vt non ꝓ tempore videantur: sed vt perpetuo sint. Et hoc est quod dicit: Si autem fenũ agri qđ hodie est ⁊ cras in clybanũ mittitur deus sic vestit: q̃ntomagis vos modice fidei? HIER. Cras autem in scripturis futurum tempus intelligitur dicente jacob: Exaudiat me cras iustitia mea. GLO. Alij libri habent i ignẽ: vel in aceruũ q̃ h; spẽm clybani. CHRY. in ho. Non autem lilia iam ea vocat: sed fenum agri: vt eorum vilitatem ostendat. Sed ⁊ aliam vilitatem apponit dicens: que hodie sunt: ⁊ nõ dixit Cras non erũt: sed qđ ẽ multo deficientius q̃ in clybanũ mittitur. Qđ autem dicit. Quãtomagis vos. occulte insinuatur humani generis honor ac si diceret: Vos quibus animam dedit: corpus plasmauit: ꝓphetas misit: ⁊ vnigenitum filium tradidit. GLO. Dicit autem Modice fidei: q: modica fides est que nec de minimis certa est. HILA. Uel sub feni nomine gentes nuncupantur. Si igitur gentibus iccirco tm̃ indulgetur eternitas corporalis vt mox igni iudicij destinentur: q̃; ꝓphanum est sanctos đ gloria eternitatis ambigere cum iniquis eternitatis opus prestetur ad penã? REMI. Spiritaliter autem p volatilia sancti viri designant qui ex aqua sacri baptismatis renascunt: ⁊ deuotione terrena despiciunt: ⁊ celestia petunt quibus pluris dicuntur esse apostoli: quia ꝓncipes sunt omnium sanctorum. Per lilia ẽt sancti viri intelliguntur: qui absq; labore legalium cerimonialium sola fide deo placuerunt: de quibus dicitur: Dilectus meus mihi pascitur inter lilia. Sancta etiam ecclesia p lilium intelligit: propter candorẽ fidei: ⁊ odorem bone cõuersationis: de qua dicit: Sicut lilium inter spinas. Per fenum designant infideles: de quibus dicitur: Aruit fenũ ⁊ flos eius cecidit. Per clybanum eterna damnatio: vt sit sensus: Si deus infidelibus tribuit bona temporalia: quãtomagis tribuet nobis eterna.

Nolite ergo solliciti esse dicentes quid mãducabimus: aut quid bibem⁹: aut quo operiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei ⁊ iustitiam eius ⁊ hec omnia adijcientur vobis.

GLO. Postq̃; sigillatim de victu ⁊ vestitu sollicitudinem excluserat argumento ab inferioribus sumpto: hic consequenter vtrunq; excludit dicẽs: Nolite ergo solliciti esse dicẽtes: quid manducabimus aut quid bibemus: aut quo operiemur? REMI. Ideo autem h̃ dñs repetiuit: vt ostenderet hanc rẽ ẽẽ per necessariam: ⁊ vt artius eã i cordib⁹ nrĩs inculcaret. RA. Notãdũ vero q̃ nõ ait: Nolite querere aut solliciti esse de cibo aut potu aut idumẽto: sed Quid mãducetis aut qđ bibatis: aut qđ vestiamini. vbi mihi vident argui qui sumpto victu vel vestimẽto cõi lautiora cibi vel austeriora his cũ q̃bus vitã ducunt alimenta vel idumẽta reqrũt. GLO. Est etiã alia sollicitudo superflua ex vitio hominũ q̃ fructus ⁊ pecuniam plusq̃; necesse est reseruãt: ⁊ dimissis spiritualib⁹ illis itent sũt quasi de bonitate dei desperãtes: ⁊ h̃ ꝓhibet. vnde subdit: Hec eni oĩa gẽtes reqrũt. CHR. sup math. Quia i rebus hũanis fortunã credunt ẽẽ nõ ꝓuidẽtiã neq; iudicio dei vitas suas gubernari existimãt: s; icerto duci euẽtu. Et iõ merito timẽt ⁊ desperãt quasi q̃ neminẽ hñt gubernãtez. Qui aũt credit se dei iudicio gubernari: escã quidẽ suã i manu dei cõmittit. vñ sequit: Scit. n. pater vester q: his omnib⁹ idigetis. CHRY. i homi. Nõ aũt dixit deus: Scit deus: sed Scit pater vester: vt eos i maiorẽ spẽ ducat. si. n. pater ẽ: nõ poterit despicere filios cũ nec hoies p̃tes hec sustineãt. Dicit aũt: Qm̃ his oib⁹ idigetis vt magis sollicitudinẽ abijcias: q: necessaria sunt. Qualiter. n. ẽ p̃r q̃ sustinet ẽt necessaria filijs

si vare? Si āt eēnt sup̄flua: n̄ ita oporteret cō/
fidere. AVG. xv. de trini. Nō āt ista ex ali
quo tp̄e cognouit de⁹ s3 futura oia tp̄alia: atq3
in eis ēt qd̄ ⁊ qn̄ ab illo petituri eramus: sine
initio an̄ p̄sciuit. AVGV. xij. de ciui. dei:
Q̄d āt dicūt qdā hec dei sciētia nō posse com
prehēdi: q̄ īfinita sūt: restat eis dicere q̄ non
oēs numeros deus nouerit: quos īfinitos eē
certissimū est. Infinitas āt numeri nō ē icom
prehensibilis ei: cuius itelligētie n̄ est nume/
rus. Quapropter si qcq̄d scia cōprehēdit sciē
tis cōprehensiōe finitur: p̄fecto ois infinitas
quodā ineffabili mō deo finita ē: q̄ ei⁹ scie in
cōprehensibilis nō est. GREGO. nesen⁹
ī libro de hoie: Q̄m āt ē p̄uidētia p̄ huiusmo
di signa demōstrat̄. p̄manētia eni vniuersoꝝ
⁊ marie eoꝝ que sūt in generatōe ⁊ corruptio
ne ⁊ posito ⁊ ordo eoꝝ que sūt: semp̄ custodi
turus s̄m eūdē modū q̄liter p̄ficeret̄ nullo p̄/
uidēte? Sed qdā dicūt deo curā eē existētium
p̄manētie in vniuersali: ⁊ huius sol⁹ p̄uidē
tiam hr̄e. Singularia vero fieri vt cōtingit.
Tres āt cās solas vtiq3 qs dicet nō sicdi pro
uidētiā singulariū? Aut eni hoc qd̄ ē ignora/
re deum: qm̄ bonū ē particulariū diligētiā ha
bere: aut nō velle: aut nō posse. Sed ignoran
tia omnino aliena est a beata substantia. Qua
liter enim latebit deum quod nec homo sapi/
ens ignorabit: q̄ singularibus destructis vni
uersalia destruentur? Nihil autem prohibet
omnia idiuidua perire: nulla p̄curāte poten/
tia. Si aūt nō vult: p̄pter duas fit cās: aut p̄
pter pigritiā: aut p̄pter indecētiam. Pigritia
autē a duobus generatur: aut enim voluptate
aliqua attracti pigritamur: aut p̄pter timorē
desistimus: quoꝝ neutrū fas est cogitare de
deo. Si aūt dicāt nō decere deū: idignū enim
eē tāte b̄titudinis p̄uis cōdescēdere: qualiter
nō incōueniens ē artificem qdē p̄curātē vni/
uersalia: nihil p̄ticulariū neq3 paruissimū de/
relinquere sine p̄curatione: sciētē q̄ ad totum
perficit pars: cōditorē xp̄o deū artificib⁹ enū/
ciare idoctiorē? Si aūt nō pōt ibecillis ē de⁹
⁊ ipotēs benefacere. Si vero icōprehensibi/
lis nobis est singulariū p̄uidētie rō: nō p̄pte/
rea oportet dicere q̄ nō ē p̄uidētia: ita eni di/
cerēt: q̄ numerū hominū ignoram⁹: neq3 ho
mines eē. CHRY. sup̄ math. Sic ergo q̄
credit se dei iudicio gubernari: escā suā i ma/
nu dei cōmittat: cogitet aūt de bono ⁊ malo:
de quo nisi sollicitus fuerit neq3 malū fugiet
neq3 bonū apprehēdet. Et iō eo subdit̄: Que
rite aūt p̄mū regnum dei ⁊ iusticiā eius. Re/
gnum dei ē retributio bonoꝝ operū. Justicia
aūt eius: via pietatis p̄ quā itur ad regnū. Si
ergo cogites q̄lis erit gloria scōꝝ: necesse est
vt aut p̄pter timorē pene recedas a malo: aut
p̄pter desideriū glorie festines ad bonū. Et
si cogitaueris que sit dei iusticia: qd̄. s. odit de
us ⁊ quid amat: iusticia ipsa ostēdit tibi vias
suas q̄ amātes se sequr. Non aūt daturi su/
mus rationē si pauperes sum⁹ aut diuites: s3
si bene vel male egerimus: qd̄ ē in nr̄o arbi/
trio. GLO. Vel dicit iusticiā ei⁹. q. di. vt p̄
eum nō per vos iusti fitis. CHRY. super
math. Terra āt etiā p̄pter pctā hoiu3 maledi
citur: vt non germinet: s̄m illud. Maledicta
terra in opere tuo. benedicitur aūt cum bona
fecerimus. Quere ergo iusticiā ⁊ nō deerit ti
bi panis. Unde sequit̄: Et hec oia adijcient̄
vobis. AVGV. de ser. do. in mōte. s. tē/
poralia q̄ manifeste hic ondit non esse talia bo
na nostra p̄pter q̄ benefacere debeamus: sed
tn̄ necessaria eē. Regnū xp̄o dei ⁊ iusticia ei⁹
bonum nostrū est: vbi finis cōstituendus est.
Sed quia in hac vita militamus vt ad illud
regnu3 peruenire possimus que vita sine his
necessarijs agi non potest: apponentur inqt
hec vobis. Cum autem dixit illud Primu3:
significauit quia hoc posterius querendum ē
non tempore sed dignitate: illud tanq3 bonū
nostrum: hoc tanq3 necessariu3 est. Neq3 .n.
verbi gratia debemus euangelizare vt man/
ducemus: quia sic vilius haberemus euange
lium q3 cibum: sed ideo mādūcamus: vt euā
gelizemus. Querentibus aūt primum regnū
dei ⁊ iusticiam eius. i. hoc preponentibus ce/
teris rebus: vt hoc propter cetera queramus:
non debet subesse sollicitudo ne necessaria de
sint. ⁊ ideo ait: Hec oia adijciētur vobis .i.
cōueniēter sine vllo vr̄o ipedimēto: ne cū ista
queritis: illic auertamini: aut duos fines con
stituatis. CHRY. in ho. ⁊ nō dixit: Da/
būtur: sed apponētur: vt dicas q̄ p̄ñtia nihil
sūt ad magnitudinē futuroꝝ. AVGV. de
ser. do. in monte: Cum aūt legimus in fame
⁊ siti apostolū laborasse: nō existimemus hic
dn̄i promissa titubasse: quādoquidem ista sint

adiutoria. Medicus iste cui nos totos cōmisimus: nouit quando apponat τ quando detrabat sicut nobis indicat expedire. Si enim nobis aliquando defuerint: quod plerunqꝫ propter nostram exercitationem deus sinit non debilitat propositum nostrum sed exaiatum confirmat. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus.n. dies sollicitus esse erit sibi ipsi. Sufficit eni diei malicia sua. GLO. Prohibuerat sollicitudinem presentium rerum modo prohibet sollicitudinem futurorum: variam ex vitio hominum prouenientem cuz dicit: Nolite ergo solliciti esse in crastinum. HIERO. Cras in scripturis futurum tēps intelligitur: dicente iacob: Exaudiet me cras iusticia mea. τ in samuele phātasmate phitonissa loquitur ad saulem. Cras erit mecum. de presentibus ergo concessit debere esse sollicitos qui futura prohibet cogitare. Sufficit.n. nobis presentis tēpis cogitatio. Futura q̄ incerta sunt deo relinquamus. Et hoc est qđ dicit: Crastinus eniz dies sollicitus erit sibiipsi. i. ipse afferet sollicitudinem suam secum. Sufficit enim diei malicia sua. Hic maliciam nō contrariam virtuti posuit: sed laborem τ afflictionem τ angustiā seculi. CHRY. in bo. Nihil enim ita dolorem infert anime: vt sollicitudo τ cura. Cum autem dicat ꝙ crastina dies erit sollicita de seipsa: volens manifestius facere quod dicitur: Prosopopeiam facit temporis ſm multorum consuetudinem loquēs ad plebem imperfectam. vt enim eos magis moueat: ipsos dies conquerentes inducit pro superflua cura. Nunquid enim dies non sufficiens habet onus. i. curam suam: quid igitur cum aggrauas magis: curam que pertinet ad alium diem apponendo? CHRY. super matth. Vel aliter: Per hodie hec soluz significantur: que habemus in vita presenti necessaria. Qđ autem dicit Cras: quod superfluū est ostendit. dicit ergo: Nolite solliciti esse in crastinum: idest nihil curetis super id habere quod necessarium est vobis: ad vitam quotidianam. Quod enim superfluum fuerit qđ ē cras curabit se. Et hoc est quod dicit: Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi: ac si dicat: Superflua cum cogitaueris: ipse se curabunt: te quidem eis nō fruente inuenient dominos multos qui ea procurent. Quid ergo curas de illis quorum potestatem es alijs dimissurus? Sufficit eniz diei malicia sua. q. d. Sufficit tibi labor quem pateris propter necessaria: noli de superfluis laborare. Vel aliter: AVGV. de ser. do. in monte: Nō dicitur crastinus dies nisi in tempore vbi preterito succedit futurum: Ergo cum aliquid boni operamur nō terrena: sed eterna cogitemꝰ crastinus eniz dies sollicitus erit sibiipsi. i. cū oportuerit sumas cibuz τ huiusmodi. s. cum necessitas vrgere ceperit. Sufficit enim diei malicia sua. i. sufficit ꝙ ista sumere vrgebit necessitas: quam maliciam nominat: qꝛ penalis est nobis: pertinet enim ad mortalitatem quā peccando meruimus. huic ergo pene temporalis necessitatis noli addere aliquod grauiꝰ vt non solum eam patiaris: sed etiaz propter hanc explendam milites deo. Hic est cauendum: ne cum viderimus aliquem seruum dei prouidere: ne ista necessaria desint: vel sibi vel eis quorum cura sibi commissa est: iudicemus eum contra domini precepta facere: τ de crastino esse sollicitum. nam τ ipse dominus cui ministrabāt angeli: propter exemplū loculos habere dignatus ē. Est ī actibus apostolorum scriptum ea que ad victum sunt necessaria: procurata esse in futurum propter iminentem famem. non ergo hoc dominus increpat: siquis humano more ista procuret: sed siquis propter ista nō militet deo. HILA. Hoc etiam totum sub dicti celestis significantia continetur. Jubemur igitur non ambire ꝺ futuris. Satis.n. vite nostre malicia dierum quibus viuimus. s. peccata sufficiunt: vt contra hec purganda omnis vite nostre meditatio: laborqꝫ versetur. Cessante autem cura nostra ipsa futura sollicita sunt dum nobis eterne claritatis ꝓfectus deo procurāte ꝓponit.

ℭ Dominica. xvi. Luce. vij. cap.



Bat iesus ī ciuitatē que vocatur naym: τ ibant cū illo discipuli eiꝰ: τ turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat

⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quā cum vidisset iesus misericordia motus super eam dixit illi: Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterūt. Et ait: Adolescēs: tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor: ⁊ magnificabant deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit i nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suam.

CHRY. Mira dñs miris annectit: ⁊ supra quidē accersit⁹ occurrit: hic vero nō vocatus accedit. vñ dr̄ ibat in ciui. q̄ vocat naym. BE. Naym ē ciuitas galilee i secūdo miliario montis thabor. diuino aūt nutu multa turba dñm comitat: vt multi essent tanti miraculi testes. vñ sequit: Et ibant cū illo discipuli ei⁹ ⁊ turba copiosa. GRE. nisenus: Resurrectiōis aūt experimentū nō ita verbis sicut opibus a saluatore didicim⁹ q ab inferiorib⁹ ichoās opus miraculi: fidē nostrā assuefacit ad maiora. Primo qdē in egritudine desperata fui cēturionis: resurrectionis incepit potestatē post hec altiori potestate ducit hoies ad fidē resurrectiōis: dū suscitauit filiū vidue: q ferebat ad monumētū. vñ sequitur: Cū aūt appropi. por. ciui. ecce defun. effere. fi. vni. matris sue. Diceret. n. aliqs de puero centurionis: q moriturus nō erat vt igit temerariam linguā cōpesceret: iam defuncto iuueni: xp̄m obuiare fatet vnico filio vidue. nā sequit: Et hec vidua erat: ⁊ tur. ciui. mul. cū illa. Erūne molē breuib⁹ xbis explicuit. Mater vidua erat ⁊ nō sperabat vlterius filios procreare: nō hēbat in quē aspectū dirigeret vice defuncti: hūc solū lactauerat solus aderat alacritatis cā i domo: qcqd matri dulce ac preciosum hic solus extiterat. CIRYL. Miseranda passio ⁊ ad fletum ⁊ lachrymas potens prouocare. vnde sequitur: Quam cum vidis. do. mise. motus super eam dixit illi: noli flere. BEDA. q. d. Desiste quasi mortuum flere quē mox viuum resurgere videbis. CHRY. Jubens autem cessare a lachrymis qui consolatur mestos: monet nos presentibus defunctis consolationem recipere resurrectionē sperantes: tenet autē feretrum vita obuians morti. vnde sequitur: Et accessit ⁊ tetigit locu. hi. au. qui porta. steterunt. CIRYL. Ideo autē non solo verbo peragit miraculum: sed ⁊ feretrum tangit: vt cognoscas efficax esse sacrum christi corpus ad humanā salutem: est enim corpus vite ⁊ caro verbi omnipotentis cuius habet virtutem. sicut enim ferrum adiunctum igni perficit opus ignis: sic postq̄ caro vnita est verbo quod viuificat omnia: ipsa quoq̄ facta est viuificatiua ⁊ mortis. TYTVS. Non autem saluator similis est helie deflenti filium saraptane: nec qualis helisеus: qui proprium corpus applicuit corpori defuncti: nec qualis est petrus: qui pro thabita orauit: sed ipse est qui non entia velut entia vocat: qui mortuos vt viuos alloqui potest. vnde sequitur: Et ait adolescens tibi dico surge. GREGO. nisenus: Qui dixit adolescentem: florentis significauit temporis horā primam producentem lanuginem: qui paulo ante mulcebris erat maternorū oculorum aspectui: iam aspirans ad tempus sponsaliū virga generis: successionis ramus: baculus senectutis. TITVS. Incontanter autem erectus est cui sunt mandata directa. diuina enī potestas est irrefragabilis: nulla mora: nulla orationum instantia. vnde sequitur: Et resedit qui erat mor. ⁊ ce. lo. ⁊ dedit illū matri sue. Indicia sunt hec vere resurrectionis corpus enim exanime loqui non potest. nec reportasset multer ad domum defunctum filium inanimatum. BEDA. Pulchre autem euangelista dominum prius misericordia motum esse super matre ac sic filium resuscitare testatur: vt in vno nobis exemplum imitande pietatis ostenderet: in altero fidem mirande potestatis astrueret: vnde sequitur: Accepit autem omnes ti. ⁊ magnificabant deum dicentes: q: propheta magnus sur. in nobis: ⁊ q: deus visitauit plebem suā. CIRYL. Hoc magnū fuit in populo insensibili ⁊ ingrato: post modicū. n. nec prophetā nec ad vtilitatem populi procedere ipm existimauit. Neminē aūt habitantiū iudeam hoc miraculum latuit. vnde sequitur: Et exijt h sermo in vniuersā iudeam: ⁊ in omnem circa regionem. AMBRO. Idoneum autem est dicere: q septē resurrectiones ante dominicam narrant: quarum prima est filij saraptane: secunda filij su

namitis: tertia q̃ fcā ē in reliquijs helisei: q̄rta q̃ facta ē ī naym: qnta filie archisynagogi: sexta lazari: septima in christi passione: multa nanqꝫ corpora sanctoꝝ surrexerūt. octaua est christi qui expers mortis remansit vlterius in signum ꝙ cōis resurrectio q̃ morte futura est in octaua etate: non tolletur morte: sed indissolubilis permanebit. BEDA. Defunct⁹ aūt q extra portā ciuitatis multis ē iuuentibus elatus. significat hoīem letali funere criminū soporatum ꝛ aīe mortē non cordis adhuc cubili tegentē: sed ad multoꝝ noticiā per locutionis operisue indicium quasi ꝑ ciuitatis hostia propalantē. Portam enim ciuitatis puto aliquē de sensibus esse corporalibus: qui bene filius vnicus matris sue fuisse perhibetur: qꝛ vna ē ex multis personis collecta mater ecclesia. viduam aūt esse ecclesiam: oīs aīa que se domini morte redemptā meminit agnoscit. AMBRO. Hanc enim viduā populoꝝ turba circunseptā plus video esse q̄ȝ feminam que resurrectionē vnici adolescētis filij a pompa funeris reuocat: ad vitā suaꝝ contemplatione lachrymarum: que flere prohibetur cū eī resurrectiō debebatur. BEDA. Vel nouati dogma confundit: qui dum penitentiū mundationē euacuare conatur: matrem ecclesiā de natoꝝ suoꝝ spiritali extinctione plorantē spe vite reddende negat consolari debere. AMBRO. Hic aūt mortuus in loculo materialibus quattuor ad sepulchrū ferebatur elementis: sed spem resurgendi habebat: qꝛ ferebat̄ i ligno: qḋ ꝛ si nobis ante non proderat: tamē posteaq̄ȝ christus id tetigit: proficere cepit ad vitā: vt esset īdicio salutē populo ꝑ crucis patibulū refundendā. In secreto enim iacem⁹ exanimes: cū vel ignis in modice cupiditatis exestuat: vel frigidus humor exūdat: ꝛ pigra quadaȝ corporis habitudine vigor hebetatur animoꝝ. BEDA. Vel loculus in quo mortuus effertur male secura desperati corporis conscientia est. q vero sepeliendū portant: vel īmunda desideria vel blandimēta sunt sociorum: qui dn̄o loculum tangente steterunt: qꝛ superni formidine iudicij tacta cōscientia: carnales sepe voluptates ꝛ iniuste laudātes coercens ad se reuertitur: vocantiq; ad vitam respōdet saluatori. AMBRO. Si ergo graue peccatum est: qḋ penitentie tue lachrymis ipse lauare non possis: fleat pro te mater ecclesia: assistat ꝛ turba iam resurgens a funere: ꝛ incipiens alia vita loqui timebunt oēs: vni⁹ enim exemplo oēs corrigunt̄. Laudabunt ēt deuȝ qui tanta nobis remedia vitāde mortis indulsit. BEDA. Visitauit aūt deus plebē suā: non solum semel verbum suū incorporando: sȝ semꝑ in corda mittēdo. THEO. Viduam ēt potes intelligere aīam virū amittentem. i. diuinum sermonem: filius enim est intellectus qui extra ciuitatem effertur viuentium. Loculus eius est corpus eius qḋ qdem dixerunt esse per sepulchrum. Tangens autē eum dn̄s eleuat ipsuȝ iuuenescere faciens eū qui surgens a peccato īcipit loqui ꝛ alios edocere. Non enim prius ei crederetur.

ℭ Dominica. xvij. Luce. xiiij. cap.



Cum intraret iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato mā ducare panem: ꝛ ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens iesus dixit ad legisperitos ꝛ phariseos: Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: ꝛ non continuo extrahet eum die sabbati. Et non poterant ad hec respōdere illi.

CIRYL. Quamuis domin⁹ maliciā phariseoꝝ cognosceret: tamen eorum fiebat conuiuia vt ꝓdesset presentibus per verba ꝛ miracula. vnde subditur: cuȝ intra. in do. cu. ꝓnci. pha. sab. man. pa. ꝛ ipsi obser. eū. si. s. reuerentiā legis contēneret. ꝛ an qḋq̄ȝ prohibitoꝝ faceret in die sabbati. Itaq; hydropico veniente in mediū: interrogatione reprehendit insolentiā phariseorum: eū arguere volentium. vnde dicitur. Et ecce homo quidē hydropic⁹ erat ante illuȝ. Et rn̄dens iesus dixit ad legisperitos ꝛ phariseos: si licet sabbato curare. BEDA. Quod dicitur respondisse iesus:

ad hoc respicit qd premissum est: Et ipsi obser. eum. Dominus. n. nouit cogitationes hominum. THEO. In sua aut interrogatione deridet eos sicut amentes: deo. n. benedicente sabbatum: ipsi prohibent operari bona i eo. dies aut que bonorum operam non admittit: maledicta est. BEDA. Sed merito interrogati tacent: qz contra se dictum quicquid dixerint vident. Nam si licet sabbato curare: quare saluatorem an curet obseruant? si non licet: quare ipso sabbato pecora curant. vnde sequitur: At illi tacuerunt. CIRYL. Neglectis igitur iudeorum insidijs: liberat a morbo hydropicum: qui metu phariseorum remedia nō postulabat propter sabbatum: sed solum astabat vt ex aspectu misertus eius saluaret eum. Quod dominus cognoscens nō postulat ab eo si vellet saluus fieri: sed protinus eum sanauit. vnde sequitur: Ipse vero app. sana. eū ac dimisit. THEOPHI. In quo nō hoc prosperit dominus: ne scādalizaret phariseos: sed vt benefaciat egēti remedijs: docet. n. nos cum magna resultat vtilitas non curare si stulti scādalizentur. CIRYL. Sed quia pharisei inepte tacuerunt: soluit christus inflexibilem eorum imprudentiam considerationibus serijs ad hoc vtens. vnde sequitur: Et respon. ad il. dixit: Cu. ve. asi. aut bos i pu. ca. et non cō. ex. il. die sabbati. THEOPHI. q. d. Si prohibuit lex misereri in sabbato: ne curam habeas filij tui periclitantis i sabbato: sed quid dico filij quando nec bouem preteris si periclitantem videris? BEDA. In quo sic obseruatores suos phariseos conuincit: vt eosdem etiam auaritie condemnet: qui in liberatione animalis sue auaricie consulebant. Quanto ergo magis christus hominem qui multo melior est pecore debuit liberare. AVGV. de con. euan. Congruenter autem hydropicum animali quod cecidit i puteum comparauit: humore. n. laborabat: sicut illam mulierem quam alligatam dixerat et ipse soluebat comparauit iumento quod soluitur vt ad aquam ducatur. BEDA. Competēti ergo exemplo soluit questionem: vt ostendat eos violare sabbatum in opere cupiditatis q eum violare arguerunt in opere charitatis. vnde sequitur: Et nō po. ad hoc respon. illi: Mystice autem hydropicus cōparatur ei quē fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat. hydropicus. n. morbus ab aquoso humore vocabulum trahit. AVGV. de que. euan. Vel hydropicum recte comparamus diuiti auaro sicut. n. ille quantomagis abundat humore inordinato: tanto amplius sitit: sic et iste quanto est copiosior diuitijs quibus non bene vtitur: tanto ardentius talia concupiscit. GREGO. xiiij. mo. Recte ergo hydropicus ante phariseum curatur: quia per alterius egritudinem corporis in altero exprimitur languor seu egritudo cordis et mentis. BEDA. Bene autem in exemplo bouem et asinum nominat: vt vel sapientes et hebetes: vel vtrunqz populum significet. s. iudeum iugo legis pressum: et gentilem nulla ratione domitum: omnes. n. a puteo concupiscentie demersos dominus extrahit.

¶ Dicebat aut et ad inuitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerent: dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: et veniens is qui te et illum vocauit dicat tibi: da huic locum: et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris: vade recumbe i nouissimo loco. vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. quia omnis q se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur.

AM. Prius curatus ē hydropicus i quo fluxus carnis exuberās aie grauabat officia: spūs extinguebat ardorē. Deide docet humilitas: dū i conuiuio nuptiali appetētia loci superioris arcetur. vñ dr. Di. aut ad iui. pa. intē. quō pri. ac cu. eli. di. ad il. Cū inui. fu. ad nup. nō dis. i pri. loco. CI. Prosilire. n. pcipite ad honores q nobis nō conueniūt: idicat nos temerarios esse: et nra fcā vitupio replet. vñ sequitur: Ne forte hono. te sit iui. ab eo. et ve. is q te et il. inui. di. ti. Da. huic lo. et tūc ici. cū ru. no. lo. tenere. CHRY. Et sic qd concupiuit; nequaqz obtinuit ābitiosus honoris sz passus ē repulsam et satagens qualr abūdat honoribus si ho

noratur. ꝛ ꝙ nihil est equipollēs modestie: au
ditorem ad oppositū ducit. Non soluz prohi
bet ambire ꝑmatuz: sed venari v ltima. vnde
sequitur: Sed cū vo. fu. va. re. in no. loco.
GRE. Si eniz aliqs nō vult alijs ꝑlocari:
nanciscitur hoc ex diuina sniā. vnde sequit̄:
Et cū ve. qui te inui. di. ti. Amice ascē. supe
rius. Hec dicēs non grauiter obiurgat: sed
leniter iniungit. sufficit enim monitio apud
discretos ꝛ sic ꝑ humilitate aliquis coronatur
honore. vnde sequitur: Tūc erit ti. gloria co.
si. discumbētibus. BA. Occupare igit̄ locū
vltimum in cōuiuijs iuxta mandatū dn̄icū cō
ueniēs ē sed rursus i hunc cōtētiose irruere
reprobuz tanq̄z interemptoriū ordinis ꝛ cau
satiuum tumultus ꝛ de eo mota cōtētio cqui/
parabit vos litigantib⁹ de ꝑmatu. Quapropt̄
sicut hic dn̄s dicit expedit conuiuium facienti
cōmittere accubitus ordinem: sic ꝛ in patien/
tia nos mutuo sustinebimus honeste ꝛ ſm or
dinem oīa prosequentes: nō ad apparentiam
plurium nec videbimur humilitatem pertra/
ctare per vehementem contradictionem: ma/
gis autem ꝑ humilitatem patiētiam obtinebi
mus. Maius est. n. ex repugnātia superbie
īdicium q̄z ex primo accubitu quādo cum cuz
imperio obtinemus. THEO. Nemo aūt
putet premissam christi doctrinam modicam
esse ꝛ indignam culminis dei verbi. non eni
pium dices esse medicū pollicitū sanare poda
gram: ictum vero digiti vel dētis dolorez no
lentē curare. Porro quomodo ꝑua passio va
ne glorie: que versabat primos perquirentes
accubitus. Decebat igit̄ humilitatis magrm
oēm ramum praue radicis amputare: sed ꝛ il
lud considera: quia presto cena ꝛ passione pri
matus coram saluatore vexante miseros op/
portunitatem habebat monitio. CI. Ostēso
igit̄ tam modico exemplo ambitiosorum con/
temptum: ꝛ non ambitiosorum exaltationez:
adijcit magnum paruo generalē sniām pro/
ferens cum subditur: Quia omnis qui se ex/
al. hu. ꝛ qui se hu. exal. quod dicitur ſm diui/
num iudiciū: nō ſm humanam cōsuetudinē:
ſm quam plures concupiscētes honorem cō/
sequuntur: alij vero se humiliātes inglorijre
manent. THEO. Porro non finaliter nec
omnibus hominibus est reuerendus: qui se
honorib⁹ ingerit: sed dum a quibusdam hono
ratur: alij detrahunt ei: ꝛ quandoq̄z etiaz ipsi

honorātes. BEDA. Sed quoniam hāc ad
monitionem euangelista parabolaz vocat: bre
uiter īmedum q̄d mystice significet: quisquis
nuptias christi ꝛ ecclesie inuitatus adierit: mē
bris ecclesie per fidem coniunctus nō se extol
lat. q. sublimior ceteris de meritis gloriādo.
Dabit. n. locum honoratiori post inuitato cū
illorū qui se in christo secuti sunt agilitate ꝑit̄:
ꝛ cum rubore nouissimū locū tenet quādo de
alijs meliora cognoscens quicquid de sua opi
nione celsum sentiebat humiliat. Sed recum
bit aliquis in nouissimo loco ſm illud: Quā
to magnus es: humilia te in omnibus. Veni
ens aūt dn̄s quem humilē īuenerit: amici no
mine beatificās ascendere superius precipiet.
Quicūq̄z. n. humiliauerit se sicut paruulus:
h̄ est maior in regno celorum: pulchre autem
dicitur: Tunc erit tibi glorio: ne nunc quere/
re incipias quod tibi seruatur in fine. Potest
etiā ꝛ hoc i hac vita intelligi: quia quotidie do
minus suas nuptias intrat: superbos despi/
ciens: ꝛ humilibus sepe tanta sui spūs onera
prestans: vt discumbētiū. i. fideliū cetus eos
admirādo glorificet. Ex cōclusione vo gene
rali que subditur manifeste claret precedentez
domini sermonez typice itelligēdū. Neq̄z. n.
ois q̄ se corā hominibus exaltat humiliat̄: aut
qui se in cōspectu hominū humiliat: exaltatur
ab eis sed qui se de meritis eleuat humiliabit̄
a domino: ꝛ qui se de beneficijs humiliat: ex/
altabitur ab eo.

¶ Feria quarta i ieiunijs quatuor tē
porum. Marci. ix. capi.

RESpondens vnus de tur
ba dixit ad iesum: Ma/
gister attuli filium meuz
ad te habentem spiritum
mutum: qui vbicunq̄z eū
apprehenderit allidit eum ꝛ spumat et
stridet dentibus ꝛ arescit. Et dixi disci
pulis tuis vt eijcerēt illū ꝛ nō potuerūt.
Qui respōdēs eis dixit: O gn̄atio icre/
dula: q̄diu apd̄ vos ero? Quādiu vos
patiar? Affer te illū ad me: ꝛ attulerūt eū
Et cū vidisset illū stati spūs cōturbauit

eum: ⁊ elisus in terra volutabatur spu-
mās. Et interrogauit patrem eius:
Quantum tempus est ex quo ei hoc ac
cidit? At ille ait: Ab infantia. Et fre-
quenter eum in ignem ⁊ in aquam mi-
sit: vt eum perderet. Sed siquid potes
adiuua nos misertus nostri. Jesus au-
tem ait illi: si potes credere: omnia pos-
sibilia sunt credenti. Et cōtinuo excla-
mans pater pueri cum lachrymis aie-
bat: Credo domine: adiuua increduli-
tatem meam. Et cum videret iesus cō-
currentem turbaꝫ comminatus est spi
ritui immundo dicēs illi: Surde ⁊ mu
te spiritus ego precipio tibi: exi ab eo: ⁊
amplius ne introeas in eum. Et cla-
mans ⁊ multum discerpens eum: exijt
ab eo: ⁊ factus est sicut mortuus: ita vt
multi dicerent: quia mortuꝰ est. Jesus
autem tenens manum eius eleuauit eū
⁊ surrexit. Et cuꝫ introisset in domū:
discipuli eius secreto interrogabāt eū:
Quare nos non potuimus eijcere eū:
Et dixit illis: Hoc genus in nullo po
test exire: nisi in oratione ⁊ ieiunio.
CHRY. Hunc hoīem scriptura infirmū
in fide ostendit: ex h̄ qd̄ xp̄s dicit: O genera-
tio incredula. ⁊ ꝑ h̄ qd̄ subdit: Si potes crede
re. Sed ⁊ si infidelitas eius occasio extiterit d̄
monē non pellendi: incusat tm̄ discipulos. vn̄
subdit: Et dixi dis. tu. ⁊ eij. ⁊ non po. Vide
aūt ipsius insipientiā. Jesum in medio turba
rum precatur discipulos incusans. vn̄ ⁊ dn̄s
corā plebe multo magis h̄ ei imputat non so-
lum in ꝑsonam eius accusationē intendens:
sed in ꝑsonam oīum iudeorum. probabile. n.
est multos presentiū scandalizatos: ea q̄ nō cō
ueniebant de discipulis cogitasse. vnde sequi
tur: Qui eis respondens dixit: O generatio
icre. q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar?
In quo ostendit: ⁊ mortē se desiderare: ⁊ gra
ue ei esse cum illis conuersari. BEDA. In
tm̄ autē non est homini iratus: sꝫ vitio vt sta
tim intulerit: Afferte illuꝫ ad me: ⁊ at. eū. Et
cū vidis. il. sta. spi. ꝯtur. illū: ⁊ eli. i ter. volu.
spu. CHRY. Hoc aūt dn̄s ꝑmisit ꝓ pa-
trē pueri: vt cū vexantē demoneꝫ videret: ad
fidē futuro miraculo traheretur. THEO.
Permittit ēt vexari puerꝫ: vt ex h̄ sciremꝰ de
mōis ipietatē: q occidisset eū nisi fuisset a dn̄o
adiutꝰ. Seqr̄: Et iter. pa. eius. Quātū te. est
ex quo h̄ ei acci. At ille ait: Ad infan. ⁊ freq.
eū in ig. ⁊ aq. mi. vt eū ꝑ. BEDA: Erube-
scat iulianus q dicere audet oēs hoīes absqꝫ
peccati ꝯtagiōe nasci i carne tanqꝫ inocētes ꝑ
oīa: vt fuit adā qn̄ creatus ē. Quid. n. habuit
iste puer vt ab infantia demonio vexaret acer
bissimo: si nullo originalis peccati vinculo te
nebaꝛ: qꝛ constat illū adhuc propriū nō hr̄e po
tuisse peccatū? GLO. Exp̄mat aūt in v̄bis
sue petitionis fidei defectū. vn̄ subdit: Sed si
qd po. adiuua nos mi. no. Cū. n. dicit: Siqd
po. manifestat se de eius potētia dubitare: qꝛ
viderat filiū suū a discipulis christi curatū nō
esse. Dicit aūt Misertus nostri. vt designa-
ret miseriā filij q patiebaꝛ: ⁊ patris q cōpatie
baꝛ. Sequitur: Jesus aūt ait illi: Si po. cre.
om. pos. sunt cre. HIERO. Libertatē ar
bitrij h̄ indicat qd̄ dicit: Si potes. Que auteꝫ
sunt omnia que possibilia sunt credēti: nisi q̄
in noīe iesu. i. salutis postulantur cum lachry
mis. BEDA. Aptum autem responsuꝫ do
minus dedit petenti. Ipse. n. ait: Siquid po
tes adiuua nos Et dn̄s: Si potes ingt crede
re. At cōtra leprosus q fidelr̄ clamabat: Dn̄e
si vis potes me mūdare. cōgruū sue fidei acce
pit r̄nsum. Volo: mūdare. CHRY. Qd̄
aūt dicit: tale ē: Tāta ē virtutis apud me sup
abūdātia: vt nō solū h̄ possim: sꝫ ⁊ alios h̄ fa-
ciā opari. quare si credideris vt oꝫ: ⁊ hūc ipse
curare poteris: ⁊ alios multos. Si ergo eum
ad fidem reducebat: q adhuc de infidelitate lo
quitur. vnde sequitur: Et cū. excla. pa. pu. cū
la. aiebat: Credo dn̄e: adiu. incredu. meam.
Sed si crediderat dicens: Credo. quomodo
subdit: Adiuua incredulitatē meā? Dicamꝰ
igiꝛ qm̄ multiplex ē fides: itroductoria. s. ⁊ ꝑ
fecta. Hic aūt icipiēs credere saluatorē dep-
cabaꝛ: vt apponeret reliquū ad suā v̄tutem.
BEDA. Nemo. n. repēte fit summꝰ: sꝫ in
bona cōuersatiōe a minimis qsqꝫ inchoat: vt
ad magna ꝑueniat. Alia nanqꝫ sunt v̄tutis
exordia: aliud ꝓfectꝰ: aliō ꝑfectio. Quia igiꝛ
ꝑ occultā ispiratōnē gratie meritoꝝ suoꝝ gra
dibꝰ fides crescit: vno codēqꝫ tpe is q necdū

perfecte crediderat: simul et credebat: et incre/
dulus erat. HIERO. Per hoc etiā mon
stratur q credulitas nostra infirma est: nisi in
nixa subsistat adiutorio subsidij dei. Fides
autem cuz lachrymis optata vota capit. vnde
sequitur: Et cum vi. iesus concur. tur. cōmi.
est spi. immun. di. illi: Surde et mu. spi. ego
tibi precipio: exi ab eo: et amplius ne intro. in
eum. THEO. Ideo autem cuz videret tur
bam concurrere: comminatus est spiritui im
mundo. nolebat. n. corā turba curare: vt ostē
tationem fugere doceret. CHRY. Q̄d au
tem comminatur et dixit: Ego tibi precipio.
diuine attribuit potestati. Q̄d vero dicit non
solum: Exi. ab eo. sed: Et amplius noli in/
troire in eum. ostendit q2 ad reintrādum ꝓm
ptus erat: q2 ille nondum erat in fide perfect⁹
sed h̄ domini iussio inhibebat. Sequitur: Et
exclama. et mul. dis. cum exijt ab eo: et factus
est sicut mor. ita vt mul. di. q2 mor. est. Non
. n. valuit mortē diabolus imponere propter
vere vite aduentum. BEDA: Quem autē
hostis impius morti similem reddidit hūc pi/
us saluator pie dextere tactu saluauit. vnde se
quitur: Jesus autem te. ma. eius ele. eū et sur.
Ex quo sicut verum se esse deum potentia sal
uandi docuit: ita et verum se habuisse carnis
naturam more tactus humani declarauit. Ne
gat nanq3 Manes insanus veraciter euz car
nem indutuz fuisse: sed ipse cum tot languen
tes suo tactu erexit mundauit: illuminauit he/
resim illius: et anteq3 nata eēt damnauit. Se/
quitur: Et cuz intro. in do. dis. eius se. inter.
euz: Quare nos non po. eij. CHRY. Ti
mebant. n. ne forte collatam sibi gratiam ami
sissent: receperant enim potestatem iam spiri
tuum immundoruz. Sequitur: Et dixit illis:
Hoc genus in nullo potest exire: nisi in ora/
tione et ieiunio. THEO. s. lunaticorū: vel
simpliciter omniuz demonioꝝ genus. Opor
tet nanq3 ieiunare eum qui curari d3: et illum
qui curat. Sic. n. vera oratio perficitur: cū cō
iungitur orationi ieiunium: qm̄ non grauatur
qui orat ex sumptione ciboꝝ: sed sobrius est.
BEDA: Mystice aūt dn̄s sursum discipu
lis mysteria regni reserat: deorsuz turbis pec
cata infidelitatis exprobrat: et spūs malos ab
his q vexant expellit: Nā carnales adhuc et i
sipientes confortat: docet: castigat: et pfectio/
nem liberius de eternis instruit. THEO.
Demon aūt iste surdus et mutus est: surdus
inq3tum non vult dei sermones audire: mu/
tus vero inq3tū non vult alios qd̄ cōdecēs ē
docere. HIERO. Peccator autē spumat
stulticia: stridet iracūdia: arescit ignauia. Di/
scerpit autem spiritus appropinquantem ad
salutem: et similiter quos ventrem suum tra/
here desiderat: discerpit per terrores et dāna:
vt fecit in iob. BEDA. Sepe. n. dum con/
uerti ad deum post peccata conamur: maiori/
bus nouisq3 antiqui hostis pulsamur insidi/
is: quod facit: vt vel odium virtutis incutiat:
vel expulsionis sue vindicet iniuriā. GRE
GO. x. mora. Velut mortuus autem osten
ditur qui a maligni spiritus potestate liberat̃:
q2 quisquis iam terrena desideria subegit: vi
tam in se carnalis conuersationis extinguit. et
mundo mortuus apparet: quem multi mortu
um dicunt: q2 q spiritaliter viuere nesciunt eū
qui carnalia opera bona non sequit̃ extinctuz
funditus arbitant̃. HIERO. Per h autē
q ab infantia vexatus ē: significat̃ gētilis po
polus: cuius a natiuitate increuit cultus inuti
lis idoloꝝ: vt stulte immolaret filios suos de
monijs. Vnde dicitur: q in ignē et aquā euz
misit. Alij. n. de gentibus ignē venerabant̃:
alij aquā. BEDA: Vel in h demoniaco si/
gnificant̃ q originalis culpe reatu astricti veni
unt in mundū: xpi s̄m gratiā saluandi. Ignis
aūt ad feruorē iracūdie referendus ē: aqua ad
voluptates carnis q̄ dissoluere mentē p delici
as solent. Non aūt puero q vim patiebat̃: s3
demoni q inferebat cōminatus ē: q2 q peccan
tem emēdare desiderat: vitiū vtiq3 increpādo
et execrando d3 exterminare: s3 hoiem amādo
refouere. HIERO. Imputat aūt dn̄s spi/
ritui qd̄ hoi p̄stat dicens: Surde et mute spiri
tus. q2 ille nunq3 audiet nec loquet̃: qd̄ pecca
tor penitēs audit et loquit̃: Exiens aūt demō
ab hoie: nunq3 reuertitur: si homo cor suū se/
rauerit clauib⁹ humilitatis et charitatis: et osti
um obtinuerit imunitatis. Factus ē homo sa
natus velut mortu⁹. Sanatis eteni dr̃: Mor
tui estis: et vita vestra abscōdita ē cū christo i
deo. THEO. S3 si iesus. i. euangelic⁹ ser
mo teneat manū. i. v̄tutē actiuā: tūc a demo/
ne liberabimur. Vide ēt q p̄mo de⁹ nos iu/
uat: deīde reqrit̃ a nobis q bonū operemur.
Vn̄ dr̃ q iesus eleuauit illū: in quo oñdit̃ dei
auxiliū. et surrexit: i quo mōstrat̃ hois studiū.

BEDA: Dũ aũt docet dñs apostolos quõ demon negssimus debeat expelli: oẽs institu it ad vitã: vt. s. nouerim⁹ grauiora queq3: vel imundoꝝ spirituũ: vel hoium tentamenta: ie iunijs τ orationibus esse superanda. Irã quo q3 dñi cum in vltionem scelerũ nostroꝝ fue rit accẽsa: h remedio singulari posse placari. Ieiunium autem generale est non solum ab escis: sed τ a cunctis illecebris abstinere car nalibus: imo ab omnibus vitiorum passioni bus. Sic τ oratio generalis nõ solũ in ꝟbis est quibus diuinã clementiã inuocam⁹: verũ ẽt in oibus q̃ in obsequiu3 nostri conditoris fidei deuotione gerimus: teste aplõ q ait: Si ne intermissiõe orate. HIERO. Vel stul ticia q̃ ad luxuriam carnis ptinet sanat. Ira τ ignauia occasione depellitur. Medicina cu iusq3 vulneris adhibenda est ei. Non sanat oculũ: quod calcaneo adhibetur. Ieiunio pas siones corporis: τ oratione pestes sanande sunt mentis.

ℭ Feria. vi. Luce. vij. cap.



Rogabat iesum quidam phariseus vt mãducaret cum illo. Et igressus do mum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat ĩ ciuitate peccatrix vt cognouit ꝙ accu buit ĩ domo pharisei: attulit alabastrũ vnguenti: τ stans retro secus pedes ei⁹ lachrymis cepit rigare pedes eius: τ ca pillis capitis sui tergebat: τ osculabatur pedes eius: τ vnguento vngebat. Vi dens autem phariseus qui vocauerat eum ait intra se dicens: Hic si esset ꝓ pheta sciret vtiq3 que τ qualis est muli er que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus dixit ad illũ: Si mon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos: τ alius quinqua ginta. Non habentibus illis vnde red derẽt: donauit vtrisq3. Quis ergo eu3 plus diligit? Respõdens simon dixit: Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit: Recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierem: dixit simoni: Vides hãc mulierem. Intraui in domum tuam: aqua3 pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: τ capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo ca put meum non vnxisti: hec autẽ vnguẽ to vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata mul ta: quoniam dilexit multum. Cui autẽ minus dimittitur minus diligit. Di xit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accum bebãt dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te salua3 fecit. Vade in pace.

BEDA. Quia supius dictũ fuerat: Et oĩs populus audiẽ. τ publicani iustificauerũt deũ baptizati baptismate ioãnis. Idẽ euãgelista q̃ ꝟbis ꝓposuerat ẽt fcis astruit: iustificatã. s. sapiẽtiã a iustis τ penitẽtib⁹ dicẽs: Rogabat iesum qdam pharise⁹ vt mãducaret cum illo. GREGO. nisen⁹. Hec ꝯscriptio q̃dã vtilẽ ĩtellectũ sapit. Sunt. n. pleriq3 eoꝝ q se iustificãt inflati suspitiõe vani sensus: ꝓusq3 veniat verũ iudiciũ: separãtes seipsos velut agnos ab hedis: nec tecto nec escis cu3 pleris q3 cõicare volentes: abominantes oẽs gcũq3 non extremũ s3 mediũ tenent callem in vita. Lucas ergo plus mendicus aiarũ q̃3 corpoꝝ ostẽdit ipsum deũ τ saluatorẽ nostrũ pijssime alios visitantẽ: vnde sequit: Et ingressus do mũ pharisei discubuit. Non vt aliquid de vi tijs eius sortiatur: sed vt impartiatur de iusti cia propria. CIRYL. Mulier aũt inhoneste vite promens autem fidelem affectum: ve nit ad christum quasi potentem veniam com-

missorum largiri. Sequitur enim: Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. BEDA. Alabastrum est genus marmoris candidi varijs coloribus intertincti: quod ad vasa vnguentaria cauari solet: eo quod optime seruare ea incorrupta dicatur. GRE. in ho. Quia enim hec mulier turpitudinis sue maculas aspexit: lauanda ad fontem misericordie cucurrit: conuiuantes non erubuit. nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus: nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Discite quo dolore ardet: que flere et inter epulas non erubescit. GRE. nisenus: Indignitatem autem suam ostendens stabat post tergum deiectis luminibus et effusa coma pedes amplectens: lachrymisque eos perfundens: rebus tristem animum ostendebat veniam implorans. Sequitur enim: Et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius. GRE. In ho. Oculis enim terrena cupierat: sed hos iam per penitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed iam capillis lachrymas tergebat. vnde sequitur: Et capillis capitis sui tergebat. ore superba dixerat: sed pedes domini osculans hoc in redemptoris sui vestigia figebat. vnde sequitur: Et osculabatur pedes eius. Vnguentum sibi pro odore sue carnis exhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat: hoc iam deo laudabiliter offerebat. vnde sequitur: Et vnguento vngebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum: numerum criminum: vt totum deo seruiret in penitentia. quicquid ex se deum contempserat in culpa. Sic igitur meretrix effecta est honestior virginibus. Postquam enim accensa est penitentia: exarsit in christi amorem: et hec quidem que dicta sunt agebantur exterius. que vero reuoluebat eius intentio multo feruentiora his erant que solus deus inspiciebat. GRE. in ho. Hec autem phariseus intuens despicit: et non solum venientem peccatricem mulierem sed etiam suscipientem dominum reprehendit. videns autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens: Si hic esset propheta: sciret vtique que et qualis mulier est que tangit eum. Ecce: phariseus veraciter apud se superbus et fallaciter iustus egrum reprehendit de egritudine: medicum de subuentione: que profecto mulier si ad pharisei pedes venisset: calcibus repulsa discederet. Inquinari enim se alieno peccato crederet: quia hunc vera sua iusticia non replebat. Sic et quidam sacerdotali officio prediti: siquid fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint: protinus subiectos despiciunt: et peccatores quoque in plebe positos dedignantur: Necesse est autem vt cum peccatores quosque conspicimus: nosmetipsos prius in eorum calamitate defleamus: quia fortasse in similibus aut lapsi sumus aut labi possumus: Oportet autem vt solicite discernamus: quia districtionem debemus vitijs: compassionem nature. Si enim feriendus est peccator nutriendus est proximus cum vero iam per penitentiam percutit ipse quod fecit. iam noster proximus peccator non est: quia hic in se punit quod iusticia diuina reprehendit. Inter duos ergo egros medicus aderat: sed vnus in febre sensum tenebat alter sensum perdiderat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat: phariseus autem de falsa iusticia elatus: vim sue valitudinis exaggerebat. TYTUS. Dominus autem non verba eius audiens sed cogitationes inspiciens: dominum se prophetarum ostendit. vnde sequitur: Et respondens iesus dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. GLO. Quod quidem dixit eius cogitationi respondens. Phariseus autem ex verbis domini attentior est factus. vnde dicitur: At ille ait: Magister dic. GRE. De duobus autem ei debitoribus paradigma opponitur: quorum vnus minus: alius amplius debet. vnde sequitur: Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. TYTUS. q. d. Neque tu absque debito es quid igitur si in paucioribus teneris: non superbias: quia tu quoque venia eges. vnde de venia subdit dicens: Non haben. autem il. vnde red. donauit vtrisque. GLO. Nullus enim potest per se ipsum a debito peccati liberari nisi diuina gratia veniam consequatur. GRE. in ho. Vtrorumque autem debito dimisso: quis amplius largitorem debiti diligat phariseus interrogatur. Sequitur enim: Quis ergo plus eum diligit. Quibus verbis protinus ille respondit. Estimo quia is cui plus donauit. Qua in re notandum est: quod dum sua sententia phariseus con

uincitur: quasi freneticus funē portat ex quo
ligetur vsi sequitar: At ille dixit ei: recte iudi
casti. Enumerantur autem ei bona peccatri/
cis: enumerantur ⁊ mala falsi iusti: vnde seq/
tur. Et cōuer. ad muli. di. simoni: vides hāc
mulierem. intraui in do. tuam. AM. q. d. fa
cilis est vsus aquarum: non est facilis lachry
marum effusio. tu promptis non es vsus: hec
effudit non prompta lauās lachrymis pedes
meos lauit maculas proprias: tersit comis: vt
per eas sibi assumat sacros sudores: ⁊ quib⁹
venata est ad peccatum iuuentutem: venata ē
sanctitatem. CHRY. Sicut autem vbi ve
hemens imber prorumpit: fit serenitas: sic la
chrymis effusis apparet trāquillitas: ⁊ perit
caligo reatuum ⁊ sicut per aquam ⁊ spiritum:
sic per lachrymas ⁊ confessionem denuo mū/
damur. vnde sequitur: Propter quod dico ti
bi remittuntur ei peccata multa: quoniam di/
le. mul. Nam qui vehementer se ingesserunt
malis: rursus ⁊ bonis vehementer insistent:
pscij ad quot debita se obligauerūt. GRE.
Tanto ergo amplius peccati rubigo cōsumi/
tur: quāto peccatoris cor mag̃ charitatis igne
concrematur. TYTVS. Contingit autem
sepius eum qui multum peccauit: per confes/
sionem purgari. Pauca vero peccantem: ex
arrogantia non venire ad confessionis reme
dium. vnde sequitur: Cui autem minus di/
mittitur: minus diligit. CHRY. Opus ē
ergo nobis feruenti anima: quia nihil impe/
dit hominem fieri magnum. Nullus ergo cō
stitutorum in peccatis desperet. nemo virtuo
sus dormitet: nec hic confidat. Sepe enī me/
retrix precedat eum: nec ille diffidat: possibile
nāq; est eum etiam primos superare. vnde ⁊
hic subditur. Dixit autem ad illam: Remit.
tibi pec. tua. GRE. Ecce qui ad medicum
venerat egra sanata est: sed de salute eius: ad
huc alij egrotant. Sequitur enim: Et cepe. q
simul accū. dicere intra se: quis est hic qui etiā
pec. dimittit? sed celestis medicus egros non
respicit: quos etiam de medicamento fieri de
teriores vidit eam autem quam sanauerat: p
pietatis sue sententiam confirmat. vñ sequit:
Dixit autem ad muli. fi. tua te sal. fecit. q. r. s. h
qd petijt posse accipe ñ dubitauit. THE.
Postq; autem ei peccata dimisit: nō sistit in
remissionem peccati: sed adijcit operationem
boni. vnde subdit: Vade in pace. i. in iusti/
cia: quia iusticia est pax hominis ad deum: si/
cut peccatum est inimicitia inter deum ⁊ ho/
minem. q. d. operare omnia que ad pacē det
te ducunt. AM. Hoc autem loco pleriq; pa
ti videntur scrupulum questionis: verum vi
deant euāgeliste discordasse de fide. GRE
CVS. Quia enim quatuor euangeliste di/
cunt christum vnctum fuisse vnguento a mu
liere: tres puto fuisse mulieres ex personarum
qualitate: ex modo agendi: ex differentia tem
porum. Joannes quidem narrat de maria soro
re lazari quoniam sex diebus ante pasca vn/
xit pedes iesu in propria domo. At mathe⁹:
Postq; dominus dixerat: Scitis quia post
biduum fiet pasca. subdit q in bethania ī do/
mo simonis leprosi mulier fudit vnguentum
super domini caput: non autem vnxit pedes
vt maria. Marcus etiam matheo similiter: lu
cas autem non circa tempus pasce: sed in me
dio euangelij hoc refert. chrisostomus autem
binas asserit has mulieres fuisse: vnā quidem
que continetur in ioanne: alteram vero cuius
mentio fit a tribus. AMB. Hanc ergo mu
lierem inducit matheus supra caput christi ef
fudentem vnguentū: ⁊ ideo noluit dicere pec
catricem. nam peccatrix sm lucam supra chri/
sti pedes effudit vnguentum. Potest ergo
non eadem esse: ne sibi contrarium euangeli/
ste dixisse videantur. Potest etiā questio me
riti ⁊ temporis diuersitate dissolui: vt adhuc il
la peccatrix sit: iam ista perfectior. AVG.
de con. euan. Eandem enim mariam bis hoc
fecisse arbitror intelligendum: semel. s. q lu/
cas narrauit cum primo accedens cum humi
litate ⁊ lachrymis meruit remissionem pecca/
torum. vnde ioannes cū de lazaro resuscitan/
do cepisset loqui: anteq; veniret in bethaniam
dicit: Maria autem erat que vnxit dominum
vnguento: ⁊ tersit pedes eius capillis suis: cu
ius frater lazarus infirmabatur. Jam itaq; h
maria fecerat. Quod autem in bethania rur/
sum fecit: aliud est: quod ad luce narrationem
non pertinet: sed pariter narratur ab alijs tri
bus. GRE. in home. Mystico autem ītel/
lectu pharisicus de falsa iusticia presumens iu
daicum populum: peccatrix mulier: sed ad ve
stigia domini veniens ⁊ plorans: conuersam
gentilitatem designat. AMB. Vel princeps
huius seculi quidam leprosus est. domus au
tem simonis leprosi terra est: ergo dominus

ex illis superioribus locis descendit in terrã: neq; enim sanari potuisset hec mulier q̃ spẽ habet aĩe vel ecclesie nisi christus venisset in terram. Merito autem spẽm accipit peccatricis: quia christus quoq; formam peccatricis accepit: itaq; si constituas animam fideliter appropinquantem deo: non peccans turpib⁹ et obscenis: sed pie seruitutem dei verbo: habẽtem immaculate fiduciam castitatis: ad ipsum christi caput ascendit. Caput autem christi deus est: sed qui caput non tenet christi: ille pedes teneat. Peccator ad pedes: iustus ad caput: habet tamen etiã ea que peccauit vnguẽtum. GRE. Quid aliud vnguento nisi bonus odor opinionis exprimitur: si igitur recta opera agimus: quibus opinione boni odoris ecclesiam respergamus: qd in corpore domini nisi vnguentum fundimus: Sed secus pedes mulier stetit: contra pedes enim domini stetimus: cum in peccatis positi eius itineribus renitebamur. sed si ad veram penitentiam post peccata conuertimur: iam retro sec⁹ pedes stamus: quia eius vestigia sequimur q̃ impugnabamus. AMBRO. Defer et tu post peccata penitentiam: vbicunq; audieris christi nomen accurrere. In cuiuscunq; interiorem domum iesum intrasse cognoueris: et ipse festina cum reppereris sapiam cum reppereris iusticiam in aliquibus penetralib⁹ recumbentem: accurre ad pedes: hoc est vel extremam partem quere sapie: lachrymis confitere peccata. Et fortasse ideo non lauit pedes suos christus: vt eos lachrymis nos lauem⁹. Bone lachryme que non solum nostrũ possũt lauare delictum: sed etiam verbi celestis rigare vestigiũ: vt gressus eius nobis exuberẽt. bone lachryme in quibus non solum redemptio peccatorum: sed etiam iustorum refectio est. GRE. Lachrymis enim domini pedes rigamus: si quibuslibet vltimis membris domini cõfessionis affectu iclinemur. Capillis pedes domini tergimus: quando sanctis ei⁹ quibus ex charitate compatimur: ex his q̃ nobis superfluunt miseremur. AM. Expãde et capillos: sterne ante eum oẽs corporis tui dignitates: nõ mediocres capilli sunt qui possũt pedes tergere christi. GREGO. Osculatur mulier pedes quos tersit: quod nos quoq; plene agimus si studiose diligimus: quos ex largitate cõtinemus. Potest quoq; per pedes ipsum mysterium incarnationis eius intelligi. osculamur igitur redẽptoris pedes cũ mysterium incarnatiõis eius ex toto corde diligimus. Vnguẽto pedes vngimus: cũ ipsius humilitatis eius potentiam sacri eloquij bona opinione predicamus. sed hoc etiã phariseus vidit: et inuidit: quia cũ iudaicus popul⁹ gentilitatem deũ predicare conspicit: sua apud se malitia tabescit: sic aũt phariseus retundit: vt per eũ perfidus ille populus ostendatur: qa videlicet infidelis ille populus nec ea que extra se erant: nunq̃ pro domino tribuit. Conuersa autem gentilitas pro eo nõ solum rerũ substantiam: sed etiam sanguinẽ fudit. vnde phariseo dicit: Aquam pedibus meis nõ dedisti: hec autẽ lachrymis riga. pe. meos. Aq̃ quippe extra nos est: lachrymarum humor intra nos ẽ. Infidelis etiã ille populus deo osculum non dedit: quia ex charitate eũ amare noluit: cui ex timore seruiuit: osculum quippe dilectionis est signum: vocata aũt gẽtilitas redemptoris sui vestigia osculari ñ cessat: quia eius in continuo amore suspirat. AM. Nõ mediocris autem hec meriti est de qua dicit: Intraui exquo nõ cessauit osculari pedes meos: vt aliquis nisi sapiã loqui nesciat: nisi iusticiam diligere: nisi castitatem libare: nisi pudicitiam osculari. GRE. Phariseo autem dicitur: Oleo caput meum non vnxisti: quia ipsam quoq; diuinitatis potentiam in qua se iudaicus populus credere spopondit: digna laude predicare neglexit. Hec autem vnguẽto vnxit pedes meos: quia dum incarnatiõis eius mysterium gentilitas credidit: summa laude eius etiam ima predicauit. AMB. Beatus qui potest et oleo vngere pedes christi: sed beatior qui vngit vnguẽto: multorum eni florum in vnum collecta spargit. et fortasse istud vnguentum non posset alius nisi ecclesia sola deferre que diuersi spiraminis innumerabiles habet flores. et ideo nemo potest tantum diligere quantum illa que in pluribus diligit. In domo autem pharisei idest in domo legis et prophete: non phariseus sed ecclesia iustificatur. Phariseus enim non credidit ista credebat. lex mysterium non habet: quo occulta mundãtur: et ideo quod in lege minus est: consummatur i euangelio. Duo autẽ debitores duo populi sunt feneratori illi thesauri celestis obnoxij. Non materialem autem feneratori hu

ic debemus pecuniam: sed meritorum exami nata era virtutum: quarum merita grauitatis pondere. iusticie spē: sono confessionis expe diuntur. Non mediocris autem est iste dena rius in quo regis imago formatur. veh mi bi si non habuero quod accepi: aut quia diffi cile quisq̄ʒ est: qui feneratori huic debitum in tegrum possit exoluere. veh mihi si non petie ro concedi mihi debitum. Sed quis est popu lus iste qui amplius debet: nisi nos quibꝰ am plius creditum est? Illis credita sunt eloquia dei. nobis creditur virginis partus emanuel idest nobiscum deus: domini crux mors re surrectio: itaqʒ non est dubium q̄ plus debet qui plus accipit ſm homines. plus fortasse offendit: qui plus debuerit. Sed per miseri cordiam domini causa mutatur: vt amplius diligat qui amplius debuit: si tamen gratiam consequatur. Et ideo quoniam nihil est quod digne deo referre possumus. veh mihi ꝛ si nō dilexero. Reddamus ergo amorem pro debi to: amplius enim diligit cui donatur ampli us.

Sabbato. Luce. xiij. cap.



Arborē fici habebāt quidam plantatam in vinea sua: ꝛ venit querens fru ctum in illa: ꝛ non inue nit. Dixit autem ad cul torem vinee. Ecce anni tres sūt exquo venio querens fructuʒ in ficulnea hac: ꝛ non inuenio. Succide ergo illaʒ. Ut quid etiam terram occupat? At ille re spondens dixit illi. Domine dimitte illam ꝛ hoc anno vsqʒ dum fodiam cir ca illā ꝛ mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sinaūt in futurum suc cides eam.

TYTVS. Jactabāt se iudei ex eo q̄. xviij. perierant ipsi vero omnes remanserunt ille si. vnde proponit eis fici parabolam. Dicit enim: Arborem fici habebat quidam planta tam in vinea sua. AMBRO. Vinea do mini sabaoth erat: quam dedit in rapinam gē tium. Apta autem synagoge arboris istiꝰ cō paratio est: quia sicut ista arbor redundat fo lijs fluentibus: spem possessoribus suis cas sa speratorum prouentuum expectatione de stituit: ita etiam in synagoga dum doctores eius operibus infecundi: verbis tamen ve lut folijs redundantibus gloriatur: inanis vmbra legis exuberat. Hec etiam sola arbor ab initio germinat poma pro floribus ꝛ po ma decidunt. vt poma succedant: manent ta men aliqua priorum parata nec decidunt. Et enim primuʒ synagoge populus velut inuti lis decidit fructus: vt de pinguedine religio nis antique nouus ecclesie populus emerge ret: primi tamen ex israel grossi maturescen tis exemplo pulcherrimorum gratia fructuʒ ceteris prestiterunt: quibus dicitur: Sedebi tis super. xij. thronos. Nonnulli tamen fi cum istam non synagoge sed malitie ꝛ impro bitatis figuram putant: Hi tamen ī nullo di stant: nisi q̄ pro specie genus eligunt. BE DA. Ipse autem dominus synagogam per moysen instituit. in carne natus apparuit: et crebrius in synagoga docens fructum fidei quesiuit: sed in phariseorum mente non inue nit. vnde sequitur: Et venit fructum querēs in illa: ꝛ non inuenit. AMBRO. Quere bat autem dominus: non quia fructum ficul nee deesse nesciret: sed vt ostenderet in figu ra: quia fructum synagoga iam habere debe ret. Deniqʒ ex sequentibus docet non se an te tempus venisset: qui per triennium venit. Sic enim habes. Dixit autem ad cultorē vi nee. Ecce anni tres sunt exquo venio q̄rens fructū in ficulnea hac: ꝛ non inuenio. Venit ad abraam: venit ad moysen: venit ad mariā. hoc est venit in signaculo: venit in lege: ve nit in corpore. aduentum eius ex beneficijs recognoscimus. Alibi purificatio: alibi san ctificatio: alibi iustificatio est. Circuncisio pu rificauit: lex sanctificauit: gratia iustificauit ergo populus iudeorum neqʒ purificari po tuit: quia circuncisionem corporis non animi habuit: neqʒ sāctificari: q̄ virtutē legis igno rās: carnalia magis q̄ʒ spūalia sequebaī. neqʒ iustificari: q̄ delictorum suorū pniaʒ nō ge rēs: gratiam nesciebat. Merito ergo nullus fructus in synagoga inuentus est: ꝛ ideo in

betur excidi. Sequitur .n. succi. ergo illaȝ: vt quid etiam terram occupat. Bonus auteȝ cultor: & fortassis ille in quo ecclesie fundamentum est presagiens: alterum ad gentes: se autem ad eos qui ex circuncisione sunt esse mittendum. religiose ne excidatur intervenit: fretus vocatione sua: etiam populum iudeorum per ecclesiaȝ posse saluari. vnde sequitur. At ille respondens dixit illi. Domine dimitte illam & hoc anno. Cito duritiam superbiamq; iudeorum causas esse sterilitatis agnouit. Ita q; venit excolere: qui nouit vitia reprehendere. vnde subdit. Vsq; duȝ fodiam circa illã. Pollicetur dura corda eorum apostolicis ligonibus esse fodienda: ne radicem sapientie: terrarum aceruus obruat & abscondat. Subdit autem & mittam stercora .i. humilitatis affectum per quem in euangelium christi etiam iude⁹ fore existimatur fructuosus. vnde subdit: Et siquideȝ fecerit fructum. bene. s. erit. Sin autem in futurum succides illam. BEDA. Quod quidem per romanos factuȝ ẽ a quibus gens iudea succisa & a terra promissionis expulsa est. AVGV. de ver. do. Vel aliter: Totum arbor ficulnea genus humanum est. primus enim homo qui peccauit folijs ficulnee pudenda velauit: hoc est membra vnde nati sumus. THEO. Sed & quisq; nostruȝ ficus est in vinea dei: hoc est in ecclesia vel in hoc mundo plantata. GREGO. in ho. Tertio auteȝ dominus ad ficulneam venit: q2 naturam generis humani ante legem sub lege: sub gratia: expectando: admonendo: visitando requisiuit. Sed tamen i tribus annis fructum se nõ inuenisse conqueritur: q2 quorundam prauorum mentes nec i spirata lex naturalis corrigit: nec precepta erudiunt: nec incarnationis eius miracula cõuertunt. THEO. Tertio autem natura nostra fructum petita non tribuit: semel quidem cuȝ in paradiso preuaricati sumus preceptum: secundo cum in lege vitulum conflauerunt: tertio cum saluatorem renuerunt: Sed in triẽnium intelligendum est pro tribus etatibus. puerili: virili & senili. GREGO. in ho. Sed cum magno timore audienduȝ est quod dicitur: Succi. ergo il. vt quid etiam terram occupat Vnusquisq;. n. iuxta modum suum inquantum locum vite presentis tenet: si fructum bone operationis non exhibet: velut infructuosa arbor terram occupat: q2 in eo loco in quo ipse est: & alijs operandi occasioneȝ negat. BA. Proprium enim est diuine propiciationis nõ silẽter penas infligere: sed pmittere minas reuocando ad penitentiaȝ sicut niniuitis fecit & nunc cultori dicit: Succide eã: prouocans quidem ipsum ad curam eius: suscitans vero sterilem animam ad producendos debitos fructus. GREGO. nazan. Igitur nec nos feriam⁹ subito: sed preualeamus misericordia: ne secemus ficum potentẽ adhuc fructum facere: quaȝ forsitã curabit periti custodis studiuȝ. vnde & hic subditur: Et ille respondens dixit illi: dimitte illam hoc anno vsq; dum fodiam circa illam. GREGO. in ho. Per cultorem vinee prepositorem ordo exprimitur qui presunt ecclesie: dominice vinee curaȝ gerunt. THEO. Vel paterfamilias deus pater est: cultor vero christus qui ficum amputari vt sterilem non permittit: quasi ad patrem diceret: Si per legem & prophetas fructuȝ penitentie non dederũt: meis eos irrigabo passionibus & doctrinis: & forsitan dabunt obedientie fructum. AVGV. de ver. domini: Vel colonus qui intercedit est omnis sanctus qui intra ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam dicens: Domine: dimitte illam hoc anno. i. tempore isto sub gratia vsq; dum fodiam circa illam: Circumfodere est humilitatem & patientiam docere. Fossa enim est humilis terra. stercora autem in bono intellige: sordes sunt sed fructum dant: sordes cultoris dolor est peccatoris. Qui autem agunt penitentiam: in sordibus agant & veraciter agant. GREGO. in ho. Vel peccata carnis stercora vocantur: ex stercore igitur ad fructum reuiuiscit arbor: quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Sed sunt plerique qui increpationes audiunt: & tamen ad penitentiaȝ redire contemnunt. propter quod subditur: Et siqdẽ fecerit fructũ. AVG. de ver. do. Bñ. s. erit Sin aũt i futuȝ succides eã. qñ. s. i iudicio venies iudicare viuos & mortuos: i terim mõ parcit. GRE. in ho. Qui aũt nũc nõ vult ad fecũditatẽ pinguescere: p icrepatõ nẽ illic cadit: vñ iã resurgeı p pniam ñ valet.

¶ Erat auteȝ docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habe

bat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret iesus vocauit eam ad se: et ait illi: Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est: et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset iesus: dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite et curamini: et non in die sabbati. Respondit autem ad illum dominus et dixit. Hypocrite vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare? Hanc autem filiam abrae quam alligauit sathanas ecce decem et octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret erubescebant omnes aduersarij eius: et omnis populus gaudebat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo.

AM. Cito quod de synagoga dixerat idicauit: ad ipsam vtique arborem venisse se monstrat: quia in eadem predicabat. vnde dicitur: Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. CHRY. Docet quidem non seorsum: sed in synagogis secure in nullo dubitans: nec aliquid contra legem moysi statuens. sabbato autem quia tunc iudei legi vacabant. CIRYL. Ad expugnationem autem corruptionis et mortis et inuidie diaboli contra nos: prodijt incarnatione verbi, et hic apparet ex ipsis euentibus. Sequitur. n. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis. xviij. Dicit autem spiritum infirmitatis quia mulier hec patiebatur atrocitate diaboli: derelicta a deo propter propria crimina vel propter transgressionem ade: ob quam humana corpora infirmitatem et mortem incurrerunt. Dat autem super hoc deus diabolo potestatem: vt homines mole aduersitatis depressi: velint ad meliora transire. Genus autem infirmitatis ostendit dicens: Et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere. BA. Brutorum siquidem caput humi deflexum est: terram cernit. Caput hominis erectum est in celum oculi superna conspiciunt. conuenit. n. ei querere superna: transcendere terrena intuitu. CI. Ostendens autem dominus aduentum suum in hunc mundum dissolutiuum esse humanarum passionum: mulierem sanauit. vnde sequitur: Quam cum vidisset iesus vocauit ad se et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Vox aptissima deo plena maiestate superna. Fugat. n. morbum imperatorio motu: qui etiam manus illi imponit. Sequitur. n. Imposuit illi manus et confestim erecta est et glorificabat deum in quo oportet perpendere sacram carnem induisse virtutem diuinam. Erat enim ipsius dei caro: non autem alicuius alterius, quasi separatum existente filio hominis a filio dei: sicut falso aliquibus visum est. Sed ingrate synagoge presul: postquam vidit feminam humi repentem solo tactu erectam: et diuina referentem magnalia ardens domini gloria irretitur inuidia arguitque miraculum quasi videretur solicitari pro sabbato. vnde sequitur: Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset hominem iesus dicebat turbe: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his venite et curamini et non in die sabbati. Hortatur ceteris diebus dispersos et proprijs vacantes operibus non sabbato videre et mirari prodigia domini. sed dic: lex prohibuit ab opere manuali die sabbati abstinere: numquid ab eo quod verbo et ore fit. Cesses ergo comedere et potare ac loqui et psallere in sabbato. Et si nec legem legis: cur tibi sabbatum? Ceterum si manuale opus lex prohibuit: quomodo manuale opus in feminam verbo potest erigere. AMB. Denique et deus ab operibus mundi quieuit: non ab operibus quibus sempiterna et iugis operatio est: sicut filius ait: Pater meus vsque modo operatur: et ego operor. vt ad similitudinem dei secularia nostra opera non religiosa cessarent. vnde dominus specialiter ei respondit. Sequitur enim: Respondit autem ad illum dominus et dixit. Hypocrita vnusquisque vestrum in sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio: et ducit adaquare? BA. Hypocrita est qui in theatro assumit alienam personam: sic et in vita presenti quidam alia gerunt in corde: et alia superficialiter ostendunt hominibus. CHRY. Bene igitur dicit Hypocritam principem synagoge: quia faciem habebat legis cultoris. Mens vero eius erat ver-

fuit ꝛ inuidi nõ. n. turbaꝛ pp sabbatum q̄ vio latur: sed propter xp̄m q̄ glorificaꝛ. Tu tamē attende q̄ vbi quidem opus fieri iussit: sicut cum paralytico iussit grabatū tollere trāstulit sermonem ad maius cōuincēs eos per digni tatem patris cum dicit: Pater meꝰ vsq̄ mo do operatur ꝛ ego operor. hic autem vbi totū faciens verbo: nihil aliud adijcit ex his q̄ ipsi faciebāt: calūniā soluit. CI. Arguitur autē archisynagogus vt hypocrita: dum bruta qui dam adaquat in sabbato. mulierem vero nō magis genere q̄ fide filiam abrae nō dignaꝫ putat solui ab egritudinis vinculo. vn̄ sub dit: Hanc autem filiam abrae quaꝫ alligauit sathanas: ecce. xviij. annis non oportuit sol ui a vinculo isto die sabbati? Mallebat siqui dem mulierem tāq̄ quadrupedia cernere ter ram: quam dominū staturam recipere: dūmō christus non magnificaretur. Non autē erat eis quid responderent: sed ipsi sibiipsis erāt irrefragabilis reprehēsio. vnde sequitur: Et cum hec diceret erubescebant oēs aduersarij eius. sed populus quasi cōmoda ex miracu lis cōsequēs letabaꝛ de signis. vnde seqtur: Et omnis populus gaudebat in vniuersis q̄ gloriose fiebantur ab eo. Nā claritas operuꝫ omnem questionem soluebat apud eos: q nō querebant mentibus peruersis. GRE. in ho. Mystice aūt hoc significat ficulnea infru ctuosa: quod mulier inclinata. humana enim natura ad peccatum ex voluntate corruēs: q fructum obedientie ferre noluit: statum recti tudinis amisit. ꝛ hoc significat ficulnea reser uata: quod mulier erecta. AM. Vel ficus sy nagogam figurat. Deniq̄ in muliere īfirma quasi ecclesie figura succedit: que cum mensu ram legis ꝛ resurrectionis impleuerit: in illa quiete perpetua in sublime erecta fastigiū in clinationem nostre infirmitatis sentire nō po tuit. nec aliter curari potuisset hec mulier: nisi quia legem impleuit ꝛ gratiam: nam in decē verbis legis perfectio est: in octauo numero resurrectionis plenitudo. GRE. in home. Vel aliter. Sexto die homo factꝰ est: atq̄ eo dem sexto die opera cuncta domini perfecta sunt. Senarius āt numerus in trigonum du ctus. xviij. facit. quia ergo homo q sexto die factus est: perfecta opera habere noluit: sꝫ an te legē: sub lege: atq̄ in exordio inchoātis gra tie infirmus extitit. xviij. annis mulier curua fuit. AVGV. de ver. domini. Qd̄ ergo significauit triennium in arbore: hoc. xviij. an ni i illa muliere: q̄ ter seni. xviij. faciūt. Cur ua aūt erat sursum aspicere non poterat: quia sursum corda sine causa audiebat. GRE. in ho. Omnis enim peccator terrena cogitās: celestia non requirens: sursū respicere nō va let: quia dum desideria inferiora seqtur: a mē tis sue rectitudine curuatur: ꝛ hoc semper vi det ꝛ sine intermissione cogitat. Vocauit eaꝫ dominus: ꝛ erexit: quia illuminauit ꝛ adiuuit. Vocat enim quandoq̄: sed non erigit: quia plerūq̄ videmus que agenda sunt: sed opera non implemus. visitata enī culpa obligat mē teꝫ: vt nequaq̄ surgere possit ad rectitudinē. Conatur ꝛ labitur quia vbi diu spōte persti tit: ibi cum noluerit cadit. AM. Opus autē sabbati signū futuri est: q̄ vnusquisq̄ perfū ctus lege ꝛ gratia: per misericordiam dei cor pore fragilitatis molestijs exuetur. Cur autē aliud animal indicauit: nisi vt ostenderet futu rum: vt iudaicus ꝛ gentilis populus: sitiꝫ cor poris estusq̄ mūdi huiꝰ dominici fōtis vber tate deponat: ꝛ sic per euocationem duorū po pulorum ecclesiam saluaꝫ futurā. BEDA. Filia autem abrae est anima quecūq̄ fidelis: vel ecclesia de vtroq̄ populo ad fidei vnitatē collecta. Idem ergo mystice est bouem vel asi num solutum a presepio potum duci: quod ē filiaꝫ abrae a vīculo nostre inclinatiōis erigi.

Dn̄ica. xviij. Mathei. xxij. capi.



Pharisei audientes q̄ iē sus silentium imposuisset saduceis conuenerunt in vnum: ꝛ interrogauit iesū vnus ex eis legis doctor tentans eum: Magister quod ē man datum magnuꝫ in lege? Ait illi iesus: Diliges dominum deum tuum ex to to corde tuo ꝛ ex tota aīa tua: ꝛ in tota mente tua. Hoc ē maximū ꝛ primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuuꝫ sicut teipsum. In his duobus mādatis vni

uersa lex pendet & prophete.

HIE. Qui supra pharisei in qõsione denarij fuerãt ɔfutati & aduerse partis viderãt factionẽ subrutã: debuerãt ex hoc moueri ne vltra molirẽtur insidias: sed maliuolentia & liuor nutrit ipudentiã. vñ dicit: Pharisei au. qꝫ si len. ipo. sadu. cõ. i vnũ. ORI. Silẽtiũ autem saduceis iposuit iesus: volens ostendere quoniã mẽdacij vocẽ obmutescere facit claritas veritatis. Sicut. n. ꝑpriũ ẽ iusti tacere cũ sit tẽpus tacẽdi: & loq cũ sit tẽpus loquẽdi: ñ tñ obmutescere: sic ꝑpriũ ẽ omniũ q mẽdacij sũt doctores obmutescere qdẽ quãtũ ad rẽ: nõ aũt tacere. HIE. Pharisei ergo & saducei q iter se cõtrarij sũt ad tẽtãdũ iesum pari mẽte cõsẽtiunt. CHRY. sup math. vel cõuenerũt i vnũ pharisei vt multitudine vicerẽt quẽ rationib⁹ supare nõ poterãt: a ꝟitate nudos se ꝑfessi sũt q multitudine se armauerũt. Dicebãt eni apud se. Unus loquaẽ pro oibus: & oẽs loquamur ꝑ vnũ. vt siquidem vicerit oẽs videamur vicisse. si aũt cõuict⁹ fuerit: vel sol⁹ videaẽ cõfusus. & iõ sequiẽ: Et iterrogauit eũ vnus ex eis legis doctor tẽtãs eũ. ORI. Oẽs ergo q nõ discẽdi sed tẽtãdi cã interrogãt aliquẽ doctorũ: estimare debem⁹ illi⁹ pharisei fratres ꝓm illud: Qđ vni ex minimis meis fecistis. AUGU. ꝺ cõ. euã. Nõ moueat aũt qꝫ matheus hic dicit tentãtẽ fuisse: a q dñs iterrogatus ẽ: marcus aũt hoc tacet: & i fine ita cõcludit qꝫ ei dñs sapiẽter rñdẽti dixerit. Nõ longe es a regno dei. Fieri. n. põt vt qꝫuis tẽtãs accesserit: dñi tñ rñsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationẽ nõ accipiam⁹ malam tanqꝫ decipere volẽtis inimicum: sed potius tanqꝫ experiri amplius volentis ignotum. neqꝫ frustra scriptum est: Qui facile credit leuis est corde. quid autem interroget subditur: Magister quod est mandatuꝫ in lege. ORI. Tentans dicebat: Magister quoniam non tanqꝫ discipulus christi ꝓferebat hãc vocem. Siquis ergo non discit aliquid a verbo: nec tradit se ei ex toto animo suo: dicit autem ei: Magister: frater pharisei est christum tentãtis. Cuꝫ ergo ante saluatoris aduentum legeretur lex: forsitã querebatur quod est mãdatum magnum in ea. Neqꝫ enim interrogasset hoc phariseus nisi diu apud illos de h quesitum fuisset & non inuentum: donec veniens iesus hoc doceret. CHRY. super math. De magno tamen mãdato interrogat: qui nec minimum obseruabat: ille debet iterrogare de maiori iusticia qui iam minoreꝫ cõpleuit. HIE. Uel non de mandatis interrogat: sed quod sit primum mandatum magnũ qꝫ: vt cum omnia que deus mandauerit magna sint: quicquid ille respondeat occasionem habeat calumniandi. CHRY. sup math. Dominus autem sic ei respondit vt interrogationis eius fictam conscientiam statim primo responso percuteret. vnde sequitur: Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & in tota mente tua. Diliges inquit non timore: qa diligere magis est qꝫ timere. timere enim seruorum est: diligere filiorum. Timor sub necessitate est: dilectio in libertate. Qui in timore seruit deo penam quidem euadit: mercedem vero iusticie non habet: quia iniustus fecit bonum propter timorem. Non vult ergo deus vt timeatur seruiliter ab hominibus qsi dominus: sed vt diligatur quasi pater q adoptionis spiritum donauit hominibus. Diligere autem deum ex toto corde: est vt cor tuuꝫ non sit inclinatum ad alicuius rei dilectioneꝫ magis qꝫ dei. Diligere autem deum in tota anima: est certissimum animum habere i veritate: & firmum esse in fide. Alius est enim amor cordis: & ali⁹ ẽ amor aie. Amor cordis quodãmõ carnalis est: vt ẽt carnaliter diligamus deũ: qđ facere nõ possum⁹: nisi recedamus ab amore mundaliũ rerum. Cordis ergo amor sentiẽ in corde. amor vero aie nõ sẽtitur sed intelligitur: quia in iudicio anime cõsistit. Qui enim credit apud deum eẽ omne bonum & nihil boni esse extra ipsum hic diligit deum in tota anima. Tota vero mente diligere deum: est vt omnes sensus deo vacẽt. Cuius enim intellectus deo ministrat: cu⁹ sapientia circa deum est: cuius cogitatio ea que dei sunt tractat: cuius memoria que bona sũt recordatur tota mente diligit deuꝫ. AUG. de doctri. christiana: Uel aliter: Deum ex toto corde diligere preciperis vt omnes cogitationes tuas: Ex tota anima: vt omneꝫ vitam tuam: Ex tota mente tua: vt omnem intellectum tuum in illuꝫ conferas a quo habes ea que confers. Nullam ergo vite nostre partem reliquit que vacare debeat & quasi locum dare vt alia re velit frui. Sed quicquid

aliud diligendum venerit in animum: illuc rapia-
tur quo totus dilectionis impetus currit: tunc
.n. est optimus homo cum tota vita sua pgit i
incõmutabile bonum. GLO. Vel ex toto
corde .i. intellectu. Anima .i. vlountate: Mē-
te .i. memoria: vt nihil ei contrarium velis:
sentias aut recorderis. ORI. Vel aliť: Ex
toto corde .i. ſm totam recordationem ⁊ ope-
rationem ⁊ cogitationeꝫ. Ex tota anima .i. vt
parati sint eam ponere pro pietate dei. In to-
ta mente: nihil aliud. s. proferentes nisi que
dei sunt. Et vide si potes cor quidem accipe-
re pro intellectu: quo itelligibili speculantur:
mentem autem ad proferendas res. Mente
.n. proferimus singulas res: ⁊ per vnūquod
qꝫ quod significatur quasi mente nostra inam
bulamus atqꝫ proferimus. Si autem tentan
ti phariseo dominus non respõdisset: estima-
re possemus non esse vnum mandatum ma-
ius altero: Sed dominus respõdens subdit:
hoc est maximum ⁊ primum mandatum. vbi
discimus sententiam de mandatis: quod est
magnum ⁊ sunt inferiora vsqꝫ ad minima.
Respondet autem dominus non solum qđ
est magnum mandatum: sed etiam primum:
nõ pro ordine scripture: sed pro dignitate vir-
tutis. Hi autem soli huius mandati in se su-
scipiunt magnitudinem ⁊ primatum qui non
solum diligunt dominum deum suum: sed ēt
illa tria susceperint. s. ex toto corde ⁊c. Docu-
it autem ꝙ non solum est magnum ⁊ primuꝫ
sed etiā: ꝙ esset secundum simile priori. vn-
de sequitur: Secundum autem simile ē huic:
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si
autem qui diligit iniquitatem odit animam su-
am: manifestum ꝙ non diligit proximum si-
cut seipsum: cum nec seipsum diligat. AV-
GV. i. de doctri. christiana: Manifestum
est autem omnem hominem proximum esse
deputandum: quia erga neminem operandū
est malum. Jam vero si vel cui prebendum:
vel a quo prebendum est nobis officium mi-
sericordie recte proximus dicitur: manifestuꝫ
est hoc precepto quo tenemur diligere proxi-
mum etiam sanctos angelos contineri: a qui-
bus nobis tanta misericordie impenduntur
officia: quanta nobis i scripturis animadver-
tere facile est: ex quo ⁊ ipse dominus noster
proximum se nobis dici voluit: qm̄ seipsum
dominus iesus significat opitulatum esse se-

miniuo iacēti in via. AVGV. viij. de tri.
Qui autē amat hoīes: aut qꝛ iusti sunt aut vt
iusti sint amare debet. sic .n. ⁊ seipsum amare
dꝫ: aut qꝛ iustus ē: aut iustus sit: sic. n. diligit
ꝓximū sicut seipsuꝫ sine vllo periculo. AV-
GV. i. de doc. christiana: Si aūt teipm̄ non
pp̄ te debes diligere: sed pp̄ illuꝫ vbi dilectio-
nis tue rectissimus finis est: non succēseat ali-
quis homo si ⁊ ipm̄ pp̄ deum diligis: qsquis
ergo recte proximū diligit. hoc cū eo dꝫ agere
vt ēt ipse toto corde diligat deū. CHRY.
super matth. Qui aūt hoiem amat simile est:
sicut q deū amat: qꝛ imago dei ē homo: i quo
deus diligiť: sicut rex i sua imagine honorať.
Et pp̄ hoc dr̄ hoc mādatū simile esse primo.
ORI. Vel aliter qđ mandatū sequens pri-
mo est simile: significat idē esse officiū ⁊ meri-
ti in vtroqꝫ: neqꝫ .n. dei sine christo aut christi
sine deo pōt vtilis esse dilectio ad salutē. Se-
quiť: In his duobus mandatis tota lex pēdet
⁊ ꝓphete. AVGV. de que. euā. Pendet
dixit .i. illo refert vbi hꝫ finē. RABA. Ad
duo .n. hec precepta ꝑtinet totus decalogus.
ꝑcepta qdē prime tabule ad dilectionē dei: ꝓ-
cepta secūde ad dilectionē proximi. ORI.
Vel qꝛ qui oia ipleuit que scripta sunt de dei
dilectione ⁊ proximi: dignus est magnas gra-
tias a deo ꝑcipere vt intelligat oēm legeꝫ ⁊ ꝓ-
phetas. AVGV. vij. đ trini. Cū aūt sint
duo precepta in qbus pendet lex ⁊ ꝓphete: di-
lectio dei ⁊ proximi: nō īmerito scriptura ple-
runqꝫ pro vtroqꝫ vnū ponit: siue dilectioneꝫ
dei: sicut est illud: Scimus .n. qm̄ diligentibꝰ
deum oia cooperanť in bonū: siue dilectioneꝫ
ꝓximi: sicut ē illud. Ois lex in vno sermone
ipleť: Diliges proximum tuum sicut teipsuꝫ
Sed hoc ideo: qꝛ qui proximum diligit cōse-
quens est vt deum diligat: Ex vna .n. eadēqꝫ
charitate deū proximumqꝫ diligimus: sed de-
um pp̄ deum: nos aūt ⁊ proximum pp̄ deuꝫ.
AVGV. i. de doctri. christiana. Sꝫ qm̄ qm̄
excellentior ⁊ supra nostram naturam est divi-
na substantia: preceptum quo diligimus deū
a proximi dilectione distinctum est ꝙ si te to-
tum intelligas .i. animam ⁊ corpus ⁊ proxi-
mum tuum .i. animam ⁊ corpus nullum dili-
gendarum rerum genus in his duobus pre-
ceptis pretermissum est. Cuꝫ .n. precurrat di-
lectio dei sequitur dilectio proximi eiusqꝫ dile-
ctionis modus prescriptus sit: vt eum sicut te

ipsum diligas simul et tui abs te dilectio pretermissa non est.

¶ Congregatis autem phariseis interrogauit eos iesus dicens: Quid vobis videtur de christo cuius filius est? Dicūt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo dauid in spiritu vocat euꝫ dominuꝫ dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo dauid vocat euꝫ dominuꝫ quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neqꝫ ausus fuit quisqꝫ ex illa die eum amplius interrogare.

CHRY. in home. Judei estimantes christum esse hominem purum: eum tentabant: nec eum tentassent si filium dei credidissent. Volens ergo christus ostendere ꝙ cognoscebat fallaciam cordis eoruꝫ: et quia deus erat: nec manifeste voluit dicere veritatem: nec occasionem blasphemie inuenientes iudei amplius insanirent. Nec omnino tacere: quia ad hoc venerat vt veritateꝫ annunciaret: ideo talem interrogationem eis proposuit: vt ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Unde dicitur: Congregatis autem phariseis interrogauit eos iesus dicens: Quid vobis videtur de christo cuius filius est? CHRY. in ho. Discipulos quidem primuꝫ interrogauit quid alij dicerēt de christo: et tunc quid ipsi dicerēt: hos autem non ita. Profecto .n. seductorem eum dixissent et malum. existimabant autem: quoniam christus purus homo erat: et ideo dixerūt eum esse filium dauid: et hoc est quod subdit: Dicunt ei dauid. Ipse auteꝫ hoc rephendēs: inducit prophetam dominationem eius et ꝓprietatem filiationis et cohonorationem que ē ad patrem testanteꝫ. Unde dicitur: Ait illis: Quomodo ergo dauid in spiritu vocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec. HIE. Testimonium hoc de .cix. psalmo sumptum est. Dominus ergo filius dauid vocatur: nō ſm id quod de eo natus est: sed ſm id quod natus est ex patre semper fuit preueniens ipsuꝫ carnis sue patrem: vocat autem eum dominum suum non errore incerto: nec ꝓpria voluntate: sed spiritu sancto. REMI. Quod aūt dicit: Sede a dextris meis: non intelligendum est ꝙ deus corporeus sit vt dextrā vel sinistrā habeat: sꝫ a dextris dei sedere ē in honore et eqlitate p̄rne dignitatis manere. CHRY. sup matth. Puto aūt hanc interrogationem non solū contra phariseos: sed etiam cōtra hereticos posuit. nam ſm carnē vere filius erat dauid: dn̄s autē ſm diuinitatē. CHRY. in ho. Non autem in hoc stat: sed vt timeant subdit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. vt salteꝫ ita eos ꝑinducat. ORI. Deus etiam non ad perditionem solum ponit scabellum pedum christi inimicos ipsius: sed ad eorum salutem. REMI. Donec autem pro infinito ponitur: vt sit sensus: Sed semper: et inimici tui in sempiternū subijcientur pedibus tuis. GLO. Quod autem a patre inimici subijciuntur filio: non infirmitatem filij: sed vnitatem nature significat. nam et filius subijcit inimicos patri: quia patrem clarificat super terram. Et ex hac auctoritate concludit: Si ergo dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? HIE. Interrogatio hec nobis proficit vsqꝫ hodie cōtra iudeos. Et hi .n. q confitent̄ xp̄m esse venturꝫ: hoiem simplicē et sanctū virū asserunt d̄ genere dauid. Interrogemus ergo eos docti a domino si simplex homo est: et tamen filius dauid: quō dauid vocat eum dominum suū. iudei autem ad deludendam interrogationis veritatem: friuola multa confingunt: vernaculuꝫ abrae asserentes cuius filius fuit damascus eliezer: et ex ipsius persona scriptuꝫ psalmum: ꝙ post cedem quinqꝫ regum dominus deus domino suo abraam dixerit: Sede ad dextram meam donec ponam. Quos interrogem⁹ quō dixerit abrae ea q̄ sequunt̄: et respondere cogamus quō abraā ante luciferuꝫ genitus sit: et quō sacerdos fuit ſm ordinem melchisedech. ꝓ quo melchisedech obtulerit panē et vinū et a quo decimas prede accepit. CHRY. in ho. Hoc tantum imposuit finem ipsorum disputationibus quasi magnū et sufficiens precludere eorum ora. vnde sequitur: Et nemo poterat respondere ei verbuꝫ. Neqꝫ ausus fuit quisqꝫ ex illa die euꝫ amplius interrogare. Siluerunt enim extunc non volentes: sed non habendo aliquid dicere.

ORIGE. Si autem interrogatio eorum fuisset ex voluntate discendi: nunq̄ eis talia proposuisset: vt amplius non essent ausi eum interrogare. RABA. Ex hoc autem intelligimus venena inuidie superari posse: sed difficile quiescere.

¶ Dominica .xix. Mathei .ix. cap.



Scendens iesus in nauiculam transfretauit ⁊ venit in ciuitatem suaȝ. Et ecce offerebant ei paralyticum iacenteȝ in lecto. Et Uidens iesus fidem illorum: dicit paralytico. Confide fili. Remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerūt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset iesus cogitationes eorum dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: dimittuntur tibi peccata: an dicere: surge ⁊ ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico: Surge tolle lectum tuuȝ ⁊ vade in domum tuam. Et surrexit ⁊ abiit in domum suam. Uidentes autem turbe timuerunt: ⁊ glorificauerunt deum qui dedit potestatem talē hoībus.

CHRY. i ho. Monstrauit superius xp̄s suam ꝟtutē ꝑ doctrinā qn̄ docuit eos vt potestatē hn̄s ꝑ leprosuȝ qn̄ dixit: Volo: mūdare. ꝑ cēturionē q dixit: Dic ꝟbo ⁊ sanabit̄ puer me⁹. ꝑ mare: qḋ ꝟbo refrensuit. ꝑ demones q cū ꝯfitebāt̄. Hic aūt rursus alio maiori mō inimicos ei⁹ cogit ꝯfiteri equalitateȝ honoris ad patrē. vn̄ ad hoc ōn̄dēdū subdit̄: Ascēdēs in na. trāsfr. ve. in ci. suā. Nauigiū aūt trās ꝑtrāsit: q pede mar̄ poterat ꝑtrāsir̄. nō .n. semper mirabilia volebat facere: ne incarnatiōis noceat rationi. IO. eps: Creator aūt rex orbis terre dn̄s postea q̄ȝ se ꝑꝑ nos nostra āgustiauit i carne: cepit habere humanā patriā: cepit ciuitatis iudaice esse ciuis: parentes hēre cepit parēns oīum ipse parēs vt attraheret charitas quos dispserat met⁹. CHRY. i ho. Ciuitatē aūt suā hic capharnaū dicit. alia. n. eū susceperat nascētē .s. bethleē: alia eū nutriuit .s. nazareth: alia aūt habuit ꝯtinue habitātem .s. capharnaū. AVGV. de con. euā. Uel aliter: Quod mattheus hic scribit de ciuitate dn̄i: marcus aūt de capharnaū: difficilius solueret̄: si mattheus nazareth noiaret. nunc vero cū potuerit ipsa galilea dici ciuitas xp̄i: q2 i galilea erat nazareth: sicut i vniuersuȝ regnū romanum in tot ciuitatibus constitutum dicitur modo romana ciuitas. Quis dubitauerit vt veniens in galileam dominus recte diceretur venisse in ciuitatem suam: in quocunq̄ esset oppido galilee: presertim q2 ⁊ ipsa capharnaum extollebatur in galilea vt tanq̄ metropolis haberetur. HIE. Uel ciuitatem eius non aliam intelligamus q̄ȝ nazareth. vnde ⁊ nazarenus appellatus est. AVGV. de cō. euan. Et fm̄ h̄ dicimus mattheum pretermisisse q̄ gesta sunt postea q̄ȝ Jesus venit in ciuitatem suam donec veniret capharnaum: ⁊ hic adiunxisse de sanato paralytico: sicut in multis faciunt pretermittentes media tanq̄ hoc cōtinuo sequatur: quod sine vlla pretermissionis significatiōe subiungunt. ⁊ hoc modo hic subditur: Et ecce offerebant ei paralyticuȝ iacentem in lecto. CHRY. in ho. Paralyticus autem h̄ alter est preter eum qui in ioāne ponitur. Ille quidem in natatoriis iacebat: h̄ auteȝ in capharnaum. ⁊ ille famulis carebat: hic autem habebat eos qui sui curaȝ habebāt: qui ⁊ portantes euȝ attulerunt. HIERO. Obtulerunt autem ei iacentem in lecto: quia ipse ingredi non valebat. CHRY. in ho. Non autem vbiq̄ ab egris solum querit fidem: puta cum insaniunt: vel aliter ab egritudine in excessu fuerint mētis. vnde subditur: Uidens autem iesus fidem illorum. HIE. Non eius qui offerebatur: sed eorum qui offerebant. CHRY. in ho. Quia igitur tantam ostendunt fidem monstrat ⁊ ipse suā virtuteȝ: cuȝ omni potestate soluens peccata. vn̄ sequit̄: Dixit paralytico: Confide fili remittū tur tibi peccata. IO. eps: Quātū valet apud deū fides ꝓpria apud quē sic valuit aliena: vt intus ⁊ extra sanaret hoiem. Audit veniā ⁊ tacet paralyticus: nec vllā rn̄det gratiā: q2 plus corꝑis q̄ȝ aīe tendebat ad curā. Merito erg o

xp̄s offerentiū recipit fidē: nō vecordiā iacen
tis. CHRY. Uel erat magna fides ēt hu/
ius infirmi. nō. n. pmisisset se submitti: vt ali
us euāgelista dicit p tectū nō credēs. HIE.
O mira humilitas: despectū τ debilem: totis
mēbroꝝ cōpagib⁹ dissolutū filiū vocat: quem
sacerdotes nō dignabant attingere. aut certe
ideo filiū: q2 dimittunt ei peccata sua: vbi daf
nobis itelligētia pp peccata plerasqꝫ euenire
corpoꝝ debilitates. Et ideirco forsitā pri⁹ di/
mittunt peccata: vt causis debilitatis ablatis
sanitas restituatur. CHRY. i ho. Scribe
aūt diffamare volentes: ēt nolētes fecerūt cla
rere qd̓ factū ē. eoꝝ. n. emulatiōe ad signi ost̄ē
sionē vsus ē xp̄s: hoc. n. ē supabūdātia eius
sapiētie qd̓ sua p inimicos manifestat. vñ se/
quit: Ecce qdā d̓ scribis dixerūt itra se: Hic
blasphemat. HIE. Legim⁹ i pphetia: Ego
sum q deleo oēs inigtates tuas. Consequen/
ter ergo scribe: q2 hoīem putabant τ vba dei
nō intelligebāt: arguūt eū vitio blasphemie.
Uidēs aūt cogitatiōes eoꝝ ostēdit se deū q pōt
cordis occulta cognoscere: τ quodāmō tacēs
loquit: Eadē potētia qua cogitatiōes vestras
intueor: possuꝫ τ hoīb⁹ delicta dimittere. Ex
vobis intelligite qd paralyticus ꝯsequat. vñ
sequit: Et cū vidisset iesus cogi eorum dixit.
Ut qd cog. ma. in cor. vestris? CHRY.
in ho. Non qdē eoꝝ destruxit suspitionē: qua
. s. cogitabāt eū pdicta dixisse vt deuꝫ. Si. n.
non esset equalis deo patri oportebat eū dice/
re: longe sum ab hac potestate. s. dimittendi
peccata: nūc aūt contrariū firmauit sua voce τ
miraculi ostēsione. vñ subdit: qd ē facilius di
cere: dimittū. tibi pecca. tua: an dicere: surge
τ ambula? Quāto qdē aīa corpore potior est:
tāto peccatū dimittere maius est qꝫ corpus sa
nare. Sꝫ q2 illud qdē non manifestū: hꝫ auteꝫ
manifestū: facit minus qd̓ est manifestius: vt
demonstrat maius τ non manifestū. HIE.
Utrꝫ. n. sint paralytico peccata dimissa: solus
nouerat q dimittebat. Surge aūt τ ambula.
taꝫ ille q surgebat: qꝫ hi q surgētē videbāt, po
terāt approbare: qꝫqꝫ eiusdē virtutis sit τ cor
poris τ aīe vitia dimittere. Inter dicere aūt τ
facere multa distātia ē. fit ergo carnale signū
vt pbet spūale. vñ sequitur: Ut aūt sciatis:
qm̄ filius ho. hꝫ potestatē in terra dimittendi
peccata. CHRY. in ho. Supra qdē para/
lytico nō dixit: Dimitto tibi peccata: sꝫ dimit
tunt tibi peccata. q2 vo scribe resistebant: al
tiorē suā potentiā demonstrat dicens: q2 fili⁹
hoīs hꝫ potestateꝫ dimittendi peccata. Et vt
ostendat se patri equalem non dixit q filī⁹ ho
minis idiget aliquo ad dimittēdū peccata: sed
qm̄ hꝫ. GLO. Hec aūt vba vt sciatis pōt
eē xp̄i vel euāgeliste: quasi euāgelista diceret:
Ipsi dubitabāt eū peccata dimittere: sꝫ vt scia
tis qm̄ filius hoīs hꝫ potestatē ait paralytico.
Si aūt xp̄s dicat pnunciasse hec vba sic itel/
ligef: Uos dubitatis me posse peccata dimit/
tere: sꝫ vt sciatis qm̄ fili⁹ hoīs. q̄ qdē oratio i/
perfecta ē: sꝫ subdit actus loco ꝯsequētis. vñ
dr̄: Ait paralytico: Surge τ tolle lectū tuum.
IOA. ep̄s: Ut qd̓ fuit testimoniū infirmita
tis: fit pbatio sanitatis. Et vade in domuꝫ tu
am. ne xp̄iana fide curatus: moriaris in perfi
dia iudeorum. CHRY. in homi. Hoc au
tem precepit vt non estimetur phantasia esse
qd̓ factum est. vnde ad veritatem facti osten/
dendam subditur: Et surrexit τ abijt in do/
mum suaꝫ. Sed tamen astantes homines ad
huc deorsum trahuntur. vnde sequitur: Ui/
dentes aūt tur. ti. τ glo. deum qui de. talē po.
hominibus. Si. n. bene cogitassent apud se:
agnouissent q2 filius dei erat. Interim. n. nō
paruum erat estimare omnibus hominibus
maiorem τ a deo venire. HILA. Mystice
autem a iudea repudiatus in ciuitatem suam
reuertitur: Dei ciuitas fidelium plebs est. in
hanc ergo introiuit per nauim. i. ecclesiam ve
ctus. IOA. ep̄s: Non autem christus indi
get naui sed nauis christo: quia sine celesti gu
bernatione nauis ecclesie per mundanum pe
lagus ad celestem portum non valet peruenī
re. HILA. In paralytico autem gentiū vni
uersitas offertur medenda. hic itaqꝫ angelis
ministrandus offertur: hic filius nūcupatur:
q2 dei opus ē. huic remittunt aīe peccata que
lex laxare nō poterat. fides. n. sola iustificat.
Deinde virtutem resurrectionis ostendit: cū
sublatione lectuli infirmitateꝫ corporibus do
cuit defuturam. HIERO. Iuxta tropolo
giā aūt interdū aīa iacēs in corpore suo virtu
tib⁹ dissolutis: a pfecto doctore dño offert cu
rāda. vnusqsqꝫ. n. eger petēde salutis petito/
res dicit adhibere: per quos actuū nostrorum
clauda vestigia: verbi celestis remedio refor/
mentur. Sunt igit monitores mentis q ani/
mum auditoris ad superiora erigunt qꝫuis ex

terioris corporis debilitate torpentē. IOA. eps: Dominus autem in hoc seculo insipientium voluntates nō querit: sed respicit ad alterius fidem: nec medicus languentium respicit voluntatem: cum contraria requirat infirmus. RABA. Surgere autem est animam a carnalibus desiderijs abstrahere. Lectū tollere est carnem a terrenis desiderijs ad voluntatē spūs attollere. Domum ire est ad paradisum redire: vel ad internam sui custodiā: ne iterum peccet. GRE. xxiij. mora. Vel p lectum voluptas corporis designat. iubet itaqz vt hoc sanus portet vbi infirmus iacuerat: qa omnis qui adhuc vitijs delectat: infirmus iacet in voluptatibus carnis: sed sanatus h portat: qr eiusdem carnis cōtumelias postmodū tolerat: qd intus prius desiderijs regescebat. HILA. Vidētes autem turbe timuerunt. Magni enim timoris res est: non dimissis a christo peccatis in mortem resolui: quia nullus est in domum eternam reditus sicui indulta non fuerit venia delictorum. Cessante autē timore honor reddit: q potestas hominibus hac vita data sit per verbum eius ⁊ peccatorum remissionis ⁊ corporum resurrectionis ⁊ reversionis in celum.

¶ Dominica. xx. Mathei. xxij. ca.

Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui: tauri mei ⁊ altilia occisa sunt: ⁊ omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerūt: ⁊ abierunt: alius in villam suam: alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: ⁊ cōtumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: ⁊ missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitates illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum ⁊ quoscunqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias congregauerunt omnes quos inuenerunt malos ⁊ bonos: ⁊ implete sunt nuptie discumbētium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes: ⁊ vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: Et ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis manibus ⁊ pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Multi autem sunt vocati pauci vero electi.

CHRY. in ho. Quia dixerat: Dabit genti facienti fructus eius hic ostendit cui genti. vnde dicitur: Simile fac. est regnum celorū. GLO. Dicit autē: Respondens idest obuians praue cogitationi eorum de morte sua. AVGV. de con. euange. Parabolā autē istam solus matheus narrat: simile quidē etiā lucas cōmemorat: sed non est hoc: sicut ⁊ ipse ordo indicat. GRE. i ho. Hic per nuptias pñs ecclesia: illic p cenā eternū ⁊ vltimū cōuiuiū designat. qr ⁊ ī hāc nōnulli exituri itrant: ad illud qsquis semel ītrauerit vlteri⁹ nō exibit. At sigs forte ꝯtēdat hāc eādē eē lectionē: itelligi forsitā pōt: qr de ꝑiecto eo q nuptiali veste nō ītrauerat: qd lucas tacuit Matheus dixit. q Vo p illū cena: p hūc aūt prandiū dr: nequaqz obsistit: qr cū ad horā nonā apud antiquos prādiū fieret ōtidie ipsū qz prādiū cena vocabat. ORI. Regnū āt celorū simile ē s3 cū qdē q regnat hoī regi: s3 cū āt q ꝯregnat filio regis: s3 ca Vo q̄ st ī reg̃ regis: s3 ⁊ īuitatis ad nuptias. Inter q̄s ē ⁊ exercit⁹ regis. Additum est autem homini regi: vt hoībus quasi homo loquatur: ⁊ dispensat hoīes nō cupientes dispensari a deo. Sed tūc cessabit regnum celorum esse simile homini: cum cessante celo ⁊ cōtētione ⁊ ceteris passionib⁹ ⁊ peccatis cessauerimus sm hominē ābulare: ⁊

videbimus eum sicuti est: Nunc. n. videmꝰ eum sicuti est: sed sicuti propter nostram dispensationē factus fuerit nobis. GRE. in ho. Tunc autem deus pater deo filio nuptias fecit quando hunc in vtero virginis humane nature coniunxit. Sed qꝛ ex duabus ꝑsonis fieri solet nuptiarum coniunctio: absit hoc ab intellectibus nostris: vt personam redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse vnitam. Ex duabus quippe atqꝫ in duabus hunc naturis existere dicimus: sꝫ ex duabus personis credere compositum vt nephas vitamus: Securius ergo dici potest: qꝛ in hoc rex pater regi filio nuptias fecit qꝫ ei ꝑ incarnationis mysterium sanctam ecclesiam sociauit. Vterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. CHRY. sup mat. Vel aliter: Cum resurrectio fuerit facta sanctorum tunc suscipiet hominem vita que ē christus: mortalitatem eius sua mortalitate absorbens. Nunc. n. quasi arras futuri coniugij spiritumsanctum accipimus: tunc autem ipsum christum plenius in nobis habebimꝰ. ORI. Vel coniunctionem sponsi ad sponsam. i. christi ad animam verbi susceptionem intellige: partus autē opera bona. HILA. Merito autem a patre iam sunt he nuptie facte: qꝛ eternitatis huiꝰ societas: ⁊ noui corporis desponsata coniunctio habetur iam perfecta in christo. Sequitur: Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ noluerunt venire. CHRY. super mat. Ergo quando misit seruos suos iam inuitati prius erant. Inuitati sunt. n. homīes a tempore abrae cum christi incarnatio ꝓmittebatur. HIERO. Misit autem seruum suum: nec dubium qui moysen per quem legē inuitantis dedit. Si autē seruos legerimus: vt plura habent exēplaria: ad prophetas referendum est qꝛ inuitati per eos venire contempserunt. Sequitꝰ: Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis. Serui qui secundo missi sunt melius est vt prophete intelligantur qꝫ apostoli: ita tamen si seruus supra fuerit scriptus: sin autē seruos ibidē legas: hic serui secundi apostoli sunt intelligendi. CHRY. super mat. Quos misit cum eis dixit: In viam gentium ne abieritis: sed potius ite ad oues perditas domus israel. ORIGE. Vel qui primi mittuntur serui vocare inuitatos ad nuptias: habentur prophete conuertentes ex populo ꝑ suas prophetias ⁊ restitutionē ecclesie ad christum. Qui autē noluerunt venire in primis inuitati: sunt qui noluerunt audire verba ꝓphetarum. Iterum alij transmissi: alia cōgregatio prophetarum est. HILA. Vel serui primo missi qui inuitatos vocarent apostoli sunt: qui autem admonentur vt veniant inuitati antea: populus israel est. in gloriā. n. eternitatis per legem est aduocatus. Apostolorū ergo erat propriū cōmonere facere eos quos inuitauerant prophete. Qui vero iterum eorum preceptorum conditione mittuntur apostolici viri: sunt successores eorum. GRE. Sed qꝛ hi qui prius inuitati sunt: ad nuptiarū cōuiuium venire noluerunt: in secunda inuitatione iam dicitur: Ecce prandium meum paraui. HIE. Prandiū paratum ⁊ tauri ⁊ altilia occisa vel per metaphorā opes regie describuntur vt ex carnalibus intelligantur spiritalia: vel certe dogmatum magnitudo ⁊ doctrina dei lege plenissima sentire potest. CHRY. super mat. Cum ergo dn̄s apostolis dixit: Euntes predicate dicentes: quia appropinquauit regnū celorum: hoc significauit qd̄ hic dr̄. Prādiū meū paraui. i. ex lege ⁊ ꝓphetis scripturarum mensas ornaui. vn̄ sequitur. Tauri mei ⁊ altilia occisa sunt. GRE. i ho. Per tauros autē patres veteris testi significantur: qui ex ꝑmissiōe legis inimicos suos: virtutis corporee cornu feriebāt. Altilia vero saginata dicimus. ab eo enī qd̄ est alere altilia vel quasi alita vocamus. Per altilia ergo patres noui testi figurantur qui dum gratiā pinguedinis interne dulcedinis ꝑcipiūt a terrenis desiderijs ad sublimia contēplationis sue pēna subleuantur. Dicit ergo. Tauri mei ⁊ altilia occisa sūt. ac si. d. Patrū precedentiū mortes aspicite: ⁊ remedia vite vestre cogitate. CHRY. super mat. Vel aliter. Ideo dicit: Et saginata ⁊ tauros nō qꝛ ⁊ tauri nō fuerint saginati; sꝫ qꝛ non oēs saginati fuerunt tauri: ergo saginata tm̄mō dicit ꝓphetas qui fuerūt spiritusancto repleti: tauros autē qui ꝓphete fuerūt ⁊ sacerdotes: sicut hieremias ⁊ ezechiel. vt. n. tauri duces sunt gregis: ita ⁊ sacerdotes principes sunt populi. HILA. Vel aliter: Tauri gloriosa martyrū species ē qui confessioni dei tanqꝫ hostia electa sunt immolati. Saginata vero. sunt homines spiritales tanqꝫ celesti pane

ad euolandum aues paste: ceteros accepti cibi
vbertate expleuere. GREGO. Notandũ
vero q in priore inuitatione nil de tauris τ al
tilibus dicitur. In secunda autem iam tauri τ
altilia mactata memorantur: quia omnipotēs
deus cum verba eius audire nolumus adiun
git exempla: vt omne quod impossibile credi
mus tanto nobis ad sperandum fiat facilius
quanto per hoc transisse τ alios audimus.
ORIGE. Uel quia prandium quod pa/
ratur est eloquium dei: fortia quoqꝫ eloquio/
rum dei tauri intelligantur: suauia vero τ de
lectabilia eorum sunt saginata. Siquis. n. ꝓ/
ferat quedam dicta modica τ non firma: τ nō
magnam virtutem rationis habentia: vident
macra esse que proferuntur. Saginata autem
sunt cum ad vnāquanqꝫ propositionem exē/
pla multa rationis probatione repleta indu/
cuntur: puta si aliquis de castitate sermonem
loquitur: recte intelligitur turtur. Sed cū ip
sum sanctitatis sermonem cum rationis pro/
batione de scripturis repletum protulerit: ita
vt delectet τ confirmet animum audientis ꝓ
tulit eum saginatum. CHRY. sup matth.
Quod autem dicitur: Et omnia parata sunt.
intelligitur quia quicquid queritur ad salutē:
iam adimpletum est in scripturis. Qui enim
ignorans est inuenit ibi quod discat. Qui cō
tumax est: īuenit ibi quod timeat: qui laborat
īuenit ibi promissa: quibus excitetur ad op⁹.
GLO. Uel omnia parata sunt. i. introitus
regni paratus est per fidem mee incarnatio/
nis qui ante fuerat clausus. CHRY. su/
per matthe. Uel omnia parata dicit que per/
tinent ad mysteriū dominice passionis τ no
stre redemptionis. Dicit autem: Uenite ad
nuptias: non pedibus sed fide τ moribus.
Sequitur: Illi autē neglexerunt. Quare au
tem neglexerint manifestat cum subdit: Et
abierunt: alius in villam suā: alius vero ad
negociatiōem suam. CHRY. in ho. Quā
uis autem videantur rationabiles occasiones
esse: sed hinc discimus etiam si necessaria sint
que detinent: omnibus tamen preponere spi
ritalia oportet. Mihi autem videtur q his oc
casionibus vsi: negligentie velamina propo/
nebant. HILA. Ambitione enim seculi tā
q̄ꝫ villa homines occupantur: plures vero ꝓ
pter pecunie cupiditatē negociatione detinē
tur. CHRY. super matth. Uel aliter: Cū

labore manuum nostrarum aliquid facimus:
puta exercentes agrum vel vineam aut opus
ligni vel ferri: villam colere videmur. Cum
autem non labore manuum nostrarum alia
lucra sequimur: totum hoc negociatio appel/
latur. O miserrimus mundus τ miseri quī
eum sequuntur. Semper. n. mundialia ope/
ra homines excluserūt a vita. GREGO.
Qui ergo intentus labori terreno: vel mun/
di actionibus dedit mysterium incarnationis
dominice pensare τ secundū illud viuere. s.
dissimulat quasi ad villam vel negocium per
gens: venire ad regis nuptias recusat. τ ple/
runqꝫ quod est grauius nonnulli vocati: gra
tiam non solum respuunt: sed etiā persequū
tur. vnde subditur. Reliqui vero ten. ser. ei⁹
τ contu. affe. occiderunt. CHRY. super
matth. Uel per occupationem ville popula/
res iudeorum significat quos mundi delecta
tio separauit a christo. Per occupationē ve/
ro negociationis sacerdotes ceterosqꝫ mini/
stros tēpli significauit: quos lucri obtētu ve/
nientes ad ministerium legis τ templi auari/
cia separauit a fide. De quibus non dixit q
malignati sunt sed neglexerunt. qui. n. odio
aut inuidia crucifixerūt christum: illi maligna
ti sunt: qui autem negocijs impediti non cre/
diderunt: illi neglexisse dicitur non maligna
ti. De sua tamen morte dominus tacet: quia i
priori parabola dixerat: sed ostendit mortem
discipulorum suorum quos post ascensum ip
sius occiderunt iudei. Stephanum lapidantes
τ Jacobum alphei occidentes: propter q̄ hie/
rusalem destructa est a romanis: Et notandū
q ira in deo non proprie sed translatiue dici/
tur. Tunc. n. irasci dicitur quando vlciscitur.
vnde τ hic dicitur. Rex autem cum au. irat⁹
est. HIERO. Quando inuitabat ad nu/
ptias τ agebat opera clementie hominis no/
men appositum est. nunc autē quando ad vl
tionem venit: homo siletur τ rex tantum dici
tur. ORIGE. Dicant autem qui peccant
in deum legis τ prophetarum τ totius crea/
tionis vtrum iste qui τ homo dicitur τ iratus
proponitur: ipse est pater christi: q si dixerint
hunc ipsum esse cogendi sunt confiteri quoni
am multa in eo secundum passibilem homi/
num naturam esse dicuntur: nō quia ipse pas
sibilis est: sed quia morem gerit passibilis na
ture hominum. Et s̄m hanc consequentiam

suscipere contineat & iram dei & penitentiaz & cetera huiusmodi in ꝓphetis. Sequitur: Et missis exercitu. HIERO. Per hoc exercitus romanos intelligimus sub duce vespasiano & tito: qui occisis iudee populis: preuaricatricem incenderunt ciuitatem. CHRY. super matth. Romanus autez exercitus dicitur exercitus dei: q꞉ domini est terra & plenitudo eius: nec etiam venissent romani hierusalem nisi eos dominus excitasset. ORIGE. Vel angelorum agmina sunt exercitus regis nostri. missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur: quia in hominibus omne iudicium per angelos exercetur. Homicidas ergo perdit: quia persequentes interimit. Ciuitatem eorum igni succendit: quia illoruz non soluz anime: sed caro quoqz in qua habitauerāt eterna gehenne flamma cruciantur. ORIGE. Vel ciuitas impiorum est fm vnumquodqz dogma congregatio eoruz qui conueniunt in sapientia principuz huius seculi quā succendit rex & exterminat quasi ex malis edificatōnibus consistentem. GREGO. Sz his qui inuitantem se contemni conspicit: filij sui nuptias vacuas non habebit. quenqz. n. sermo dei inuenturus est vbi requiescat. vnde subditur. Tunc ait seruis suis. ORI. i. apostolis aut angelis qui prepositi erant ī vocatione gentium. Nuptie quidē parate sunt. REMI. i. omne sacramentum humane dispensationis iam peractum atqz completum est. Sed qui inuitati erāt. i. iudei non fuerūt digni: quia dei iusticiam ignorantes & suam statuere volentes indignos se iudicauerunt eterne vite: Reprobato ergo iudaico populo ad has nuptias gentilis populus est susceptus vnde sequitur. Ite ergo ad exi. viarū & quos. inue. vo. ad nuptias. HIERO. Gentilis .n. populus non erat in vijs: sed exitibus viarum. REMI. Qui sunt errores gentiliuz. CHRY. super matth. Vel vie sūt omnes professiones huius mundi: vt puta philosophie militie & huiusmodi. Dicit ergo: Ite ad exitus viarum vt cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidē. adhuc sicut castitas via est que ducit ad deum: sic fornicatio via est q̄ ducit ad diabolum: & sic de alijs virtutibus & vitijs. iubet ergo vt cuiuscunqz conuersationis vel conditionis homines inuitent ad fidem. HILA. Per viam etiam tempus seculi intelligenduz est: atqz ideo ad exitus viarum iubentur ire: quia omnibus retroacta donantur. GRE. Vel aliter: In scriptura sacra vias actiones accipimus. Exitus viarum intelligimus defectus actionum: quia illi plerunqz facile ad deum veniunt quos in terrenis actionibus prospera nulla comitantur.

ORI. Vel aliter: Puto hanc primam vocationem fuisse ad nuptias aliquarum ingenuarum animarum. Principaliter. n. deus vult venire ad epulationem diuini eloquij: eos qui ad intelligenduz sunt ingenîosiores: & qm̄ qui huiusmodi sunt nolunt ad istam vocationem venire: transmittuntur alij serui ꝓuocantes eos & promittentes q꞉ si venerint: percipient prandium paratum a rege. Sicut .n. in corporalibus alia est que nubit sponsa: alij īuitatores: alij qui inuitātur ad nuptias: sic deus scit diuersos ordines animarum: earūqz virtutes & causas. ob quas hi quidem in constitutiōe sponse accipiuntur: alij ī ordine seruorum vocantium: alij in numero inuitatorum ad nuptias. Sed qui principaliter quidem fuerant inuitati. primos inuitatores quasi pauperes sensu neglexerunt & abierūt sua sequentes: in quibus magis sunt delectati q̄z in his q̄ rex p̄ seruos suos ꝓmittebat: sed hi leuiores sunt his q̄ seruis trāsmissis iniuriantur & interficiunt: q. s. ꝑparatōne cōtenciosorꝫ verborū ausi sunt tenuisse seruos missos q̄ nō sunt ꝑparati ad soluēdas q̄ōnes eorꝫ & sutas & ꝯtumelijs afficiunt vel interficiunt ab eis. Seq̄t: Et egressi serui eius in vias cōgregauerunt oēs quos inue. ma. & bonos. ORI. Egredientes serui siue de iudea & hierusalez apostoli xp̄i: siue ab interioribus angeli sancti: venientes ad vias diuersas diuersorum moruz congregauerunt quoscunqz inuenerunt. Et non curant vtruz aliquando ante vocationē mali fuerint aut boni. bonos aūt intelligere hic simpliciter ꝯuenit humiliores & rectiores ex eis q̄ veniebant ad cultum dei: quibus conueniebat qd̄ apostolus ait: Cū gentes que legem non habent: ea que legis sunt faciunt: ipsi sibi sunt lex. HIE. Inter ipsos. n. gentiles infinita est diuersitas: cū alios sciamus eē procliuiores ad vitia: alios ad honestatez morum virtutibus deditos. GREGO. Vel hoc dicit: quia in hac ecclesia nec mali sine bonis: nec boni sine malis eē possunt. bo-

nus autem non fuit qui malos tolerare recu/
sauit. Sequitur: Et implete sūt nuptie discū/
bentium. ORI. Nuptie. s. christi ⁊ ecclesie
sunt implete: dum restituti deo qui ab aposto
lis sunt inuenti recubuerunt ad epulandum ī
nuptijs: sed quoniam bonos ⁊ malos opor/
tuit quidem vocari: non autē vt mali perma
nerent mali: sed vt deponerent vestimenta cō
traria nuptijs ⁊ induerent nuptialia indumē
ta. s. viscera misericordie benignitatis. Ideo
rex egreditur vt videat discumbentes prius/
quam apponatur eis prādium vt retineat ha/
bentes nuptialia vestimenta ⁊ delectet: condē
netqꝫ contrarios. vnde sequitur: Intrauit au
tem rex vt videret discumbētes. CHRY.
super math. Non quia alicubi ipse non ē: sed
vbi vult per iudicium aspicere ibi dicitur pre
sens: vbi autem nō vult: absens videtur. Di
es autem aspectationis est dies iudicij: quan/
do visitaturus est christianos: qui super men
sam scripturarum recumbunt. ORI. In/
grediens autem inuenit quendam qui nō mu
tauerat ꝓprios mores. vnde sequitur: Et vi/
dit ibi hominem nō vestitum veste nuptiali.
Singulariter dixit: quia vnius sunt generis
omnes qui seruant maliciam post fidem quaꝫ
habuerant ante fidem. GRE. Quid autem
debemus intelligere per nuptialem vestē: ni
si charitatem? quia hanc in se dominus habu/
it: dum ad sociande sibi ecclesie nuptias veni
ret. Intrat ergo ad nuptias: sed sine veste nu
ptiali: qui in ecclesia fidem habet: sed charita/
tem non habet. AVGV. contra faustum:
Vel sine veste nuptiali nuptias adit qui que/
rit ibi gloriam: nō spōsi sꝫ suam. HILA.
Vel vestis nuptialis est gratia spiritussācti ⁊
candor habitus celestis qui bone interrogatio
nis confessione susceptus vsqꝫ in cetum re/
gni celorum immaculatus ⁊ iteger est reser/
uandus. HIE. Vel vestis nuptialis prece/
pta sunt domini: ⁊ opera que complentur ex
lege ⁊ euangelio nouiqꝫ hominis efficiunt ve
stimentum quod qui in die iudicij inuentus
sub nomine christiano non habet: statim cor/
ripitur. vnde sequitur: Et ait illi: Amice quo
modo huc intrasti nō habēs vestem nuptia/
lem? Amicum vocat: quia est inuitatus ad nu
ptias quasi sit amicus per fidem. Arguit autē
impudentie ꝙ veste sordida mundicias pol/
luerit nuptiales. ORI. Et quoniam ꝗ pec/
cat ⁊ non induit dominum iesum christum: ñ
habet excusationem aliquam. ideo sequit: At
ille obmutuit. HIE. In tempore eni illo nō
erit locus impudentie: nec negādi facultas cū
omnes angeli ⁊ mundus ipse testes sint pec/
catorum. GRE. Non autem solum reiectꝰ
est a nuptijs qui iniuriam nuptijs fecit: sꝫ ad
huc a ministris regis super vincula constitu/
tus ligatus incessione qua non est vsus ad bo
num: ⁊ apprehensoria virtute qua nullū opꝰ
ad bonum impleuit: condēnatus est i loco ab
omni lumine alieno qui vocat tenebre exterio
res. vnde sequitur: Tūc rex dixit ministris:
Liga. ma. ⁊ pe. mit. eum in tene. exteriores.
GRE. Ligātur tunc pedes ⁊ manus ꝑ di/
strictionem sententie: que modo a prauis ope
ribus ligari noluerunt per meliorationem vi
te: vel tūc ligat pena quos modo a bonis ope
ribus ligauit culpa. AVGV. xi. de trini.
Prauarum vero atqꝫ distortaꝝ volūtatuꝫ i/
plicatio vinculum est quo alligatur qui h au:
Vt proijciat i tenebras exteriores. GRE.
Interiores autem tenebras dicimus cecitateꝫ
cordis: exteriores vero eternam noctem dam
nationis. CHRY. super math. Vel per h
designatur differentia tormentorum in pecca
toribus. Sunt eniꝫ prime tenebre exteriores:
interiores autem minores: ⁊ nouissimi loci.
Sequitur. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.
HIE. In fletu oculorum ⁊ stridore dentium
per methaphoram membrorum corporaliuꝫ:
magnitudo ostenditur tormentorum. Manꝰ
quoqꝫ ligatas ⁊ pedes: fletum oculoruꝫ ⁊ stri
dorem dentium: ad comprobādam resurre/
ctionis intellige veritatem. GRE. Vt illic
dentes strideant qui de edacitate gaudebant:
illic oculi defleant qui h per illicitas concupi/
scentias versabant quatenus singula mem/
bra supplicio subiaceant que hic singulis qui/
busqꝫ vitijs subiecta seruiebant. HIE. Et
quia in cōuiuio nuptiali non initiuꝫ sed finis
querit: subdit. Multi enim sūt vocati pauci
vero electi. HILA. In inuitāte enim fine ex
ceptione publice bonitatis humanitas est: in
inuitatis vero vel vocatis de iudicio meritorū
probitatis electio est. GRE. Nonnulli enī
bona nec icipiūt: nōnulli vero ī bonis que i/
ceperunt minime persistunt. Tāto ergo sibi
vnusquisqꝫ solicite metuāt: qᵗᵒ ignorat que
restāt. CHRY. super math. Vel aliter:

Quotiens deus tentat ecclesiam suam ingreditur ad eam vt videat discumbentes: et si inuenerit aliquem non habentē vestem nuptialem interrogat eum vt quid factus es christianus si hec opera diligebas? Talem ergo christus tradit ministris suis. i. aliquibus magistris seductionis: et ligant manus eius. i. opera: et pedes. i. motus anime: et mittūt eum i tenebras. i. in errores vel gentium: vel iudeoꝝ vel heresim. propinquiores enim sunt tenebre gentilium: quia veritatem spernūt quaꝫ nō audierunt: sed exteriores iudeoꝛuꝫ qui audierunt: sed non crediderunt: sed magis exteriores hereticorum qui audierunt et viderunt.

Dominica. xxi. Joannis. iiij. cap.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea in galileam: abijt ad eum: et rogabat eum vt descenderet et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum: Nisi signa et prodigia videritis nō creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende priusq̄ moriatur filius meus: Dicit ei iesus: Uade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni queꝫ dixit ei iesus et ibat. Jam autem eo descendente serui occurrerunt ei: et nunciauerunt dicētes quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit euꝫ febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei iesus filius tuus viuit: et credidit ipse et domus eius tota.

ORIGE. Putabit autem aliquis regis herodis hūc esse regulū: et aliquis asserit hūc eē de familia cesaris: exercentem tūc temporis aliquid in iudea: neqꝫ enim dicitur q̄ iudeus fuerit. CHRY. Regulus autem dicit: aut quasi generis existens regalis: aut dignitatem aliquam principatus habens: aut quia sic vocabatur. Igitur quedam hunc eundē eē existimant centurionē: qui est apud matheuꝫ. Ostendit autem alius esse ab eo. nam ille quidem christum volentem ire ad suam domuꝫ rogat remanere: hic autem et nihil tale promittentem ad domum trahit. Et ille quideꝫ ad iesum de monte descendentem capharnauꝫ intrauit: hic autem ad iesum in chana venientē accessit. Et illius quidem puer a paralysi detinebatur: huius autem filius a febre. De hoc ergo regulo subditur: Hic cum audis. q̄ ie. ad ue. a iu. in gali. abijt ad eum et ro. cum vt descen. et sa. fi. eius: icipie. eni mori. AVG. Qui rogabat. nōne credebat? Quid a me expectas audire: dominum interroga quid de illo senserit? Sequitur enī: Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia vide. non cre. Arguit hominem in fide tepidum aut frigidum: aut oino nullius fidei: sed tentare cupientem de sanitate filij sui: qualis esset christus quid esset quantum posset. Prodigium quidem appellatum et quasi porroditū quod porro dicat: porro significet et ad futurum aliquid protendat. AVGV. de con. euange. Adeo aūt dn̄s supra oia mutabilia vult mentem credentis attollere: vt nec ipsa miracula: que q̄uis diuinitus de mutabilitate corporuꝫ fiunt: a fidelibus queri velit. GREGO. Sed mementote ēt qui petijt: et aperte agnoscetis: quia in fide dubitauit. Poposcit nāqꝫ vt descēderet et sanaret filiū eius: vnde sequitur: Dicit ad eum regulus: Dn̄e descēde priusq̄ꝫ moriatur filius meus. Minus itaqꝫ ī illo credidit. quē nō putauit posse salutem dare nisi presens esset et corpore. CHRY. Audi etiā qualiter adhuc terrene christū trahit: quasi non posset eum post mortem suscitare: si autem non credēs venit et rogauit nil mirabile. Cōsueuerūt enim patres ex multo amore non solū medicis lequi de quibus confidunt: sed de quibus nō cōfidūt nihil volētes pretermittere eoꝝ que ad salutem ptinēt filiorū: si tamē valde crederet christi virtutē: non neglexisset etiā in iudeam ire. GREGO. Sed dn̄s qui rogat vt vadat: quia nō deest vbi inuitatur idicat: solo iussu salutem reddidit: qui volūtate oia creauit: vn̄ sequitur. Dicit ei iesus: Uade filius tuus viuit. Hic superbia

nostra retundit: qui i hominibus nō naturaȝ qua ad imaginem dei facti sunt: sed honores ⁊ diuitias veneramur. Redemptor vero noster vt ostēderet quoniā que alta sunt: hominibus sanctis despicienda sunt: ⁊ que despicienda sunt hominibus: despicienda nō sunt sanctis. Ad filium reguli ire noluit: ad seruū centurionis ire paratꝰ fuit. CHRY. Vel aliter: Illic quideȝ fides cōfirmata erat: ideirco ⁊ promisit ire vt discamus viri deuotionē. hic autem adhuc imperfectus erat: ⁊ nondum nouerat manifeste ꝙ absens curare poterat. vnde ex hoc ꝙ nō accedit iesus hoc addiscit. Sequitur enī: Credidit homo sermoni quē dixit ei iesus ⁊ ibat. Non tamē integre neqȝ sane. ORI. Ostēditur autē eius dignitas ⁊ officium ex hoc ꝙ seruientes illi occurrunt. vnde sequitur: Iam auteȝ eo descendente serui occurrerunt ei: ⁊ nun. ei di. quia fi. eiꝰ vi. CHRY. Qui quidem obuiauerunt: non vt annunciarent solum sed quasi estimantes de reliquo superfluā esse christi presentiā quē credebant accedere. Quod aūt regulus nō integre credidit: neqȝ sane ostenditur ex hoc qđ sequitur: Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Volebat enī scire vtrū casu vel ex precepto christi hoc factum esset. Sequitur: Et dixerunt ei qꝛ heri hora septia reliquit eum febris. Vide qualiter miraculuȝ manifestum est: non enim simpliciter neqȝ vt contingit a periculo liberatus est: sed repente ⁊ simul vt appareat non esse ex nature consequentia quod fiebat: sed actione christi. vñ sequitur: Cog. ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei iesus: F i. tu. vi. ⁊ cre. ipse ⁊ do. eius tota. AVGV. Si ergo propterea credidit: quia nunciatum est ei ꝙ filius eius esset sanus: ⁊ comparauit horam nunciantiū hore prenunciantis: quando rogabat nonduȝ credebat. BEDA. Vnde datur intelligi ⁊ ī fide gradus esse sicut ⁊ in alijs virtutibus quibus est initium incrementum atqȝ perfectio. Huius ergo fides initiū habuit cum filij salutem petijt: incremētum duȝ credidit sermoni domini dicētis: Filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit nūciātibus seruis. AVGV. Ad solum sermonē crediderūt plures samaritani. Ad illud miraculum sola illa domus credidit vbi est factū. vnde subdit euangelista: Hoc iteȝ secūdum signuȝ fecit iesus: cum venisset a iudea in galileam. CHRY. Nō sine causa hoc adiecit: sȝ ostēdens quoniā secundo signo facto: nōdum ad altitudinē samaritanoꝝ nullū signum videntium iudei puenerūt. ORI. Amphibologiam aūt continet presens dictū. vno enī modo denotat ꝙ iesus veniēdo a iudea in galileam: duo fecit miracula: quoꝝ secūdum est factum erga filiū reguli. alio modo sic: Duobꝰ existētibꝰ signis que iesus ī galilea exercuit: s̄m egit veniens a iudea in galileā. ⁊ hic sensus verus est. Mystice aūt per hoc ꝙ iesus bis in galileam accedit: binus saluatoris aduentus in mūdum ostenditur: primus quidē misericordie: vt vino facto cōuiuas exhilaret: secūdus vero vt filiū reguli ad mortem pene deductū susciret. i. populū iudeoꝝ q post plenitudinē gentiū accedet saluādus ī fine. Magnus aūt rex regū est qui cōstitutus est a deo in monte syon sctō eius: huius q viderūt diē ⁊ gauisi sunt: reguli dinoscunī. Arbitramur igitur regulum esse abraā: egrotum vero filium eius israeliticum genus debilitatuȝ erga cultum diuinū: ⁊ ideo incaluit igniti spiculis inimici: vt proinde febrire cēseatur. Apparet aūt ꝙ pcedētibus sanctis postqȝ carnis exuerunt amicum populus fuit cure. vnde legit̄ in machabeis post mortem hieremie: Hic ē hieremias pphcta dei: qui plurimū orat pro populo: Abraam igitur obsecrat adiuuari a saluatore populum infirmū: ⁊ quidem potestatis verbū de chana prodit: vbi dictum est: Filius tuus viuit. Sed verbi efficacia in capharnaū agitur. nam ibi filius reguli curatus est quasi in agro consolatiōis morās qđ significat genus quoddam debiliū non tñ omnino fructibus priuatoꝝ. Illud aūt: Nisi signa ⁊ pdigia vi. nō cre. dictū illi refertur ad multitudinem filioꝝ suoꝝ: ⁊ ad ipsum quodāmodo: sicut enim ioānes expectabat datum sibi signum. s. super quē videris spūm descendētem: sic ⁊ premortui sancti aduentū xpī in carnem ⁊ signis ⁊ pdigijs manifestādum expectabant. Habebat aūt hic regulus non soluȝ filium sed etiam seruos p quos significatur maneries quedam minus bene. ⁊ ī fima credentium nec a casu hora septima deserit filiū febris: nam septenarius numerus est quies. ALCVI. Vel qꝛ per septiformē spūm ē ōis remissio peccatoꝝ. Septenarius enim in

tria ⁊ quattuor diuisus significat sanctam trinitatem in quattuor anni tpibus: in quattuor mundi partibus: in quattuor elementis. ORI. Possunt quoqꝫ significari duo aduentus christi verbi ad animã: primus qdeꝫ ex facto vino prebens anime gaudiũ spũalis conuiuij secũdus vero omnes languoris ac mortis reliqas amputans. THEO. Regulus aũt est omnis homo nõ solum q: regi vniuersoꝝ propinquus existit fm aiam: sed q: ⁊ ipse super omnia principatũ sumpsit: cuius filius .i. mens febricitat voluptatib⁹ prauis ⁊ desiderijs. Accedit aũt ad iesum ⁊ dep̃catur vt descẽdat .i. vt cõdescensu misericordie vtatur ⁊ parcat peccatis priusq̃ꝫ a voluptatum infirmitate mortificetur. Sed dominus dicit: Vade .i. pfectum cõtinuũ circa bonuꝫ ostendas: ⁊ tunc filius tuus viuet. Si autem ambulare cessaueris mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

¶ Unica .xxij. Mathei .xviij. cap.

Simile est regnum celorũ homini regi: qui voluit rationẽ ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rõnem ponere oblatus ẽ ei vnus qui debebat ei decẽ milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet: iussit eum dominus eius venundari ⁊ vxorẽ eius ⁊ filios ⁊ omnia que habebat: ⁊ reddi. Procidens autẽ seruus ille orabat euꝫ dicens: Patientiã habe in me: ⁊ oĩa reddam tibi. Misertus autẽ dominus serui illius dimisit eum: ⁊ debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille: inuenit vnũ de conseruis suis: qui debebat ei centum denarios: ⁊ tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens cõseruus eius: rogabat eum dicens: Patientiam habe in me: ⁊ oĩa reddaꝫ tibi. Ille autem noluit: sed abijt ⁊ misit euꝫ in carcerem. donec redderet vniuersuꝫ debitum. Uidentes aũt conserui eius que fiebant contristati sunt valde ⁊ venerunt ⁊ narrauerũt domino suo oĩa que facta fuerant. Tunc vocauit illuꝫ dominus suus: ⁊ ait illi: Serue nequã: omne debitum dimisi tibi: quoniaꝫ rogasti me. Nõne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui: sicut ⁊ ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoad vsqꝫ redderet vniuersũ debitũ. Sic ⁊ pr̃ me⁹ celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusquisqꝫ fratri suo de cordibus vestris. CHRY. Ne aliqs existimaret magnũ qd ⁊ graue dñm iniunxisse: cũ dicit dimittẽdũ vsqꝫ septuagies septies: adiecit pabolã. HIE. Familiare enim ẽ syris ⁊ maxime palestinis ad oẽm sermonẽ suũ parabolã iũgere. vt qd̃ p simplex pceptum ab auditoribus teneri nõ põt p similitudinẽ exẽploqꝫ teneatur. vñ dicitur: Ideo assimi. est regnũ celo. ho. re. q vo. rõnẽ pone. cũ ser. suis. ORI. Fili⁹ dei sicut ẽ sapia iustitia ⁊ veritas: ita ipe ẽ regnũ. nõ aũt alicui⁹ eoꝝ q̃ sũt deorsũ: sꝫ oĩum q̃ sũt sursũ: i quoꝝ sẽsibus iustitia ⁊ cetere ꝟtutes regnãt: q facti sũt celi p hoc q portãt celestis imaginẽ. Hoc ergo regnũ celorũ .i. filius dei quãdo factus est in similitudinem carnis peccati: tunc similis factus est homini regi vniens hoiem sibi. REMI. Uel regnum celorũ congrue sancta ecclesia ĩtelligitur: i qua dñs operatur hoc quod in ista parabola loquit̃. Noĩe auteꝫ hoĩs aliquando designat pater: sicut ibi: Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo ⁊c̃. aliquando vero designatur filius: hic aũt vtrũqꝫ intelligi põt ⁊ pater ⁊ filius: qui sunt vnus deus. De⁹ ãt rex dr̃: cũcta q creauit regnando ⁊ gubernando. ORI. Serui autem hi soli sunt q̃ꝫtum ad istas parabolas: qui dispẽsatores verbi habẽtur: ⁊ quibus hoc est commissum vt negociẽtur. REMI. Uel per seruos hui⁹ hoĩs regis. designãt oẽs hoĩes quos ad laudãdũ se creauit: quibusqꝫ legem nature dedit: cũ qb⁹ rationeꝫ ponit: quãdo vitaꝫ ⁊ mores ⁊ actus

singulorum discutit: vt vnicuiqȝ sm q̄ gessit tribuat. vnde sequitur: Et cum cepisset rationem po. obla. est ei vnus: qui debebat decem milia talenta. ORIGE. Omnis aūt vite nostre ratio ponenda ē a rege: qñ oēs nos p̄sētari oportuerit ante tribunal xp̄i: Nec hoc dicimus vt suspitio sit: ne forte res ipsa necessarium habeat longum tēpus. Volens. n. de⁹ ventilare oīum mētes: cito oia ab oibus omni tp̄e gesta singulis quibusqȝ faciet in mētez venire ineffabili quadā virtute. Dicit aūt: Et cū cepisset rōnem ponere. qr initiū iudicij est vt incipiat a domo dei. In principio ergo ponende rōnis oblatus ē debitor talentorū multoꝝ: q. s. multa fecerat dāna ⁊ magna ei erant iniuncta: ⁊ nullū attulit lucrū: q forsitan tot talenta ꝑdidit quantos ꝑdidit hoies. ⁊ ideo talētoꝝ multoꝝ ē factus debitor: qm̄ secutus est mulierē super talentū plumbi sedentē: cuius nomen iniq̄tas. HIERO. Scio quosdaȝ istū q debebat. x. milia talenta diabolū interpretari: cuius vxorē ⁊ filios venūdandos perseuerante illo in malicia insipientiaȝ ⁊ malas cogitationes intelligi volunt. Sicut. n. vxor iusti dr̄ sapia: sic vxor iniusti ⁊ peccatoris appellaꝛ stultitia. Sȝ quō ei dimittat dn̄s. x. milia talenta: ⁊ ille nobis conseruis suis. x. denarios nō dimiserit: nec eccl'iastice interpretationis est: nec a prudentibus viris recipiēda. AVGV. de ver. do. Ideo dicendū ē q̄ qr lex in decē preceptis cōmendaꝛ: ille debebat decē milia talentoꝝ: per qđ oia peccata significat: q̄ sm legem fiunt. REMI. Homo aūt sua voluntate ⁊ sponte peccās suo conatu nullo mō surgere valet: ⁊ nō hȝ vn̄ reddat: qr nihil in se īuenit ꝑ qđ se a peccatis soluat. vn̄ sequiꝛ: Cū aut nō ha. vnde redde. iussit eū dn̄s venundari ⁊ vx. eius. ⁊ fi. ⁊ oia q̄ habebat. ⁊ reddi. Vxor qdē stulti ē stultitia: ⁊ carnis voluptas seu cupiditas. AVGV. de que. euan. Per hoc ergo significaꝛ transgressorez decalogi ꝓ cupiditate ⁊ prauis operib⁹: tanqȝ vxore ⁊ filijs penas soluere d̄buisse: qđ ē preciū eius. preciū. n. vēditi ē suppliciū dānati. CHRY. Hoc aūt nō ex crudelitate iussit: sed ex ineffabili affectione. Vult. n. eū terrere per has minas vt supplicet ⁊ nō vendaꝛ: qđ ⁊ factū ostendiꝛ: cū subdiꝛ: Procidens autez ser. ille: ro. eū di. Patiētiā habe in me: ⁊ oia reddā tibi. REMI. His āt v̄bis humilitatio ⁊ satisfactio peccatoris demonstraꝛ vn̄ dr̄: Procidens. In hoc vero q̄ dicit: Patiētiaȝ habe in me: vox exprimiꝛ peccatoris poscentis tp̄s viuendi ⁊ spatium corrigendi. Est aūt larga dei benignitas ⁊ clementia erga peccatores conuersos: qm̄ ipse semper paratus est per baptismū aut penitētiā peccata dimittere. vn̄ sequiꝛ. Mis. aūt do. ser. il. dimisit eū: ⁊ debitum dimisit ei. i. a peccatis eum absoluit. CHRY. Vide aūt diuini amoris superabūdātiā: petit seru⁹ solius tp̄is dilationē: ipse aūt maius eo qđ petijt dedit: dimissionez ⁊ concessionē totius mutui. volebat aūt ⁊ a principio dare: sed nolebat solū suū esse donū: sed ⁊ supplicationis illius vt nō incoronatus abscedat. Ideo aūt anteqȝ rōnem poneret: debitum nō dimisit: qr docere voluit a quantis debitis eū liberat: vt saltē ita ad conseruos mansuetior fieret. Et qdez vsqȝ ad hec q̄ premissa sunt acceptabilis fuit. etenim confessus est ⁊ ꝓmisit se reddere debitū: ⁊ ꝓcidens rogauit: ⁊ debiti magnitudinē cognouit. Sȝ q postea fecit indigna fuere p̄orib⁹. Sequiꝛ. n. Egressus aūt ser. il. inue. vnū de cōseruis suis: qui debe. ei centū denarios. AVGV. de ver. do. Qđ aūt diciꝛ q̄ debebat ei cētū denarios: ab eodē numero. s. decē sumiꝛ: q ē numerus legis. nā ⁊ centū centies fiunt decē milia: ⁊ decies deni sunt centū: ⁊ illa decē milia talentorū: ⁊ illi decies deni: ⁊ a legitimo numero nō recedūt: in quo vtroqȝ inuenies peccata. vterqȝ est ergo debitor: vterqȝ venie deprecator. Ois. n. hō ⁊ debitor ē dei: ⁊ debitorē hȝ fratrē suū. CHRY. Tanta aūt differentia est peccatoꝝ q̄ cōmittunꝛ in hoiem: ⁊ q̄ cōmittuntur in deū: quanta est differentia. x. miliū talētoꝝ ⁊ cētū denarioꝝ: magis aūt ⁊ multo pl⁹: patet ex differētia ꝑsonaꝝ ⁊ a paucitate peccātium. Hoie. n. vidēte ⁊ desistimus: ⁊ pigritamur peccare: deo aūt vidēte sm vnū quenqȝ diē nō obsistimus: sȝ agim⁹ informidabiliter omnia ⁊ loquimur. Non hinc autem solum grauiora parent peccata in deum: sed ēt a beneficio quo sumus potiti ab ipso. Fecit enim nos esse ⁊ omnia propter nos operatus est. Animam rationalem nobis inspirauit: filiuz suum misit: celuȝ nobis aperuit: ⁊ nos filios suos fecit. Nūquid ergo si vnaquaqȝ die moreremur ꝓ illo: retribueremus ei aliquod dignum: nequaqȝ. Sed hoc rursus ad vtilitatē

nostram pertineret. Nos autem econtrario i legibus ei⁹ offendimus. REMI. Sic ergo per debitorem decem milium talentorum significantur illi q maiora crimina cõmittũt: p debitorem aũt centum denariorum q minora cõmittit. HIERO. Qď vt manifestius fiat dicamus sub exẽplo: Siquis vestrũ cõmiserit adulterium: homicidium: sacrilegiũ maiora crimina decẽ milium talẽtorum rogãti dimittuntur: si ꝛ ipse dimittat minora peccantibus. AVGV. de ver. do. Sed ille seruus ingratus: iniquus: noluit prestare qď illi indigno prestitum fuit. Sequitur enĩ. Et tenens suffocabat eum dicens: Redde qď debes. REMI. i. acriter insistebat vt vindictaȝ ab eo exigeret. ORI. Ideo vt arbitror suffocabat: qm̃ a rege exierat: nõ enĩ suffocaret cõseruum suum si nõ exisset a rege. CHRY. Per hoc etiã ꝙ dicit̃: egressus: ostenditur ꝙ nõ post multum tẽpus: sed cõfestim adhuc q̃si in auribus habens beneficiũ in maliciã abusus est liberatiõe a ꝓprio dñ̃o sibi data. Quid igitur ille fecerit subdit̃: Et procĩ. cõser. eius rogabat eum dicens: Patientiam habe ĩ me ꝛ omnia reddã tibi. ORI. Cõsidera subtilitatem scripture: quoniã seruus multoruȝ debitor talentorum ꝓcidẽs adorauit regẽ. q aũt centum debebat denarios: procidẽs non adorabat: sed rogabat conseruum dicẽs: Patiẽtiam habe. CHRY. Sed neqȝ hec verba ingratus seruus reueritus ẽ: qbus saluat⁹ ẽ. Sequitur. n. Ille autem noluit. AVGV. de que. euã. i. tenuit cõtra eũ hunc animuȝ vt supplicia illi vellet: sed abijt. REMI. i. magis ira exarsit vt ab eo vindictã exigeret: ꝛ misit eum in carcerem donec redderet debitũ. i. apprehenso fratre vindictam ab eo exegit. CHRY. Vide dñ̃i charitatem ꝛ serui crudelitatẽ: hic ꝓ decẽ milibus talẽtis: hic autem pro centũ denarijs. ħ conseruum: ħ aũt dñ̃m rogabat. ꝛ ħ quidem totalem absolutionẽ accepit: ille aũt solam dilationem petebat nec tñ̃ ħ dedit. Cõdoluerũt q nõ debebãt. vnde seqtur: Videntes autem conserui eius que fiebant cõtristati sunt valde. AVGV. de. q. euan. Per conseruos intelligitur ecclesia: q̃ illum soluit ꝛ ligat. REMI. Vel conserui forte angeli sunt intelligendi aut predicatores sancte ecclesie: siue quicũqȝ fideles qui videntes aliquẽ fratrẽ remissioneȝ peccatorum adeptã: nõ velle misereri cõserui sui: contristantur de eius perditiõe. Sequitur: Et venerũt ꝛ narrauerunt domino que facta fuerãt. Veniunt quidem non corpore sed corde. Domino aũt narrare est dolores ꝛ cõtristationes cordis ĩ suo affectu demõstrare. Sequitur: Tũc vocauit eũ dñ̃s suus. vocauit quidẽ ꝑ sententiam mortis: ꝛ ab hoc seculo migrare iussit. ꝛ dixit ei: Serue neq̃ȝ: omne debitum dimisi tibi: quoniam rogasti me. CHRY. Et quãdo quidẽ decẽ milia talenta debebat: nõ vocauit eũ neq̃ȝ: neqȝ est cõuitiatus sed misertus. Quãdo autẽ cõtra seruuȝ ingratus est effectus: tũc dicit̃: Serue neq̃ȝ. ꝛ hoc est qď dicit̃: Nõne ergo oportuit ꝛ te ꝛc̃. REMI. Et sciendum q: seruus ille nullũ rñ̃sum legit̃ domino dedisse: ĩ quo demonstratur ꝙ in die iudicij ꝛ statim post hanc vitã omne argumentum excusationis cessabit. CHRY. Q: vero beneficio nõ est factus melior: relinquitur vt pena corrigatur. vnde sequit̃: Et irat⁹ dñ̃s eius tradidit eum tortoribus quoadusqȝ redderet vniuersum debitum. Nõ ãt simpliciter dixit: Tradidit eum: sed iratus: qď nõ posuit quãdo iussit eũ vendi. non enĩ hoc erat ire: ȝ magis amoris ad correptionẽ: nũc ãt hec sñ̃ia ẽ supplicij ꝛ pene. REMI. Tunc enĩ dicit̃ deus irasci qñ̃ aduersus pctõres vĩdicat. Tortores ãt dicuntur demones: q: semꝑ ad ħ parati sunt vt perditas aĩas suscipiãt: ꝛ in pena eterne dãnatiõis eas torqueant. Nũqd ãt postq̃ȝ aliqs demersus fuerit ĩ eternã dãnationeȝ poterit inuenire spatiũ corrigẽdi: aut aditum exeundi: Non: ȝ Quousqȝ ponit̃ ꝓ ĩfinito. ꝛ ẽ sẽsus: semꝑ soluet: ȝ nũq̃ȝ ꝑsoluet: ꝛ semper penã luet. CHRY. Per hoc ergo ondi̅tur ꝙ cõtinue. i. eternaliter puniet̃ neqȝ reddet aliqñ̃. Q̃uis ãt irreuocabilia sint charismata ꝛ dei vocationes: tñ̃ tãtũ valuit malicia vt ꝛ hãc legẽ soluere videat̃. AVGV. de ver. do. Dicit. n. deus: Dimittite ꝛ dimittet̃ vobis. sed ego prior dimisi: dimittite vel postea. nã si nõ dimiseris: reuocabo te. ꝛ quicqd tibi dimiserã: replicabo tibi. non. n. fallit aut fallitur xp̃s: qui subiecit dicẽs: Sic ꝛ pater me⁹ celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusqsqȝ fratri suo de cordibus vestris. Melius est enim vt clames ore ꝛ dimittas in corde: q̃ȝ sis blandus ore ꝛ crudelis in corde. Ideo enĩ dominus subdit: De cordibus vestris. vt si per

charitatem imponitis disciplinam: de corde lenitas nō recedat: Quid.n.tam piuz q̄ȝ medicus ferens ferramentū? seuit in vulnus vt homo sanetur: q2 si vulnus palpat homo perditur. HIERO. Ideo ⁊ dominus addidit: De cordibus vestris: vt omnē simulationē ficte pacis auerteret. Precipit ergo dominus petro sub cōparatiōe regis dn̄i ⁊ serui q debitor .x. miliū talentoꝝ a dn̄o rogans veniā ipetrauerat: vt ipse quoqȝ dimittat conseruis suis minora peccātib⁹. ORIGE. Vult etiā docere faciles nos esse ad indulgēdum eis q nocuerūt nobis: maxime si satisfaciāt ⁊ deprecētur sibi veniā dari. RABA. Allegorice aūt seruus hic q decē milia talētoruȝ debuit iudaicus est populus decalogo legis astrictus: cui dn̄s sepius dimisit debita quando in angustijs cōstituti illius misericordiam deprecabantur: sed liberati oēs debitores atrociter repetebāt: ⁊ a gentili populo: q̄si sibi obnoxio: circūcisionē ⁊ cerimonias legis expetiūt: ⁊ ꝓphetas ⁊ apostolos crudeliter trucidant. vn̄ tradidit eos dn̄s in manus romanoꝝ vel malignoꝝ spirituuȝ qui eternis cruciatibus eos punirent.

Dominica .xxiij. Mathei .xxii .ca.



Abeuntes pharisei consilium inierunt vt caperēt iesum in sermōe. Et mittūt ei discipulos suos cuȝ herodiānis dicētes: Magister scimus quia verax es ⁊ viam dei in veritate doces: ⁊ nō est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hoīum. Dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet censuȝ dari cesari an nō? Cognita autem iesus nequitia eorum dixit: Quid me tentatis hypocrite? Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis iesus: Cuius est imago hec ⁊ superscriptio? Dicunt ei: Cesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo que sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei deo.

CHRY. sup Mathei. Sicut si aliqs claudere voluerit aque currētis meatuȝ si exclusa fuerit ꝑ aliquā violētiā aliūde sibi semitā querit: sic iudeoꝝ malignitas ex vna parte cōfusa: alium sibi adituȝ adinuenit. vn̄ dicit. abeū. pha. cōsi. inie. vt ca. eū. in sermone. Abierūt inquā ad herodianos: Quale consiliū tales ⁊ cōsiliatores. ⁊ ideo seqtur: Et mittūt ei disci. su. cū herodianis. GLO. Tanq̄ȝ ignotis vt facilius deciperent: ⁊ ꝑ eos illū caperēt: qȝ timētes turbā hoc ꝑ se nō presumerēt facere. HIE. Nuꝑ qdem sub cesare augusto iudea subiecta romanis: qn̄ in toto orbe est celebrata descriptio stipendaria facta fuerat. Et erat in populo magna seditio: dicentibus alijs ꝓ securitate ⁊ qete qua romani pro oībus militarent: debere tributa ꝑsolui. Pharisei vero q sibi applaudebant in iusticia: ecōtrario nitentibus nō debere populū dei q decimas solueret: ⁊ primitias daret ⁊ cetera que in lege scripta sunt humanis legibus subiacere. Cesar aūt augustus herodē filiū antipatris alienigenam ⁊ ꝓselitū regem iudeis constituerat: qui tributis preesset ⁊ romano pareret imperio. Mittūt igitur pharisei discipulos suos cum herodianis. i. militibus herodis. seu quos illudentes pharisei: q2 romanis tributa soluebant: herodianos vocabāt: ⁊ nō diuio cultui deditos. CHRY. in ho. Propter hoc aūt suos discipulos ⁊ herodis milites simul mittunt: vt quodcūqȝ dixerit reprehēdatur. cupiebant.n. magis aduersum herodianos eū aliquid dicere: q2 eni eū detinere timebāt ꝓpter turbas: voluerūt ei ꝑiculuȝ imittere ex hoc ꝙ esset publicis tributis obnoxius. CHRY. sup mathei. Hec est aūt hypocritaꝝ prima simulatio: q2 laudāt quos ꝑdere volunt. Et iō in laudē ꝓrūpunt dicentes: Magister scim⁹ q2 verax es. Magistrū eū vocant vt q̄si honoratus ⁊ laudatus mysteriū sui cordis simpliciter eis apiat: tanq̄ȝ volens eos hr̄e discipulos. GLO. Tripliciter aūt contingit aliquē veritatē nō docere. Primo ex parte ipsi⁹ docētis: q2. s. veritatē vel nō nouit: vel nō amat ⁊ ꝯ hoc dicūt: Scimus q2 verax es. Secūdo ex pte dei: cui⁹ timore postposito q̄dā veritatē de eo quā nouerūt: nō pure annūciāt. ⁊ ꝯ hoc dicūt: Et viaȝ dei in veritate doces. Tertio ex

parte,pximi:ex cuius timore vel amore aliqs
vitatē tacet.ꝛ ad hoc excludēdū dicūt. Et nō
est tibi cura de aliquo.s. hoīe.nō .n .respicis
psonā hominū. CHRY.in ho. Hoc de
herode ꝛ cesare occulte insinuabāt. HIE.
Blāda qdem ꝛ fraudulēta iterrogatio illic,p
uocat rñdentē vt magis deū q̃ȝ cesarē timeat.
vñ dicit: Dic ergo nobis qd tibi videť.lȝ cen
sum dari cesari an nō? Vt si dicat nō debere
tributa solui statim audiētes herodiani: sedi/
tionis reū ꝯ romanū principem eum teneāt.
CHRI.in ho. Quia.n.sciebant ꝙ qdam
hanc discordiā meditātes occisi erāt: volebāt
ꝛ ipsū p fmones hos i talē suspitionē imitte
re. Seqť Cognita aūt ie.neq.eoꝝ ait. Quid
me tenta.hypocrite. CHRY.sup mathei.
Nō fm fmones eoꝝ pacificos blāde rñdit:
sed fm cōsciaȝ eoꝝ crudelē aspa dixit: qꝛ de⁹
volūtatib⁹ rñdet:nō vbis. HIE. Pria er/
ho vtus ē rñdētis: iterrogātiū mētes cogno
scere:ꝛ non discipulos ſȝ tentatores vocare.
Hypocrita ğ vocať q aliud ē ꝛ aliud simulat.
CHRY.sup mathei. Dicit ğ eis hypocri
te: vt ꝯsiderātes eū hūanoꝝ cordiū cognitorē
qđ facere cogitabāt pficere nō auderēt: Vide
ğ ꝙ pharisei blādiebāť vt pderēt: ſȝ iesus cō
fundebat vt saluaret:qꝛ vtilior ē hoī de⁹ ira/
tus q̃ȝ hō ,ppiti⁹. HIE. Sapiētia.n.sēp sa/
piēter egit: vt suis potissimū tētatores fmōi/
b⁹ cōfutenť. Et iō seqť. Ondite mihi nūmis
ma cēsus. At illi obtulerūt ei denariū. Hoc
gen⁹ nūmi ē qđ ,p decē nūmis cōputabať: ꝛ
hēbat imaginē cesaris. vñ seqť: Et ait illis ie
sus: Cui⁹ ē imago hec ꝛ supscriptō? Qui pu
tāt iterrogationē saluatoris ignorātiā eē ꝛ nō
dispēsationē: discāt ex pñti loco ꝙ vtiqȝ pote
rat scire iesus cuius imago esset i nūmo. Se/
quitur: Dicūt ei: Cesaris. Cesarē non pute/
mus augustū: sed tyberiū significari sub quo
ꝛ passus est dñs. Oēs aūt reges romani a p
mo cayo cesare q imperiū arripuerat cesares
appellātur. Seqtur. Reddite ergo que sunt
cesaris cesari.i.nūmū tributū ꝛ pecuniam.
HILA. Si.n.nihil quod cesaris est penes
nos resederit:cōditiōe reddēdi ei que sua fūt
nō tenebimur. Porro aūt si rebus illius icū
bamus: si iure ptāis sue vtimur:extra quere
lam iniurie est reddere cesari qđ cesaris est.
CHRY. Tu aūt cū audieris: Reddite q̃
sunt cesaris cesari: illa scito eū dicere solum;
que in nullo pietati nocēt:qꝛ si aliqd tale fue/
rit nō adhuc cesaris est: sed diaboli tributuȝ.
Deinde vt nō dicāt: quoniā hominibus nos
subijcis subdit: Et que sunt dei deo. HIE.
.i.decimaś:primitias: oblatōes:ꝛ victimas:
sicut ꝛ ipse dñs reddidit cesari tributa pro se
ꝛ petro:ꝛ deo reddidit que dei sunt:patris fa
ciens voluntatē. HILA. Deo etiā que ei⁹
sunt reddere nos oporet.i. corpus ꝛ aiam ꝛ
volūtatem. Nūmisma.n .cesaris in auro est
in quo est eius imago depicta. Dei nūmisma
homo est in quo est dei imago figurata. ideo
diuitias vestras date cesari: deo aūt inocentie
vestre conscientiam seruate. ORI. Ex hoc
loco discimus saluatoris exēplo vt nō his q̃
a multis dicunť:ꝛ,ppterea gloriosa videntur
occasione pietatis attendamus: sed que cōue/
niēter fm ordinē rōnis dicūtur. Possumus
aūt ꝛ moraliter intelligere locū istum:qm̄ de/
bemus corpori quedā dare quasi tributuȝ ce/
sari.i.necessaria. Quecūqȝ aūt sunt conuenie
tia aiarū nature.i.ea que ducūt ad virtutem:
debemus deo offerre:qui ergo supra moduȝ
docent legem dei:ꝛ de rebus debitis corpori
nihil curare precipiūt: sunt pharisei qui red/
dere cesari tributum vetabant: prohibētes.s.
nubere ꝛ abstineŕ a cibis quos deus creauit.
qui vero supra modum estimat oportere cor/
poribus indulgere: ipsi sunt herodiani. Sal/
uator autem noster vult vt nec virtus mino/
retur dum supra modū carni seruimus: nec
carnis natura grauetur dū abundantius vir
tutibus adheremus. Vel princeps mundi.i.
diabolus dicitur cesar. non enim possumus
reddere deo que dei sunt nisi prius reddideri
mus pricipi q̃ sunt sua .i. nisi deposuerimus
maliciam vniuersam. Hoc etiam discamus
ex loco presenti ꝙ contra tentantes nec omni
no tacere debemus nec simpliciter responde/
re: sed circumspecte vt precidamus occasione
querentium in nobis occasionem: ꝛ doccamus irreprehensibiliter que possunt saluare
volentes saluari. HIE. Qui autem credere
debuerant ad tantam sapientiam mirati sunt
ꝙ calliditas eorum insidiandi non inuenisset
locum. Unde sequitur: Et audientes mirati
sunt ꝛ relicto eo abierunt. Infidelitatem pari
ter cum admiratione reportantes.

¶ Dominica.xxiiij. Mathei.ix.ca.

Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit ⁊ adorauit eum dicēs: Domine: filia mea modo defuncta est: sed veni impone manum tuam super eam: ⁊ viuet. Et surgens iesus sequebatur eum: ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis: accessit retro: ⁊ tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum fibriaȝ vestimēti eius: salua ero. At iesus conuersus ⁊ videns eaȝ dixit: Confide filia: Fides tua te saluam fecit. Et salua facta ē mulier ex illa hora.

CHRY.in ho. Post sermōes opus adiunxit: in quo amplius pharisei obstruerent: eo q̄ q̄ aduenit ad miraculū petēdū archisynagogus erat: ⁊ luctus magnꝰ: q̄ puella vnigenita erat ⁊.xij.ānoꝝ q̄ñ icipit esse: flos etatis. ⁊ ideo dr̄: Loquēte iesu ad turbas: ecce princeps vnꝰ accessit. AVGV.de cō.euā. Dicunt aūt hoc ⁊ marcus ⁊ lucas: sȝ ab isto ordine iam recedūt. eo.n.loco hoc inserūt: vbi pꝰ expulsa demonia ⁊ in porcos missa trāsfretādo redit a regiōe gerasenoꝝ. Et p hoc quod marcus dicit: itelligendū ē hoc factū esse: post q̄ȝ venit rursus iesus trās fretū: sȝ q̄ȝ cito post: nō apparet. nisi aūt fuisset aliqd̄ itervallū: nō esset q̄ñ fieret: qd̄ narrat mathēꝰ i ꝯuiuio domꝰ sue. post hoc factū ꝯtinuo sequit̄ de archisynagogi filia. Si enim loquēte eo de panno nouo ⁊ vino nouo accessit pnceps: nihil aliđ factoꝝ dictorūq̄ȝ eiꝰ iterpositū ē. in narratiōe aūt marci patet locus vbi alia interponi potuerunt. Similr̄ aūt ⁊ lucas nō renitit̄ mattheo. qđ.n.adiūxit: Et ecce vir cui nomē erat iairꝰ nō ꝯtinuo accipiēdū ē factū: sȝ post illud đ cōuiuio publicanoꝝ vt narrat mattheus dicēs: Hec illo loquēte ad eos ecce pnceps. s. iairꝰ archisynagogus accessit ⁊ adorabat eū dicēs: Dñe: filia mea mō defuncta est. Considerandum est aūt: ne repugnare videat̄ qđ alij duo euāgeliste morti iam ꝓximā: non tñ mortuaȝ eā dicant: vsq̄ȝ adeo vt dicant venisse postea qui mortuā nūciarent: ⁊ ob hoc nō debere vexari magistrū: itelligendū ē breuitatis cā mattheū hoc potius dicere voluisse rogatuȝ dñm facere: qđ ipsuȝ fecisse manifestū ē: vt. s. mortuā suscitaret. Attendū enim non vba patris de filia sua: sȝ qđ potissimū est voluntatē. Ita enim desperauerat: vt potius eā vellet reuiuiscere: non credens viuā posse inueniri: quam morientem reliquerat. Duo itaq̄ȝ posuerunt quid dixerit iairus. matheus autem quid voluerit atq̄ȝ cogitauerit. Sane si quisq̄ȝ illorū duoꝝ patrem ipsuȝ cōmemorasset dixisse: vt vexaretur iesus q̄ puella mortua fuisset: repugnarent eius cogitationi verba que posuit matheus: nunc vero non legitur q̄ suis nūciantibus ille consenserit. Hinc autem reȝ p necessariam dicimus: nihil in cuiusq̄ȝ verbis debere inspicere nisi voluntatem: cui debent verba seruire: nec mentiri quenq̄ȝ si alijs verbis dixerit quod ille voluerit: cuius verba nō dicit. CHRY.in ho. Vel hoc quod princeps dixit de morte puelle: est augere calamitatem. Etenim consuetudo est rogantibus extollere sermone propria mala: ⁊ amplius aliqd eo quod est dicere: vt magis attrahant eos quibus supplicant. vnde subiungit: Sed veni impone manum super eaȝ: ⁊ viuet. Vide autē eius grossicieȝ. Duo enim expetit a christo: ⁊ accedere ipsum ⁊ manum imponere. Hoc etiaȝ syrus ille naaman ⁊ a propheta expetebat. Etenim ⁊ visu indiget. ⁊ sensibilibꝰ rebus qui grossius dispositi erāt. REMI. Miranda est autem pariter atq̄ȝ imitanda domini humilitas ⁊ mansuetudo: nam mox vt rogatus est: rogantem cepit sequi. vnde subdit: Et surgens iesus sequebatur eum. Hic subditos ⁊ prelatos pariter instruxit: subditis exemplum obediennie reliquit: prelatis vero instantiam ⁊ sollicitudinem docendi demonstrauit: vt quotiensciīq̄ȝ audierint aliquē mortuum in anima: statim adesse studeant. Et cū eo ibant discipuli eius. CHRY.in ho. Et marcus quidem ⁊ lucas dicunt: quoniaȝ tres accepit discipulos scilicet petrum: iacobum: ⁊ ioannem: matheum autem non assumpsit ampliorem ei concupiscentiaȝ immittens. Et q̄ imperfectius adhuc dispositus erat: propter hoc enim illos honorat: vt alij similes illis ef

ficiantur. Sufficiebat enim interim matheo videre ea que facta sunt circa sanguinis fluxum patientem. de qua subditur: Et ecce mulier san. flu. patie. xij. an. ac. re. ⁊ rett. fim. vesti. eius. HIERO. Hec autem mulier sanguine fluens: non in domo: non in vrbe accedit ad dominum: qꝛ iuxta legem vrbibus excludebantur: sed in itinere ambulante domino: vt dum pergit ad aliaʒ: alia curaretur. CHRY. Ideo autem non libera propalatione ad christum venit: qꝛ verecundabatur propter passionem immundaʒ se existimans. Et enim apud legem multa immundicia estimabatur esse hec passio: propter hoc latet ⁊ occultatur. REMI. In quo laudanda est eius humilitas quia non ad faciem accessit sed retro: ⁊ indignam se iudicauit pedes domini tangere: ⁊ non plenitudinem vestimenti tetigit sed tantummodo fimbriam. Habuit. n. dominus fimbriam iuxta legis preceptuʒ. Pharisei etiam fimbrias habebant quas magnificabant: in quibus etiam spinas appendebant. ʒ fimbrie domini non habebant vulnerare: sed potius sanare. ⁊ ideo sequitur: Dicebat enim intra se: qꝛ si tetigero tantum vestimentuʒ eius: salua ero. In quo fides eius admiranda est: qꝛ desperans de salute medicoruʒ in quo sua erogauerat: vt marcus dicit: intellexit celesteʒ adesse medicum: ⁊ in eo totam suam intentionem collocauit: ⁊ ideo saluari promeruit. vnde sequitur: At iesus conuersus ⁊ videns eā dixit: Confide filia: fides tua te saluam fecit. RABA. Quid est ꝙ eam confidere iussit: que si fidem non haberet: salutem ab eo non quereret: sed robur ⁊ perseuerantiam fidei ab ea expostulauit: vt ad certam ⁊ veram perueniat salutem. CHRY. in ho. Vel qꝛ formidolosa erat hec mulier: propter hoc ait: Confide. Et filiam eam vocat: qꝛ fides eam filiam fecerat. HIERO. Non autē dixit: Quia fides tua te saluaʒ factura est: sed Saluam te fecit. in eo enim ꝙ credidisti: iaʒ salua facta es. CHRY. in ho. Nondum tamen perfectā de christo opinioneʒ habebat: qꝛ nequaꝗ̄ estimasset eum latere: sed christus non dimisit eā latere: non quasi gloriā concupiscens: ʒ multorum causa. Primo. n. soluit timorem mulieris: ne a conscientia pungatur: quasi donū furatura. Secundo eā emendat de hoc ꝙ estimat se latere. Tertio omnibus fideʒ eius ostē

dit: vt eam emulentur. Quarto dedit in hoc signum ꝙ monstrauit se nosse omnia: nō minus eo ꝙ fontem sanguinis siccauit: de quo seqꝫ: Et sal. fa. est mu. ex illa hora. GLO. Intelligendū est ex illa hora ex qua tetigit fimbriam: non ex illa hora ex qua iesus conuersus est ad eam: iaʒ enim salua facta erat vt alij euangeliste manifeste ostendunt: ⁊ ex verbis domini ꝑpendi potest. HILA. In quo magna virtutis dominice administratio est: cum potestas intra corpus manens rebus caducis efficaciam adderet sanitatis: ⁊ vsqꝫ in vestiuʒ fimbrias operatio diuina procederet. non. n. comprehensibilis erat deus vt corpore clauderetur. Assumptio nanqꝫ corporis non naturam virtutis inclusit: sed ad redemptionē nostram fragilitateʒ corporis virtus assumpsit. Mystice auteʒ princeps hic lex esse intelligitur: que dominum orat vt plebi quā ipsa christo eius aduentus expectatione predicata nutrierat: vitaʒ mortue reddat. RABA. Vel archisynagogus signat moysen. ⁊ dicitur iairus. i. illuminās siue illuminatus: qꝛ accepit verba vite dare nobis: ⁊ per hoc cunctos illuminat. Ipse a spiritusancto illuminatus. Filia igitur archisynagogi. i. ipsa synagoga vel sut duodecimo etatis anno. i. tempore pubertatis: postꝗ̄ spiritalem sobolē deo generare debebat: errorum languore consternata est. Ad hanc principis filiam dum properat dei verbuʒ vt saluos faceret filios israel: sancta ecclesia ex gentibus congregata: que interioruʒ lapsu criminū ꝑeribat paratā alijs fide ꝑcepit sanitatē. Notandū aūt dum archisynagogi filia sit duodenis: ⁊ mulier hec ab ānis. xij. sanguine fluxit: eo tpe quo hec nata ē: illa cepit infirmari. vna enim pene seculi etate ⁊ synagoga ex patriarchis cepit nasci: ⁊ gētiū exterarū natio idolatrie sanie fedari. Nā fluxus sanguinis binariā pōt itelligi: hoc ē super idolatrie pollutione ⁊ sup his qua carnis ⁊ sanguinis delectatiōe geruntur: ⁊ sic ꝗ̄diu synagoga viguit: laborauit ecclesia: sed illorum delicto salus gentibus facta est. Accedit auteʒ ⁊ tangit dominum ecclesia: cum ei per fidem appropiquat. GLO. Credidit: tetigit: dixit: qꝛ his tribus: fide: verbo: ⁊ opere omnis salus acquiritur. RABA. Accedit autem retro siue iuxta: hoc est quod ipse ait: Siquis mihi ministrat: me sequatur. siue quia presentem domi-

nium in carne non videns: peractis iam sacramentis incarnationis illius ad agnitionis eius gratiam peruenit. vnde et fimbriam vestimenti tangit: quia cum xpm in carne gentilis populus no vidisset: verba icarnatõis recepit. Vestimentũ enim xpi dr mysteriũ icarnationis eius: quo diuinitas induta ẽ: fimbrie vestimẽti: verba de incarnatione eius depẽdentia. Nõ aũt vestẽ: sz fimbriã tangit: quia non vidit in carne dñm: sz suscepit p apostolos icarnationis verbum. Beatus q vel extremã ptem verbi fide tangit. Non aũt in vrbe sed in itinere pgente dño sanat. vñ apostoli. Quia indignos vos iudicatis vita eterna: ecce conuertimur ad gẽtes: gentilitas aũt ex hora dñici aduẽtus cepit habere salutem.

¶ Et cum venisset iesus in domum principis: et vidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat: Recedite: non est enim mortua puella: sed dormit. Et deridebant eum. Et cũ eiecta esset turba intrauit: et tenuit manum eius. Et surrexit puella: et exijt fama hec in vniuersam terram illam.

GLO. Post mulieris emoroisse curatõnẽ sequit de mortue suscitatõe cũ dr: Et cũ venisset iesus in domũ pncipis. CHRY. i ho. Cõsiderandũ ẽ aũt q pp hoc tardius vadit et plura loquitur mulieri curate: vt pmittat mori puellã: et sic manifesta fiat resurrectõis demõstratio. Et similr in lazaro vsqz ad tertiã diez mãsit. Sequit: Et cũ vidisset tibicines et turbã tumultuantẽ. qd ẽ mortis demonstratio. AMBRO. sup lucã: More enim veteri tibicines ad excitandos luctus in mortuis ferebant adhiberi. CHRY. Sed xps tibias vniuersas pecit: parẽtes aũt puelle introduxit ne posset dici q aliter curauit: sz et ante susscitationẽ puelle sermone spem erigit. vnde sequit: Dicebat recedite: non ẽ enim mortua puella: sed dormit. RABA. q. d. Vobis mortua est: deo autem qui suscitare potest: viuit tam in anima qz in corpore. CHRY. Per hoc autem et tumultuz mentis remouit eorum qui aderant: et oñdit qm facile ẽ ei mortuos suscitare: qd vtiqz in lazaro fecit dicẽs: lazarus amicus noster dormit. Et simul docuit: quia enim et ipse erat moriturus in aliorum corporibus instruxit discipulos cõfidere et viriliter ferre mortẽ. Etenim eo accedente iam mors somnus erat. Hoc aũt dño dicente deridebatur. vnde sequit: Et deridebant eum. CHRY. in ho. Non aũt increpauit derisionẽ: vt et ipsa derisio et tibie et alia vniuersa demonstratio fiant mortis: quia eniz multotiẽs postqz facta sunt miracula non credunt hoies antea eos conuincit proprijs rñsionibus. qd et in lazaro fecit cũ dixit: Vbi posuistis eũ: vt q dixerũt: veni et vide: et qm fetet: quatriduanus. n. est. non amplius possint nõ credere: qm mortuũ suscitauit. HIERO. Non aũt erant digni vt viderent mysteriũ resurgẽtis: q resuscitantem indignis contumelijs irridebant. et ideo sequit: Et cũ eiecta esset turba intrauit et tenuit manum eius et surrexit puella. CHRY. Non qdẽ aliam superinducens aiam eam suscitauit: sed eam q̃ exierat reinducens et velut ex somno erigens vt ante viam faciat p visum fidei resurrectionis: et non solum puellam resuscitat: sed et cibũ ei iubet dari vt alij euangeliste dicunt: vt non videatur phantasma esse qd factũ est. Sequit: Et exijt fama hec i vni. ter. illã. GLO. Qd ad magnitudinẽ et nouitatẽ miraculi ptinet et ad manifestã veritatẽ ipsius ne cfictũ putet. HILA: Mystice aũt dñs domũ principis. s. synagogam ingredit: cui in canticis legis hymnus luctuũ psonabat. HIERO. Vsqz. n. hodie iacet in domo pncipis mortua et qui vident magistri tibicies sunt: carmẽ lugubre canentes. Turba quoqz iudeorũ nõ ẽ turba credentiũ sz tumultuantiũ. sz cũ intrauerit plenitudo gentiuz tunc oĩs israel saluus fiet. HILA. Vt aũt rarus ex lege credentiũ electionis numerus posset intelligi turba oĩs expulsa ẽ: quã vtiqz saluari dñs optasset: sz irridendo dicta gestaqz eius resurrectionis non fuit digna csortio. HIERO. Tenuit aũt manum eius: et surrexit: puella: quia nisi prius mũdate fuerint manus iudeorum q̃ sanguine plene sunt: synagoga eorum mortua non cõsurget. HILA. Exeunte aũt fama i vniuersam terram illã electionis salus donũ xpi atqz opera pdicant. RABA. Moralr aũt puella i domo mortua: ẽ aĩa mortua in cogitatiõe. Dicit aũt q puella dormit: quia q peccãt i pñti adhuc p pniam resuscitari pñt. Tibicines sunt adulatores q fouent mortuã. GRE. xviij. mo.

Foras aũt turba eijcit̃: vt puella suscitetur: qꝛ
nisi prius a secretioribus cordis expellat̃ secula
riũ multitudo curaruz: aĩa q̃ intrinsecus iacet
mortua nõ resurgit. RABA. In domo aũt
puella paucis arbitris surgit iuuẽtis extra por
taz. Et lazar⁹ corã multis qꝛ publica nota pu
blico eget remedio leuis leuiora: ⁊ secreta põt
deleri penitentia.

Dominica. xxv. Joannis. vi. cap.

Um sublevasset oculos
iesus: ⁊ vidisset: quia mul
titudo maxima venit ad
eum: dicit ad philippum:
Unde emem⁹ panes vt
manducent hi? Hoc autem dicebat tẽ
tans eum. Ipse enim sciebat quid esset
facturus. Respõdit ei philippus: Du
centorum denariorum panes non suf
ficiunt eis: vt vnusquisqꝫ modicum qd
accipiat: Dicit ei vn⁹ ex discipulis ei⁹
andreas frater simonis petri: Est puer
vnus hic qui habet quiqꝫ panes ordea
ceos ⁊ duos pisces: Sed hec quid sunt
inter tantos? Dicit ergo iesus Faci
te homines discumbere: Erat autem
fenum multum in loco. Discubuerũt
ergo viri numero quasi quinqꝫ milia.
Accepit ergo iesus panes ⁊ cũ gratias
egisset distribuit discumbentibus. Si
militer ⁊ ex piscibus quantuz volebãt.
Ut autez impleti sunt dixit discipulis
suis: Colligite que superauerunt fra
gmenta ne pereant. Collegerũt ergo:
⁊ impleuerũt duodecim cophinos fra
gmentorum ex quinqꝫ panibus ordea
ceis que superfuerunt his qui mandu
cauerant. Illi ergo homines cuz vidis
sent quod fecerat signũ dicebãt: Quia
hic est vere propheta qui venturus est
in mundum.

BEDA. Siquis autem verba euangelista
rum diligenter considerauerit facile cogno
scet: qꝛ vnius anni spacium fuit inter decolla
tionem ioannis ⁊ passionem domini. Cũ. n.
matheus dicat: qꝛ dominus audita nece ioan
nis secessit in desertum locuz: ⁊ ibi turbas pa
uit: ⁊ ioannes dicit ꝙ proximum erat pascha
iudeorum quando turbas pauit: aperte demõ
stratur qꝛ imminente pascali festiuitate deco
latus est ioannis. Euoluto autem vnius an
ni spacio passus est christus in eadem festiui
tate. Sequitur: Cuz subleuasset ergo oculos
iesus ⁊ vidis. qꝛ mult. max. ve. ad euz dixit:
ad phi. vnde eme. pa. vt man. hi. Dixit cum
subleuasset oculos iesus ꝙ disceremus qꝛ ocu
los nõ erigebat huc atqꝫ illuc sed pudice sede
bat attentus cuz discipulis suis. CHRY.
Neqꝫ etiam simpliciter sedebat cum discipu
lis suis: sed diligenter loquens aliquid eis ⁊
eos ad seipsum conuertens deinde respiciẽs
vidit turbam ad se venientem. Cuius igitur
gratia philippum interrogat. sciebat enim ꝙ
discipulorum eius congregatio ampliori in
digebat doctrina. Talis autem erat philipp⁹
qui postea dixit. Ostende nobis patrez ⁊ suf
ficit nobis propterea igitur prius eum erudie
bat. Nã simpliciter factũ eẽt miraculũ nõ tm̃
appareret: nũc aũt prius cogit ꝯfiteri iopiã: vt
certi⁹ discat miraculi magnitudinez vñ seqt̃:
Hoc aũt dice. ten. eũ. Nõ qdẽ ignorãs id qd
debat ab ipso dici: sꝫ humane h̃ dcm̃ ẽ. Sicut
. n. qd dr̃. Qui scrutat̃ corda hoĩum: nõ ostẽ
dit ignorãtie scrutationẽ sꝫ certissime cogni
tionis: ita cũ hic dicit ꝙ tentauit eũ: nihil aliud
dicit q̃ꝫ qm̃ sciebat certissime. Sꝫ aliud ẽ dice
re qm̃ ꝓbationẽ eũ faciebat: ꝑ talẽ ĩterrogatio
nẽ inducẽs in certissimã signi cognitionẽ ꝑꝑ
hoc ⁊ euãgelista ñe ĩfirmitate locutõis mino
rationẽ aliquã suspiceris subiungit: Ipse. n.
sciebat qd esset factur⁹. ALCVI. Interro
gat igit̃ nõ vt ignorata discat: sꝫ vt discipulo
adhuc rudi ꝓpriã tarditatẽ ostẽdat: quã ipse
in se ꝑpẽdere nõ valebat. THEO. Vel ẽt
vt alijs ipm ostẽderet: nõ tãqꝫ cor ei⁹ ignorãs.
AVGV. de cõ. euã. Sꝫ si dñs ſm̃ narra
tionẽ ioãnis ꝓspectis turbis q̃siuit a philip
po tentãs eũ vñ illis esce dari posset: põt mo
uere quõ sit verũ: qd alij narrauerũt prius dixis
se dño discipulos: vt dimitteret turbas. Qui
b⁹ ille rñdit ſm̃ matheũ: Nõ hñt necesse ire:
date eis vos mãducare. itelligit̃ igit̃ post hec

verba dñm inspexisse multitudinē ⁊ dixisse
philippo: quod ioānes cōmemorat: alij aūtē
pretermiserunt. CHRY. Vel aliter: Alia
quidem sunt illa: alia aūt sunt hec non eisdē
facta temporibꝰ. THEO. Philippū igit
dñs tentans vtrum fidem haberet īuenit eū
adhuc humanis passionibꝰ subiacentē: qđ pa
tet ex hoc quod sequitur: Respondit ei philip
pus. Ducētorū denariorum panes non suffi
ciunt eis: vt vnusquisq; modicū quid accipiat.
ALCVI. In quo tarditatē suā ostēdit: nā
si pfecte de creatore itelligeret: de eius poten/
tie largitate nō diffideret. AVGV. de cō.
euā. Quod aūt philippus hic apud ioannem
respondet: hoc marcus a discipulis responsū
esse cōmemorat. volēs intelligi hoc ex ore ce/
terorum philippum respondisse: quāq; ⁊ plu
ralem numerū pro singulari vsitatissime po/
nere potuerit. THEO. Sed ⁊ andreā dñs
similē philippo inuenit: Quis altiꝰ de illo cō/
tēplātē. Sequitur enim. Dicit ei vnus ex di
sci. eiꝰ Andreas fra. simo. petri: Est puer vnꝰ
hic qui habet qnq; panes bordea. ⁊ duos pi/
sces. CHRY. Estimo quidē nō sine cau/
sa id eum dicere: sed quia audiuerat signū qđ
heliseus de panibus hordeaceis fecerat: pa/
uit. n. de. xx. panibus centū hoīes. Ascendit
igitur mente in aliquod excelsum: s; ad sum/
mum non potuit peruenire. qđ patet p hoc qđ
subdit: Sed hec qd sunt inter tātos. Estima/
bat eni; ꝙ de paucioribus pauciora ⁊ de plu/
ribus plura facturus eēt q miracula faciebat:
sed hoc non erat verū. Similiter eni et facile
erat ⁊ de pluribus ⁊ de paucioribꝰ pascere tur
bas nō enim materia subiecta indigebat s; ne
viderentur creature aliene eē ab eius sapien/
tia ipsis creaturis vtitur ad materiā miraculo
rum. THEO. Cōfundant manichei q di/
cūt ꝙ panes ⁊ oīa huiusmodi creata sūt a ma/
lo deo: q; boni dei filius iesus christus pāes
multiplicauit. nam si creature male fuissēt: ne
quāq; bonus mala multiplicasset. AVG.
de con. euan. Quod aūt andreas apud ioan/
nem de quinq; panibus ⁊ duobꝰ piscibꝰ sug/
gessit: hoc ceteri pluralē numerū pro singula
ri ponentes ex discipulorū persona retulerūt.
CHRY. Discamus aūt hic q voluptati at
tendimus: que comedebāt mirabiles viri illi
⁊ magni: ⁊ quātitatem eorum que īferebātur
⁊ vilitatē mense eorum. Nōdū aūt apparen
tibꝰ panibꝰ iussit eos discūbere: vt discas qm̄
nō entia vt entia ei subsistūt: sicut paulus ait:
Qui vocat ea q̄ nō sūt: tāq; ea q̄ sunt. Seqt
. n. Dicit eis iesus: facite ho. discūbere. AL
CVI. Ad literam hoīes discumbere dici/
mus iacēdo comedere more antiquo vnde se/
quitur. Erat aūt fenū multū in loco. THE.
idest herba viridis. Erat. n. pasca qđ ī primo
mense veris perficiebat: Sequitur. Discu.
ergo viri. nu. quasi quinq; milia. Soli viri
numerantur ab euāgelista: quia legalē cōsue/
tudinem sequebat. Eteni moyses a. xx. ānis
⁊ supra populum cōnumerauit nulla mētōne
de mulieribus facta: inuēs ꝙ oē quod virile
est ⁊ iuuenile dignum ⁊ honorabile est apud
deum. Sequitur. Accepit ergo iesus panē:
⁊ cū gratias egisset distri. dicū. similiter ⁊ pi
scibus quantū volebat. CHRY. S; q̄re
paralyticū debēs sanare nō orat neq; suscitās
mortuos neq; mare quietās: hic āt orat grās
agens: vt. s. ostendat eos q comestionē inci/
piunt gratias agere oportere deo. Sed ⁊ ali/
ter ī minoribꝰ maxime orat: vt discas ꝙ nō p
pter indigentiā orat. Si enim idigeret orare
multomagis ī maioribus hoc fecisset. Quia
vero illa ex auctoritate facit: manifestū ꝙ hic
cōdescēdendo nobis orat. ⁊ adhuc qm̄ turba
multa erat pñs: oportebat eis suaderi ꝙ s; vo
lūtatē dei aduenerat: ⁊ iō cū occulte aliqđ mi/
raculū faciebat ñ orabat: s; corā mltis orabat.
ne crederēt ꝙ eēt deo cōtrarius. HILA.
uj. de tri. Quinq; igit panes offerunt turbe
⁊ franguntur: subrepūt in frangētiū manus
quedam fragmentorum procreationes. non
imminuitur vnde prefringitur: ⁊ tamen pre/
frigentis manum fragmenta occupant: non
sensus non visus: profectum tam conspica/
bilis operationis assequitur est quod nō erat.
videtur quod non intelligitur: solum super/
est vt deꝰ oia posse credat. AVG. Vñ eni;
multiplicat de paucis grāis segetes: ide ī ma
nibꝰ suis multiplicauit qnq; panes: ptās. n.
erat ī manibꝰ xpi: panes āt illi qnq; q̄si semi/
na erant: non quidem terre mandata sed ab
eo qui terram fecit multiplicata. CHRY/
SOSTO. Vide autem quanta est serui ⁊
domini differentia. nā; prophete quasi ex mē
sura hñtes gratiā ita miracula faciebāt: chri/

stus autē absoluta virtute faciens cum multa superabundantia omnia operabatur. Sequitur: Ut autem imple. sunt: dixit discipulis suis: Colli. que supera. frag. ne pereant. Collegerunt ergo ⁊c̄. Non quidem hec ostentatio superflua fuit: sed ne phantasiam estimarent quod factum est. propter quod etiam ex subiecta materia miraculum fecit. Sed quare non turbis dedit fragmenta portanda: sed discipulis: quoniam hos maxime erudire volebat: q orbis terrarum debebant esse magistri. Ego autem non solum admiror multitudinē panū que facta est: sed ⁊ certitudinem superfluorū: quia neqꝫ plus neqꝫ minus fecit superfluum esse: sed tantum quantum volebat. s. xij. cophinos secundum numeruꝫ. xij. apostoloꝝ. THEO. Addiscimus autem ex miraculo perpetrato non fieri pusillanimes in coartatōnibus paupertatis. BEDA. Turbe autem cum vidissent signū quod fecit dominus mirabantur: quia nondum eū deuꝫ esse cognouerant: ideoqꝫ euangelista subdit: Illi ergo homines. quia carnales erant ⁊ carnaliter intelligebant: cum vidissent quod fecerat signum dicebant: quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. ALCVI. Nondū pleni fide dominum vocant prophetam qui nondum deum dicere nouerant: sed taꝫ multum profecerant ex virtute miraculi qui eum secernentes ab alijs prophetam vocabant: sicut sciebant in populo illo prophetas aliquando miracula fecisse: nec falluntur si dicunt eū prophetam: cum ipse dominus nouerit se ꝓphetam dicens: Non capit prophetaꝫ perire extra hierusalem. AVGV. Sic auteꝫ propheta est christus ⁊ dominus prophetarum: sicut angelus ⁊ dominus angelorū. ex eo. n. ꝙ presens annunciauit angelus erat: ex eo ꝙ futura predixit propheta erat ex eo ꝙ verbuꝫ caro factum est: ⁊ angelorum ⁊ prophetarum dominus erat. nullus. n. ꝓpheta sine verbo dei. CHRY. Ex hoc autem quod dicunt: Qui venturus est in mundum manifestum est ꝙ prophetā quendā principalem expectabant. Et ideo qd̄ dicitur: Hic est vere ꝓpheta: in greco cuꝫ adiectione articuli ponitur ad ostendendum. s. eum esse discretum ab alijs prophetis. AVGV. Considerandum autem ꝙ dicitur: quia deus non est talis substātia que oculis videri possit ⁊ miracula eius q bus totum mundum regit: vniuersamqꝫ creaturam administrat: assiduitate viluerunt: seruauit sibi quedam que faceret oportuno tempore: preter vsitatum cursum originēqꝫ nature: non vt maiora sed insolita videndo stuperent quibus quotidiana viluerunt. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi q̄ꝫ saturatio quinqꝫ milium hominum de quinqꝫ panibus: ⁊ tamē hoc nemo miratur. Illud mirantur homines: non q2 maius: sed q2 rarum est. Nec tamen sufficit hoc intueri ī miraculis christi: q2. n. dn̄s est in monte: verbum dei est in alto proinde non quasi humiliter iacet: nec transeunter pretereundum est. ALCVI. Mystice enī nomine maris turbidum seculum designatur. Mox autem vt christus mare mortalitatis nostre adijt nascēdo: calcauit moriendo: transijt resurgendo: secute sunt eū credendo ⁊ imitando turbe credentium ex vtroqꝫ populo collectorum. BEDA. Tunc autem dominus subijt in montem quando celum ascendit: quod designatur per montē. ALCVI. Quod enim turbis inferioribus relictis ad altiora cum discipulis ascendit: ostendit ꝙ simplicibus minora precepta sunt committenda: perfectioribus altiora: ꝙ imminēte pascha illos reficit: significat q2 quisqꝫ pane diuini verbi ⁊ corpore ⁊ sanguine domini desiderat refici: debet spiritualiter pascha facere. i. de vitijs ad virtutes transire. Oculi vero domini sunt dona spiritualia que cum dominus electis suis misericorditer ꝯcedit: tūc in eos oculos suos dirigi. i. respectū pietatis ipendit. AVGV. lib. lxxxiij. q̄sti. Quinqꝫ aūt panes hordeacei significant veterē legē: siue q2 nondū spiritalibus: sꝫ adhuc carnalibꝰ data ē lex. i. qnqꝫ corporis sensibus deditis. Nā ⁊ ipse turbe quinqꝫ milia hoīum fuerūt: siue q2 ꝑ moysen lex ipsa data ē. Moyses. n. qnqꝫ libros scripsit. Et ꝙ hordeacei erāt panes bn̄ significatur vł ipsā legē q̄ ita data erat: vt i ea vitale aīe alimētū corporalibꝰ sacramētis obtegeret. Ordei. n. medulla tenacissima palea tegit: vel ipm populū nōdum expoliatuꝫ carnali desiderio tanqꝫ palea cordi eius inherebat. BEDA. Hordeū ēt pabulū ē iumētoꝝ ⁊ cibus seruoꝝ: ⁊ lex vetꝰ data ē seruis ⁊ iumētis. i. carnalibꝰ. AVGV. lib. lxxxiij. q̄sti. Duo aūt pisces qui saporē suauē pani dabāt: duas illas ꝑsonas vi

dentur significare: quibus populus ille regebatur: regiam. s. et sacerdotalem: que tamē due persone dominum nostrum prefigurabant: ambas. n. ille sustinuit. ALCVI. Vt duo pisces dicta vel scripta prophetarum et psalmistarum significant: et cum quinarius ad quinqꝫ sensus corporis referatur: mille ad perfectionē refertur. Qui vero quinqꝫ sensus corporis perfecte regere student: viri dicuntur a viribus quos feminea molities non corrumpit: sed sobrie et caste viuunt: et celestis sapientie dulcedine merentur recreari. AVGV. super io. Puer autem qui ista habebat forte populus israel erat qui sensu puerili ea portabat: nec māducabat. Illa. n. que portabat clausa onerabant: aperta pascebant. BEDA. Pulchre autem dicit: Nec quid sunt inter tātos quia lex vetus parum proficiebat: quousqꝫ eam suis manibus suscepit. i. opere impleuit. et eandem spiritualiter intelligendam esse docuit: quia lex neminem ducebat ad perfectum. AVGV. super ioan. Frangendo autem panes multiplicati sunt. Quinqꝫ. n. libri moysi multos libros cum exponuntur tanqꝫ frangendo. i. differendo fecerunt. AVG. lib. lxxxiij. questi. Dominus etiam tanqꝫ frāgendo et aperiendo quod durum erat et clausum in lege discipulos impleuit: cum eis post resurrectionem aperuit scripturas. AVG. super ioan. Quia antē ignorantia populi erat in lege: propterea tentatio domini ignorantiam discipuli demonstrabat. Super fenum autem discumbebant: quia carnaliter sapiebant. et in carnalibus quiescebant: omnis. n. caro fenum. Illi aūt de panibus dn̄i iplentur: q qd̄ auribus audiunt opibus iplent: AVGV. Que sunt aūt fragmenta nisi q̄ populus non poterat manducare. Quid ergo restat nisi vt secretiora intelligētie q̄ non pōt cape multitudo illis credant q idonei sunt: et alios docere valent: sicut erāt apostoli. vn̄ et. xij. cophini impleti sunt. ALCVI. Cophinis. n. seruilia iplent officia: Cophini igitur sunt apostoli: et eorum imitatores: q lꝫ in p̄nti sint despicabiles: spiritaliū sacrorum diuitijs sūt iterius refecti. Dicunt aūt apostoli fuisse cophini: quia per aplos fides scē trinitatis erat p̄dicāda i q̄uuor ptibus mūdi. Qd̄ aūt nouos panes noluit facere: sꝫ allatos cumulauit: significat quia veterē scripturam non reprobauit: sed aperiendo patefecit.

¶ In anniuersario dedicationis ecclesie. Luce. xix. cap.

Ingressus iesus perambulabat hiericho. Et ecce vir nomie zacheus: et hic princeps erat publicanorum: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset: et non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicomorum vt videret illum: quia inde erat transiturus. et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum: et dixit ad eum zachee festinans descende: quia hodie i domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. et cum viderent omnes murmurabant dicentes: quod ad hominē peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus dixit ad iesum. ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et siquid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrae. Venit enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat.

AM. Zacheus in sicomoro: cecus i via: quorum alter dn̄s misericordius expectat: alter sine mansionis claritate nobilitat. de quo dr̄: Ingressus iesus pambu. hie. et ec. vir noie zache. et hic erat p̄n. publica. et ipse diues. Et bene princeps iducit publicanorum. Qms. n. d se desperet qn̄ iste peruenit ad gratiā: cui cēsus ex fraude: et ipse qdē diues: vt scias oēs diuites auaros. CIRYL. Sꝫ zacheus i his morā non traxit: sꝫ factus ē dignus ppinatiōe dei: q cecos illuminat: et longinquos vocat. TY. Pullulauerat aūt i eo semē salutis: quia cupiebat iesum videre. vn̄ sequit: Et q̄rebat videre iesum qs eēt. Vtpote q nūqꝫ eū viderat: quia si vidisset: dudum iam recessisset a negocia publicana. Si qs. n. iesum videt: non pōt negocijs imorari.

Duo aūt erāt ipedimēta huic visioni: nā re/
tardabat eū populus: nō tā virorꝫ q̄ʒ peccato
rū: erat aūt paruus statura. vñ sequit̃: Et nō
poterat pre turba: q2 sta. pusillus erat. AM.
Quid sibi vult q̄ nullius alteri⁹ staturā quaꝫ
huius expssit vide ne forte malicia pusillus:
aut adhuc pusillus fide. nondū. n. ꝑmus erat
cum ascenderet: nondum viderat christum.
TYTVS. Sed ille bonum adinuenit in/
genium: nam precurrens in arborē sicomo/
rum ascendit: ⁊ transeuntem iesum deside/
ratuꝫ videbat. vnde sequitur: Et precurrens
ascendit in arborem sicomorum vt videret il
lum quia inde erat transiturus. Hic ergo so/
lam visionem desiderauit: sed qui nouit plus
facere q̄ʒ querimus dedit ei supra id quod ex
pectabat. vnde sequitur. Et cum venisset ad
locum suspiciens iesus vidit illum. CI/
RYL. Vidit quidem hominis animam
promptissime nitentem ad sancte viuendum:
⁊ eū ad pietatē conuertit. AMBRO. La
pit eū se inuitat⁹ inuitat. vñ sequit̃: Et dixit ad
eū: Zachee festinās descēde: q2 hodie ī domo
tua oportet me manere. Sciebat. n. vberem
hospitis sui esse mercedē: ſʒ tñ ⁊si nō vocē: i
uitantis audierat affectū. BEDA. Ecce aūt
camelus deposita ibi sarcina ꝑ foramen acus
trāsit: hoc ē diues ⁊ publicanus relicto amore
diuitiarꝫ: ꝯtēpto sensu fraudū: benedictioneꝫ
dñice susceptōis accepit. Sequit̃: Et festinās
descēdit: ⁊ accepit illū gaudēs. AM. Discāt
diuites nō in facultatib⁹ crimē hēre: ſʒ in his
q vti nesciūt facultatib⁹. Nā diuitie sicut ipe/
dimēta sunt iprobis: ita bonis sunt adiumē/
ta virtutis. CHRY. Sʒ ꝯsidera nimiam
saluatoris bonitatē. Insons cū sontib⁹ cōuer
sat̃. Fons iustitie cū auaricia q̄ ē materia pra
uitatis īgressus domū publicani nullā ex aua
ricie nebulā iniuriam patit̃: ſʒ fulgore iusticie
auariciā delet. sed mordaces ⁊ criminationis
amatores inuehi tentāt in his q̄ ab eo fiebāt.
Sequit̃. n. Et cū vide. om. murmu. dicēt. q2
ad ho. pec. diuertisset. Ipse vo icusat⁹ vt epu
lo ⁊ publicanorꝫ amic⁹ ſp̄nebat hec: vt ꝯsum
maret ꝑpositū: q2 ⁊ medic⁹ nisi panat̃ saniē
egrotorꝫ: nō liberat a morbo: qḋ ⁊ tūc ꝯtigit:
qm̄ ꝯuersus ē publicanus ⁊ fact⁹ est melior.
Sequit̃: Stans aūt zache⁹ dixit ad iesuꝫ: Ec
ce dimi. bo. meo. dñe do. pau. ⁊ siqd ali. de/
frauda. red. quadruplū. Audi mirabile: Nō

dū didicit: ⁊ obedit: Et sicut sol ꝑ radios īfu/
sus ī domū nō illustrat, vbo ſʒ ope: ita salua/
tor radijs iusticie negcie fugauit caliginē: nā
lux in tenebris lucet. Quodlibet aūt vnitum
est validum: diuisum autem debile: ⁊ ideo bi
partit substantiam. Est autem diligentius at/
tendendum: q̄ opes zachei non solum erant
iniuste: sed etiam ex patrimonio fuerunt con
gregate alioquin quomodo poterat extorta ini
qua restituere in quadruplum. Sciebat. n. le
gem iubentem restituere in quadruplum ma
le ablata: vt si lex nō terreat: damna mitigēt.
non ergo expectat zacheus legis censuram ip
se sibi iudex effectus. THEO. Sed si sub
tilius indagare velimus nihil de proprijs re
stabat facultatibus. Data. n. medietate bono
rum pauperibus ex residuo reddebat lesis in
quadruplo: nec soluꝫ hoc promittebat: sed fa
ciebat. Non enim ait: Dabo medietateꝫ ⁊ re
stituam quadrupluꝫ: sed do ⁊ reddo. At chri/
stus illi saluteꝫ annunciat. Sequitur: Ait ie.
ad eum. quia ho. sa. huic do. facta est. ipsum
zacheum significans assecutum fuisse salutē:
per domum habitatorem significans. Sequi
tur: Eo q̄ ⁊ ipse filius sit abrae. Non enim
vocasset abrae filium inanimatam fabricam.
BEDA. Filius autem abrae zacheus dici/
tur: non quia de eius stirpe genitus: sed quia
eius est fidem imitatus: vt sicut ille terrā do/
mumqꝫ paternam deseruit: ita iste bona sua
partiendo pauperibus relinqueret. Pulchre
autem dicit: Et ipse. vt non solum eos qui iu
ste vixerant: sed ⁊ eos qui ab iniusticia resipi
scunt: ad filios promissionis pertinere decla/
ret. THEOPHI. Non autem dixit q̄ fi
lius erat abrae: sed quoniam nūc est. nam ꝓ/
us quando erat publicanorum princeps nul/
lam similitudinem habens ad abraam iustū:
non erat abrae filius. Sed quia murmurabāt
quidam eo q̄ moraretur cum viro peccatore:
ad compescendos illos subdit: Venit enim
filius hominis querere ⁊ saluuꝫ facere quod
perierat. CHRY. q. d. Quid me crimina
mini si rectifico peccatores: tā enim procul est
a me odium peccatorum: q̄ eorum causa ad/
uenerim. nam medicus veni: non iudex: ob
hoc conuiua fio languentiuꝫ: patiorqꝫ fetorē:
vt prestem remedia. Queret autem aliquis:
quomō paulus iubet: siquis frater fuerit ꝑ/
cax aut auar⁹; cū huiusmodi nec cibū eē sumē

dum. Christus autem erat publicanorum cō/ uiua: sed nondum prouecti erant isti vt fierēt fratres: sed τ tunc vitare precepit paulus fratres cum perstant in malo: hi vero erant mutati. BEDA. Mystice autem zacheus qui interpretatur iustificatus: credentem ex gentib⁹ populum significat: qui per occupationem tēporalium depressus erat τ minim⁹ sed a deo sanctificatus: qui itrantem hierico saluatorem videre voluit: dum fidem quam mundo attulit: participare quesiuit. CIRYL. Turba autem est imperite confusio multitudinis: q̄ verticem nequiuit videre sapientie. ergo zacheus q̄zdiu in turba est: non vidit christum: sed plebeiam transgressus īscitiā: meruit quē desiderabat aspicere. BEDA. Vel turba idest vitiorum consuetudo que cecum clamantem increpabat etiam hunc suscipientem tardat: sed sicut amplius clamando cecus turbā vicit: ita pusillus terrena relinquendo τ arborem crucis ascendendo: turbam obstantē trā/ scendit. Sicomorus nāqz que est arbor folijs moro similis: sed altitudine prestans: vnde τ latinis celsa nuncupatur. Ficus fatua dicitur: τ eadem dominica crux credētes alit vti ficus: ab incredulis irridetur vt fatua. Quaz arborem pusillus statura zacheus vt coexaltari possit ascendit: cum quilibet humilis τ proprie conscius infirmitatis clamat: Mihi absit gloriari: nisi i cruce domini nostri ihu xpi. AM. Pulchre autem addidit: quia illa pre erat transiturus dn̄s: vel vbi sicomorus vel vbi crediturus vt mysterium seruaret: τ gratiam seminaret. sic enim venerat: vt p iudeos veniret ad gētes. Vidit itaqz zacheū sursum: iam enim sublimitas fidei inter fructus bonorum operum inter fecunde altitudinem arboris eminebat. Zacheus autem supra arborem est: quia est supra legem. BEDA. Perambulans autem dominus venit ad locum vbi zacheus sicomorum ascenderat: quia missis per mundum predicatoribus in qbus ipse loquebatur τ ibat. Venit ad populū nationum qui passionis eius fide iam sublimis erat: quem suspiciens vidit: quia per gratiam elegit. Manebat autem aliquando dn̄s in domo principis phariseorum: sed cum opera diuina deo facientem lingua venenata carpebāt vnde eorū perosus facinora discessit dicēs: Relinquetur domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli zachei oportet illuz manere. i. noue legis gratia coruscante in humilium nationum corde quiescere. Quod autez descendere de sicomoro τ sic mansionem i domo parare iubetur: hoc est quod dīt apostol⁹: Etsi cognouimus s̄m carnē christum: sed iā nunc non nouimus. Etsi enim mortuus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Manifestum est autem iudeos gentium semp odisse salutem: sed salus que olim iudeorum domos implebat: hodie populum nationum illuxit: eo q̄ τ ipse populus filius sit abrae credendo in deum. THEO. Sed τ facile est hoc ad moralem vtilitatez retorquere. Quisquis enim in malicia pluribus preest: paruus est statura spiritali: τ non potest videre iesum pre turba. Nam perplexus a passionibus et secularibus rebus: non aspicit iesum ambulātem idest in nobis operantem: nullum opus eius cognoscens. Ascendit autem super sicomorum idest voluptatis dulcedinem: que significatur per ficum: deprimēs eā: τ sic sublimior factus: videt τ vi̅ a christo. GREG. xxvij. mor. Vel quia sicomorus ficus fatua dicitur: pusillus zacheus sicomorum subijt τ dominum vidit: quia q mundi stulticiam humiliter eligunt: ipsi de his sapientiam subtiliter cōtēplantur. Quid eniz in hoc mūdo stultius q̄z amissa non querere: possessa rapientibus relaxare: nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere. Per hanc autem sapientem stulticiam: etsi nondum solide vt est: iaz tamē per contemplationis lumen dei sapientia videtur. THEOPHILVS. Dicit autem ei dominus: Festinans descende. hoc est: Ascendisti per penitentiam ad altiorem locū: descende per humilitatem: ne te supplantet elatio: oportet enim me in humilis domo manere. Geminis autem bonis in nobis existētibus: corporalib⁹ scilicet τ spiritualibus: cūcta corporalia dereliquit iustus pauperibus: sed spiritalia non deserit bona: sed siquid exegit ab aliquo reddit quadruplum: significans per hoc q̄ siquis per penitentiam pergit i cōtrario tramite prisce prauitatis: per multiplices virtutes sanat omnia pristina delicta: ac sic promeretur salutē: vocaturqz filius abrae: eo q̄ a propria cognatione exierit. s. ab antiqua nequitia.

¶ Dominica prima in aduentu domini. Mathei. xxi. cap.



T cum appropinquasset hierosolymis: & venisset betphage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis: Ite i castellum quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pullũ cũ eam soluite & adducite mihi. Et siquis vobis aliquid dixerit dicite: qꝛ dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est: vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filie syon: ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens sup asinam: & pullum filium subiugalis. Euntes aũt discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerũt asinã & pullũ: & imposuerũt super eos vestimẽta sua: & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua i via: Alij autem cedebãt ramos de arboribus: & sternebant in via. Turbe autem que precedebant & que sequebantur: clamabãt dicentes: O sanna filio dauid: benedictus qui venit i nomine domini.

REMI. Narrauit superius euãgelista dñm egressũ a galilea & cepisse ascẽdere hierosolymã. Postq̃ ergo narrauit qd ĩ via gesserit in incepta intentione perseuerãs dicit: Et cũ appropiquasset hierosoly. & ve. betpha. Betphage viculus fuit sacerdotuꝫ: situs in latere mõtis oliueti: distans vno miliario a hierusalem. sacerdotes. n. q per certos dies in tẽplo deseruiebant cõpleto officio vicis sue: illic diuertebant ad manẽdũ. similiter & illi qui accipiebant officiũ illuc diuertebãt qꝛ preceptum fuit in lege: vt nullus. diebus sabbatorũ plus q̃ mille passus icideret. ORI. Vñ & iterp̄tatur betphage domus maxillarũ: qm̃ maxilla propria erat pars sacerdotũ in lege. Sequitur: Tunc mi. duos di. CHRY. sup mathe. Non dixit discipulis dicatis: Dñs tuus bis opus habet: vel dñs vester: vt itelligant qꝛ ipse sit solus dñs: nõ solum aĩalium sꝫ oĩum hominũ: nã & peccatores cõditione quidẽ sui sunt: volũtate ãt sua diaboli. CHRY. i ho. Neq3 paruũ enim existimes qd factũ ẽ: quis eni suasit dñis iumentorum nõ velle cõtradicere: volentes silere & concedere: & ĩ hoc discipulos erudit qm̃ poterat & iudeos phibere: sed noluit: sed & docet vt qdcũq3 petituꝫ fuerit darẽt. si eni qui ignorabant christũ: ita cõcesserũt: multomagis discipulos cõuenit oĩbus dare: quod autẽ dicitur: Et confestim dimittet eos. CHRY. super math. Intelligẽdum ẽ qꝛ aĩal postq3 ĩgressũ ẽ in hierusalẽ ad dñm suũ remissum est a christo. GLO. Vel dñs iumentorũ cõfestim dimittet eos in dñi seruitio mãcipandos. Adhibet aũt huic facto pphete testimonium: vt appareat dñm oĩa que de ipso scripta erant implesse: sed iudia cecatos scribas & phariseos ea que ipsi legebant intelligere noluisse. & iõ sequit: Hoc aũt totũ factũ est vt adim. qd di. est p prophe. dicẽtẽ. s. zachariam. CHRY. sup math. Sciẽs eni propheta maliciã iudeorũ qꝛ cõtradicturi erant christo ascendẽti in tẽplum pmonuit vt p hoc signũ cognoscerẽt regẽ suũ dicẽtẽ: Dicite filie syon. RABA: Filia syon historialiter dr hierusalem ciuitas: q̃ sita ẽ in mõte syõ: mystice aũt ẽ eccl'ia fideliũ ptinens ad supnã hierusalẽ. CHRY. sup mathe. Ecce ostẽdẽtis verbũ. i. carnali aspectu: sed spũali itellectu opa virtutũ eius aspicite. Añ tpa qdẽ multi dicebãt Ecce: vt ondẽderet qꝛ ille de quo loquebat anteq3 nasceret iã erat. Rex tuus. Cũ ergo videritis eũ nolite dĩc: Nõ habemus regem nisi cesarẽ. Venit tibi. Si itellexeris: vt saluet te: si nõ itellexeris: venit contra te. Mãsuetus. Nõ vt pp̄ter potẽtiã timeretur: sꝫ vt pp mãsuetudinẽ amaret. vñ nõ sedet ĩ curru aureo p̄ciosa purpura fulgẽs: nec ascẽdit super feruidum equuꝫ discordie amatorẽ & litis: sed super asinã trãqllitatis & pacis amicã. vñ seqt: Sedẽs sup asi. & pul. fi. subiu. AVGV. de cõ. euã. In hoc ãt testimonio pphetico aliquanto diuersa est euãgelistarũ locutio h. n. mathe⁹ sic adhibet vt asinã dicat cõmemorasse pphãm: nõ ãt ita se hꝫ vel qd ioãnes iterponit: vel codices ecclesiastice i

K

terp̄tatiōis. lxx. Cuius rei cā mihi vr̄ q̄ matheus hebrea lingua perhibetur euāgeliū cōscripsisse. Manifestū est aūt iterpretationē illam q̄ dr̄. lxx. in nōnullis aliter se habere q̄ȝ inueniunt in hebreo: qui eā linguā nouerūt: ⁊ q̄ iterpretati sunt singuli eosdē libros hebreos. Huius aūt distātie causa si querat̄ nihil pbabilius estimo q̄ȝ eos. lxx. eo spū iterpretatos quo: ⁊ illa q̄ iterp̄tabant̄ dcā fuerāt: qd ex ipa eorū mirabili que predicatur cōsēsione firmatū ē: ergo ⁊ ipsi nōnulla in eloquio variando ⁊ volūtate dei cuius verba erāt nō credēdo nihil aliud demōstrare voluerūt: q̄ȝ hoc ipsum in euangelistarū cōcordia q̄dā diuersitate narratur: qua nobis ostēdit̄ nō eē mēdaciū: sicut quisq̄ȝ ita diuerso mō aliqd narret vt ab eius voluntate cui cōsentiēdū est nō recedat: qd nosse i moribus vtile ē pp̄ter cauēda mendacia: ⁊ ipsi fidei ne putemus q̄si cōsecratis sonis ita muniri veritatē tāq̄ȝ deus nobis quē admodū ipsam rem: sic verba que pp̄ter illā sunt dicenda cōmēdet: cū potius ita res sermonibus pferat̄: vt istos oino querere nō deberemus: si rem sine his nosse possemus: sicut illam nouit deus: ⁊ i eo angeli eius. Sequit̄. Eū. autē discipuli fece. sic p̄ec. il. ie. ⁊ ad asi. ⁊ pul. Ceteri āt euāgeliste de asina tacēt. Nō deberet āt pmouere lectorē nec si matheus de pullo tacuisset sicut illi de asina tacuerūt: q̄to minus moueri oportet: q̄ vnus ita cōmemorauit asinā de qua ceteri tacuerūt: vt tn̄ pullū nō taceret de q̄ illi dixerūt. vbi. n. vtrūq̄ȝ pōt ītelligi factū nulla repugnātia ē: nec si alius aliud cōmemoraret: q̄to minus vbi vnus vnū: alius vtrūq̄ȝ. Sequit̄. Et īposuerunt sup ea vesti. sua ⁊ eū desup se. fe. HIERO. Sȝ videt̄ q̄ sup vtrūq̄ȝ aial i paruo itineris spatio dn̄s sedere nequerit. ergo cū historia aut ipossibilitatē hēat aut turpitudinē: ad altiora trāsmittimur. i. ad mysticū sensum. REMI. Lȝ potuerit fieri vt super vtrunq̄ȝ aial dn̄s sederit. CHRY. in ho. Mihi aūt videt̄ q̄ nō propter mysterium solum sup asinā sedit: sed et mēsurā nobis sapie tribuēs demōstrat. s. q̄ nō sup equos ferri necesse est: sed sufficit asino vti: ⁊ eo q̄ necessitatis est eē cōtētū. Interroga āt iudeos qs rex sup asinā delatus itrauit hierosolymā sȝ nō vtiq̄ȝ aliū hn̄t dicere: nisi istū solū. HIERO. Turbe ergo q̄ egresse fuerāt de hierico ⁊ secute saluatorē: supposuerūt vestimēta sua ⁊ strauerūt viā ramis arborū. ⁊ iō sequit̄: Plu. āt tur. stra. vesti. sua i via. pedibus asini. nec vbi offendat i lapidem: nec calcet spinā: nec labat̄ i foueaȝ. Sequitur: Alij aūt cede. ra. de arbo. ⁊ ster. in via de arboribus. s. fructiferis qbus mons oliueti cōsitus est. Cūq̄ȝ ope cūcta fecissent: vocis quoq̄ȝ tribuunt testimoniū. vn̄ seqt̄: Turbe autez que precede. ⁊ seq̄. cla. di. O san. fi. da. Quid aūt significet osanna: nūc pstringaȝ breuiter. In cētesimo. xvij. psalmo q manifeste de aduētu saluatoris scriptus est īter cetera hoc q̄ȝ legimus: O dn̄e saluum me fac: o dn̄e bene prosperare. Bn̄dictus q vēturus es in noie dn̄i. Pro eo qd i. lxx. habet̄ iterp̄tibus: O dn̄e saluū me fac: in hebreo legimus: Anna adonai osi anna. Quod manifestius ē īterpretatus Simmachus dicēs: O bsecro dn̄e saluuȝ me fac. Nemo ergo putet ex duobus verbis greco. s. ⁊ hebreo sermonē eē cōpositū: sed totuȝ hebraicū est. REMI. Et ē cōpositus ex integro ⁊ corrupto: O si eni latine dicit̄ salua siue saluifica: Anna vero apud illos iteriectio est obsecrātis. nā sicut apud illos ab obsecrante dr̄ anna: sic apud latinos a dolente dr̄ heu. HIE. Significauit. n. q̄ aduentus xp̄i salus mundi sit. vn̄ sequtur: Benedictus q venit i nomine domini. Saluatore quoq̄ȝ idipsum in euāgelio cōprobāte. Ego iquit veni i noie patris mei. REMI. Quia. s. in omnibus bōis operibus nō suā: sed patris gloriaȝ quesiuit. GLO. Et est sensus: Bn̄dictus. i. gloriosus sit: Qui venit. i. incarnatus ē. In noie domini. i. patris eum glorificādo. Iterū repetūt: O sāna. i. salua obsecro. ⁊ determināt vbi se vellēt saluari. In altissimis. i. i celestibus: non in terrenis: HIE. vel p hoc qd iūgit̄. O sanna. i. salus in excelsis: pspicue ostendit̄ q̄ aduentus christi nō tm̄ hominis salus sed totius mundi sit: terrena iūgens celestibus. ORIGE. Vel humana qdem xp̄i dispēsationem laudāt in eo q̄ dicebant: O sanna filio dauid benedictus q venit in noie dn̄i: Restitutionē aūt eius i scā: in eo q̄ dicebāt: O sanna in excelsis. CHRY. sup matheū. O sāna etiaȝ quidam iterp̄tantur gloriā: alij vero redemptionē. Nā ⁊ gloria illi debet̄: ⁊ redēptio illi cōuenit q oēs redemit. HILA. Laudationis eni v̄ba redēptiōis i eo exp̄mūt ptātē. filium aūt dauid nūcupant in quo agnoscerent

eterni regni hereditatem. CHRY. Nūq̃
aūt antea dn̄s sibi adhibuit ministeria iumen
toꝝ: nec ramoꝝ virētia circa se ornamēta cō/
stituit: nisi mō quādo hierusalē vt pateref ascē
dit. Excitauit eni videntes vt facerēt qđ prius
volebant: ergo ptās eis data est: ñ mutata vo
luntas. HIE. Mystice aūt appropiquat do/
minus hierosolymis egrediēs de hierico: tur
bis idē eductis q̄ʒ plurimis: q2 magnus ma/
gnis ditatus mētibus salute credētiū rediēs:
ingredi cupit vrbē pacis ꝛ locū visionis dei.
Et venit betphage. i. ad domū maxillarū ꝛ cō
fessionis portabat typū ꝛ erat situs i mōte oli
ueti vbi est lumē sciē laborū ꝛ dolorum requi
es. Per castellum eni qđ ꝯtra apl'os erat mū
dus iste designatur: cōtra apostolos eni erat:
nec lumen doctrinarum volebat accipere.
REMI. Dn̄s ergo de mōte oliueti disci/
pulos ad castellū misit: q2 de primitiua eccle/
sia p̄dicatores i mūdū direxit. Duos quippe
misit ꝑpter duos ordines p̄dicatorum quos
manifestat apostolus dicēs: Qui operat⁹ est
petro i apostolatū circūcisionis operat⁹ ē ꝛ mi
hi inter gētes: siue q2 duo sunt precepta chari
tatis: siue ꝑpter duo testamēta: siue ꝑpter lit/
terā ꝛ spūm. HIE. Scire ꝑꝑ theoricā ꝛ pra
cticam. i. sciētiā ꝛ opera. Asina aūt ista q̄ sub
iugalis fuit ꝛ edomita ꝛ iuguʒ legis traxerat:
synagoga intelligitur. Pullus asine lasciuus
ꝛ liber gētiū populus. Judea enīʒ fm̄ deum
mater est gētiū. RABA. Vn̄ matheus so
lus q iudeis euāgelium scripsit asinā dn̄o re/
fert adductā: vt eidē ēt genti hebree si penite/
at ñ desperādā mōstret eē salutē. CHRI.
sup math. Propter quasdā aūt similitudines
aīalibus assimulati sūt homines dei filiū ñ co/
gnoscētes. Est. n. animal immūdum ꝛ pre cete
ris pene iumētis magis irrōnabile ꝛ stultum
et īfirmum ꝛ ignobile ꝛ oneriferū. Sic fuerāt
hoīes añ xp̄i aduētū: passionibus diuersis i/
mundi: irrōnabiles verbi rōne carētes: stulti
ꝑpter dei contēptū: infirmi ꝯ ʒ animā: igno/
biles: q2 obliti generatōis celestis facti fuerāt
serui passionū ꝛ demonū: oneri feri: q2 suffe/
rebant sarcinā errorꝭ a demonib⁹ vel phari/
seis impositā. Ligata āt erat asina. i. diaboli/
ci erroris vinculo īpedita: vt nō haberet liber
tatem eundi quo vellet: nā anteq̃ʒ peccem⁹: li
berū habemus arbitrium sequi volūtatē dia/
boli an non. Qđ si semel peccātes obligaue/
rimus nos operibus eius iam nostra virtute
euadere nō possumus: sed sicut nauis fracto
gubernaculo illuc ducitur vbi tempestas vo/
luerit: sic ꝛ homo diuine gratie auxilio ꝑdito
per peccatum non quod vult agit: sed qđ dia/
bolus vult. Et nisi deus valida manu miseri
cordie sue soluerit eum: vsq̃ʒ ad mortem i pec
catorum suorum vinculis permanebit. ꝛ ideo
dicit discipulis: Soluite. s. per doctrinā vr̄aʒ
ꝛ per miracula vestra: quia omnes iudei ꝛ gē
tes per apostolos sunt liberati. Et adducite
mihi idest ad gloriam meā illos conuertite.
ORI. Vnde ꝛ ascendens in celū iussit di/
scipulis suis vt soluerēt peccatores dans eis
spiritumsanctum. Absoluti autē ꝛ proficien/
tes: ꝛ nutriti verbi diuinitate digni habentur
remitti in locum ex quo erant assumpti nō iaʒ
ad opera priora: sed vt predicarent eis filium
dei. ꝛ hoc est quod significat dicens: Et confe
stim di. eos. HYLA. Vel per asinaʒ ꝛ pul
lum duplex vocatio ex gentibus ostenditur.
Erant enim samaritani sub quadam obseruā
tie sue consuetudine seruiētes ꝛ feroces: q. s.
significantur per asinam. erant etiam indomi
te gentes. ꝛ ferocesque. scilicet signantur per
pullum. Igif duo mittunf vt soluāt ligatos er
roris vinculis per philippum eni samaria cre
dit. per petrū cornelius christo tanquā primi/
tie gētium adductus est. REMI. Sicut aūt
tunc dictum est apostolis: Siquis vobis ali/
quid dixerit: dicite: quia dn̄s his opus habet:
sicut nunc predicatoribus est preceptum vt si
aliquid aduersitatis obstiterit a predicādo nō
cessarent. HIE. Vestis autem apostolica q̄
iumento superponitur: vel doctrina ꝟtutum
vel discretio scripturarū intelligi pōt: siue ec/
clesiasticoꝝ dogmatū ꝟitatis qb⁹ nisi aīa īstru
cta fuerit ꝛ ornata: sessorē hr̄e dn̄m ñ meref.
REMI. Dn̄s āt sup asellū sedēs hieroso/
lymā tēdit: q2 presidēs scē eccl'ie vel aīe fideli
ꝛ eā i h̄ seculo regit ꝛ post hāc vitā ad visionē
celestis patrie introducit. Apostoli autem ꝛ ce
teri doctores vestimenta posuerunt super asi
nam: quia gloriam, quam acceperunt a chri/
sto gentibus dederunt. Turba autem vesti/
menta sternebat in via quia credentes ex circū
cisione gloriam quam habebant ex lege con/
tēnebant. Ramos autem de arboribus pre/
cidebant: quia ex prophetis acceperunt ex/
empla de christo: quasi de arboribus viren/

K ij

tibus. Vel turba que vestimēta strauit in via significat martyres que vestimenta sua .i. corpora que tegumenta sunt animarum ꝓ christo ad martyrium tradiderunt. Vel significātur illi qui corpora sua per abstinentiam domant. Illi autem ramos arborum precidunt qui dicta ⁊ exempla sanctorum patrum querunt ad suam vel filiorum salutem. HIE. Quod autem ait: Turbe autem que precedebant ⁊ que sequebantur. vtrunq̄ʒ populum ostendit ⁊ qui ante euangeliuʒ ⁊ qui post euāgelium domino crediderunt: consona iesum confessionis voce laudare. CHRY. super math. Et illi quidem prophetantes de christo venturo clamauerunt: hi autem laudantes clamant de aduentu christi adimpleto.

¶ Dominica .ij. Luce .xxi. cap.

Fiunt signa ī sole ⁊ luna ⁊ stellis: ⁊ in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris ⁊ fluctuum: arescentibus hominibus pre timore: ⁊ expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celoruʒ mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna ⁊ maiestate.

BEDA. Quid ipletis nationū tꝑibus sequat̄: ex ordine manifestat dicēs: Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis. AM. Que qdē signa ſm matheū euidentiꝰ exprimunt̄: tūc ingt sol obscurabit̄: ⁊ luna nō dabit lumen suū: ⁊ stelle cadent de celo. EVSE. Tunc enim cū vite corruptibilis ꝯsūmatio aget̄: ⁊ ſm apostolū spēs huius mundi transibit: ⁊ nouū succedet seculū: in quo vice sensibiliū luminariuʒ ipse xp̄s fulgebit .q. iubar ⁊ rex noui seculi: cuius erit tanta numinis virtus ⁊ gloria: vt sol qui nunc radiat atq̄ʒ luna ⁊ cetera sidera: aduentu maioris luminis occultent̄. CHRY. Sicut enim in hoc seculo luna ⁊ sidera mox obfuscant̄ orto sole: sic in gloriosa xp̄i apparitione sol obtenebrescet: ⁊ luna non dabit ꝓpriū iubar ⁊ stelle cadent de celo: ꝑore spoliate amictu: vt potioris luci amictu potiāt̄. EVSE. Que aūt eueniēt orbi post luminariū obtenebrationē ex qbus fiet angustia gentium: ꝯsīter exprimit dicēs: Et in ter. pres. gen. ꝑ. confu. so. ma. ⁊ fluctuū. Vbi vr̄ docere ꝑncipiū trāsmutationis vniuersi futuꝝ: ex defectu substātie humide. Hac enim prima deuorata vel cōgelata: vt non amplius audiat̄ sonitꝰ maris nec contingant arenā fluctus eius cū exuberātis siccitatis cetere mundi partes non ampliꝰ obtinentes vaporē solitū emissum ex substantia humida transmutationem patientur: ⁊ sic cum apparitio saluatoris consutare debeat repugnantia deo prodigia exordium sument furoris proemia ex siccitatibꝰ: vt nec tempestas nec fremitus maris vlterius audiatur. Quo facto subsequetur angustia superstituʒ hoiʒ. vnde sequitur: Arescentibus .i. tabescentibꝰ hominibꝰ pre ti. ⁊ expe. coꝝ. s. q̄ sup. vni. orbi. Que aūt tunc ingruunt mundo: consequēter ostendit subdens: Nā virtutes celoꝝ mouebuntur. THEO. vel aliter. Cum alterabitur superior orbis: ⁊ elementa inferiora merito patientur iacturam. vnde sequitur: Et in terris pressura gentium pre cōfusione sonitꝰ maris ⁊ fluctuum .q. d. Mare terribiliter fremet: ⁊ littus maris agitabitur tempestate: ita vt sit populo terre pressura .i. cōmunis miseria: vt tabescant timore ⁊ expectatione malorum irruentium mundo. vnde sequitur: Arescentibus hominibus pre timore ⁊ expectatione que superueniēt vniuerso orbi. AVG. ad hesitiū: Sʒ dicēs: Confiteri vos pena vestra cōpellit adesse iam finē: dum iplet̄ qd̄ prenunciatū ē. Nullā .n. patriā: nulluʒ locuʒ nr̄is tꝑibus nō affligi aut tribulari certū ē. Sed si ista mala q̄ nunc patit̄ genus humanuʒ certa sunt indicia iam dn̄m esse ventuꝝ: qd ē qd̄ dicit aplˢ: Cū dixerint: pax ⁊ securitas. Videamꝰ ergo ne forte melius itelligat̄ nō eo mō implerī q̄ ꝑdicta sunt his verbis: sʒ tunc potius eē vētura qn̄ sic erit tribulatio vniuerso orbi: vt ad ecclesiam pertineat: que vniuerso orbe tribulabitur: non ad eos qui tribulabunt eā. Ipsi eniʒ sunt dicturi: Pax ⁊ securitas. Nūc autem ista mala que tanq̄ʒ summa extremaq̄ʒ credūtur vtriq̄ʒ regno: christi scilicet ⁊ diaboli videmus esse communia. Pariter quippe his boni affliguntur ⁊ mali: interq̄ʒ tam mala adhuc vsq̄ʒquaq̄ʒ frequentantur luxuriosa conuiuia. Hoccine est arescere pre timore: an

potius inardescere pre libidine. THEO. Nō solū aūt mortales fluctuabūt cū alterabit mundus: sed etiā angeli stupebunt in tā terribilibus mutationibus vniuersi. vñ sequitur. Nam virtutes celoꝝ mouebunt. GRE. in hoīe. Quid eni virtutes celorū: nisi angelos: dominatiões ꝛ principatus: ꝛ potestates appellat: que in aduentu districti iudicis: nostris tunc oculis visibiliter apparebunt: vt districte tunc a nobis exigāt hoc qđ nos mō inuisibilis cōditor equanimiter portat. EVSE. Cū etiā dei filius sit ventur9 in gloria: ꝛ confutaturus elatā tyrannidē filij peccati ministrantibus āgelis celi fores a seculo clause parebunt: vt spectent excelsa. CHRY. Uel virtutes celice mouebuntur: quāuis sibi conscie non sint. vidētes eni infinitas multitudines cōdēnari: nō intrepide stabūt illic. BEDA. Et in iob dicit: Colūne celi cōtremiscunt: ꝛ pauēt ad nutū eius. Quid ergo faciant tabule quādo tremunt colūne. qđ virgula deserti patitur: cum cedrus paradisi côcutit. EVSE. Uel virtutes celorū sūt q̄ presūt sensibilibus ptibus vniuersi: que quidē tunc mouebuntur vt potiorē statum attingant. Absoluentur enim in seculo nouo a ministerio: quo deo seruiūt circa sensibilia corpora ſm corruptionis statum. AVGV. ad hesitiū. Sed ne dñs propinquāte secūdo aduentu suo: ea pro magno pdixisse videat q̄ huic mūdo etiā ante pmū eius aduentum fieri consueuerāt: ꝛ rideamur ab eis qui plura in historia gentiuꝫ ꝛ maiora legerunt. Hec que dicta sunt meli9 in ecclesia existimo itelligi. Ecclesia eni ē sol ꝛ luna ꝛ stelle: cui dictū ē: Pulchra vt luna: electa vt sol. que tūc nō apparebit psecutorib9 vltra modum seuientibus. AMB. Plurimis etiam a regione deficientibus clara fides obscurabitur nube perfidie: qꝛ sol celestis ī fide in ea minuit vel augetur: ꝛ sicut mēstruis. idest mēsiū defectibus luna vel terre opposita cūꝫ fuerit ex regione solis vanescit: sic ꝛ sācta ecclesia cum lumini celesti vitia carnis obsistunt: fulgorem diuini luminis de christi radijs nō pōt mutari. nam in persecutionibus lucem diuini solis plerūqꝫ amor vite hui9 excludit. Cadunt etiam stelle. i. gloria micantis viri si persecutionis acerbitas cōualescat: que oportet fieri donec ecclesie multitudo cumuletur: sic enim probantur boni: sic produntur infirmi. AVGV. ad hesitium. Quod auteꝫ dictum est: Et in terris pressura gentium gētes voluit intelligi: non que in semine abrae benedicentur: sed que ad sinistram stabunt. AM. Ergo varij animorū estus ita graues erūt: vt delictorum multitudine male cōscijs futuri iudicij metu sacri nobis ros fontis arescat. Quēadmodum autem domini expectat aduentus vt eius pñtia in toto fiat vel hominis orbe vel mundi: que fit in singulis cū oībus affectibus receperis christuꝫ: sic virtutes celorum in aduentu domini augmentum gratie consequentur: ꝛ plenitudine diuinitatis ꝑ pius se infundente mouebuntur. Sunt etiaꝫ virtutes celorum que enarrant gloriam dei q̄ pleniore xpī infusione mouebūtur vt videāt christum. AVGV. ad hesitium: Uel virtutes celorum mouebuntur: quia impijs persequentibus quidam fideles fortissimi turbabuntur. Sequitur: Et tunc videbunt filiū hominis. THEO. Tam fideles q̄ꝫ īfideles. Radiabit. n. ampli9 sole tam ipse q̄ꝫ crux ei9. vnde ab omnibus cognoscetur. AVGV. Quod autem dicit: Uenientem in nube duobus modis accipi potest: siue in ecclesia sua tā q̄ꝫ in nube venientem: sicut nunc venire non cessat: sed ideo tunc cū potestate magna ꝛ maiestate: quia maior maiestas ꝛ potestas illi9 apparebit sanctis quibus magnam virtuteꝫ dabit ne tanta persecutione vincantur: siue ī corpore suo in quo sedet ad dexteram patris: merito credendus est non solum in eodem corpore: verum etiam in nube venturus: quoniam sic veniet sicut abijt: nubes autem suscepit eum ab oculis eorum. CHRY. Semp eni deus in nube apparet: ſm illud: Nubes ꝛ caligo in circuitu eius. vnde ꝛ filius hoīs ī nubibus veniet: vt deus ꝛ dñs: non latenter sed in gloria digna deo. Et ideo subdit: Cuꝫ potestate magna ꝛ maiestate. CIRYL. Intelligendum est similiter magna. Primaꝫ. n. apparitionem prosecutus est cum infirmitate ꝛ humilitate nostra: sed secundam celebrabit cum propria potestate ꝛ magna maiestate. GRE. in hoīe. In potestate enim ꝛ maiestate visuri sunt: quem in humilitate positum audire noluerunt vt virtutem eius tanto tūc districtius sentiant: q̄to ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant.

¶ His autem fieri incipientibus respicite ⁊ leuate capita vestra: quoniã appropiquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Uidete ficulneam ⁊ omnes arbores: cum producunt iã ex se fructum: scitis quoniã prope ē estas. ita ⁊ vos cum videritis hec fieri scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis quia non preteribit generatio hec donec omnia fiant. Celũ ⁊ terra transibunt verba autem mea nõ transibunt.

GRE. in home. Quia premissa contra reprobos dicta sunt: mox ad electorum consolationem verba vertuntur. Nam subdit: His autem fieri incipiẽtibus: respicite ⁊ leuate capita vestra: quoniam appro. redẽ. vestra. Ac si dicat. Cum plage mundi crebrescũt: leuate capita. i. exhilarate corda: quia dum finit mũdus: cuius amici non estis prope fit redemptio quam quesistis. In scriptura enim sacra sepe caput pro mente ponitur: quia sicut capite reguntur membra: ita cogitationes mente disponuntur. Capita itaq̃ leuare: est mẽtes nostras ad gaudia patris celestis erigere.

EVSE. Uel aliter. Trãsactis corporalibus aderunt intelligibilia celestia. s. regnũ seculi nõ amplius trãsituri: ⁊ tũc dignis salubria ꝓmissa tribuentur. vnde dicitur: His autẽ fieri incipiẽtibus respicite ⁊ leuate capita vestra: quoniam appropiquat redẽptio vestra. Acceptis enim dei ꝓmissis que speramus erigemur qui ante curui fueramus: ⁊ eleuabimus capita nostra: humiliati quondã: eo q̄ redẽptio nostra quã sperabamus aderit: illa. s. quã tota creatura expectat. THEO. i. perfecta libertas corporis ⁊ aĩe. Sicut enim primus aduentus domini fuit ad reformationẽ animarum nostrarũ. sic secundus ad reformationem corporum celebrabitur. EVSE. Dicit autem hec ad discipulos suos: non tamen ad eos qui durare deberẽt in vita ista vsq̃ ad terminũ mundi: sed quasi vno corpore existẽte ipsis ⁊ nobis ⁊ posteris vsq̃ ad cõsũmationẽ mundi credituris in christum. GRE. in ho. Quod aũt calcari mundus atq̃ despici debeat: prouida cõparatione manifestat cum subdit: Uidete ficulneã ⁊ omnes arbores: cum producunt ex se fructum: scitis quoniam prope est estas ita ⁊ vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnũ dei. q. d. Sicut ex fructu arboris vicina estas agnoscit: ita ex ruina mundi ꝓpe cognoscitur esse regnũ dei. Et ex hoc ostẽditur q̄ fructus mundi ruina est. Ad hoc. n. germinat: vt quecunq̃ germine aluit: cladibus consumat. Bene autem regnum dei estati comparatur: q̄ tunc meroris nostri nebule transeunt: ⁊ vite dies eterni solis claritate fulgescunt.

AMBRO. Matheus autem de sola dixit ficulnea hic de arboribus omnibus. Duplicẽ aũt habet figurã ficulnea: vel cũ dura mitescunt: vel cum peccata luxuriant. Siue ergo cũ fructus omnibus virescit arboribus: ⁊ ficulnea fecunda iam floret. i. cũ omnis lingua confitetur deo: cõfitente etiam populo iudeorũ: sperare dñi debemus aduentũ quo tandẽ tẽporibus estiuis resurrectiõis fructus metentur. Siue cũ leuẽ fragileq̃ iactantiam tãq̃ folia synagoge homo iniquitatis induerit: conijcere debemus appropinquare iudicium: nam remunerare fidẽ dñs ⁊ deliquẽdi finẽ afferre festinat. AVGV. ad hesitium: Cũ ait dicit: Cũ videritis hec fieri que intelligere poterimus nisi ea q̄ supra memorata sunt. In his autẽ ē quod ait: Et tũc videbũt filium hominis venientem. Proinde cũ hoc visum fuerit: nõ iam erit regnũ dei: sed ꝓpe erit. An dicendũ est nõ omnia que supra cõmemorata sunt esse intelligenda vbi ait. Cũ videritis hec fieri: sed aliqua eorũ: hoc. s. excepto quod dictũ est: Et tũc videbũt filium hominis. Sed matheus aperuit nullis exceptis esse accipiendũ dicẽs: Ita ⁊ vos cũ videritis hec omnia. Inter que ē qđ videbitur filius hominis veniẽs vt intelligatur de aduentu quo nũc venit in mẽbris suis tãq̃ in nubibus. vel in ecclesia tãq̃ in nube magna. TY. Uel aliter dicit: Prope est regnũ dei: quia dum hec fient nondũ vltimus finis rerũ eueniet: s; tamen in finẽ tendũt. nã ⁊ ipse aduentus dñi eliminans omnium principatum ⁊ potestatem preparat regno dei. EVSE. Sicut enim in hac vita sol hieme recedente ac succedente verũ radium calidum mittens fouet ac viuificat humi cõdita semina euentia priscã figurã: pullulant autem noua varium virorem habẽtia: sic ⁊ gloriosus vnigeniti dei aduentus viuifi

catinis radijs illustrans nouum seculū ducū
condita per totum mundum semina. s. dormi
entes in puluere terre potioribus corporibus
q̄ prius producet in lucem: ac confutata mor
te regnabit deiceps vita seculi noui. GRE
GO. in ho. Omnia autem predicta sub ma
gna certitudine confirmantur: cum subditur:
Amen dico vobis quia non preteribit gene/
ratio hec dōec omnia fiant. BEDA. Mul/
tum cōmendat quod ita prenunciat: Et si di/
cere fas est iuratio eius est quod dicit: Amen
dico vobis: Amen quippe interpretatur ve/
rum. Igitur veritas dicit: Verum dico vo/
bis: quod si non diceret: mentiri omnino nō
posset. Generationem autem aut omne ge/
nus humanum dicit: aut specialiter iudeorū.
EVSE. Vel generationem dicit nouaz ge
nerationem ecclesie sancte sue: ostendens du
raturum populum fidelium vsq; ad id tēpus
quo visurus sit omnia: et euentus verborum
saluatoris oculis apprehendet. THEO.
Quia enim turbationes et bella: et alteratio/
nes tā elementorū q̄ ceterarum rerum futur
esse predixerat: ne quis suspicaretur q̄ et ipsa
christianitas peritura foret subiungit: Celuz
et terra transibunt: verba autem mea nō tran
sient. q. d. Et si cuncta cōmouentur: fides m̄
mea non deficiet. Exquo innuit ecclesiā ꝑfer
re toti creature: sed creatura patiet alteratōez:
fidelium vero ecclesia et sermones euangelij
permanebūt. GRE. in ho. Vel aliter: Ce/
lum et terra transibunt etc. quasi dicat. Omne
quod apud nos durabile est sine mutatiōe du
rabile ad eternitatem non est: et omne qđ apđ
me transire cernitur: fixum et sine transitu te/
netur quia sine mutabilitate manentes senten
tias exprimit sermo me⁹ q̄ trāsit. BEDA.
Celum autem quod transibit: non ethereum
siue sidereum: siue aereum a quo aues celi no
minantur intelligere debemus. Si autez ter/
ra transibit: quomodo ecclesiastes dicit: Ter/
ra in eternum stat: sed aperta ratione celum et
terra per eam quam nunc habent imaginem
transeunt: attamen per essentiaz sine fine sub
sistunt.

¶ Dominica tertia. Mathei. xi.
capi.



Oannes autem cum au/
disset in vinculis opa chri
sti: mittens duos de disci/
pulis suis ait illi: Tu es
qui venturus es: an aliuz
expectamus. Et respondens iesus ait
illis: Euntes renunciate ioāni que au/
distis et vidistis. Ceci vidēt: claudi am
bulant: leprosi mundantur: surdi audi/
unt: mortui resurgunt: pauperes euan/
gelizantur: et beatus est qui non fuerit
scandalizatus in me.

GLO. Posuerat supra euangelista quo/
modo per miracula et doctrinam christi tā di/
scipuli q̄ turbe instruebantur: nunc ostendit
quomodo hec instructio vsq; ad discipulos
ioannis peruenerit: qui ad christum emula/
tionem habere videbantur. vnde dicit: Joan
nes autem cuz audisset in vinculis opera chri
sti: mittēs duos ex discipulis suis ait illi: Tu
es qui venturus es: an alium expectamus?
GREGO. Querendum autem nobis ē:
Joannes propheta et plusq; propheta: qui ve
nientem ad baptismum dominum ostendit
dicens: Ecce agnus dei ecce qui tollit pecca/
ta mundi: cur in carcere positus mittens disci
pulos requirit: Tu es qui vēturus es: an ali
um expectamus? tanq; si ignoraret quez ostē/
derat: et an ipse sit nesciat: quem ipse prophe/
tizando: baptizando: ostendendo ipsum cla/
mauerat. AMBRO. Nonnulli autem
hoc sic intelligunt. Magnum quidem ita pro
phetam esse ioannem: vt christum agnosce/
ret et annunciaret remissionez peccatoruz fu/
turam: sed tamen tanq; pium vatem quem
venturum crediderat non credidisse moritu/
rum. Non igitur fide sed pietate dubitauit.
Dubitauit etiam et petrus dicēs: Propitius
tibi esto dn̄e: non fiet h. CHRY. in ho.
Sed non vtiq; hoc habet rationem. Joānes
enim neq; hoc ignorabat: sed hoc primum te/
status est dicens: Ecce agnus dei qui tollit
peccata mundi. Agnum enim vocans: crucē
diuulgat: nec aliter q̄ per crucem peccatum
abstulit mundi. Qualiter autem maior ꝑphe
ta est hic: si neq; que prophetarum sūt noscit?

Etenim Esaias dicit: Sicut ouis ad occisionez ductus. GREGO. in ho. Sed aliter hec questio soluitur: si geste rei tempus pensatur. Ad iordanis enim fluenta positus: quia ipse redemptor mūdi esset asseruit: missus vero in carcere an ipse veniat: requirit: nō quia ipsum esse mundi redemptorem dubitat: sed querit vt sciat: si is qui per se in mundum venerat: per se etiam ad inferni claustra descendat. HIERO. Unde non ait: Tu es qui venisti: sed tu es qui venturus es. Et est sensus: Mādā mihi qr ad inferna descensurus sum: vtrum te ēt inferis debeaz nunciare: an alium ad hec sacra missurus es? CHRY. in ho. Sed qualiter ⁊ hec hz rōnez? Cui⁹.n. gratia non dixit: Tu es q venturus es ī infernum: sꝫ simpliciter: Qui venturus es? Quū is ⁊ derisibilius videat̃ ꝙ ꝓꝑ hoc ei dixerit: vt ⁊ illuc abiens ꝑdicaret. presens. n. vita gratie tp̄s est: post obitū aūt iudiciū est ⁊ pena: quare in nullo opus erat precursore illic. Sꝫ aliter: Si infideles post mortē credentes essent saluandi: nullus periret aliquando: oēs eniz penitebunt tunc ⁊ adorabunt. Omne enim genu flectetur: celestiū terrestriū: ⁊ infernorum. GLO. Considerandum aūt est ꝙ non ideo hieronymus ⁊ gregorius dixerunt ꝙ ioānes aduentū christi in infernum prenunciaturus esset: qr eius predicatione aliqui non credētes conuerterent ad fidē: sꝫ vt iustis in expectatione christi manentibus ex vicino aduentu consolationē afferret. HILA. Certū est tñ ꝙ q venturum vt precursor nunciauit: consistentem vt ꝓpheta agnouit: adeuntē vt confessor veneratus est: eius abundanti scie error non obrepsit. Nec sane credi pōt spiritussancti gratiam in carcere posito defuisse: cū apostolice virtutis sue lumen esset in carcere positis ministraturus. HIERO. Nō ergo quasi ignorans interrogat: sꝫ quō saluator interrogat vbi sit lazarus positus: vt q loci sepulchri indicabant: saltē sic pararent ad fidem: vt viderent mortuū resurgentē. Sic ⁊ ioannes interficiēdus ab herode discipulos suos mittit ad xp̄m: vt p hanc occasionē vidētes signa atqꝫ virtutes crederēt in eū: ⁊ magistro interrogāte sibi discerent. Quia autem haberent discipuli ioannis aliquid mordacitatis ex inuidia aduersus dn̄m: superior quoqꝫ interrogatio demōstrauit cū dixerūt: Quare nos ⁊ pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? CHRY. in ho. Donec igit̃ ioānes erat cū ipsis: suadebat eis ꝯtinue de christo: qr aūt iaz non erat obiturus: amplius studiū facit. Etenim formidabat: ne relinquat ī discipulis suis ꝑniciosi dogmatis ꝯditōnē: ⁊ maneāt abiecti a xp̄o: cui ⁊ a ꝑncipio oēs suos afferre studuit. Si aūt dixisset eis: Abite ad ip̄m qr melior me est. non vtiqꝫ ꝑsuasisset: sꝫ estimarent humilia de se sentiens hoc dicere: ⁊ sic magis essent ei affixi. Quid igitur facit. Expectat ab eis audire ꝙ xp̄s miracula facit: neqꝫ oēs misit: sꝫ duos quosdā quos nouerat fortassis aliis ꝑsuasibiliores existentes: vt insuspicabilis interrogatio fieret ⁊ ex rebus ipsis discerent distantiā inter eū ⁊ iesum. HILA. Joānes igit̃ non sue sꝫ discipulorꝫ ignorantie ꝯsulit. vt enim scirent nō aliū a se predicatū: ad opera eius intuēda: discipulos suos misit vt auctoritatē d eis suis illi⁹ opa ꝯferrēt: nec xp̄s alius expectaret: q̄z cui testimoniū opera prestitissent. CHRY. in ho. Christus aūt mētem noscens ioānis: non dixit: Q m̄ ego suz. qr p hoc rursus obsisteret hoc audiētibus. excogitassent enim ⁊ si nō dixissent qḋ iudei ad ip̄m dixerūt: Tu de teipso testimoniū ꝑhibes ⁊ ꝓꝑ hoc a miraculis fecit eos discere insuspicabilē doctrinā faciēs ⁊ manifestiorē. Testimoniū.n. qḋ est a rebus credibilius est testimonio: qḋ est a verbis. vn̄ confestim curauit cecos ⁊ claudos ⁊ alios multos: non vt doceret ioānē scientē: sꝫ hos q dubitabant. ⁊ ideo sequit̃: Et rn̄dens iesus ait illis: Euntes renunciate ioāni q̄ audistis ⁊ vidistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundant̃: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euāgelizant̃. HIERO. Qḋ premissis nō minus est. Pauperes autem euangelizatos intelligite vel pauperes spiritu: vel certe opib⁹ pauperes. Ut nulla īter nobiles ⁊ ignobiles inter diuites ⁊ egenos in predicatione distantia sit: hec magistri rigorez: hec preceptoris cōprobant veritatem: quando omnis apud euz qui saluare potest equalis est. CHRY. Qḋ autem ait: Et beatus est qui non fuerit scādalizatus in me: inter nuncios percutit qr enim scandalizabantur in ipso: dubitatiōnem eorum non diuulgans: ⁊ soli eorum conscientie derelinquens: redargutionem eorum latēter induxit. HILA. Itaqꝫ cum rei ioānes ea

uisset ostendit dicēs beatos eos in quibus aliquid in se scandali non fuisset: q2 metu ei⁹. s. ne scandalizarentur: discipulos suos ioānes vt christum audirent: misit. GREGO. Uel aliter: Infideliuz mens graue in christo scandalum pertulit: cum eum etiā post tot miracula morientem vidit. vnde paulus dicit: Nos predicamus xp̄m crucifixū: iudeis q̄dē scandalum. Quid ergo est dicere: Beatus q̄ non fuerit scandalizatus in me: nisi apta voce abiectionē mortis sue humilitatēq3 signare: ac si patenter dicat: Mira quidez facio: sz abiecta perpeti non dedignor: q2 ergo moriēdo te subsequor: cauendum valde est hominibus ne in me mortem despiciāt: qui signa venerantur. HILA. Prebetur etiaz mystice in his que in ioanne gesta sunt intelligentia amplior: vt propheta ipso conditionis sue genere prophetizaret: quia in eo forma legis lata est. Christum enim lex annūciauit: ⁊ remissionem peccatorum predicauit: ⁊ regnuz celorum spopondit: ⁊ ioannes totuz hoc opus legis expleuit: igitur cessante iam lege que peccatis plebis inclusa: ne christ⁹ posset intelligi quasi vinculis ⁊ quasi carcere cōtinebatur ad euangelia contuenda lex mittit: vt infidelitas fidem dictoruz contempletur in factis. AMBRO. super lucam: Et fortasse isti discipuli quos misit: sunt duo populi: vn⁹ qui ex iudeis credidit: alter qui ex gentibus.

¶ Illis autez abeuntibus: cepit iesus dicere ad turbas de ioānne: Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiūtur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: ⁊ plusq̄ prophetam. Hic est enim de quo scriptuz est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te.

di. CHRY. super math. Dicens etiam ne timeas: cognitorem se cordis eius ostēdere uolunt: ut per hoc futurorum bonorum que de christo erat dicturus faceret fidem. AMB. super lucam: Non autem te moueat: qꝫ eā cōiugem vocat: nō enim virginitatis ereptio: sz coniugij testificatio: nuptiarum celebratio declaratur. HIE. cōtra Heluidium: Non tamen est putandum qꝫ ex eo qꝫ uxor ē appellata spōsa esse desierit: cum hanc esse consuetudinem scripture nouerimus: qꝫ sponsos viros et sponsas appellet uxores: sicut deuteronomij testimonio approbat: Siquis inquit inuenerit virginem desponsatam viro in campo et vim faciens dormierit cum ea moriat: qꝛ humiliauit uxorem proximi sui. CHRY. in ho. Dicit autem: Noli timere accipere .i. in tuis retinere: iam enim mente dimissa erat. RABA. Uel noli timere accipe eā. nuptiali cōuētu et assidua cohabitatiōe. CHR. super math. Propter tres autem causas apparuit angelus ioseph hoc dicens ei: p̄rio ne iustus homo ignorans faceret rem iniustam ex proposito iusto: deinde propter honorē ipsius matris: nam si dimissa fuisset apud infideles: turpi suspitione carere non poterat: tertio ut intelligens ioseph scām conceptionem: diligentius se custodiret ab illa q̄z pri⁹: iō tamē non ante conceptionem virginis venit ad ioseph: ut nec cogitaret hec que cogitauit ne pateretur que passus est zacharias culpam infidelitatis incurrens de conceptione coniugis iam longeue: incredibilior. n. erat res virginem posse concipere q̄z anuz. CHRY. in ho. Uel ideo turbato iam ioseph angelus venit: ut appareat ioseph sapientia: et ut hoc ipz fieret ei eorū que dicebant demonstratio. Dū eniz audit ab angelo que intra se cogitauerat: indubitabile signum erat: qꝫ a deo mitteret: cuius solius est scire cordis secreta. Sermo etiam euangeliste insuspicabilis fit: demonstrans ioseph passum quod improbabile ē virum pati. Uirgo etiam omnem malam suspitionem effugit ex hoc: qꝫ vir qui zelotipiā passus est: eam suscepit: et post conceptionem seruauit. Ideo autem virgo ioseph hec que āgelus nunciarat non dixit: quia non estimabat sibi credi a sponso: et maxime iam in suspitionem adducto. Uirgini autem ante conceptionem annunciat angelus: ne si post conceptionem deferret: in angustia esset. Oportebat ēt extra turbationem esse illam matrem: q̄ oīum conditorem recepit. CHRY. in ho. Non solum autem āgelus ab iniqua cōmixtiōe virginem excusat: sed et supra naturam concepisse demonstrat: non solum timorem auferēs: sed et letitiam addens. vnde subdit: Qd̄ eniz in ea natum est de spūsancto est. GLO. Aliud ē nasci in ea: et aliud ab ea. nasci ab ea est prodire in lucem: nasci in ea est idem quod concipi. vel s̄m presentiam angeli quam hēt ex deo: cui futurum quasi preteritum est natū dicitur. AUGU. de quest. no. et ve. testa. Sed si de spiritusancto natus est xp̄s: cur dictum est: Sapientia edificauit sibi domum? Quomodo ista gemina ratione debet intelligi? Primum enim domus christi ecclesia ē: quam edificauit sibi sanguine suo. deinde potest et corpus eius dici domus eius: sicut dicitur templum eius. Factum autem spiritussācti: factum filij dei est: propter nature et volūtatis vnitatem: siue enim pater faciat siue filius siue spūssanctus: trinitas est que operat: et quicq̄d tres fecerit: dei vnius ē. AUGU. in enche. Nunquid tamen ideo dicturi sum⁹ patrem hominis christi esse spiritum sanctuz: ut deus pater verbum genuerit: spiritussanctus hominem: quod ita absurduz ē: ut nulle fideles aures id valeant sustinere. Quomodo ergo dicimus christum natum de spiritusancto: si non eum genuit spiritussanctus: an quia fecit eum: inq̄ztum enim homo est: fact⁹ est: sicut apostolus dicit: Factus ex semine dauid. s. carne: neqz enim quia mundum istum fecit deus: dici eum fas est dei filium: aut natum ex deo: sed factum vel creatum vel conditum. hic autem cum confiteamur eum natum de spiritusancto et maria virgine: quomodo non sit filius spiritussancti et sit filius Marie virginis: non ergo concedendum est quicq̄d de aliqua re nascitur: continuo eiusdem rei filium nuncupandum. ut enim omittam aliter de homine nasci filium: aliter capillum: pediculum et lumbricum: quorum nihil est filius. Certe homines qui nascuntur ex aqua et spiritu non aque filios recte eos dixerit quispiā: sed dei patris et matris ecclesie. Sic ergo de spiritusancto natus est et filius dei patris est non spiritussancti.

¶ Pariet autem filium: et vocabis

nomen eius Jesum: ipse enim saluum faciet pop ulum suum a peccatis eorū. CHRY.in ho. Quia hoc quod angelus ad ioseph dixerat supra humanā cogitationē ⁊ legem nature erat: non solum ex preteritorū reuelatione confirmat que dixerat: sed etiā ex futuris dicens: Pariet aūt filiū. GLO. Ut enim non videretur ioseph amplius coniugio non esse necessarius: cum conceptio esset facta sine eius auxilio: ostendit ꝙ q̄uis nō sit necessarius conceptui: tamen vtilis est procurationi: quia ipsa pariet filium: ⁊ tunc matri ⁊ filio erit necessarius: matri vt ab īfamia defendat: filio vt eum nutriat ⁊ circuncidat. Que circūcisio notat̄ vbi dicit: Et voca. no. eius Jesum. In circūcisione enim solet dari nomen. CHRY. super math. Non autē dixit pariet tibi filium sicut ad zachariam. Ecce Helisabeth vxor tua pariet tibi filium: quia mulier que ex viro concipit: marito suo filiū parit: quia magis ex illo est q̄z de ipsa: hec autem que non de viro conceperat: non viro filium peperit: sed sibi tātūmodo. CHRY. in ho. Uel indeterminate hoc posuit: vt ostendat ꝙ eum peperit orbi terrarum vniuerso. RABA. Dicit autem: Uocabis nomen: ⁊ non impones: quia ab eterno impositū est. CHRY. in ho. Hinc autem ostendit admirabilem esse partum: quia deus est qui nomen desuper per angelum mittit: nec nomen q̄dcūq̄z sed quod est infinitorum bonorū thesaurus. Ideoq̄z interpretatur illud angelus: bonam substituens spem: ⁊ ex hoc ad credendum quod dicebat̄: inducit. ad talia enim credenda facilius accedere consueuimꝰ. HIE. Jesus enim hebreo sermone saluator dicitur. Etymologiā ergo nominis significat dicēs: Ipse enim saluum faciet populum suū a peccatis eorum. Ostendit enim eundem totius mundi saluatorem: ⁊ nostre salutis auctorem. Saluat quidem non incredulos: sed populū suum: hoc est in se credentes saluat: non tam a visibilibus hostibus q̄z potius inuisibilibꝰ: hoc est a peccatis saluat: non armis pugnando: sed peccata relaxando. SEVE. Ueniāt ⁊ audiant qui requirunt: quis est quem Maria genuit: Ipse enim saluum faciet populū suum: non alterius saluum faciet populum. vñ a peccatis eorum: esse deū q peccata donat si christianus non credis: crede infidelibꝰ vel iudeis dicentibus: Nemo potest peccata dimittere nisi solus deus.

¶ In nocte natalis domini. Luce secundo capi.



Exijt edictum a cesare augusto: vt scriberetur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suā ciuitatem. Ascendit autem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethelē: eo ꝙ esset de domo ⁊ familia dauid: vt profiteretur cum maria desponsata sibi vxore pregnante.

BEDA: Nasciturus in carne dei filius: sicut de virgine natus virginitatis sibi decus ōndit eē gratissimū: ita pacatissimo tpe seculi procreat̄: q2 pacē querere docuit: ⁊ pacis sectatores inuisere dignat̄. Nullum aūt potuit magis eē pacis indiciū q̄z vna totū orbē descriptione cōcludi: cuius moderator augustus: tāta duodecim ānis circa tēpus dñice natiuitatis pace regnauit: vt bellis toto orbe sopitis, ꝓphete ꝑsagiū ad litterā videat̄ īplesse. vñ dicitur: Exijt edic. a cesa. augusto vt descri. vniuersus orbis. GRECVS: Tūc ēt nascit̄ christꝰ: cū ꝑncipes iudeorū defecerāt: ⁊ ad romanos ꝑncipes trāslatū erat īperiū: qbꝰ iudei tributa soluebāt. ⁊ sic īplet̄ ꝓphetia ꝑdicēs nō deficere ducē de iuda nec ꝑncipē de femoribꝰ eiꝰ: donec veniat q mittēdus ē. Jā vo cesare augusto. xlij. annū īperij peragēte: exijt ab eo edictū totū orbē cōscribi ad tributa soluenda: quod cuidā cyrino cesar cōmiserat: quē iudee ⁊ syrie ꝑsidē statuit. vñ seqt̄: Hec descriptio ꝑma facta ē a ꝑside syrie cyrino. BEDA: Signat hāc descriptionē vel ꝑmā eē earū q̄ totū orbē cōcluserit: q2 plereq̄z iā partes terrarum sepe leguntur fuisse descripte: vel primo tunc cepisse quādo cyrinus ī syriā missus est. AMB. Pulchre āt presidis nomē addidit: vt seriē tēporis designaret. nā si cōsules ascri

bunt tabulis emptionis: quātomagis redem
ptioni oīum debuit tēpus ascribi. BEDA:
Superna aūt dispēsatione ꝓfessio census ita
descripta est: vt in suā quisqȝ patriā ire iube/
retur: ſm ꝙ sequit: Et ibant oēs vt ꝓfite. sin
guli i ciuita. suā. Q̄d iō fcm̄ est: vt dn̄s alibi
cōcept⁹: alibi natus: isidiātis herodis fauorē
facili⁹ euaderet. vn̄ seqt: Ascē. au. ⁊ ioseph a
galilea de ciuita. naza. i iudeam. CHRY.
Dn̄o aūt dirigente augustus h̄ edictū cēsuit:
vt vnigeniti p̄ītie famulet. nā h̄ edictū mrēm
attrahebat i patriā: quā ꝓphete p̄dixerāt. s. in
bethleē iude. vn̄ dicit: Ciuitatē dauid q̄ voca
tur bethleez. GRECVS: Jō āt addidit ci
uitatē dauid: vt ꝓmissionē fcām dauid a deo
ex fructu vētris eius rex perpetuus adueni/
ret: esse completā annūciet. vn̄ sequitur: Et ꝙ
eēt de domo ⁊ familia dauid.. Per h̄ autem
ꝙ ioseph erat de cognatiōe dauid: cōtēt⁹ fuit
euangelista ipsam quoqȝ ꝟginē de cognatio
ne dauid ꝓmulgare: cū lex diuina p̄ciperet cō
iugales copulas ex eadē ꝓgenie. cōtrahi. vn̄
sequit: Cū maria despōsata sibi vxore p̄gnā/
te. CYRIL. Dicit aūt eā fuisse despōsatā
innuens ꝙ solis spōsalibus p̄cedentibus ē cō
ceptio subsecuta: neqȝ. n. ex virili semine san
cta virgo cōcepit. GRE. in ho. Mystice au
tem nascituro dn̄o mūdus describit: qꝛ ille ap
parebat i carne q electos suos ascriberet i eter
nitate. AMB. Et dū ꝓfessio secularis osten
dit: spiritalis iplicat: nō terraꝝ regi dicanda
sed celi. ꝓfessio ista fidei cēsus aīoꝝ ē. Abo/
lito. n. synagoge cēsu vetusto: nouus census
ecclesie parabat. deniqȝ vt scias cēsum nō au
gusti eē sed christi: totus orbis ꝓfiteri iubet.
Quis aūt poterat ꝓfessionē tot⁹ orbis exige/
re: nisi q totius orbis hēbat iperium? Nō. n.
augusti ſȝ dn̄i ⁊ terra ⁊ plenitudo ei⁹. BE/
DA: Qui etiā vocabulū augusti p̄fectissime
cōpleuit: vtputa suos ⁊ augere desiderans: ⁊
augere sufficiens. THEO. Cōueniēs etiā
erat: vt p̄ christū cultus multoꝝ deoꝝ defice/
ret: ⁊ vnus deus coleret: vn̄ vnus rex orbi i
perasse describit. ORI. Diligētius autem
inuenti sacramentū quoddā videt figurari:
qꝛ i tot⁹ orbis ꝓfessiōe describi oportuit chri
stum: vt cū oībus scriptus sanctificaret oēs: ⁊
cū orbe relatus i censum cōmunionē sui pre/
beret orbi. BEDA: Sicut aūt tūc iperante
augusto ⁊ presidente cyrino ibāt singuli i suā
ciuitatē vt profiterentur censum. sic modo im
perāte christo p̄ doctores ecclesie p̄sides profi
teri debemus cēsum iusticie. AMB. Hec ē
ergo p̄ma professio mentiū dn̄o cui omnes ꝓ
fitentur: nō p̄conis euocatione sed vatis dicē
tis: oēs gētes plaudite manib⁹. deniqȝ vt sci
ant censum eē iusticie: venit ad cū ioseph et
maria: h̄ est iustus ⁊ virgo. Ille q verbū ser/
uaret: ista q̄ pareret. BEDA: Ciuitas nr̄a
⁊ patria est btā ad quam crescētibus quotidie
virtutibus ire debemus. Quotidie aūt sancta
ecclesia suū comitata doctorē de rota munda/
ne cōuersationis qd̄ galilea sonat. i ciuitatē iu
da. s. cōfessionis ⁊ laudis ascēdēs: incensum
sue deuotiōis regi eterno p̄soluit que i exem/
plo beate virginis marie cōcepit nos ꝟgo de
spū: que alij quidem desponsata ab alio secū/
datur: dum preposito sibi pontifici visibiliter
iungit: sed inuisibilis spūs virtute cumulat:
indicans ipso nomine ꝙ instantia loquentis
magistri nil valet: nisi augmentū superni iu
uaminis vt audiatur acceperit.

¶ Factum est autem cum essent ibi:
impleti sunt dies vt pareret. Et pepe
rit filiū suum primogenitum: ⁊ pannis
eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in prese
pio: quia nō erat ei locus i diuersorio.

AMBRO. Breuiter sanctus lucas ⁊ q̄/
modo ⁊ quo tēpore ⁊ quo loco ſm carnē chri
stus natus sit: explicauit dicēs: Factum est āt
cū essent ibi: ipleti sūt dies vt pareret. Quo/
modo qdē qꝛ nupta cōcepit: sed virgo genera
uit. GRE. nisenus. Apparens enim vt ho
mo non per omnia legibus humane nature
subijcit: nā ꝙ ex muliere nascit: humilitatem
redolet. Uirginitas ꝟo que ortui deseruiuit:
ostendit ꝙ̄ transcēderet hominem. Hui⁹ er/
go iocūda portatio: ortus immaculatus: part⁹
facilis: absqȝ corruptela natiuitas: nec ex lu/
xu incipiens: nec doloribus edita: qꝛ nāqȝ ea
que nature nostre mortē per culpam inseruit
dānata est: vt cum doloribus pareret: oporte/
bat parentem vite cum gaudio partum perfi/
cere. Eo autem tempore per incorruptionem
virgineam ad vitam transmigrat mortalitas:
i quo diminui icipiunt tenebre: ⁊ nocturna i/
mensitas exuberantia deficere cogit. Mors

enim peccati finem prauitatis attigerat: sȝ de cetero tendit ad nihilum propter vere lucis p̄sentiam que radijs euangelicis totum orbem lustrauit. BEDA: Eo etiaȝ tempore digna tus est incarnari: quo mox natus censu cesa/ris ascriberetur: atqȝ ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. vnde etiam non so/lum propter iudicium regij schematis: sȝ etiā propter nominis sacramentum dominus in bethleem nascitur. GRE. Bethlēē quippe domus panis interpretatur. Ipse nanqȝ est q ait: Ego sum panis viuus qui de celo descen di. Locus ergo in quo dn̄s nascitur dom⁹ pa nis antea vocabatur: q̄ futurum erat vt ibi il le per naturam carnis appareret: qui electorū mentes interna satietate reficeret. BEDA: Sed ⁊ vsqȝ ad consūmationem seculi dn̄s in nazareth concipi in bethleem nasci non desi/nit: cum quilibet audientium verbum flore su sceepto domum in se eterni panis efficit quoti die in vtero virginali: hoc est in animo credē tium per fidem concipitur: per baptismum gi gnitur. Sequitur: Et peperit filium suum p̄/mogenitum. HIERO. contra heluidiuȝ: Ex hoc heluidius nititur approbare pmoge nitum dici non posse: nisi eum qui habeat: ⁊ fratres: sicut vnigenitus ille vocatur qui pa/rentibus sit solus filius. Nos autem ita diffi nimus: Unigenitus est primogenitus. non omnis primogenitus est vnigenitus. Prio genitum non esse dicimus eum queȝ alij sub sequuntur: sed ante quem nullus: alioquin si non est primogenitus nisi is quem sequant̄ ⁊ fratres tandiu sacerdotibus primogenita nō debentur: quādiu ⁊ alij fuerint procreati: ne forte partu postea non sequente vnigenitus sit ⁊ non primogenitus. BEDA: Est etiaȝ vnigenitus in substantia diuinitatis: primo/genitus susceptione humanitatis: primogeni tus in gratia: vnigenitus in natura. HIE. Cōtra heluidiū: Nulla aūt ibi obstetrix: nul/la muliercularum sollicitudo intercessit. Ipsa pannis inuoluit īfantē: ipsa mater ⁊ obstetrix fuit. vnde sequitur: Et pānis eū inuoluit. BEDA: Qui totū mūdū vario vestit ornatu pā nis vilibus inuolvit: vt nos stolā primam re/cipere valeamus: p̄ quē oīa facta sūt: manus pedesqȝ astringit̄: vt nostras manus ad opus bonū exercitet: pedesqȝ sint ī viā pacis dire/cti. GRECVS. O admirabilē coartatio/nem ⁊ peregrinationem quam subijt qui con tinet orbem: ab initio captat penuriam: ⁊ eam in seipso decorat: mnirum si voluisset veni/re poterat mouendo celum: concutiendo ter/ram: emittens fulmina: non autem sic proces sit. non enim perdere sed saluare volebat: ab ipsis primordijs humanam conculcare sup̄/biam atqȝ ideo non tantum homo fit: sed cuā homo pauper: ⁊ pauperem matrem elegit: q̄ caret his quibus natuȝ infantē reclinet. Se/quitur enim. Et reclinauit in presepio. BE/DA: Dum presepis angustia cōtinetur cui celum sedes est: vt nos per celestis regni gau dia dilatet. Qui panis est angelorum in pre/sepio reclinatur: vt nos quasi sancta anima/lia carnis sue frumento reficiat. CYRIL. Reperit etiam hominem factum bestialem ī anima: ⁊ ideo in presepio loco pabuli poni/tur: vt vitam bestialem mutantes: ad conso/nam homini perducamur scientiam: pertin/gentes non fenum: sed panem celestem vite corpus. BEDA: Qui autem ad dextram patris sedet: in diuersorio loco eget: vt nobis in domo patris sui multas mansiones p̄pa ret. vnde sequitur: Quod non erat ei locus ī diuersorio. Nascitur non in parentum do/mo: sed in diuersorio ⁊ in via: quia per icar/nationis mysterium via factus est: qua nos ad patriam vbi veritate ⁊ vita fruemur addu ceret. GREGORIVS. in homi. Et vt ostenderet: quia per humanitatem quam assumpserat: quasi in alieno nascebatur non s̄ʒ p̄tātē: sȝ s̄ʒ naturā. AM. Propt te ḡ īfir mitas ī se potēntia: propter te iopia ī se opulē tia. noli hoc estimare quod cernis: sed quod redimeris agnosce. Plus domine iesu iniu/rijs tuis debeo q̄ redemptus sum: q̄ȝ opibus q̄ creatus. Non prodesse nasci: nisi etiam rē dimi profuisset.

Et pastores erant in regione eadē vigilantes: ⁊ custodientes vigilias no ctis super gregem suum. Et ecce ange lus domini stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulsit illos: ⁊ timuerūt timore magno. Et dixit illis āgelus: Nolite timere. Ecce.n. euangelizo vobis gau/

dium magnum quod erit omni popu/
lo q: natus est vobis hodie saluator mū
di qui est christus dominus in ciuitate
dauid. Et hoc vobis signū: Inuenie
tis infantem pannis inuolutum: ⁊ posi
tum in presepio.

AMBRO. Videte quemadmodum diui
na curia fidem astruat. Angelus mariam: an
gelus ioseph: angelus pastores edocet. de q/
bus dicitur: Et pastores erant in regione ea/
dem vigilantes ⁊ custodientes vigilias no/
ctis super gregem suū. CHRY. Joseph
quidem in somnis apparuit angelus: pastori
bus autem visibiliter quasi rudioribus: non
autem angelus iuit hierosolymam: non requi
siuit scribas ⁊ phariseos: erant .n. corrupti: ⁊
pre inuidia cruciabant. Sed hi erāt synceri:
antiquam conuersationē patriarcharū ⁊ moy
si colentes. Est autem semita quedam ad phi
losophiā perducens innocentia. BEDA.
in ho. Nusqꝫ aūt in tota veteris testamenti se
rie reperimus angelos qui tam sedulo appa/
ruere patribus: cum luce apparuisse. Sꝫ hoc
priuilegium recte huic tempori est seruatum.
quando exortum est in tenebris lumen rectis
corde. vnde sequitur: Et claritas dei circum/
fulsit illos. AMBRO. Ex vtero fundit:
sed coruscat a celo: terreno ī diuersorio tacet:
sed celesti lumie viget. GRECVS: De
rū pauidi facti sunt in miraculo. vnde sequi
tur: Et timuerunt timore magno. Sed ange
lus cum pauor ingruerit: fugat ipsum. vnde
sequitur: Et dixit illis angelus: nolite timere
non solum sedat terrorem sed etiam alacrita/
tem infundit. Sequit enim: Ecce enim euā.
vo. gau. ma. qđ erit omni populo. Non soli
populo iudeorū sed ēt oibus. Causa aūt gau/
dij ostendit: nouus ⁊ admirabilis partus ma
nifestat ex ipsis noibus. Nam sequit: Quia
natus est nobis hodie saluator qui est christ⁹
dñs: quorū primū .s. saluator est actionis: ter/
tiū aūt .s. dñs maiestatis. CYRIL. Sed
id quod in medio ponit .s. xp̄s non naturam
significat: sꝫ hypostasim cōpositā. In christo
.n. saluatore vnctōnē fore celebratā fatemur:
non tñ figuralē sicut olim in regibus ex oleo
quasi ex ꝓphetica gratia: neqꝫ ad ꝑfectionem
alicuius negocij: iuxta illud esaie: Hec dicit

dñs christo meo cyro. Qui quanqꝫ esset ido/
latra: dictus ē christus vt celesti cēsura totam
occuparet babyloniorū prouinciam. Fuit aūt
vnctus saluator spiritusancto humanitus in
forma serui. vngens autem vt deus spiritu/
sancto credentes in eum. GRECVS:
Huius autem natiuitatis ⁊ tempus ostēdit:
cum dicit: Hodie. ⁊ locum cum subdit: In ci
uitate dauid. ⁊ signa cum subiungit: Et h vo
bis signum: Inuenietis infantem pannis in
uolutum: ⁊ positum in presepio. Ecce pasto/
ribus angeli pastorem precipuum predicant
tanqꝫ agnum in antro manifestatum ⁊ editū.
BEDA: Crebris autē infantia saluatoris
⁊ angelorum preconijs ⁊ euangelistarum no
bis est conculcata testimonijs: vt nostris alti/
us cordibus quid pro nobis factum sit infiga
tur. Et notandum qꝫ signum nati saluatoris
datur non tyrio exceptum ostro: sed pannis
squalentibus inuolutum: non in ornatis au/
ro stratorijs: sed in presepibus inueniendū.
MAXIMVS in sermone natiui. Sed si
tibi pāni fortassis vilescūt: angelos collaudā/
tes admirare. Si presepe despicis: erige pa/
rumper oculos: ⁊ nouam in celo stellam pro/
testantem mundo natiuitatem dominicam cō
tuere. Si credis vilia: crede mirifica. Si de
his que humilitatis sunt disputas: q̄ alta sunt
celestia venerare. GREGO. in ho. My/
stice aūt qꝫ vigilantibus pastoribus angelus
apparet: eosqꝫ claritas dei circumfulsit: hoc ē
qꝫ illi pre ceteris videre sublimia merentur: q
fidelibus gregibus preesse sollicite sciūt: Dū
qꝫ ipsi pie sup gregē vigilant: diuina sup eos
latius gratia coruscat. BEDA: in homi. Si
gnificant enim mystice pastores isti gregum
doctores quosqꝫ ac rectores fidelium anima
rū. Nox cuius vigilias custodiebāt sup gre/
gē suū pericula tentationū īdicat a qb⁹ se suosqꝫ
subiectos custodire nō desistūt. Et bene nato
dño pastores sup gregē vigilāt: q2 nat⁹ ē q di
cit: Ego sū pastor bonus: sꝫ ⁊ tps īminebat
quo idē pastor oues suas q̄ dispse erāt: ad vi
te pascua reuocaret. ORI. Ceterū si ad se
cretiorē oportet ascēder itellectū: dicā quosdā
fuisse pastores angelos q res humanas rege
rēt. Et cū horū vnusqsqꝫ suā custodiā ꝯserua
ret: venisse angelū nato dño: ⁊ ānūciasse pa/
storib⁹ qꝫ ver⁹ esset pastor eorū⁹. Angeli. n.
aū aduētū saluatoris: parū poterāt commissis

sibi vtilitatis afferre. Dix enim aliquis vnus ex singulis gentibus credebat in deum: nunc aūt populi accedunt ad fidem iesu.

¶ Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis: laudantium deū et dicentium: Gloria in altissimis deo et in terra pax hoībus bone volūtatis.

BEDA: Ne parua vnius angeli videret auctoritas: postq̄ vnus sacramētū noue natiuitatis edocuit: statim multitudo celestiū agminum affuit. vnde dicit: Et subito facta est cum āgelo multitudo militie celestis. Bene chorus adueniēs angelor̄ militie celestis vocabulum accipit: qui et duci illi ī prelio qui ad debellandas aereas ptātes apparuit humiliter obsecundat: et ipse ptātes easdē cōtrarias ne mortales tātū tētare valeāt: quātuz volūt fortiter armis celestibus perturbat. qr vero deus et homo nascitur: iure hoībus pax et deo gloria canit. vnde sequit: Laudātiū deum et dicētium. Gloria ī altissimis deo. vno angelo: vno euāgelizāte nūcio natū ī carne deum mox multitudo militie celestis in laudem creatoris prorumpit: vt et christo deuotionez impendat et nos suo instruat exēplo: quotiēs aliqs fratrum sacre eruditionis verbum insonuerit: vel ipsi que pietatis sunt ad mētem reduxerimus: deo stati laudes corde ore et opere reddamus. CHRY. Et olim quidē angeli ad puniēdum mittebātur: puta ad israelitas: ad dauid: ad sodomitas: ad gemitus conuallē: nunc econtra canūt ī terra gratias agentes deo: eo qr suū descēsuz ad hoīes eis reserauit. GRE. xxviij. moraliū. Simul etiam laudant qr redēptioni nostre voces sue exultationis accōmodāt: simul etiā qr dum nos cōspiciunt recipi: suum gaudent numerum impleri. BEDA: Optant etiam pacem hoībus cum subdunt: et in terra pax hominibus. qr quos īfirmos prius abiectosq̄z desperauerant: nascēte in carne dño iam socios venerantur. CYRIL. Hec autem pax per christū fcā est. Recōciliauit eniz nos per se deo et patri: culpam hostilem de medio auferēs: duos populos ī vnū hoīem pacificauit: ac celicolas et terrenos in vnū gregez cōposuit. BEDA: Quibus aūt hoībus pacem poscant: exponūt dicētes: Bone volūtatis. eis. s. qui suscipiūt natū christum. nō. n. est pax impijs: sed pax multa diligentibus nomē dei. ORI. Sed diligēs lector iquirat quō saluator dicat: Nō veni pacem mittere super terrā. et nūc angeli de eius natiuitate cantāt: In terra pax hominibus. sed hoc qr pax esse dicit in hominibus bone volūtatis soluit questionem. pax enim quam non dat dñs super terraz: nō ē pax bone voluntatis. AVGV. xiij. de trinitate. Pertinet enim iusticia ad bonam volūtatez. CHRY. Aspice aūt mirādū pcessū: angelos ad nos deduxit prius: at deinde duxit hominem ad superna. factū est celum terra: cum terrena deberet recipere. ORI. Mystice autem videbant angeli se opus quod eis creditū fuerat iplere nō posse absq̄z eo qui vere saluare poterat: et medicinā suā iferiorem eē q̄z hoīum cura poscebat. vnde sicut si veniat aliquis qui habeat summam in medicina noticiam: et illi qui prius sanari nequiuerant: cernentes ad magistri manus putredines cessare vulnerum: non inuideāt: sed in laudes medici erumpant: et dei qui sibi egrotantibusq̄z tante scientie hominem miserit: multitudo angelorum pro christi aduentu deuz laudent.

¶ In aurora. Luce secundo capi.



Astores loquebātur ad inuicem: Transeamus vsq̄z bethleez: et videamus hoc verbum quod factuz est quod fecit dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph: et infantem positum in presepio. Uidētes autem cognouerunt de verbo: quod dictum erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autez cōseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deū in omnibus que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos.

GRECVS: Que visa sunt et relata slu-

porez ingesserunt pastoribus: τ sic ouilia sua
omiserunt: τ profecti sunt nocte bethleē: lucē
indagantes saluatoris. vnde dicit: Et factum
est vt discesserunt ab eis angeli ī celum: pasto
res loquebātur adinuicē: Transeamus vsq3
bethleem τ vi. hoc ver. qđ fa. est. BEDA:
Vere quasi vigilātes: non dixerūt videam⁹
puerum: sed verbum quod factum est. i. ver
bum quod semper erat: videamus quomō
pro nobis caro factum est: siquidem hoc ipm
verbum dn̄s est. Sequitur enī3: Quod fecit
dn̄s: τ ondit nobis. i. videam⁹ quomodo ver
bum ipsum ipse se fecerit: τ ostēdit nobis car
nem suam. AMBRO. Vide q3 singula/
riter scriptura singulorū libret momenta ver
borum. Etenim cum caro dn̄i videtur: videt
verbum: quod est filius. non mediocre fi/
dei tibi h videatur exemplum: non vilis per/
sona pastorum. simplicitas. n. queritur: non
ambitio desideratur. Sequitur: Et venerunt
festinantes nemo. n. cum desidia christum re
quirit. ORI. Quia vero festinantes vene
runt: τ non pedetentim: Ideo sequitur: Et i
uenerūt mariam. q̄. s. fudit iesu3 ī partu. Et
ioseph. s. dispēsatorē or⁹ dn̄ici. Et īfantē po
sitū in p̄sepio. s. ipsum saluatorē. BEDA:
Est āt iusti ordinis: vt honore digno celebra
ta verbi incarnatione: ad ipsam quādoq3 ver
bi gloriam ītuēdam p̄tingatur. vn̄ sequitur:
Videntes autem cogno. de verbo quod dcm̄
erat illis de puero hoc. GRECVS: Oc/
culta. s. fide felicia relata conuētes: nec conten
ti de veritate stupere que primitus viderāt τ
perceperant angelo nunciāte: nō solum ma/
rie τ ioseph promebāt: sed etiam ceteris: τ qđ
est amplius eorum mētibus infigebant. vn/
de sequitur: Et omnes qui audierunt mirati
sunt: τ de his que dicta erant a pastoribus ad
ipsos. Quomodo enim non erat mirandum
videre celicolam ī terrenis: τ terram pace cō
ciliari celestibus: τ ineffabilē illum ī fantulum
numine quidem celestia: humanitate vero ter
restria cōnectētem adinicem: τ sui compagi/
ne fedus mirādum p̄stātem. GLO. Nec
solum mirātur de īcarnationis mysterio: sed
etiam de tanta pastorum attestatione: qui fin/
gere inaudita nescirēt: sed simplici facundia
vera predicarēt. AMBRO. Nec contē/
nēda putes quasi verba vilia prophetarum a
pastoribus: τ maria colligit fidem. vnde seq/
tur: Maria autem conseruabat omnia ver
hec conferens in corde suo. Discamus san/
cte virginis in omnibus castitatem: que non
minus ore pudica q3 corpore: argumenta fi/
dei conserebat in corde. BEDA. in hom.
Virginalis enim pudicitie iura custodiens:
secreta cristi q̄ nouerat nemini diuulgare vo/
lebat: sed conserebat ea que facienda legerat
cum his que iam facta cognouit: non ore pro
mens: sed clauso in corde custodiēs. GRE
CVS: Quicquid etiam ei retulerat angel⁹:
quicquid a pastoribus audierat: cuncta cōge/
rebat in mente τ ad inuicē3 comparans: vnā
in omnibus mater sapientie cernebat concor
diam: vere deus erat qui natus erat ex ea.
ATHA. Singuli autem in christi natiui/
tate exultabāt non humanitus sicut in puero
nato soliti sunt homines congaudere: sed in
christi presentia τ lucis diuine fulgore. vnde
sequitur: Et reuersi sunt pastores glorifican/
tes τ laudantes deum in omnibus que audie
rant. BEDA. s. ab angelis. Et viderāt. s.
in bethleem sicut dictum est ad illos. i. in hoc
glorificant q non aliud venientes inuenerāt
q3 dictum est ad illos: siue sicut dictum est ad
illos: gloriam deo laudesq3 referunt. Etenim
hoc illis facere dictum est ab angelis non qui
dem verbo imperantibus: sed forma3 sue de
uotionis offerentibus: cū deo in excelsis glo/
riam resonarent. BEDA. in ho. Mystice
autem intellectualium pastores gregum: im/
mo cuncti fideles exemplo horum pastorum
transeant cogitatione vsq3 in bethleem: τ in/
carnationem christi dignis celebrent honori/
bus. Transeamus autem abiectis concupiscē
tijs carnalibus toto mentis desiderio: vsq3 in
bethleem supernam. i. domu3 panis viui: vt
quem illi in presepio videre vagientem: nos
in patris solio mereamur videre regnantem.
Non est autem tanta beatitudo cum desidia
ac torpore querenda: sed alacriter sunt christi
sequenda vestigia. Videntes autem cogno/
uerunt. Et nos que dicta sūt de saluatore no/
stro plena dilectione festinemus amplecti: vt
hoc in futuro perfecte cognitionis visu com/
prehēdere valeamus. BEDA: super lucā:
Dominici etia3 gregis pastores precedentiū
patrum vitam in qua panis vite seruatur qua
si bethleem portus contemplando subeunt:
nihilq3 in hac aliud reperiunt: q3 virginalem

ecclesie pulchritudinem quasi mariam: virilē spiritualium doctorum cetum: quasi ioseph: et humilem christi aduentum scripture paginis sacre insertum: quasi in presepio positū christum infantem. ORI. Vel presepe illud israel erat s'm illud esaie: Cognouit bos possessorem suum: ꝛ asinus presepe domini sui. BEDA in homi. Non celauere autem silentio pastores que agnouerant: quia ecclesie pastores in hoc ordinati sūt: vt que in scripturis didicerunt, auditoribus ostendant. BEDA super lucam: Magistri etiam spiritualium gregum modo ceteris dormientibus cōtemplando celestia subeunt: modo fideliū exēpla querendo circūeunt: modo ad publicum pastoralis officij docendo reuertuntur. BEDA in homi. Vnusquisqꝫ etiam qui priuatus viuere creditur: pastoris officium tenet: si bonorum actuum cogitationumqꝫ mundarum aggregans multitudinem: hanc iusto moderamine gubernare scripturarum pastu nutrire: ꝛ contra demonum insidias seruare contendit.

Ad maiorem missaꝫ. Joannis primo capi.



In principio erat verbū. CHRY. Omnibus alijs euangelistis ab incarnatione incipientibus: ioannes transcurrens conceptionem: natiuitatem: educationem ꝫ augmentationē: mox de eterna nobis generatiōe narrat dicēs: In principio erat verbū. AVG. lxxxiij. que. Quod grece logos dicitur: latine ꝛ rationem ꝛ verbum significat: sed h' loco melius verbum interpretatur: vt significetur non solum ad patrem respectus: sed ad illa etiam que per verbum facta sunt operatiua potentia. Ratio autem ꝛ si nihil per eam fiat: recte ratio dicitur. AVG. sup io. Quotidie autem dicendo verba viluerunt nobis: quia sonando ꝛ transeundo viluerūt. Est verbum ꝛ in ipso homine quod manet intus. nā sonus procedit ex ore. Est verbum quod verè specialiter dicitur illud quod intelligis de sono: non ipse sonus. AVG. xv. de trini. Quisquis autem potest intelligere verbum: non solum antequā sonet: verum etiam antequā sonorum eius imagines cogitatione voluantur: iam potest videre per hoc speculum atqꝫ in hoc enigmate aliquam verbi similitudinē: de quo dictum est: In principio erat verbuꝫ. Necesse est enim cum id quod scimus loquimur: ex ipsa scientia quam memoria tenemꝰ nascatur verbum: quod eiusmodi sit omnino cuiusmodi est illa sciētia de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus verbum est: quod in corde dicimus: quod nec grecum est: nec latinum: nec lingue alicuius. Sed cum id opus est in eorum quibus loquimur proferre noticiam: aliquod signum quo significetur assumitur. Proinde verbum quod foris sonat: signum est verbi quod intus latet cui magis verbi competit nomen. nam illud quod profertur carnis ore: vox verbi est: verbumqꝫ ꝛ ipsuꝫ dicitur propter illud a quo vt foris appareat sumptū est. BASI. i ho. Hoc autem verbum nō est humanum verbum. Quomodo enim erat in pricipio humanum verbum: vltimo loco accipiēte homine generatiōis pricipium: nō igitur i principio vbū erat humanū: sed nec āgelorū. Omis. n. creatura īfra se seculorū terminos ē: a creatore essendi sumēs pncipiū. Sed audi euangelium decenter. Ipsum enim vnigenitum verbum dixit. CHRY. Si autem quis dixerit cur prem dimutēs: mox nobis de filio loquitur: Quoniam ille quidem manifestꝰ oībus erat: ꝛ si nō vt pater: sed vt deus: vnigenitus autem ignorabatur: ideo decēter eam q̄ de isto ē cognitionem confestim i initio studuit imponere his qui nesciebant eum: sed neqꝫ patrem in his que de filio sunt sermonibꝰ tacuit. Propter h' āt ꝛ vbū eū vocauit. Qr. n. docturꝰ erat q' h' vbū vnigenitꝰ ē filiꝰ dei vt ñ passibilē estimet qs gn̄atonē pueniēs vbi nūcupatiōe: destruit pnitiosā suspitionē eē ex deo filiū īpassibiliť ondēs. Secūda vo rō ē: quia ea que sūt patris nobis annūciare debebat. nō simpliciter vero eum verbuꝫ dixit: sꝫ cum articuli adiectione a reliquis ipsum separās. Cōsuetudo enim est scripture verba vocare leges dei ꝛ precepta. hoc autem verbuꝫ substantia quedam est hypostasis ens: ex ipo pueniēs īpassibiliť pre. BASI. Quare igr̄ vbū q: ipassibiliť natū ē: qr ē generātis imago: totum in seipso generātem demonstrans

nihil inde separans: sed in seipso perfectum
existens. AVGV. xv. de trini. Sicut eni
scientia nostra ill: scientie dei: sic et nostrum
verbum quod nascitur de nostra scientia: dis
simile est illi verbo dei: quod natum est de pa
tris essentia. Tale est autem acsi dicerē de pa
tris scientia: de patris sapientia: vel quod est
expressius de patre scientia: de patre sapiētia.
Verbum ergo dei patris unigenitus filius:
per omnia patri similis et equalis: hoc enim ē
omnino quod pater: non tamen pater quia iste
filius: ille pater. ac p hoc nouit oia q̄ nouit pa
ter: si ei nosse de patre est: sicut esse: nosse enim
et esse ibi unum est: et ideo patri: sicut esse non
est a filio: ita nec nosse. Proinde tanq̄ seip-
sum dicens: pater genuit verbum sibi equale
p oia. non enim seipsum integre pfecteq̄ di-
xisset: si aliquid minus aut amplius esset i ei9
verbo q̄ in seipso. Nostrum autem verbum
interius qd̄ inuenimus esse vtcūq̄ illi simile:
q̄tū sit et dissimile nō pigeat intueri. Est. n.
verbū mentis nostre qūq̄ formabile nondum
formatū qdē mētis nostre: qd̄ hac atq̄ hac vo
lubili quadā motione iactam9: cū a nobis nūc
id nunc illud: sicut inuentū fuerit vel occurre
rit cogitat: et tunc fit verū verbū: qn̄ illud qd̄
nos diximus volubili motione iactare ad id
qd̄ scimus puenit atq̄ ide format: eius oīno
dā similitudinē capiens: vt quō res queq̄ sci
tur: sic et cogitet. Quis nō videat q̄ta sit hec
dissimilitudo ab illo dei verbo qd̄ i forma dei
sic est vt nō an̄ fuerit formabile postq̄ forma
tum: non aliqū possit esse i forme: sz sit forma
simplex et simpliciter equalis ei: de quo ē. Quis
propter ita dr̄ illud dei verbū vt dei cogitatio
nō dicat: ne aliqd esse quasi volubile dicat in
deo qd̄ nūc habeat nūc accipiat formā vt ver-
bū sit eāq̄ possit amittere atq̄ informiter quo
dāmodo volutari. AVGV. de ver. dn̄i.
Est. n. verbū dei forma quedā non formata:
sed forma oium formar forma incōmutabi-
lis: sine lapsu: sine defectu: sine tpe: sine loco:
superans oia: existens in oibus: fundamētū
qu oddā in quo sunt: et fastigiū sub quo sunt.
BASI. Habet autem et verbum nostrum
exterius diuini verbi similitudinem quandam
nam nostrum verbum totam declarat mentis
conceptionem: que namq̄ mente concipimus:
ea verbo proferimus. Et quidem cor nostrū
quasi fons quidam est: verbū vero platū qua
si qdā riuulus manans ex ipso. CHRY.
Considera et in euangelista prudentiā spiri-
talē: nouerat hoies id qd̄ antiquius ē: et qd̄ ē
ante omnia maxime honorantes et ponentes
deum: propter hoc primum dicit principium:
In principio inquit erat verbum. ORI.
Plura autem sunt signata ab hoc nomine pn
cipium. Est enim principium: sicut itineris et
longitudinis: sm illud: Initium boni itineris
iustorum exercitium. est autem principium et
generationis: iuxta illud: Hoc est principium
creature domini sed etiam deum non enormi
ter asseret aliquis omnium principium. Illud
etiam ex quo sicut ex preiacente materia alia fi
unt: principium est penes eos qui credunt il
lam ingenitam. Est etiam principium sm spe
ciem: sicut christus principium eorum est qui
sm imaginem dei formati sunt: est etiam pri
cipium discipline: sm illud: Cum deberetis
esse magistri propter tempus: rursus indige
tis vt doceamini que sunt elemēta exordii ser
monum dei. Duplex enim est documenti pri
cipium: hoc quidem natura: hoc vero quo ad
nos: vt si dicatur initium sapientie fore. Na-
tura quidem christum inquantum sapientia et
verbum dei est: quo ad nos vero inquantum
verbum caro factum est. tot igitur significatis
ad presens nobis de principio occurrentibus
potest accipi illud: ex quo quod est agēs. Cō
ditor enim christus est velut principium: sm
quod sapientia est vt verbum in principio qua
si in sapientia sit. plura enim bona de saluato
re dicuntur. velut igitur vita in verbo est: sic
verbum in principio. i. in sapientia erat. Cō
sidera vero si possibile est sm hoc significatum
accipere nos principium: prout sm sapienti-
am: et exempla que in ea sunt fiūt omnia: vel
quia principium filii pater est: et principium crea
turarum et omnium entium per illud: In pri
cipio erat verbum: verbum filium intelligas
in principio. i. in patre dictum fore. AVG.
vi. de tri. Aut in principio sicut dictum ē: acsi
diceret ante omnia. BASI. Preuidit enim
spiritussanctus futuros quosdam inuidentes
glorie vnigeniti qui preferrēt sophismata ad
subuersionem auditorum: quia si genitus ē:
non erat: et anteq̄ genitus esset: non erat: ne
igitur talia garrire presumant: spiritussanct9
ait: In principio erat verbum. HYLA. ii.
de trini. Transeunt tempora transcendunt se

cula: tolluntur etates: pone aliquod quod vo
les tue opinioni principium: non tenes tem/
pore: erat enim vnde tractatur. CHRY.
Sicut autem quis cum stat in naui secus litus:
videt ciuitates ⁊ portus. cum vero eum aliqs
in medium pelagi duxerit a prioribus quidem
desistere facit: non tamē alicubi defigit ei ocu
lum: ita euangelista hic super omnem nos du/
cens creaturam: suspensum dimittit oculum:
non dans suspicere aliquem finem ad superio
ra: hoc enim in principio erat: semper ⁊ infi/
nite essendi significatiuum est. AVGV. de
ver. domini. Sed dicunt: Si filius est: natus
est. hoc fatemur. adiungunt deinde si natus ē
patri filius: erat pater anteq̃ ei filius nascere
tur: hoc respuit fides: ergo ait: Rationem mi
hi redde: quomodo ⁊ filius nasci potuit patri
vt coeuus esset ei a quo natus ē. Post patrem
enim nascitur filius vtiq̃ patri morituro suc
cessurus. similitudines adhibēt de creaturis:
⁊ nobis laborandum est vt ⁊ nos inueniamus
similitudines earum rerum quas astruimus.
Sed quid possumus in creatura inuenire co
eternum: quando in creatura nil inuenimus
eternum? Sed si possunt inueniri hec duo co
eua generans ⁊ generatum: ibi intelligimus
eterna. Ipsa quidem sapientia dicta est in scri
pturis candor lucis eterne: dicta est imago pa
tris. Hinc capiamus similitudinem: vt inue
niamus coeua: ex quibus intelligamus coeter
na. Nemo autem dubitat q̃ splendor de igne
erit. ponamus ergo ignem patrem illius splē
doris: mox quidem vt lucernam accendendo:
simul cū igne ⁊ splendor existit. Da mihi hic
ignem sine splendore: ⁊ credo tibi patrem si/
ne filio fuisse. Imago existit de speculo: homi
nis intuentis speculum existit imago mox vt
aspector exstiterit: sed ille qui inspicit erat ante
q̃ accederet ad speculum. Ponamus ergo ali
quid natum super aquam: vt virgultum aut
herbam: nonne cum imagine sua nascitur? Si
ergo semper esset virgultum: semper esset ⁊
imago de virgulto: quod autem de alio ē vti/
q̃ natum est. Potest ergo semper esse gene/
rans ⁊ semper cum illo quod de eo natum ē.
Sed dicet aliquis: ecce intellexi eternum pa/
trem coeternum filium: tamen sicut effusum
splendorem minus igne lucentem: aut sicut ef
fusam imaginem minus q̃ virgultum existē
tem: dicimus: non: sed equalitas omnimodo

est. non credo ait: quia non inuenisti similitu
dinem. Forassis autem inuenimus in creatu
ra quomodo intelligamus filium ⁊ coeternum
patri: ⁊ nequaq̃ minorem: sed non illud pos
sumus inuenire in vno genere similitudinū.
Iungamus ambo genera: vnum vñ ipsi dant
similitudines. ⁊ alterum vnde nos dedimus.
dederunt enim illi similitudines ex his que pre
cedunt tempore ab his a quibus nascūtur:
sicut homo de homine: sed tamē homo: ⁊ ho
mo eiusdem substantie. Laudamus ergo in
ista natiuitate equalitatem nature: deest equa/
litas temporis. In illo autem genere similitu
dinum quod nos dedimus de splēdore ignis
⁊ de imagine virgulti equalitatem nature nō
inuenis: inuenies coeuitatem. Totū ergo ibi
quod hic ex partibus singulis ⁊ rebus singu
lis inuenitur. ⁊ non hoc solum quod in crea/
turis totum inuenio ibi: sed tanq̃ in creatore.
EX gestis concilij ephesini. Propterea ali/
cubi quidem filium appellat patris: alicubi au
tem splendorem vocat scriptura diuina singu/
la horum nominum de ipso dicens: vt intelli
gas ea que de christo dicuntur esse circa bla/
sphemiam: quia enim tuus filius eiusdem ti/
bi nature sit volens sermo ostendere vnam
substantiam patris ⁊ filij dicit filium patris q
ex eo natus est vnigenitus. Deinde quoniam
natiuitas ⁊ filius apud nos ostentationem pre
bent passionis: ideoq̃ hunc filium appellat ⁊
verbum impassibilitatem natiuitatis eius no
mine isto demonstrans. Sed quoniam pater
quispiam factus vt homo indubitanter seni/
or filio suo demonstratur: ne hocipsum etiam
de diuina natura putares splendorem vocat
vnigenitum patris. Splendor enim nascitur
quidem ex sole: non autem intelligitur sole po
sterior. Coexistere ergo semper patri filium
splendor tibi denunciet: impassibilitatem na/
tiuitatis ostendat verbum consubstantialitatē
filij nomen insinuet. CHRY. Sed dicūt
illi quoniam hoc. i. in principio: non eternita/
tem ōndit simpliciter: Etenim ⁊ de celo istud
⁊ de terra dictum est: In principio inquit fe/
cit deus celum ⁊ terram. sed quid commune
habet erat ad fecit? sicut enim quod est: cum
de homine quidem dicitur: tempus presens
significat tantum. Cum autem de deo id quod
est semper ⁊ eternaliter ita ⁊ erat. De nostra
quidem cum dicitur natura: preteritum signi

ficat tempus: cum autem de deo eternitatem ostendit. ORIGE. in ho. Sum enim verbum duplicem habet significationem: aliquando enim temporales motus secundum analogiam aliorum verborum declarat: aliquando substantiam vniuscuiusque rei de qua predicatur sine temporali motu vllo designat: ideo et substantiuum vocatur. HYLA. ij. de tri. Respice igitur ad mundum: intellige quid de eo scriptum est: In principio fecit deus celum et terram. Fit ergo in principio quod creatur et etates continent quod in principio continetur vt fieret. Piscator autem illiteratus indoctus: liber a tempore: solutus a seculis est: vicit omne principium: erat enim quod est: neque in tempore aliquo concluditur vt ceperit quod erat potius in principio quam fiebat. ALCVI. Contra eos ergo qui propter temporalem natiuitatem dicebant christum non semper fuisse: incipit euangelista de eternitate verbi dicens: In principio erat verbum.

¶ Et verbum erat apud deum.

CHRY. Quia maxime dei hoc est proprium eternum et sine principio esse: hoc primum posuit: deinde ne quis audiens. In principio erat verbum. ingenitum verbum dicat: confestim hoc remouit dicens: Et verbum erat apud deum. HYLA. ij. de tri. Sine principio enim est apud deum: et qui abest a tempore: non abest ab auctore. BASI. Rursus hoc dicit propter blasphemantes quod non erat: vbi ergo erat verbum: non in loco incircumscriptibilia continentur sed vbi erat apud deum: neque pater loco neque filius circumscriptione aliqua continentur. ORI. Vtile est etiam inducere quod verbum dicitur ad aliquos fieri: puta ad osee vel ysaiam aut hieremiam: ad deum autem non fit: quasi prius non ens apud ipsum. ex eo igitur quod iugiter est in eo dicitur: Et verbum erat apud deum: quia nec a principio a patre separatus est. CHRY. Non etiam dixit: In deo erat: sed apud deum erat: eam que secundum hypostasim eius eternitatem nobis ostendens. THEO. Videtur autem mihi quod sabellius ex hoc dicto subuersus est. Ipse enim dicebat quod pater et filius et spiritussanctus vna est persona que aliquando vt pater apparuit: aliquando vt filius: aliquando vt spiritussanctus. Manifeste vero confunditur ex hoc verbo: Et verbum erat apud deum. Hic enim euangelista alium declarat esse filium: alium deum. s. patrem.

¶ Et deus erat verbum.

HYLA. ij. de tri. Dicens verbum sonus vocis est: enunciatio negociorum et elocutio cogitationum: hoc verbum in principio apud deum erat: quia sermo cogitationis eternus est: cum qui cogitat sit eternus: sed quomodo in principio erat: quod neque ante tempus neque post tempus est: Et nescio an ipsum possit esse in tempore. Loquentium enim sermo neque est antequam loquantur: et cum locuti erunt: non erit. In eo enim ipso quod loquuntur: dum finiunt iam non erit id vnde ceperunt. Sed si primam sententiam rudis auditor admiseras: In principio erat verbum: de sequenti quid quereris: Et verbum erat apud deum: Nunquid audieras de deo vt sermonem recondite cogitationis acciperes: aut fefellerat ioannem quid esset momenti inter inesse et adesse. Id enim quod in principio erat: non in altero esse: sed cum altero predicatur. statum igitur verbi et nomen expecta. dicit namque: Et deus erat verbum. Cessat sonus vocis et cogitationis eloquium. Verbum hic res est non sonus: natura non sermo: deus non inanitas est. HYLA. vij. de trint. Simplex autem nuncupatio est et caret offendiculo affectionis aliene. ad moysen dictum est: Dedi te deum pharaoni: sed nunquid non adiecta nominis causa est: cum dicitur pharaoni: Moyses enim pharaoni deus datus est: dum timetur: dum oratur: dum punit: dum medetur. Et aliud est deum dari: et aliud deum esse. Memini quoque et alterius nuncupationis vbi dicitur: Ego dixi dij estis: sed in eo indulti nominis significatio est. Et vbi refertur ego dixi: loquentis potius sermo est quam rei nomen. cum autem audio: Et deus erat verbum: non dictum solum audio verbum: sed demonstratum esse intelligo quod deus est. BASI. Sic igitur excludens accusationem blasphemantium querentium quid est verbum respondet: Et deus erat verbum. THEO. Vel aliter continua: Postquam verbum erat apud deum: manifestum est quod due persone erant

quamuis vna natura duabus existat vnde di/citur: Et deus erat verbum: ita vt vna natura sit patri et filio: cum sit vna deitas. ORIGE. Adijciendum etiaz quod verbum in eo quod fit ad prophetas illustrat prophetas sapientie lumine apud deum vero est verbũ obtinens ab eo quod fit deus. vnde prelocauit hoc quod ē: Verbum erat apud deum: ei quod est deus erat verbuz. CHRY. Et non vt plato hic quidem intellectum quendaz: hic vero animã mundi esse dicens. hec enim procul sunt a di/uina natura sed dicunt: pater cum articuli ad/iectione dictus est deus filius autez sine hac. quid ergo apostolus dicit: Magni dei et sal/uatoris nostri iesu christi. et rursus: Qui est super omnia deus? sed et romanis scribens dicit: Gratia vobis et pax a deo patre nostro sine adiectione articuli: aliterqz et superfluum erat hic apponere superius continue adiectuz non igitur et si non est adiectus filio articulus propter hoc filius minor deus est.

Hoc erat in principio apud deuz.

HYLA. ij. de trini. Quia dixerat: Deus erat verbum: trepido in dicto: et me insolens sermo commouit: cum vnum deuz prophete nunciauerũt: sed ne quo vltra trepedatio mea progredi possit reddit sacramenti tanti pisca/tor dispensationem: et refert ad vnuz omnia: sine contumelia: sine abolitione: sine tempore dicens: Hoc erat in pricipio apud deũ apud vnum ingenituz deum: exquo ipse vnus vni/genitus deus est predicatur. THEO. Et rursus ne suspitio diabolica aliquos contur/baret: ne forte cum verbum deus sit: insurre/xerit contra patrem: vt aliqui fabulantur gen/tilium: et separatus a patre fuerit ipsi patri cõ/trarius dicit: Hoc erat in principio apud de/um. q. d. hoc dei verbum nunquam a deo ex/titit separatuz. CHRY. Vel ne audiens: In principio erat verbum: eternum quidẽ estimes: seniorem vero spacio aliquo patris vitam suscipias induxit: Hoc erat in princi/pio apud deum. non enim fuit vnqz solitarius ab illo sed semper deus apud deum erat: vel quia dixerat: Deus erat verbum: vt non esti/met quis minorem esse deitatem filij: confe/stim cognoscitiua proprie deitatis ponit: et eter/nitatem assumens cum dicit: Hoc erat in pri/cipio apud deum. et hoc factum est adijciens: Omnia per ipsum facta sunt. ORI. Vel aliter. Postqz premiserat tres propositiones euangelista resumit tria in vnũ dicens: Hoc erat in principio apud deum. In primo enim trium didicimus: in quo erat verbum: quia i principio erat: in secundo apud quẽ: quia apud deum in tertio quid erat verbum: quia deus velut ergo demonstrans verbum predictum deum: per hoc quod dicit hoc: et colligens in pro/positionem quartam: hoc quod est: In princi/pio erat verbum et verbum erat apud deum: et deus erat verbum: ait: Hoc erat in princi/pio apud deum. Quereat autem aliquis: cur non est dictum: In principio erat verbuz dei: et verbum dei erat apud deũ: et deus erat ver/bum dei? Quisquis autem vnicam veritatez fatebitur esse: palam est quoniam et demon/stratio eius que est sapientia vna ē. Sed si ve/ritas vna et sapientia vna: verbum quoqz quod veritatem enunciat sapientiam expandit i his qui susceptibiles sunt: vnum siquidem erit. nec hoc dicimus inficiantes verbuz dei fore: sed ostendentes vtilitatem omissionis huius vocabuli dei. Ipse quoqz ioannes in apoca/lyp. dicit: Et nomen eius verbum dei. ALCVI. Qualiter autem ponit substantiuum verbum erat: vt intelligeres omnia tempora preuenisse coeternũ deo patri verbũ.

Omnia per ipsum facta sunt.

ALCVI. Postqz dixit de natura filij: de operatione eius subiungit dicens: Omnia per ipsum facta sunt idest quicquid est siue in sub/stantia siue in aliqua proprietate. HYLA. ij. de trini. Vel aliter: Erat quidem verbum in principio sed potuit non esse ante principi/um. sed quid ille: Omnia per ipsuz facta sunt. Infinitum est per quod fit omne quod factuz est. et cuz ab eo sint omnia: et tempus ab eo ē. CHRY. Moyses quidẽ icipiẽs scripturas veteris testi de sensibilibus nobis loquitur: et hoc enumerat per multa: In principio. n. ait fecit de/us celum et terram. deinde inducit: quoniam et lux facta est: et firmamentum: et stellarũ na/

ture: ⁊ genera animalium. Euangelista vero hec omnia excedens vno verbo comprehendit: vt cognita auditoribus ad altiorē festinans materiam totū hunc librum instituens nō de operibus: sed de conditore. AVG. i. super genesim ad litteram: Cum enim dicitur: Omnia per ipsum facta sunt. satis ostenditur ⁊ lux per ipsum facta: cum dixit deus: Fiat lux. ⁊ simil'r de alijs: quod si ita ē eternū est: quod ait deus fiat lux quia verbuȝ dei: deus apud deuȝ patri coeternus est: q̃uis creatura tēporalis facta sit. Cum enim verba sint temporis cum dicimus: quādo ⁊ aliquando: eternum tamen est in verbo dei: quando aliquid fieri debeat: ⁊ tunc fit quādo fieri debuisse in illo verbo est: in quo non est quando et aliquando quoniam totum illud verbum eternum est. AVG. super ioan. Quādo ergo potest fieri vt verbum dei factum sit: quando deus per verbum fecit omnia: si ⁊ verbū ipȝ factum est per quod aliud verbum factum ē? Si hoc dicis quia est verbum verbi: ꝑ quod factum est illud: ipsum dico ego vnigenitum filium dei. si autem nō dicis verbum dei: cōcede non factum verbum per quod facta sunt omnia. AVG. i. de tri. Et si factuȝ nō est: creatura non est: si autem creatura nō est eiusdem cum patre substātie est: omnis enim substātia que deus nō est: creatura est: ⁊ que creatura non est: deus est. THEO. Solēt autem arriani dicere q̄ sicut per serram ostiū fieri dicimus: quasi per organum: sic ⁊ per filiū omnia facta fuisse dicunt: nō q̄ ipse sit factor: sed organum: ⁊ sic facturam aiūt filium tā q̄ȝ factum ad hoc vt per euȝ omnia fierēt. Nos autem ad huiusmodi fictores mendacij simpliciter respondemus. si enim vt dicitis pr̄ creasset ad hoc filium: vt eo tā q̄ȝ organo vteret vi deretur q̄ inhonorabilior sit filius q̄ȝ que facta sūt: sicut ea que per serram sunt facta: ipso organo nobiliora existunt. nam serra propter ipsa facta est: sic ⁊ propter ipsa que facta sūt: vt aiunt pater creauit filium: tā q̄uaȝ nō debe ret deus cuncta creare nequa q̄ȝ filium produxisset: quid his verbis insanius? sed aiunt: q̄re nō dixit q̄ omnia verbum fecit: sed vsus ē hac prepositione per: ne filium ingenitum intelligeres ⁊ sine principio ⁊ dei conditorem. CHRY. Sed si prepositio per: conturbat te: ⁊ queris i scriptura q̄ ipsum verbum oia faceret. audi dauid: Initio tu dn̄e terram fundasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi. Quod aūt hoc de vnigenito dixerit adisces ab apostolo vtente hoc verbo in epistola ad hebreos de filio. Si vero de patre hoc prophetam dixisse dicis: Paulum vero filiū adoptasse idē fit rursus. Neq̄ȝ eniȝ id filio conuenire dixisset: nisi vehementer consideret: quoniam que sunt dignitatis cohonorabilia sunt vtriq̄ȝ. Si rursus ꝑ prepositio aliquam subiectionem tibi videtur inducere: cur paulus eam de patre ponit? Fidelis inquit dn̄s: per quem vocati sumus i societatem filij eius. Et iterum paulus apostolus per voluntatem dei. ORI. Errauit etiam in hoc valentinus: dicens verbum esse q̄ mundane creationis prestitit cām creatori: sed si sic se habet veritas rerum prout ipse intelligit: oportebat scriptum fore per creatorem vniuersa consistere a verbo: nō autem econtra per verbum a creatore.

¶ Et sine ipso factum est nihil.

CHRYSOSTOMVS. Vt nō estimes cum dicit: Omnia per ipsuȝ facta sunt: illa omnia solum dicere eum: que a moyse dicta sunt: conuenienter inducit: Et sine ipso factum est nihil siue visibile quid siue intelligibile. Vel aliter: Ne hoc quod dixit: Omnia per ipsuȝ facta sunt: de signis suspiceris nūc dici: de quibus reliqui euangeliste locuti sunt inducit: Et sine ipso factū est nihil. HYL. Vel aliter dicetur hoc quod dicitur: Omnia per ipsum facta sunt. non habet modum: est ingenitus qui factus a nemine est: est ⁊ ipse genitus ab innato: reddidit auctorem cum socium professus est dicens: Sine ipso factum est nihil cum enim nihil sine eo intelligo: nō esse solum: quia alius est per quem alius sine quo non. ORIGE. in homel. Vel aliter: Ne existimares ea que per verbum facta sūt per se existentia non contenta a verbo ait: Et sine ipso factum est nihil. hoc est: nihil factuȝ est extra ipsum: quia ipse ambit omnia conseruans ea. AVG. de que. no. ⁊ ve. testa. Vel dicens Sine ipso factum est nihil: nullo modo ipsum facturam esse suspicari debere edocuit. Quomodo enim potest dici: Ipse est factura cum nihil dicatur deus sine ipso fecisse. ORIG. super ioan. Vel aliter: Si omnia per verbum facta sūt: de numero hominum est malitia ⁊ totus fluxus peccati: ⁊ hec

per verbum facta sunt: ⁊ hoc est falsum. quã tum igitur ad significata Nihil ⁊ nõ ens vnũ sunt. Videtur autez apostolus non entia pra ua dicere: Vocat inquit deus ea que nõ sunt tanq̃ ea que sunt. Totaq̃ prauitas nihil dici tur quia absq̃ verbo facta est. AVGV. super ioan. Peccatum enim non per ipsum fa ctum est: ⁊ manifestum est: quia peccatum ni hil est: ⁊ nihil fiunt homines cuz peccant. Et idolum non per verbum factum est: habet q̃dem formam quandam humanam: ⁊ ipse homo per verbum factus est. Sed forma hominis in idolo non per verbuz facta est. scriptũ est enim: Scimus q̃ nihil ẽ idolum: ergo ista non sunt facta per verbum. sed quecunq̃ fcã sunt naturaliter: vniuersa natura rerum: omnis omnino creatura ab angelo vsq̃ ad vermiculum. ORI. Valentinus autem exclusit ab omnibus per verbum factis que sunt ĩ seculis facta que credit ante verbum extitisse: preter euidentiam loquens. siquidem que putantur ab eo diuina: remouentur ab omnib⁹: que autem velut ipse putat penitus destruuntur: vere dicuntur omnia. quidam enim falso: dicunt diabolum non esse creaturam dei: inquantuz enim diabolus est: creatura dei nõ est. Is autem cui accidit esse diaboluz: diuina est creatura: acsi diceremus homicidam creaturam dei non esse: qui tamen in eo q̃ homo est: creatura dei est. AVGV. de natura boni. Non autem sunt audienda delyramenta hominum: qui Nihil hoc loco aliquid intelligendum esse putant: quia ipsum nihil in fine sententie positum est nec intelligunt nihil interesse vtrum dicatur: Sine ipso nihil factuz est: an sine ipso factum est nihil. ORI. Si accipiatur verbuz pro eo quod in quolibet hominum est: quia ⁊ ipsum insitum est cuilibet ab eo quod in principio erat verbum: etiaz sine hoc verbo nihil committimus simpliciter accipiendo quod dicitur: Nihil. ait enim apostolus q̃ sine lege peccatum mortuum erat aduueniente vero mandato peccatum reuixit: nõ enim reputatur peccatum lege non existente: sed nec peccatum erat non existente verbo: q̃r dominus dicit: Si non venissem ⁊ essez illis locutus peccatum non haberent. quelibet. n. excusatio deficit volenti dare responsum de crimine: dum verbo presente ac indicante q̃d est agendum non obedit quis illi: nec propter hoc inculpandum est verbum: sicut nec magister per cuius disciplinaz non remanet locus excusationis discipulo delinquenti velut de ignorantia. omnia ergo per verbũ facta sunt: non solum naturalia sed etiam que ab irrationalibus fiunt.

¶ Quod factum est in ipso vita erat.

BEDA. Quia euangelista dixit omnẽ creaturam factam esse per verbum: ne quis forte crederet mutabilem eius voluntatem quasi q̃ subito vellet facere creaturam quam ab eterno nunq̃ ante fecisset: ideo docere curauit. factam quidem creaturam in tẽpore: sed in eterna creatoris sapientia: quando ⁊ quos crearet semper fuisse dispositum. vnde dicit: Quod factuz est in ipso vita erat. AVGV. super io. Potest autem sic punctari: Quod factum est ĩ ipso. ⁊ postea dicatur: Vita erat. ergo totum vita est: si sic pronunciauerimus. q̃d eniz non in illo factum est. ipse est enim sapientia dei. ⁊ dicitur in psalmo: Omnia in sapientia fecisti: omnia igitur sicut per illum: ita in illo facta sunt. si ergo quod in illo factum est vita ẽ: ergo ⁊ terra vita ẽ: ⁊ lapis vita ẽ. ĩhonestũ est sic intelligere: ne nobis subrepat secta manicheorum ⁊ dicat: quia habet vitam lapis: ⁊ habet vitam paries. solent enim ista delyrantes dicere: ⁊ cum reprehensi fuerint ac repulsi: quasi de scripturis proferunt dicentes: vt quid dictum est: Quod factum est in ipso vita erat. Pronuncia ergo sic. Quod factuz ẽ: hic subdistingue ⁊ deinde infer: In ipso vita erat. Facta est eniz terra: sed ipsa terra que facta est non est vita. est autem in ipsa dei sapiẽtia spiritaliter ratio quedam qua terra facta ẽ. hec vita est. sicut arca in opere non est vita: arca in arte vita est: quia viuit anima artificis. sic ergo quia sapientia dei per quam facta sunt omnia: s̃m artem cõtinet omnia que fiunt per ipsaz artem: non hec continuo sunt vita: sed quicquid factum est: vita est in illo. ORIGE. in ho. Potest autem ⁊ sic distingui sine errore: Quod factuz est in ipso. ⁊ postea dicatur: Vita erat: vt sit sensus: Omnia que per ipsum: ⁊ in ipso facta sunt: in ipso vita sunt: ⁊ vnum sunt. Erant enim: hoc est in ipso subsistunt causaliter: priusq̃ sint in seipsis effectiue. Sed si queris: quomodo ⁊ qua ratione omnia que per verbum facta sunt: in ipso vitaliter ⁊ vniformiter ⁊ causaliter subsi

sunt: accipe exempla ex creaturarum natura. Conspice quomodo omnium rerũ quas mũdi huius sensibilis globositas comprehẽdit: cause simul ⁊ vniformiter in isto sole q est maximum mundi luminare subsistunt: quomodo numerositas herbarum ⁊ fructuum in singulis seminibus simul continetur: quomodo multiplices regule in arte artificis vnũ sunt: ⁊ in animo disponentis viuunt: quomodo infinitus linearũ numerus in vno puncto vnũ subsistit. ⁊ huius naturalia perspice exempla: ex quibus velut physice theorie pennis poteris arcana verbi mentis acie inspicere: ⁊ quãtum datur humanis rationibus videre quomodo omnia que per verbum sunt facta: i ipso viuunt ⁊ facta sunt. HILA. Uel aliter potest legi: In eo q dixerat: Sine ipso factuz est nihil: posset aliquis perturbatus dicere: ẽ ergo aliquid per alterum factum quod tamen non fit sine eo factum: ⁊ si aliquid per alteruz: licet non sine eo tam non per eum omnia: qr aliud est fecisse: aliud est interuenisse facienti. Enarrat ergo euãgelista quid non sine eo factum sit dicens: Quod factum est in eo. hoc igitur non sine eo quod in eo factum est. nam id quod in eo factum est etiam per eum factuz est. omnia enim p ipsuz ⁊ in ipso creata sunt. In ipso autem creata qr nascebatur creator deus: sed ex hoc sine eo nihil factum est: quia nascens deus vita erat: ⁊ qui vita erat: non posteaq natus erat factus est vita. nihil ergo sine eo fiebat ex his que in eo fiebant: quia vita est in quo fiebant: ⁊ deus qui ab eo natus est: non posteaq natus est: sed nascẽdo quoq extitit. CHRY. Uel aliter: Nõ apponem[9] finale punctum vbi dicitur: Sine ipso factuz est nihil: sm hereticos. Illi eniz volentes spiritumsanctum creatuz dicere aiunt: Quod factum est in ipso vita erat. sed ita non potest itelligi. primum quidem neq tempus erat hic spiritussancti meminisse. sed si de sancto spiritu hoc dictum est: age. sed eoruz interim legamus modum ita enim nobis hoc inconueniens erit. cum enim dicitur: Quod factum est in ipso vita erat: spiritumsanctum dicunt dictum esse vitam: sed vita hec ⁊ lux inuenitur esse. Inducit enim: Uita erat lux hominum: quo circa sm eos lucem omnium hunc spiritum dicit. quod autem superius verbum dixit: hic consequenter ⁊ deum ⁊ vitam ⁊ lucem nominat. Uerbum autem caro factum ẽ. erit igitur spiritussanctus incarnatus: non filius ideo dimittentes hunc modum legendi ad decentem veniamus lectionem ⁊ expositionez: hec autem est cum dicitur: Omnia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factuz est nihil quod factum est. ibi quiescere fac sermonem. deinde ab ea que deinceps est dictione incipe que dicit: In ipso vita erat. ac si dicat: Sine eo factũ est nihil quod factum est. i. factibilium. vides qualiter hac breui adiectiõe omnia correxit supervenientia inconuenientia. Inducens eniz sine eo factuz est nihil: ⁊ adijciens: Quod factum est: ⁊ intelligibilia comprehendit: ⁊ spiritumsanctum excepit. Spiritus enim sanct[9] factibilis non est. hec igitur que dicta sunt de conditione rerum dixit ioannes. Inducit autem ⁊ eum qui est de prouidentia sermonem dicens: In ipso vita erat: quemadmodum in fonte qui generat abyssos: ⁊ in nullo minoratur fons ita ⁊ in operatione vnigeniti quecumq credas per euz facta esse non minor ipse factus est. nomen autem vite hic non solum cõditionis est: sed ⁊ prouidentie rerum: que est sm permanentiam earum cum autem audis qm in ipso vita erat ne compositũ estimes sicut enim pater habet vitaz in seipso: ita dedit ⁊ filio vitam habere. ergo sicut patrem nõ vita q dices cõpositum esse: ita nec filiũ. ORI. Uel aliter. Oportet scire q saluator quedam dicitur non sibi esse sed alijs: quedam vero ⁊ sibi ⁊ alijs. In hoc ergo q dicitur Quod factum est in verbo vita erat. scrutanduz est: an sibi ⁊ alijs vita est: vel alijs tm̃. ⁊ si alijs: quibus alijs: idem autem est vita ⁊ lux. Lux autem hominum est. fit itaq hominuz vita quorum est lux. ⁊ sic in eo q dicitur vita: saluator non sibi sed alijs. hec quidem vita verbo preexistenti aderit: ex eo q expiata a peccatis anima fit serena: vita iseratur ei: qui verbi dei se susceptibilem statuit. vnde verbum quidem i principio non dixit factuz. non enim erat quãdo principium verbo careret: Uita autem hominum non semper erat in verbo: sed hec vita hominum facta est eo q vita est lux hominum: cuz enim homo non erat: nec lux hominum erat: luce sm habitudinem ad homines intellecta. ⁊ ideo dicit: Quod factuz est in verbo: vita erat: non autez quod erat in verbo vita erat. Inuenitur autem alia littera non incõ

grue habens: Quod factum est in eo vita est. Si autem intelligamus vitam hominum que in verbo sit eum esse qui dixit: Ego sum vita. fatebimur neminem infidelium christi vivere: sed cunctos esse mortuos qui non vivunt in deo.

¶ Et vita erat lux hominum.

THEO. Dixerat: In ipso vita erat: ne putares quod absque vita sit verbum: sed vita sit spiritalis ⁊ lux rationalibus cunctis vnde dicitur: Et vita erat lux hominum. q. d. lux ista nō est sensibilis sed intellectualis illuminans ipsam animam. AVGV. super io. Ex ipsa enim vita illuminantur homines: pecora non illuminantur: quia non habent rationabiles mentes: que possint videre sapientiam. homo autem factus ad imaginem dei: habet rationalem mentem per quam possit percipere sapiētiam: ergo illa vita per quā facta sunt omnia: lux est: ⁊ non quorumcunque animalium sed hominum. THEO. Non autem dixit lux est solum iudeis: sed omnium hominū. Omnes enim homines inquantum intellectum ⁊ rationem recepimus ab eo quod nos condidit verbo intantum ab eo illuminari dicimur: nam ratio nobis tradita per quam rationales dicimur: lux est ad operanda nos dirigens ⁊ non operanda. ORI. Non est autem pretermittendum quod vitam premittit luci hominum: inconsequens enim erat illuminari non viventem: ⁊ advenire illuminationi vitam. si autem idem est: Vita erat lux hominum: quod solū hominum erit christus lux atque vita solorum hominum: hoc autem opinari hereticum est. Nō igitur quicquid dicitur aliquorum illorum solum est. Scriptum est enim de deo quod si deus abraam isaac ⁊ iacob: non tamen istorum tantum patrum dictus est deus: non ergo ex eo quod dicitur: Lux hominum. excluditur quin sit aliorum: alios vero continēs eo quod est: Faciamus hominem ad imaginem nostram: quicquid ad imaginem ac similitudinem dei factū est intelligi debet per hominem. Sic igitur lux hominum lux cuiuslibet rationalis creatura est.

¶ Et lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam non comprehenderunt.

AVGV. super ioan. Quia vita illa ē lux hominum: sed stulta corda capere istam lucem non possunt: quia peccatis suis aggravātur: vt eā videre non possint: ne ideo cogitēt quasi absentem esse lucem: quia eam videre non possunt. Sequitur: Et lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eam non comprehenderunt. Quomodo enim homo positus in sole cecus presens est illi sol: sed ipse sibi absens est: sic omnis stultus cecus est: ⁊ presens est illi sapientia. Sed cum ceco presens est: oculis eius absens est: non quia illa ipsi absens ē: sed quia ipse absens est ab illa. ORI. Tenebre autē huiusmodi hominum non natura sunt: secundum illud pauli: Eramus aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. ORI. in hom. Vel aliter: Lux in tenebris fidelium animarum lucet a fide inchoans: ad spem trahens. Imperitorum vero cordium perfidia ⁊ ignorantia lucem verbi dei in carne fulgentis non comprehenderunt: sed iste sensus moralis est. Physica vero horum verborum theoria talis est: humana natura ⁊ si nō peccaret suis proprijs viribus lucere non posset. Non enim naturaliter lux est: sed particeps lucis capax siquidem sapientie est: non ipsa sapientia. Sicut ergo aer per semetipsum non lucet: sed tenebrarū vocabulo nuncupatur: ita nostra natura dum per seipsam consideratur quedam tenebrosa substantia est: capax ac particeps lucis sapientie: ⁊ sicut aer dum solares radios participat: non dicitur per se lucere sed solis splendor in eo apparere ita ratōabilis nostre nature pars dum presentiam verbi dei possidet: non per se res intelligibiles ⁊ deum suum sed per insitum sibi divinum lumen cognoscit. Lux ita que in tenebris lucet: quia dei verbum vita: ⁊ lux hominum in nostra natura que per se investigata ⁊ considerata informis quedam tenebrositas invenit: lucere non desinit. ⁊ quoniam ipsa lux omni creature est incomprehensibilis: Tenebre eam non comprehenderūt. CHRY. Vel aliter: Totum ab illo loco: Et vita erat lux hoīum: primū nos de cōditiōe docuerat: deīde dicit: ⁊ q̄ scḋm aīam bona pbuit nobis veniēs vbū. vñ dicit: Et vita erat lux hoīum. Nō dic̄: Lux iudeorū: sed vniversal̄r hominum. nō enim iudei solum: sed ⁊ gētiles ad hanc venerunt cognitionem. Non autem adiecit Et angelorum: quoniam ei de natura humana sermo est quibus verbū venit euāgeli

zans bona. ORI. Querunt autem quare ſi
verbum lux hominum dictum eſt: ſed vita q̄
in verbo fit: quibus reſpondemus: quia vita
que ad preſens: non ea que cōis eſt rationaliū
⁊ irrationalium dicitur ſed que adiungit̄ ver/
bo quod in nobis fit per participationem ver
bi primarij ad diſcernendum apparentez vi/
tam ⁊ non veram ⁊ cupiendam veram vitā.
Primus ergo participamus vitam que apud
quoſdam quidem eſt potentia non actu lux: q
ſcilicet non ſunt auidi perquirere que ad ſciē
tiam pertinent: apud quoſdaz vero ⁊ actu lux
efficitur: qui ſm apoſtolū emulātur dona me
liora. ſ. verbum ſapientie. ſi tamen ⁊ tunc idē
eſt vita ⁊ lux hominum: nullus manens ī te/
nebris perfecte viuere comprobatur: nec q̄ſ/
q̄z viuentium conſiſtit in tenebris. CHR.
Vita enim adueniente nobis ſolutum ē mor
tis imperium: ⁊ luce lucente nobis non vltra
ſūt tenebre: ſed ſemper manet vita quā mors
ſuperare non poteſt: nec tenebre lucem. vnde
ſequitur: Et lux in tenebris lucet. Tenebras
mortem ⁊ errorem dicit. nam lux quidē ſenſi
bilis nō in tenebris lucet: ſed ſine illis. Pre
dicatio vero chriſti in medio erroris regnan/
tis fulſit: ⁊ eum diſparere fecit: ⁊ in vitā mor
tem fecit mortuus chriſtus: ita eam ſuperans
vt eos qui detinebantur reduceret. Quia igi
tur neq̄z mors eam ſuperauit: neq̄z error: ſed
fulgida eſt eius predicatio vbiq̄z: ⁊ lucet cum
propria fortitudine: ꝓpterea ſubdit: Et tene/
bre eam non compreben. ORI. Eſt etiam
ſciendum ꝙ ſicut lux hominum nomē ē dua/
rum ſpiritualium rerum: ſic ⁊ tenebre. Dici/
mus enim hominum lucem poſſidentē ope/
ra lucis perficere: ⁊ etiam cognoſcere quaſi il
luſtratum lumine ſcientie. ⁊ econtrario tene/
bras dicimus illicitos actus: ⁊ eam que vide/
tur ſcientia: non eſt autem. Sicut autez pater
lux eſt ⁊ in eo tenebre non ſunt vlle: ſic ⁊ ſal/
uator. Sed quia ſimilitudinem carnis peccati
ſubijt: non incongrue de eo dicitur ꝙ tenebre
ī eo ſunt alique: ipſo in ſe ſuſcipiēte nr̄as te
nebras vt eas diſſiparet. Hec igitur lux que
facta eſt vita hominum: radiat in tenebris aīa
rum noſtrarum: ⁊ venit vbi ꝑnceps tenebra/
rum harum cuz genere bellat humano. Hāc
lucem perſecute ſunt tenebre: quod patet ex
his que ſaluator ⁊ eius filij ſuſtinent: pugnā
tibus tenebris contra filios lucis. Veruz qa

deus patrocinatur non inualeſcunt. vnde nō
apprehendunt lucem. vel quia celeritatez cur
ſus lucis ſubſequi non valent propter ꝓp̄/
am tarditatem. vel quia ſi ſuperuenientē ex/
pectant: fugantur luce appropiquāte. Opor/
tet autem id conſiderare ꝙ non ſemper tene/
bre in ſiniſtra parte ſumuntur: ſed quandoq̄z
in bona ſm illud pſalmi: Poſuit tenebras la
tibulum ſuum: dum ea que ſunt erga deum
ignota ⁊ imperceptibilia ſūt. De hac ergo lau
data caligine dicam: quoniam verſus lucem
pergit: illamq̄z apprehēdit: quia quod erat ca
ligo dum ignorabatur: in lucem cognitaz ver
titur ei q didicit. AVGV. x. de ciui. dei.
Hoc autem initium ſancti euangelij quidam
platonicus aureis litteris perſcribenduz: ⁊ ꝑ
omnes eccleſias in locis eminentiſſimis pre/
ponendum eſſe dicebat. BEDA. Naz alij
euangeliſte chriſtum in tempore natuz deſcri/
bunt. Joannes vero eundem in principio te/
ſtatur fuiſſe dicens: In principio erat verbū.
Alij inter homines eum ſubito apparuiſſe cō
memorant: ille ipſum apud deum ſemper fu
iſſe teſtat dicens: Et verbum erat apud deū.
Alij eum verum hominem: ille verum con/
firmat deum dicens: Et deus erat verbum.
Alij hominem apud homines eum tempora
liter conuerſatum: ille deum apud deum ī ꝑn
cipio manētē oñdit dicēs: Hoc erat ī princi/
pio apud deum. Alij magnalia que in homi/
ne geſſit perhibent: ille ꝙ omnem creaturam
per ipſum deꝰ pater fecerat docet dicēs: Oīa
per ipſum facta ſūt: ⁊ ſine ipſo factū ē nihil.

¶ Fuit homo miſſus a deo: cui nomē
erat ioannes: hic venit in teſtimoniuz:
vt teſtimonium perhiberet de lumine:
vt omnes crederent per illuz. Nō erat
ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet
de lumine.

AVGV. Ea que dicta ſunt ſuperiꝰ de di/
uinitate chriſti dicta ſūt: qui ſic venit ad nos:
ſz ꝙ apparuit homo. Quia igitur ſic erat ho
mo vt lateret in illo deus: miſſus eſt ante illū
magnus homo: per cuius teſtimonium inue/
niretur pluſq̄z homo: ⁊ quis eſt hic: Fuit ho/
mo. THEO. Non angelus vt ſuſpitionē
multorum deſtrueret. AVGV. Et quo/
modo poſſet iſte verum de deo dicere: Miſ/
ſus a deo. CHRY. Nihil de reliquo hu/

manum esse estima eorum que dicuntur ab il
lo: non enim que eius sunt: sed que mittētis
oia loquitur: ideo τ angelus nuncupatus est
a propheta dicente: Ego mitto angeluz meū.
Angeli enim virtus est nihil ꝑprium dicere.
Hoc aūt quod dicit: Fuit missus nō eiꝰ q ad
esse, pcessus ostensiuum est. Sicut aūt ysaias
missus fuit: nō aliunde q̄ꝫ a mūdo: sed a sta/
tu quo vidit dn̄m sedētē super solium excel/
sum τ eleuatum ad plebem: sic τ ioānes a de
serto ad baptizandum mittit. Ait enim: q mi
sit me baptizare ille mihi dixit: Super quē vi
deris τc̄. AVG. Quid vocabat: cui nomē
erat ioannes. ALCVI. i. gratia dei vel in
quo ē gratia: q gratiam noui testamēti. i. xp̄m
suo testimonio pꝛimū mundo innotuit. Vel
ioannes interpretat cui donatum est: quia per
gratiā dei donatū est illi: regem regū: non so
lum precurrere: sed etiaz baptizare. AVG.
Quare venit: Hic venit in testimonium vt
testimoniū ꝑhiberet de lumie. ORI. Qui
dam improbare nituntur edita de christo testi
monia ꝑphetarum dicentes: Non egere testi
bus dei filium habentem credulitatis sufficiē
naz: tuz in his que protulit salubribꝰ verbis:
tum in mirabilibus operibus suis. Siquidē
τ moyses credi meruit per verbum τ virtu/
tes: non egens ꝑuijs testibus. Ad hoc dicen
dum est q multis existentibus causis inducē
tibus ad credēduz: plerūqꝫ quidam ex hac de
monstratione nō admirantur: ex alia vo hn̄t
causam vt credant. Deus autem est qui ꝑ cū/
ctis hominibus homo factus est. Cōstat igit
quosdam ex dictis ꝑpheticis ad christi admi/
rationem coactos: mirantes tot ꝑphetaruz an̄
eius aduētū vocē: cōstituētes natiuitatis eius
locum τ alia huiusmodi. Illud quoqꝫ aduer/
tendū q ꝑdigiose virtutes ad credenduz pro
uocare poterant eos qui tempore xp̄i erant: n̄
autem post longa tempora non fabulosa que
dam estimata fuerunt plus enim peractis vir
tutibus facit ad credulitatem que cum virtuti
bus queritur prophetia. Est autem τ tale qd
dicere: q quidam in hoc q testimonium pre/
bēt deo honorati sūt. Priuare vult ergo cho
rum ꝑphetarum ingenti gratia: qui dicit illos
nō oportere de christo testimoniuz exhibere.
Accessit autem his ioannes: vt testimoniū de
luce perhibeat. CHRY. Non ea indigen
te testimonio: sed propter qd ipse ioannes do
cet dicens: Vt oēs crederēt per illum. Sicut
enim carnem induit ne oēs perderet: ita τ ꝑ/
conem hominem misit: vt cognatam audien/
tes vocem facilius aduenirent. BEDA.
Non autem ait: Vt omnes crederent in illū.
Maledictus enim homo qui confidit ī homi
ne: sed vt oēs crederent per illum: hoc est per
illius testimonium crederent ī lucē. THE.
Si vero aliqui non crediderint: excusabilis ꝑ
manet ipse. Nam etsi aliquis includens se in
domo caliginis: τ ipsū solis radiꝰ n̄ illustret:
ipse causam tribuit τ nō sol: sic ioānes vt oēs
crederent missus fuit: sed si minime consecu/
tum ē: ipse huius rei cā n̄ extitit. CHRY.
Quia vero multum apud nos maior qui te/
statur: eo qui testimonium perhibet τ dignior
fide esse videt: ne qs τ de ioanne hoc suspice/
tur: hanc suspitionē destruit dicens: Nō erat
ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lu/
mine. Si vero nō huic instans opinioni hoc
resumpsit vt testimonium perhiberet de lumi
ne: superfluuz esset qd̄ dicit: τ magis iteratio
sermōis q̄ꝫ explanatio doctrine. THEO.
Sed dicet aliquis: ergo neqꝫ ioānē neqꝫ san
ctorum quempiam lucem esse vel fuisse dice/
mus: sed si sanctorum aliquem lucem velimꝰ
dicere: ponemus lucem absqꝫ articulo: vt si ī
terrogatus fueris: vtrum ioannes est lux si/
ne articulo: secure concedas. Si vero cum ar
ticulo nō concedas. Nō eniz ē ipsa lux princi
palior: sed lux dicitur quia s̄m participatiōem
lucem habeat a vero lumine.

¶ Erat lux vera que illuminat oēm
hominem venientem in hunc mūdū.

AVG. De quo lumine ioannes testimoni
um perhibeat ostēdit dicens: Erat lux vera.
CHRY. Vel aliter. Quia superius de io
anne dixerat q venit τ missus est: vt testetur
de luce: ne quis hoc audiēs propter testantis
recentem p̄ntiam τ de eo cui testimonium ꝑ/
hibetur: talem quandam suspitionem accipi/
at: reduxit mentem τ ad eam que supra omne
principium est: trāsmisit existentiam dicens:
Erat lux vera. AVGV. Quare additum
ē vera: quia τ homo illuminatus dicitur lux:
sed vera lux illa est que illuminat. n m τ ocu
li nostri dicuntur lumina: τ tamen nisi aut ꝑ
noctem lucerna accendatur: aut per diem sol
exeat: lumina illa sine causa patent. vnde sub

N

dit: Que illuminat omnem hominē. Si oēs
hominē: ergo ⁊ ipsum ioannem. Ipse ergo il
luminabat: a quo se demōstrari volebat. Quo
modo enim plerunqꝫ fit vt in aliquo corpore
radiato cognoscatur ortus esse sol quem ocu/
lis videre nō possumus: quia qui saucios ha
bent oculos: idonei non sunt videre parietē
illuminatum aut aliquid huiusmōi: sic omnes
ad quos venerat christus minus erāt idonei
eum videre. Radiauit ioannem: ⁊ per illum
confitentem se illuminatū: cognitus est ille
qui illuminat dicit autem: venientē in hunc
mundum. nam si illuc non recederet: nō esset
illuminandus: sed ideo hic illuminandus: qꝛ
illinc recessit: vbi homo poterat esse illumina
tus. THE. Erubescat manicheus qui con
ditor maligni ⁊ tenebrosi nos asserit creaturas
Non eni illuminaremur: si veri luminis crea
ture non essemus. CHRY. Ubi sunt etiā
qui non dicunt eum verum deum: hic enim
lux vera dicitur. Sed si illuminat omnē ho/
minem venientem in hunc mundum: quali/
ter tot sine lumine permanserunt. Non enī
omnes cognouerunt christi culturam. Illumi
nat igitur omnem hominē quantum ad cuꝫ
pertinet. si autem quidam mētis oculos clau
dentes noluerunt recipere lucis huius radi/
os non a lucis natura obtenebratio est eis: sed
a malitia eorum qui voluntarie priuāt seipsos
gratie dono: nam gratia quidē ad omnes ef
fusa est. Qui vero nolunt dono hoc frui sibi
ipsis hanc imputent cecitatem. AVG. Uel
quod dicitur: qꝫ illuminat omnē hominem:
sic intelligimus non quia nullus est hominū
qui non illuminetur: sed quia nisi ab ipso nul
lus illuminatur. BEDA. Sine naturali in
genio: sine sapientia diuina: sicut enim nemo
a seipso esse: sic etiam nemo a seipso sapiens
esse potest. ORI. in hom. Uel aliter. Nō
de his qui de occultis seminum causis in spe/
cies corporales ꝓcedunt debemus intellige/
re qꝫ illuminat hominem venientem in hunc
mundum: sed de his qui spiritualiter per re/
generationem gratie que datur in baptisma/
te in mundum veniunt inuisibilē. Eos itaqꝫ
vera lux illuminat qui in mundum virtutum
veniunt: non eos qui in mundum vitiorum
ruunt. THEO. Uel aliter. Intellectus no
bis traditus ac nos dirigens qui ⁊ naturalis
ratio nominatur dicit lux tradita nobis a deo.
Sed quidam male ratione vtentes se ipsos
obscurauerunt.

Ⲥ In mundo erat: ⁊ mundus ꝑ ipsū
factus est ⁊ mundus eum non cogno-
uit.

AVG. Lux que illuminat omnē hominē
venientem in hunc mundum: huc venit per
carnem: quia dum hic esset per diuinitatem a
stultis cecis ⁊ iniquis videri non poterat: de
quibus supra dictum est: Tenebre eam nō cō
prehenderunt. ⁊ ideo dicitur: In mūdo erat.
ORI. in ho. Ut enim qui loquitur; diū lo
qui cessat vox eius esse desinit ⁊ euanescit: sic
celestis pater si verbum suum loqui cessaue/
rit: effectus verbi: hoc est vniuersitas verbo
condita non subsistet. non autē putes: quia
sic erat in mundo: quomodo in mundo est ter
ra: pecora: ⁊ homines: sed quomodo artifex
regens quod fecit. vnde sequitur: Et mundꝰ
per ipsum factus est. Non enim sic fecit quo
modo facit faber qui enim fabricat extrinsecꝰ
est ad illud quod fabricat. Deus autē infusus
mundo fabricat vbiqꝫ positus: ⁊ non recedit
ab aliquo: presentia maiestatis facit quod fa/
cit: ⁊ gubernat quod facit: sic ergo erat in mū
do: quomodo per quem factus est mundus.
CHRY. Et iterum qꝛ in mundo erat: sed
non vt mundi contemperaneus propter hoc
induxit: Et mundus per ipsū factus est. per
hoc ⁊ rursus te deducens ad eternam existen
tiam vnigeniti. qui enim audierit quoniam
opus eius hoc totū: ⁊si valde insensibilis fue
rit: cogetur cōcedere ante opera esse factorē.
THE. Simul autem hic ⁊ martionis sub/
uertit rabiem: qui malignum conditorem cū/
cta produxisse dicebat: necnon ⁊ arrii qui fili/
um dei dicebat creaturam. AVG. Quid ē
autem: mundus per ipsum factus est: Celū
terra: mare: ⁊ omnia que in eis sunt mun/
dus dicitur. Iterum in alia significatione: di/
lectores mundi mundus dicuntur. de quo se
quitur: Et mundus eum non cognouit. Nō
enim celi aut angeli aut sidera non cognoue/

runt creatorem: quẽm confitentur demonia: omnia vndiq; testimonium perhibuerunt. Sed qui non cognouerũt eum: qui amando mundum dicti sunt mundus amando enim mundum habitamus corde in mundo: nam qui non diligunt mundum: carne versantur in mundo: sed corde inhabitãt celũ: sicut apostolus dicit: Nostra conuersatio in celis est. amando igitur mundũ: hoc appellari meruerunt vbi habitant. Quomodo enim cuz dicimus mala est illa domus aut bona: nõ parietes incusamus aut laudamus: sed inhabitantes: sic ⁊ mundum dicimus qui ĩhabitãt mũdum amando. CHRY. Qui autem dei erant amici: eum cognouerunt etiam ante corporalem presentiã. vnde ⁊ christus ait: Quoniam abraam pater vester exultauit ⁊ videret diem meum. Cum ergo nos interpellãt gentiles dicentes: Quid est quod in vltimo tempore venit nostram operaturus salutem: tanto tempore negligens nos: dicimus quoniam ⁊ ante hoc in mundo erat ⁊ prouidebat operibus suis: ⁊ omnibus dignis cognitus erat. ⁊ si eum mundus non cognouit: hi tamẽ quibus mũdus non erat dignus eũ cognouerunt. Dicens autẽ: Mũdus eum non cognouit: breuiter causam ignorantie prebuit. Mũdum enim vocat homines qui soli mundo affixi sunt: ⁊ que mundi sunt sapiunt. Nihil autem ita turbat mentem: vt liquefieri amore presentium.

¶ In propria venit ⁊ sui eum non receperunt. Quotquot autem receperũt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine ei⁹. Qui non ex sanguinibus: neq; ex voluntate carnis: neq; ex volũtate viri: sed ex deo nati sunt.

CHRY. Dixit q mundus eum non cognouit de superioribus loquens temporibus: sed de reliquo sermonem induxit ad predicationis tempora: ⁊ ait: In propria venit. AVG. Quia scilicet omnia per ipsum facta sunt. THEO. Vt per propria mundũ intelligas: siue iudeam quam pro hereditate elegerat. CHRY. In propria ergo venit nõ gratia sue necessitatis: s; grã beneficij suorum. Sed vnde venit qui omnia iplet ⁊ vbiq; adest: Ea quidez que ad nos descensione hic operatus est: qr enim in mundo existens: non putabatur adesse: eo q nondum cognoscebatur: dignatus est induere carnem. Manifestationem vero hanc ⁊ condescensionez presentiam vocat. Misericors autem existẽs deus omnia facit: vt nos ſm virtutem splendeamus: ⁊ propter hoc quidem nullum necessitate: suasione vero ⁊ beneficijs volẽtes ad se attrahit: ⁊ propterea venientẽ euz hi quidẽ susceperunt: alij vero non receperunt. Nullum enim vult inuitum neq; coactum habere famulatum: inuitum enim trahi par est cum eo qui totaliter non seruit. vnde sequitur: Et sui eum non receperunt. Iudeos nunc ſuos dicit: vt populum peculiarem: sed ⁊ omnes homines vt ab ipso factos. ⁊ sicut superius pro cõmuni verecũdatus natura dicebat: quoniam mundus per ipsum factus conditorem non cognouit: ita ⁊ hic rursus pro iudeorum anxius in deuotione grauius ponit accusationem dicens: Et sui eum non receperũt. AVG. Si autem omnino nullus recepit: nullus ergo saluus factus est. Nemo enĩ saluus fiet: nisi qui christum recepit venientem. ⁊ ideo addit: Quotquot autem receperũt euz. CHRYSOSTOMVS. Siue sint serui siue liberi: siue greci siue barbari: siue insipientes siue sapientes siue mulieres siue viri: siue pueri siue senes: omnes eodem digni facti sunt honore. de quo sequitur: Dedit eis potestatem filios dei fieri. AMBROSIVS. Magna beniuolentia vnicus natus ẽ: ⁊ noluit manere vnus: non timuit habere coheredes: quia hereditas eius non fit angusta si multi possederint. CHRYSOSTOMVS. Non autem dixit: quoniaz fecit eos filios dei fieri: sed dedit eis potestatem filios dei fieri: ostendens quoniam multo opus est studio: vt eam que in baptismo adoptiõis formata est imaginem incontaminatam semper custodiamus. Simul autem ostendens quoniam potestatez hanc nullus nobis vel auferre poterit: nisi nosipsi auferam⁹. Si. n. g ab hoib⁹ dñm aliquaz rerum suscipiũt tãtum habent robur quantum fere hi qui dederũt. mul

tomagis nos qui a deo poscimur hoc honorē. Simul autem ostendere vult: quoniā hec gratia aduenit volentibus ⁊ studentibus. Etenim in potestate ē liberi arbitrij: ⁊ gratie operatione filios dei fieri. THEO. Uel quia in resurrectione filiationem perfectissimam consequentur: sm̄ q̄ apostolus dicit adoptionē filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri. Dedit ergo potestatē filios dei fieri .i. hanc gratiam in futura gratia consequendi. CHRY. Et quia in hijsipsis ineffabilibus bonis: hoc quidem est dei .s. dare gratiā: illud vero hominis .i. prebere fidem: subiungit: His qui cre. in nomine eius. Quid igitur non dicis nobis o ioannes quod eorū sit supplicium qui eum non receperunt? quia nūquid isto supplicio fiet maius quando preiacente eis potestate filios dei fieri non fiant: sꝫ volentes se ipsos tanto priuant honore: sed etiam inextinguibilis eos suscipiet ignis: qđ postea manifestiꝰ reuelabit. AVGV. Credentes ergo quia filij dei fiunt: ⁊ fratres christi vtiqꝫ nascuntur. Nam si non nascuntur filij quomodo esse possunt? Sed filij hominū nascuntur ex carne ⁊ sanguine ⁊ ex voluntate viri ⁊ complexu coniugij. Illi autem quomodo nascuntur subdit: Qui nō ex sanguinibꝰ: tanqꝫ maris ⁊ femine. Sanguina vel sanguines non est latinum: sed quia grece positum est pluraliter: maluit ille qui interpretabaē sic ponere: ⁊ quasi minus latine loqui sm̄ grammaticos: ⁊ tamen explicare veritatem sm̄ auditum infirmorū. Ex sanguinibus enim maris ⁊ femine homines nascuntur. BEDA. Sciendum etiam est: quia in scripturis sanctis sanguis cum dicitur pluraliter: peccatum significare solet. vnde: Libera me de sanguinibus. AVGV. In eo autem quod sequitur: Neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: carnē pro femina posuit: quia de costa facta cum esset adam dixit: Hoc nunc os de ossibus meis: ⁊ caro de carne mea. Ponitur ergo caro pro vxore quomodo aliquando spiritus pro marito: quia ille imperare debet: ista seruire. Quid enim peius est domo vbi femina habet imperium super virum? Hi ergo neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. BEDA. Carnalis enim singulorū generatio a complexu coniugij duxit originē. at vero spiritualis spiritussancti grā ministratur. CHRY. Hoc autem narrat euangelista: vt vilitatem ⁊ humilitatem prioris partus qui est per sanguinem ⁊ voluntatem carnis addiscentes: ⁊ altitudinem secundi qui per gratiam ⁊ nobilitatē est cognoscentes: magnam quandam hic suscipiamus intelligentiam ⁊ dignam dono ipsius qui genuit: ⁊ multum post hoc studium demonstremus.

¶ Et verbum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis.

AVGV. Cū dixisset, Ex deo nati sunt: quasi ne miraremur ⁊ horreremus tātam gratiam ⁊ nobis incredibile videretur: quia homines ex deo nati sunt: quasi securitatem faciens ait: Et verbum caro factum est. Quid ergo miraris quia homines ex deo nascuntur? attende ipsum deum ex hominibus natum. CHRY. Uel aliter: Cum dixisset: quoniam ex deo nati sunt qui susceperunt eum: huius honoris posuit causam: hoc scilicet verbū fieri carnem. factus est enim proprius filius dei hominis filius: vt filios hominum faciat filios dei. Cum autem audieris: Quoniam verbum caro factū est: ne turberis: neqꝫ enim substantiā conuertit in carnem. hoc enim vere impium est intelligere: sed manens quod est: serui formam assumpsit. Quia enim sunt qui dicunt: quoniam fantasmata quedam fuerint omnia que incarnationis sunt: eorū blasphemiam destruens: hanc dictionem: Factū est posuit. non transmutationem substantie: sed carnis vere assumptionē representare volens. Si vero dixerint: quoniam deus omnipotens est: quare ⁊ in carnem transmutari nō potuit. Dicemus q̄ transmutari ab illa incōmutabili natura oīno procul est. AVGV. xv. de trinita. Sicut aūt verbum nostrū vox quodāmodo corporis fit assumendo eam in qua manifestaē sensibus hoīum: sic verbum dei caro factum est: assumendo eam in qua ⁊ ipsum manifestaretur sensibus hoīum. Et sicut verbum nostrum fit vox nec mutatur in vocem: ita verbum dei caro quidem factum ē sed absit vt mutaretur in carnem: assūmendo quippe illā non in eam se consumendo ⁊ hoc nostrū vox fit: ⁊ illud caro factum est. EX gestis concilij ephesini: Sermo etiam quem proscrimus quo i alterutris locutionibus vti

mur sermo est incorporeus: nõ aspectui sub
iectus: non tactu tractabilis: sed cum sermo
īduerit litteras ꝛ elementa visibilis fit: aspe/
ctu comprehenditur: tactu tractatur: sic ꝛ ver
bum dei quod naturaliter inuisibile est visi/
bile fit: ꝛ quod natura incorporeum est: ine/
nitur esse tractabile. ALCVI. Cum etiã
credamus animam incorpoream corpori cõ
iūgi: vt ex his duobus fiat vnus homo: fa/
cilius possumus credere diuinam substantiã
incorpoream aīe in corpore coniungi ī vnio
nem persone: ita vt verbum in carnem non
sit cõuersum: nec caro ī verbū: cum nec cor/
pus ī aiam: nec aīa conuertatur in corpus.
THEO. Apollinarius aūt laodicēsis in
hoc verbo heresiꝫ statuit: dicebat enī ꝙ chri/
stus aiam rõnalem non habuit: sed tm̄ carnē
habēs: diuinitatem pro anima que corpꝰ di/
rigit ꝛ gubernat. AVGV. contra ser. ar/
riani: Si aūt mouentur in eo qꝺ̄ scriptū est:
ꝙ verbum caro factum est nec ibi aīa nomi/
natur: intelligant carnē ꝓ homine positaꝫ: a
parte totum figurate locutionis modo sicuti
est: Ad te omnis caro veniet. Item ex operi
bus legis: ꝙ non iustificabitur oīs caro: qꝺ̄
apertius alio loco dr̄: Non iustificabit̄ hō ex
opibꝰ legis. Sic itaqꝫ dictū ē: Verbū caro fa
ctū est. ac si diceret: Verbū homo factuꝫ est.
THEO. Euãgelista volens ostendere in
enarrabilem dei condescensum: carnem cõ/
memorat: vt illiꝰ admiremur misericordiã:
quoniam propter nostram salutem quod oi/
no remotum: ꝛ distans est ab eius natura: as
sumpsit. s. carnem. aīa nãqꝫ habet aliquam
propinquitatem ad deum. Si aūt verbuꝫ ī/
carnatum est: ꝛ humanam animam nõ assū/
psit: seq̄retur ꝙ adhuc anime nostre curate
non essent: quod enim non assumpsit: n̄ san
ctificauit: Et qualis derisio: cum aīa priꝰ pec
cauerit vt carnem assumendo sanctificauerit
id quod est principalius infirmum relinque
ret? Subuertitur ex hoc dicto nestorius: qui
dicebat ꝙ non deus verbum ipse idem fcūs
est homo ex sacro cõceptus sanguine virgi/
nis: sed verbo peperit hoīem qui oīs virtu/
tis dotatus erat specie: ꝛ dei verbuꝫ illi erat
coniunctum: ꝛ ex hoc duos filios asserebat:
vnum natum de virgine. s. hominē: alteruꝫ
de deo. s. dei filium homini illi cõiunctū ꝺm
gratiam habitudinē ꝛ amorē. Contra quem

euangelista dixit: ꝙ ipsum verbum factuꝫ ē
homo: non ꝙ verbum īueniens hoīem vir/
tuosum se sibi coniunxerit. CHRY. ad
nestorium: Carnē enim aiatam anima ratio
nali vniēs verbum sibi ꝺm subsistentiã in/
effabiliterqꝫ ꝛītelligibiliter factus ē homo:
ꝛ appellatus est filius hoīs: nõ secūdū volū
tatem solã aut beneplacitum: sed neqꝫ ī assū
ptione persone solius diuerse quidē quo ad
vnionē collate nature vnus aūt ex ambobꝰ
christus ꝛ filius: non quasi differentia natu/
rarum interempta propter adunationem.
THEO. Addiscimus ergo ꝑ hoc qꝺ̄ dici
tur: Verbum caro factum est. quia ipꝫ ver/
bum est homo: ꝛ filius dei existens factꝰ est
filius mulieris: que ṗncipaliter dei genitrix
nuncupatur: tanq̄ꝫ deum ī carne genuerit.
HYLA. x. de tri. quidã autē volentes vni
genitum deum qui in principio apud deum
erat deus verbum: non subsistiuum deuꝫ
esse ſꝫ sermõeꝫ vocis emisse: vt quod loquē
tibus verbum suum: hoc sit patri deo filius
argute subripere volunt: ne subsistens ver/
bum deus ꝛ manens in forma dei christꝰ ho
mo natus sit: vt cum hominem illum huma/
ne potius originis cã q̄ꝫ spiritualis cõceptio
nis sacramentum aiauerit: nõ deus verbuꝫ
hominem se ex partu virginis efficiens exti
terit: sed vt ꝓphetis spūs ꝓphetie: ita in iesu
verbum dei fuerit. Et arguere nos solēt ꝙ
christum dicamus esse natum nõ nostri cor/
poris atqꝫ aīe hominem: cum nos verbum
carnem factum: nostre similitudinis natum
hoīem predicemus vt vere dei filiꝰ vere ho
minis filius natus sit. ꝛ vt per se sibi assum/
psit ex virgine corpus: ita ex se sibi aiam as/
sumpsit q̄ vtiqꝫ ab homine nunq̄ꝫ gignētuꝫ
originibus prebetur. ꝛ cum ipse ille filiꝰ ho/
minis sit: q̄ꝫ ridicule ṗter dei filium q verbū
caro factum est: alium nescio quē tanq̄ꝫ pro/
phetam verbo dei animatum predicabimꝰ
cum dn̄s iesus christus ꝛ dei filius ꝛ hoīs fi
liꝰ sit. CHR. Ne ãt ab eo qꝺ̄ dcm̄ ē. Ver
bū caro fcūꝫ ē: icõueniēt suspiceris versionē
illius incorruptibilis nature subdit: Et habi
tauit in nobis. Quod enim habitat: nõ ideꝫ
est cum habitaculo: sed aliud. aliud aūt dico
ꝺm naturam: vnione vero ꝛ copulatiõe vnū
est deus verbum caro neqꝫ confusione facta
neqꝫ destructiõe substantiarū. ALCVI.

Vel habitauit in nobis.i.inter homines cõ
uersatus est.

¶ Et vidimus gloriam eius gloriaꝫ
quasi vnigeniti a patre:plenum gratie
⁊ veritatis.

CHRY. Cuꝫ dixisset filij dei facti sum⁹:
⁊ non aliter ꝙ̃ per hoc verbum caro factum
est:rursus ipsius dicit ⁊ aliud lucrum:Et vi
dimus gloriam eius.quam vtiqꝫ non vidis/
semus: nisi per cõsortiũ humanitatis visus
esset nobis. Si enim moysi non sustinuerũt
faciem glorificatam videre: sed velamie op⁹
fuit qualiter diuinitatem nudam existentẽ:
inaccessibilem etiam ipsis superioribus vir/
tutibus nos luti ⁊ terrestres sufferre posse
mus? AVG. Vel aliter: Quia verbuꝫ ca
ro factum est ⁊ habitauit in nobis. Ista nati/
uitate collyrium fecit: vnde tergerentur ocu/
li cordis nostri: vt possimus videre maiesta/
tem eius per eius humanitatem.⁊ ideo dici/
tur: Et vidimus gloriam eius. Gloriaꝫ ei⁹
nemo posset videre nisi humilitate carnis sa
naretur. Irruerat eni homini quasi puluis
in oculuꝫ de terra oculus iste sauciatus erat:
⁊ terra illuc mittitur vt sanetur:caro te ob/
cecauerat:caro te sanat. Carnalis eni anima
facta erat:cõsẽtiendo carnalibus affectibus:
inde fuerat oculus cordis cecatus. medicus
fecit tibi collyrium: quoniam sic venit vt de
carne vitia carnis extingueret. Verbum.n.
caro factum est: vt possis dicere: Vidimus
gloriam ei⁹. CHRY. Subdit aũt: Qua/
si vnigeniti a patre: qꝛ multi ꝓphetarũ glori
ficati sunt: puta moyses: helias helĩseus: et
alij multi quicũqꝫ miracula ostenderunt: sed
⁊ angeli hominibus apparentes: ⁊ eam que
proprie nature coruscantem luceꝫ manifestã
tes. sed ⁊ cherubin ⁊ seraphin cuꝫ multa glo
ria visa sunt a propheta. Ab oĩbus his nos
abducens euangelista: ⁊ supra omnem natu
ram ⁊ conseruorum nostrorum claritateꝫ eri
gens mentem: ad ipsum nos perducit verti
cem.q.d. Non vt prophete aut alterius ho/
minis vel angeli aut archangeli aut alicuius
superiorum virtutum est gloria quam vidi/
mus: sed quasi ipsius dñatoris: ipsi⁹ regis:
ipsius naturalis filij vnigeniti. GREG.
In sacro enim eloquio: Sicut ⁊ quasi aliquã
do ꝓ similitudine ponitur: sed pro verita
te. vnde ⁊ istud. Quasi vnigeniti a patre.
CHRY. Ac si diceret: Vidimus gloriã
qualem decebat ⁊ cõueniens est habere vni/
genitum ⁊ naturalem filiũ. Consuetudo.n.
multorum regem valde ornatuꝫ videntiuꝫ:
vbi eum alijs enumerantes nõ possunt vni
uersam representare claritatem hoc inducũt:
Quid oportet multa dicere? ꝗ̃si rex ibat: sic ⁊
ioannes dicit: Vidimus gloriam eius gl'iaꝫ
quasi vnigeniti a patre. Angeli enim appa/
rentes vt serui ⁊ dñm habẽtes oĩa agebant.
ipse vero vt dominus cum humili forma ap
parens: sed ⁊ creature dñm cognouerũt: stel
la magos vocãs: angeli pastores: puer exul/
tans i vtero sed ⁊ pater testatus est de celis:
⁊ paraclitus super ipꝫ aduenit. sed ⁊ ipsa re
ruꝫ natura omni tuba clarius clamauit: qm̃
rex celorum aduenerat. Eteni demones fu/
giebant: ĩfirmitatis species soluebãtur: mor
tuos dimittebant sepulchra: ⁊ aĩas a malitia
ad virtutis verticem agebat. Quid vtiqꝫ qs
dicat preceptorum philosophiam: celestiũ le/
gum virtutem: angelice vrbanitatis bonam
ordinationẽ? ORI. in ho. Eius autem qđ
sequitur: Plenuꝫ gratie ⁊ veritatis: duplex
intellectus est. Potest enim de humanitate
ac diuinitate incarnati verbi accipi: ita vt ple
nitudo gratie referatur ad humanitatem ſm
quã xp̃s caput est ecclesie: ⁊ primogenit⁹ crea
ture vniuerse: quoniam maximum ⁊ princi/
pale gratie exemplum qua nullis precedenti
bus meritis homo efficitur deus: in ipso pri
mordialiter manifestũ ẽ. Põt etiã plenitu/
do gratie christi de spiritu sancto intelligi: cu
ius septiformis operatio humanitatem chri/
sti ĩpleuit. Plenitudo vero veritatis ad di/
uinitatem refertur. Si vero plenitudinẽ gra
tie ⁊ veritatis de nouo testamento malis in
telligere: non incongrue pronunciabis ple/
nitudinem gratie noui testamenti.i.ẽẽ per xp̃ꝫ
donatam: ⁊ legalium simbolorum veritateꝫ
in ipso esse impletam. THE. Vel Plenũ
gratia prout eius verbum gratiosum erat di
cente dauid: Diffusa est gratia in labijs tu/
is. Et veritate secũdũ ꝙ moyses ⁊ prophete
loquebantur: aut operabantur in figura: chri
stus autem cum veritate.

¶ Dominica infra octauam nati/



Rant pater ei⁹ ⁊ mater eius mirantes super his que dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon: ⁊ dixit ad mariā matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam ⁊ in resurrectionem multorum ĩ israel: ⁊ in signum cui contradicetur: Et tuam ipsius animaƷ pertransibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

tur: q2 de aduẽtu iusti nõ poterãt gaudere ini/
qui. Aut certe turbabãtur: ne forte iratus iu
daico regi genus ei⁹ vexaret. Vñ seqtur: Et
oĩs hierosolyma cum illo. GLO. Volẽs
illi fauere quem timebat: ppl's. n. plus iusto
eis fauet: quos crudeles sustinet. Sequitur:
Et congregãs oẽs pñ. sacer. ⁊ scri. po. Vbi
nota diligentia inquirentis: vt si inuenerit fa
ciat qd' postea se velle ostẽdit: finaut accusat⁹
sit Romanis. REMI. Scribe autez dicti
sunt: nõ tamen ab officio scribendi: sz pot i⁹
ab itẽrptatione scripturarum: erant enim le/
gis doctores. Sequitur: Sciscitabat ab eis
vbi christus nasceretur. Hic attendendũ ẽ:
q2 nõ dixit vbi christus natus est: sed vbi na
sceret. Callide. enĩ iterrogauit eos vt posset
agnoscere si de rege nato letarent. Christum
aũt vocat: q2 nouerat inungi regez iudeorũ.
CHRY. super math. Vt qd ãt iterrogat
herodes qui nõ credebat scripturis: aut si cre
debat: quõ sperabat posse iterficere illũ: quez
regẽ futuz ẽẽ dicebãt: Sz diabol⁹ istigabat:
q credebat ꝙ scripture ñ mẽtiunt: sic sũt oẽs
pctõres q hoc ip̃m qd' credũt pfecte credere ñ
pmittũtur: ꝙ. n. credũt: veritatis ẽ virtus: q̃
nõ põt ẽẽ occulta: ꝙ ãt nõ credũt: excecatio ẽ
inimici. Si. n. pfecte crederẽt: sic viuerẽt q̃si
post modicũ trãsituri de h̃ mũdo: non q̃si in
eternũ mãsuri. Seqt: At illi dixerũt: In be/
thleez iude. LEO papa in ser. de epiph.
Magi qdẽ hũano sẽsu significatũ sibi regis
ortũ extimauerũt i ciuitate regia ẽẽ queren/
dũ: sed q serui susceparat formã: ⁊ nõ iudica/
re venerat: sz iudicari: Bethleẽ p̃elegit nati
uitati: Hierosolymã passioni. THEO.
Si. n. maximã Romã elegisset ciuitatẽ: po/
tẽtia ciuiũ mutationẽ orbis terraꝝ factã puta
rent. si filius fuisset iperatoris ptãti vtilitatẽ
asscriberẽt. Sz qd fecit: oĩa egena ⁊ vilia ele
git: vt diuinitas cognosceret orbẽ trãsformas/
se terraꝝ. ꝓpterea pauperculam elegit mrem:
paupiorẽ priaz: egen⁹ fit pecuniis: ⁊ hoc tibi
expõit p̃sepe. GRE. i ho. Bñ ẽt i bethleẽ
nascit. Bethleẽ q̃ppe dom⁹ panis itẽrptat.
Ipe nãqz est qui ait: Ego sum panis viuus
q de celo descendi. CHRY. sup math.
Cũ ãt debuisset celare mysteriũ regis p̃fmiti
a deo maxime i conspectu alienigene regis:

facti sunt non predicatores operum dei: sed
ꝓditores mysteriorum eius: ⁊ non solũ ma
nifestant mysterium: sed etiam propheticum
protulerunt exemplum. Vnde subiungunt:
Sic enim scriptum est per prophetam scilz
Micheã: Et tu bethleẽ terra iuda. GLO.
Hoc sic ponit: vt ab eis dictum est. q ⁊ si nõ
verba: veritatez sensus quodãmodo ponũt.
HIERO. Vnde hic reprehenduntur iu
dei de ignorantia: quoniam prophetia dicit:
Tu bethleez effrata. illi dixerũt: Tu bethleẽ
terra iuda. CHRY. sup math. Sed ad/
huc ipsam prophetiam precidẽtes interfictẽ/
dorum puulorũ facti sunt cã sic. n. scriptum
erat: Ex te exiet rex q pascet ppl'z meũ israel
⁊ dies eius a diebus seculi. Si ergo integrã
prophetiam protulissent: considerans hero/
des q2 venerat rex terren⁹ cui⁹ dies a diebus
seculi erãt: i tãtũ furorẽ nõ exarsisset. HIE.
sup math. Est aũt sensus ꝓphetie talis: Tu
bethleem terra iuda vel effrata: qd' iõ dr: qa
ẽ alia bethleẽ in galgalis sita: q̃uis puus vi
cus inter milia ciuitatuz iuda: tamen ex te na
scetur christus qui erit dominator israel: qui
sm carnem de dauid est: de me tñ nat⁹ ẽ ante
secula: ⁊ ideo dicit: Egressus eius ab initio
a diebus eternitatis: quia in principio verbũ
erat apud deum. Sed hoc vltimum vt deũz
est iudei tacuerunt: alia vero mutauerũt: vel
propter ignorantiam vt dictum ẽ: vel ad ma
iorem manifestationem: vt herodi alienige/
ne intellectum prophetie aperirent. vnde ꝓ
eo ꝙ ꝓpheta dixit: Effrata: quod erat nomẽ
antiquum ⁊ forte herodi ignotum: dixerũt:
terra iuda. Pro eo autem ꝙ prophetia di/
xerat: Minima es in milibus iuda. volens
ostendere paruitatem eius q̃ztum ad populi
multitudinem: dixerunt: Nequaqz minima
es in principibus iuda. volentes ostendere
magnitudinem dignitatis prouenientem ex
dignitate principis nasci turi: quasi dicerent:
Magna es iter ciuitates ex qbus p̃ncipes ꝓ
dierũt. REMI. Vel talis est sẽsus: q̃uis
minima videaris inter vrbes p̃ncipatũ hñ/
tes: tñ non es minima: q2 ex te exiet dux qui
regat populum meum israel. dux autem iste
christus est: qui pplm fidelem regit ⁊ guber
nat. CHRY. i ho. Intẽde autẽ certitudie
ꝓphetie: non enim dixit ꝙ in bethleem erit:
sed ꝙ de bethleem exiet: ostendens ꝙ ibi so/

lum nasceret. Quõ aũt hꝫ rõnem de zorobabel hec dicta esse vt quidam dicunt: nõ.n.exitus eius fuit a pncipio ex diebus seculi. Neqꝫ etiam ex bethleem exiuit: cum non in iudea sed in babylonia natus sit. Est etiam ad hoc qđ dicit: Nequaqꝫ minima es: qꝛ ex te exiet. nullus.n.alius illustrem fecit villam in qua nasceretur qꝫ christus. Post natiuitatẽ .n. a finibus orbis terrarum veniunt visuri presepe ꝛ tugurij locuꝫ. non autem dixit: Ex te exiet filius dei: sed dux qui pascet populuꝫ meum israel. oportebat.n. in principio ꝯdescendere vt non scandalizarentur: ꝛ q̃ ad salutem hominuꝫ pertinebant predicare vt magis inducerent. Qđ aũt dicit: Qui regat populũ meũ israel. Israel.n.hic dicit eos q credíderunt ex iudeis. si aũt non omnes christꝰ rexit: eorum est accusatio. De gentibus autẽ interim tacuit: ne scandalizaret iudeos. Vnde aũt mirabilem dispensationem: iudei.n. ꝛ magi simul se inuicem docent. iudei a magis audiunt: qꝛ christum in orientis regione stella predicabat: ꝛ magi a iudeis: qꝛ prophete antiquitus eum nunciauerunt: vt geminato testimonio confirmati ardẽtiori fide expeterent: quem ꝛ stelle claritas: ꝛ prophetie manifestabat auctoritas. AVGV. in ser. de epiph. Poterat.n.stella que magos perduxit ad locum vbi erat cum matre virgine deus infans ad ipsaꝫ eos perducere ciuitatem: si tamen subtrarit se: nec eis prorsus apparuit donec de ciuitate in qua christus nascere tur ꝛ ipsi iudei dicerent: In bethleem iude: similes facti fabris arche noe: qui alijs vbi euaderent prestiterunt: ꝛ ipsi diluuio perierunt: similes lapidibus miliarijs viam oderunt: nec ipsi ãbulare potuerunt. Audierũt: ꝛ abierunt inquisitores: dixerunt: ꝛ remanserunt doctores. Nunc quoqꝫ iudei simile aliquid nobis exhibere non desinunt. nonnulli .n. paganorum quando eis de scripturis testimonia clara proferimus: vt nouerunt christum ante ꝓphetatum suspecti ne forte a christianis ista conficta sint: malunt credere codicibus iudeorum: ꝛ sicut tunc magi fecerant: iudeos dimittunt inaniter lectitare: ipsi pergunt fideliter adorare.

¶ Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tẽpus stelle que apparuit eis: ꝛ mittens illos in bethleem: dixit: Ite ꝛ interrogate diligenter de puero: ꝛ cum inueneretis renunciate mihi: vt ꝛ ego veniẽs adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt.

CHRY. sup math. Postqꝫ audiuit herodes rñsum duplici modo credibile: pmũ qꝛ a sacerdotibus fuerat dictuꝫ: deinde qꝛ exẽplo ꝓphetico fuerat cõprobatũ: nõ tñ ad deuotionẽ flectit nascituri regis: sꝫ ad maliciã iterfectõis eius p dolũ. vidit.n. qꝛ nõ poterat magos nec blandimẽtis flectere: nec minis terrere: nec auro corrũpere: vt ꝯsentirẽt i interfectionẽ regis futuri: ideo illos decipe cogitauit vñ dr: Tũc hero. clã voca. magis. Occulte aũt vocauit eos: vt nõ viderẽt iudei quos hẽbat suspectos: ne forte quasi regẽ sue gentis amãtes ꝓderẽt ꝯsiliũ eiꝰ. Diligẽter didicit ab eis tps stelle. REMI. Idcirco diligẽter: qꝛ callidus erat: ꝛ timebat ne nõ reuerterent ad eũ: vt tũc sciret qd ageret de puero occidẽdo. AVGV. in ser. de epiph. Ferme aũt biẽnio añ visa ẽ stella mirãtibꝰ qd eẽ fer. Sꝫ tũc itelligit idicatũ eis cuiꝰ esset stella q̃ iã diu videbat qñ natꝰ ẽ: q p illã significat. Sꝫ postqꝫ xp̄o nato reuelatũ ẽ magis: venerũt ab oriẽte: ꝛ .xiij. die adorauerũt eũ: quem ante paucos dies natum fuisse didicerunt.

CHRY. i ho. Vel añ multũ tps hec stella apparuit: qm̃ multũ tps i itinere erãt magi ꝯsumpturi: vt ꝯfestim cũ natꝰ eẽt xp̄o assisterẽt: eũ i fascijs adorãtes vt mirabilior apperet. GLO. Scdm̃ alios xo a die natiuitatis xp̄i credit stella tũ apparuisse ꝛ pacto officio cũ noua esset desijt esse. ait.n. Fulgẽtiꝰ: Puer natꝰ noua stellã fabricauit. Cognito aũt loco ꝛ tpe ꝑsonã pueri vult nõ ignorare, vñ dicit: Ite ꝛ iterrogate diligẽter de puero illud p̃cepat qđ absqꝫ precepto erant facturi. CHRY. i ho. Nõ aũt dicit: Interrogate de rege: sꝫ de puero: neqꝫ.n. pncipatꝰ noĩe eũ vocari sustinebat. CHRY. sup math. Ergo vt ad hoc eos induceret: deuotionem promittebat: ꝛ per eam gladiũ acuebat: ꝛ maliciã cordis sui humilitatis colore depingebat Talis est consuetudo omnium malignorum qñ aliquem in occulto grauius ledere volunt

humilitatem illi ⁊ amicitias fingunt. Unde
dicit: Et cū inueneritis renunciate mihi: vt
ego veniens adorē eū. GRE. in ho. Ado
rare eum se velle simulat: vt quasi hunc si in
uenire possit: extinguat. Sequit̄: Qui cum
audissent regem abierunt. REMI. Audie
runt magi herodem vt quererent dñm: sed
non vt ad eum reuerterent̄. Significabant
enim bonos auditores: qui bona que audiūt
a malis predicatoribus faciunt: sed tamen
opera illorum non imitant̄.

Et ecce stella quam viderant in
oriente: antecedebat eos: vsq3 dum ve
niens staret supra vbi erat puer.

CHRY. sup math. Ex h loco ostendit̄:
q2 cū stella deduxisset magos ꝓpe hierusalē
abscondita est ab eis: vt relicti a stella cogerē
tur i hierusalē iterrogare de xp̄o simul ⁊ ma
nifestare: ꝓpter duo: p̄mo ad cōfusionē iu/
deorum: q2 gentiles stelle tātūmodo visione
confirmati: xp̄m per alienas ꝓuincias requi
rebant. ⁊ iudei ab infantia ꝓphetias legētes
de xp̄o: ⁊ i suis finibus natū nō susceperūt:
demū vt iterrogati sacerdotes vn̄ nascit̄ xp̄s:
ad preiudiciū suum responderēt: de bethleē:
q2 qui herodē docuerāt de christo: ipsi igno
rabāt de illo. ⁊ ideo post interrogationem et
rn̄sionē habitam subdit̄: Et ecce stella quam
viderant in oriente añcedebat eos. vt consi/
derantes obsequium stelle: regis intellige/
rent dignitatem. AVG. in ser. de epi. Et
vt xp̄o plenū redderet obsequiū tpauit gra/
dum donec magos ꝑducit ad puerum. Ob/
sequium p̄buit: nō iperium adduxit. suppli/
ces ostendit amplissimo lumine: ⁊ tecta nati
cōfudit sicq3 discessit. vnde sequitur: Usq3
dum veniens staret supra: vbi erat puer.
AVGV. sup math. Quid aūt mirū si so
le iusticie orituro: stella ministrabat diuina?
Stetit enim supra caput pueri: quasi dicēs:
Hic est. vt quia loquendo mōstrare non po
terat: stādo demōstraret. GLO. Hic autē
apparet q3 stella in aere posita erat: ⁊ domui
in qua puer erat multum vicina: aliter enim
domum non discreuisset. AMBRO. su
per lucā: Hec autem stella via est: ⁊ via chri
stus: quia sm̄ incarnationis mysterium xp̄s
est stella: ipē. n. ē stella splēdida ⁊ matutina.
vn̄ vbi herodes ē: nō videt̄. vbi āt christus:
rursum videtur ⁊ viam mōstrat. REMI.
Uel stella significat gratiā dei: herodes dia
bolum. qui autem per peccatum se diabolo
subdit: mox grām perdit. q3 si per pniam re
cesserit: mox gratiam inuenit: que non dimit
tit: donec perducat ad domum pueri. i. eccle
siam. GLO. Uel stella est illuminatio fi/
dei: que ad proximum ducit quam dum di/
uertunt ad iudeos: magi amittunt: quia dū
a malis consilium querunt veram illumina/
tionem perdunt.

Uidentes autē stellam: gauisi sunt
gaudio magno valde. Et itrātes do/
mum inuenerunt puerum cum maria
matre eius: ⁊ procidentes adorauerūt
eū: ⁊ apertis thesauris suis obtulerūt
ei munera: aurum thus: ⁊ myrrham.

GLO. Postq3 p̄misit stelle obsequiū:
subiungit euāgelista magorū gaudiū dicēs:
Uiden. aūt stellam gaui. sunt gau. ma. val/
de. REMI. Et sciēdū q3 nō satis fuit dice
re euāgeliste: Gauisi sūt. sed addidit: Gau
dio magno. ⁊ valde. CHRY. sup math.
Gauisi ergo sunt: q2 spes eoꝝ nō erat dece
pta: sed amplꝰ cōfirmata q3 tāti itineris non
sine cā susceperūt laborē. GLO. Gaudio
gaudet: qui ꝓpter deū gaudet: q̄ ē verū gau/
diū. Addidit aūt ⁊ magno: q2 de magno gau
debant. CHRY. Per mysteriū eni stel/
le intelligebant: q3 dignitas tunc nati regis
excedebat mēsurā oīum mundialium reguz
addidit etiā3 valde. REMI. Quia voluit
ostendere q3 magis gaudent homines de re
bus perditis q3 semper possessis. Subditur
autem: Et itrā. domu3 inue. pueꝝ. LEO
papa. in ser. de epi. Quātitate paruum: alie
ne opis indignum: fandi impotente3: ⁊ nul
la ab humane infantie generalitate discretū:
quia sicut fidelia erant testimonia: que in eo
maiestatem inuisibilis diuinitatis ostende/
rēt: ita ꝓbatissimu3 debebat esse sempiternā
illam essentiam filij dei veram suscepisse ho
minis naturam. Cum Maria matre eius.
CHRY. sup math. Non diademate co/
ronata: aut in lecto aureo recūbēte: sed vix tu
nicā hn̄te vnam: nō ad ornamētū corpis: sed
ad tegumētū nuditatis q̄lē habere potuit car
pentarij vxor pegre constituta. Si ergo re/
gem terrenum querentes venissent: magis

fuissent confusi q̃z gauisi: qꝛ tāti itineris laborem fine cā suscepissēt. Nūc aūt qꝛ celestē regē querebant: ⁊ si nihil regale videbant: i eo tamen solius stelle testionio contenti gaudebant oculi eoꝝ cōtēptibilē puerū aspicere: qꝛ spūs i corde eoꝝ terribilē eū monstrabat: vnde ꝓcidētes adorauerūt eū. vidēt eni hominem: ⁊ agnoscunt deum. RABA. Diuino aūt nutu factū ē: q̄ abierat ioseph ne aliq̄ male suspitionis occasio dareꝭ gētibus. GLO. Qui licet morē sue gētis in donis offerendis sequantur: arabes eniꝫ auro: thure ⁊ diuersis generibus aromatū abūdant: tñ aliquid mysterij muneribus demōstrare volebāt. vnde sequiꝭ: Aptis thesauris suis obtulerūt ei munera: aurū: thus: ⁊ myrrhaꝫ. GRE. Aurum quippe regi cōgruit: thus vero i dei sacrificium ponebaꝭ: myrrha autē mortuorum corpora ꝯdiunꝭ. AVG. i ser. de epi. Aurū igiꝭ soluiꝭ quasi regi magno: thus imolatur vt deo: myrrha prebeꝭ quasi ꝓ salute omniū morituro. CHRY. Hec aūt ⁊ si tūc nō itelligebantur: ſm quasi mysteriū ista gerebāt: vel qd significaret vnūquodq̄ꝫ munus: coꝝ nihil contrarium ē. Stella. n. q̄ illos hec oīa facere hortabaꝭ: ipsa ordinauerat vniuersa. REMI. Et sciēdū q̄ isti nō singuli singula obtulerunt: sed singuli tria: ⁊ singuli cum suis muneribus regē deū ⁊ hominē predicauerunt. CHRY. in ho. verecūdentur ḡ Marcion ⁊ paulus samosetanus: q nolunt videre: q̄ magi viderunt: q ecclesie sūt progenitores: deū in carne adorantes. q̄m enim in carne erat: fascie mōstrant ⁊ presepe. q̄m aūt nō vt purū hominē adorāt: sed vt deum: demonstrant dona q̄ deo offerre decens erat. Confundantur ⁊ iudei vidētes se preuentos a magis: ⁊ neq̄ꝫ post illos venire studēt. GRE. Potest ⁊ in his aliud itelligi. Auro naq̄ꝫ sapiētia designatur: Salomone teste: qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis. Thure quod deo icēdiꝭ: virtꝰ orōnis exprimiꝭ: ſm illud. Dirigaꝭ orō mea sicut icensū i ꝯspectu tuo. Per myrrhā vero carnis mortificatio figuraꝭ. Nato ergo regi aurū offerimus: si in cōspectu eiꝰ sapie lumīe splēdemus. Thus offerimus: si ꝑ orōnū studia deo redolere valeamus. Myrrhā offerimꝰ: si carnis vitia ꝑ abstinētiā mortificamus. GLO. Tres autē viri qui offerūt: significāt gentes de tribꝰ partibꝰ mūdi veniētes. Thesauros aperiūt dū fidē cordis ꝑ cōfessionē ostēdūt. Bñ autē in domo docētes ne thesaurū bone ꝯsciē iactādo propalemꝰ. Offerūt tria mūera: hoc est fidē sancte trinitatis. vel aptis thesauris scripturarū: historicū: moralē: ⁊ allegoricum sensū offerūt. vel logicā: physichā: ⁊ ethicā: dum illa fidei seruire faciunt.

Et responso accepto in sōnis ne redirent ad herodem: per aliam viā reuersi sunt in regionem suam.

AVG. in ser. de epi. Herodes ipiꝰ sc̄ūs ex timore crudelis voluit deseruire. Sꝫ quomodo poterat capere euꝫ: qui ipsas fraudes venerat āputare? Vt ergo eius fraus eliderētur. sequitur: Et respōso accepto. HIE. Qui eniꝫ munera obtulerūt dño: ꝯñr respōsum accipiunt. Rñsum non per angelū fieri dicitur: vt meritorū ioseph ꝑuilegium demonstrareꝭ. GLO. Fit autem hec responsio ꝑ ipsum dñm: quia nullus alius viam reuersiōis instituit: nisi ille qui dicit: Ego sum via. nō tamen loquiꝭ puer ad eos: ne diuinitas ante tp̄s reueleꝭ: ⁊ vt vera hūanitas habeatur. Dicit aūt: Et rñso accepto. Sicut. n. moyses tacitus clamat: sic isti pio affectu interrogabāt qd diuina iuberet volūtas. Dicit autem: Per aliam viā reuersi sunt in regionem suā. quia infidelitati miscēdi nō erāt iudeorū. CHRY. in ho. Intuere aūt magorum fidē qualiter non scandalizati sunt in se ipsis dicētes: Si magnus est puer hic: q̄ necessitas fuge est: ⁊ occulte recessionis? Hoc enim est vere fidei nō querere cās eorū que vere precipiunꝭ: sed suaderi solum ab eis. CHRY. sup math. Si aūt magi xp̄m q̄si terrenū regē q̄sissent: inueniētes eū apud ip̄m māsissent: nūc aūt adorauerūt ⁊ reuersi sunt. Cū aūt reuersi fuissent: māserūt colētes deū magis q̄ꝫ ante: ⁊ predicātes multos erudierunt. Et deniq̄ꝫ cū thomas iuisset ad ꝓuinciā illam adiuncti sunt: ⁊ baptizati facti sunt executores ꝓdicatiōis ipsius. GRE. Magnū vero nobis aliquid magi innuūt q̄ in regionem suā ꝑ aliam viam reuertuntur. Regio quippe nr̄a paradisus: ad quē Jesu cognito redire ꝑ viaꝫ qua venimus prohibemur. A regione etenīꝫ nostra: superbiēdo: visibi

lia sequēdo: cibū vetitū gustādo discessimꝰ. Sed ad eam necesse est vt flendo: obediendo: visibilia cōtēnēdo: atq; appetitū carnis refrenādo redeamꝰ. CHRY. sup math. Nec etiā erat possibile: vt q2 ab herode ad christū venissent: redirēt ad herodē. qui eniz relicto xp̄o ad diabolū transeunt p peccatū: frequenter per pniam reuertuntur ad xp̄z. Qui eniz fuit i inocētia: dum nescit quid sit malū: facile decipitur. Sed cum expertus fuerit malū quod inuenit: τ recordatus bonum quod perdidit: cōpūctus redit ad eum. Qui autem relicto diabolo venit ad christum difficile redit ad diabolum: q2 dum gaudet in bōis q̄ inuenit: τ recordatur mala que euasit: difficile redit ad malum.

¶ Dominica infra octauam epiphanie: Luce secundo capi.


Cum factus esset iesus annorum duodeciz: ascē dentibus illis in hierosolymam secūdū consuetudinem diei festi: cōsummatisq; diebus cum redirent: remansit puer iesus in hierusalem: τ non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu: venerunt iter diei: τ requirebant eum inter cognatos τ notos. Et non inuenientes: regressi sunt in hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum audientem illos: τ interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia τ responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eiꝰ ad illuz: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus τ ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est q̄ me querebatis? Nesciebatis q2 i his que patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerūt, verbū quod locutus est ad eos.

CYRIL. Q2 dixerat euāgelista q̄ puer crescebat τ cōfortabat: ꝓpriū sermonē verificat: idncēs iesū vna cū sacra vgine i hierusalē ascēdentē. vñ dr: Cū factus esset ic. an. xij. ascē. illis hiero. GLOSA: Nō. n. idiciū sapie trāscēdit etatis mēsurā: s; quo tpe perfes nos discretiōis rō pfici cōsueuit. xij. s. āno christi sapia demonstrat. AMB. Vel xij. āno dñice sumit disputatiōis exordium: hic. n. pdicāde fidei euāgelizātiū numerꝰ debebat. BASI. Possumꝰ τ h̄ dicere: q2 sicut septenario numero sic τ duodenario qui multiplicatis iter se inicē septenarij partibꝰ cōstat: vel rerū vel tēporū vniuersitas ac perfectio designet: atq; ideo quo oīa loca vel tēpora doceat occupari: recte a duodecimo numero iubar christi sumit exordiū. BEDA: in homi. Q̄ aūt dñs p oēs ānos cū parentibus i pasca hierosolymā venit: humilitatis ē hūane idiciū: hois nāq; ē ad offerēda deo sacrificia cōcurrere: τ cū orōnibꝰ cōciliare. Fecit ergo dñs iter hoies hō natus: q̄ faciēdū hoibus p angelos iperauit deꝰ. vñ dr: Secūdū cōsuetudinē diei festi. Sequamur igr iter hūane cōuersatiōis eiꝰ: si deitatis gloriā delectamur intueri. GRECVS: Celebrato āt festo alijs remeātibꝰ iesus latēter remāsit. vñ sequit: Cōsūmatisq; diebꝰ cū redirēt: remāsit puer iesus i hierusalē: τ nō cognouerūt parētes eiꝰ. Dicit āt cōsūmatis diebus: q2 septē diebꝰ durabat solēnitas. Jō autē latenter remanet: ne parentes impedimento essent disputationi peragende cum legisperitis: vel forsitan hoc euitans ne videatur parentes contemnere: si mandantibus non pareret. Latenter ergo remanet: ne aut retrahatur: aut sit inobediens. ORIGE. Nō autem miremur parentes vocatos: quoruz alter ob partum alter ob obsequium patris τ matris meruerunt vocabula. BEDA: in hom. Sed queret aliquis: Quomodo dei filius tanta parentum cura nutritus potuerit obliuiscēdo relinq? Cui respōdēduz: Q2 filijs isrl̄ mos fuit vt tpibꝰ festis vel hierosolymā cōfluētes: vel ad propria redeūtes: seorsum viri seorsū femine icedērēt: in

fantesq; vel pueri cum quolibet parente indifferenter ire potuerint: ideoq; mariam vel ioseph vicissim putasse puerum iesum quem secum non cernebant: cum altero parente reuersum. vnde sequitur: Existi. au. il. esse in comi. vene. iter diei: ⁊ requi. eum inter cognatos ⁊ notos. ORI. Sicut autem quando insidiabantur ei iudei: elapsus est de medio eorum ⁊ non apparuit: sic ⁊ nūc puto remansisse pueruz iesum: ⁊ parentes eius vbi remanserit ignorasse. Sequitur. n. Et non inue. re. sunt in hie. requi. euz. GLO. Vna quidem die reuersi sunt a hierusalem secunda querunt inter cognatos ⁊ notos: ⁊ non inuenientes tertia die regressi sunt in hierusalem: ⁊ ibi inuenerunt. vnde sequitur: Et factum est post tri. inue. euz in tēplo. ORI. Non statim vt queritur inuenitur: non eniz inter cognatos ⁊ carnis propinquos inuenitur iesus: neq;. n. poterat humana cognatio dei filium cōtinere. Non inuenitur inter notos: quia maior est mortali noticia. in multorum comitatu non potest inueniri: nec vbicumq; inuenerant: sed in templo. Et tu ergo quere iesuz in templo dei: quere in ecclesia vbi christi sermonem atq; sapientiam. i. filiuz dei reperies. AMBRO. Post triduum reperitur in templo: vt esset indicio quia post triduum triumphalis passionis in sede celesti ⁊ honore diuino fidei nostre se ostēderet: resurgens qui mortuus credebatur. GLO. Vel quia quesitus aduētus christi a patriarchis ante legem non est inuentus: quesitus a prophetis ⁊ iustis sub lege non est inuentus: quesitus a gentilibus sub gratia inuenitur. ORI. Quia vero paruulus erat: inuenitur in medio preceptorū sanctificans ⁊ erudiens eos. vnde dicitur: Sedentem in medio doctorum audientem illos ⁊ interrogantem. ⁊ hoc pietatis officio vt nos doceret quid pueris q̄uis sapientes ⁊ eruditi sunt conueniret: vt audiant potius magistros q̄ docere desiderent: ⁊ se vana ostentatione non iactent. Interrogabat autez non vt addisceret: sed vt interrogatus erudiret. ex vno quippe doctrine fonte manat ⁊ interrogare ⁊ respōdere sapienter. vñ sequitur: Stupe. au. om. qui eum audie. su. pru. ⁊ respon. suis. BEDA: Ad ostendenduz. n. quia homo erat: hon. ⁊ magistros humiliter audiebat: ad probandum vero quia deus erat: eisdem loquētibus sublimiter rñdebat. GRECVS: Querit. n. rationabiliter: audit prudenter: respondetq; prudentius quod stuporem faciebat. vñ seqt̄: Et vi. admi. sunt. CHRY. super ioannem: Nullum quippe miraculuz egit dominus in pueritia hoc tamen vnum prodit lucas: per quod mirabilis videbatur. BEDA: Diuina siquidem lingua sapientiam prodebat: sed infirmitatem etas pretendebat humanaz. vnde iudei inter alta que audiunt: ⁊ infirma que vident dubia admiratione turbantur nos autem nequaq; miremur: si scientes secundum prophetiam q̄ sic paruulus natus ē nobis: q̄ permanet deus fortis. GRECVS: Miranda vero dei genitrix maternis affecta visceribus quasi cum lamentis inquisitionem dolorosam ostendit: ⁊ omnia sicut mater ⁊ fiducialiter ⁊ humiliter ⁊ affectuose exprimit. vnde sequitur: Et dixit mater eius ad illuz: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pa. tu. ⁊ ego do. quere. te. ORI. Nouerat virgo sacrata hūc non eē filium ioseph: ⁊ tamen patrē vocat illius spōsum suum: propter iudeorum suspitionē estimantium ipsum vulgo fore conceptum. Dicetur autem forte simplicius q̄ eum honorauit spiritussanctus patris nomine: eo q̄ puerum iesum educauit. artificiosius vero eē q̄ genealogiaz ioseph ex dauid produxit: ne superflua censeretur. Cur autem dolentes euz querebant: an ex eo q̄ periret puer: an errauerit? Absit. Nunquid. n. fieri poterat vt perditum formidarent infantem: quem dominuz esse cognouerant: sed quomodo tu siquādo scripturas legis queris in eis sensum cuz dolore: non q̄ scripturas errasse arbitreris: sed veritatem quam intrinsecus habent queris inuenire. ita illi querebant iesum: ne forte relinquens eos reuersus esset ad celos: cū illi placuisset iterum descensurus. Oportet ergo eum qui querit iesum non negligenter ⁊ dissolute transire sicut multi querunt ⁊ non inueniunt: sed cuz labore ⁊ dolore. GLO. Vel metuebāt ne q̄ herodes i infantia eius patrasse q̄sierat: nūc iam in pueritia positū inuenta opportunitate alij interficerēt. GRECVS: Sz ipe dñs rñdet ad oia ⁊ corrigēs quodāmō dictū ei⁹ de eo q putabat pr̄. verū patrē manifestat docēs nō p ifima gradi: sz

in altum extolli. vñ sequitur: Et ait ad illos:
Quid ē q me querebatis? BEDA: Et qd
potius debebat ei cui est eternus filius: men
tis oculos attolere cogit. vnde sequitur: Ne
scie. quia i his que par. mei sunt opoꝛ. me es
se? AMBRO. Due sunt in christo gene
rationes: vna est paterna: altera materna. pa
terna diuinioꝛ: materna vero que in nostruȝ
laboreȝ vsumqȝ descēdit. CYRIL. Hoc
igitur dicit ostendens se mensuraȝ humanā
transcendere: ꝛ innuens q sacra virgo effe/
cta sit ministra negocij cum peperit carnem.
ipse vero naturaliter ꝛ vere deus erat: ꝛ fili
us patris excelsi. Hinc autem valentini se
quaces audientes q templum erat dei pude
ant dicere q creatoꝛ ꝛ legis deꝰ ꝛ templi nō
ipse pater est christi. EPIPHA. Attēdat
ꝛ hebion q post annos. xij. ꝛ non post trice/
simum annuȝ christus reperitur stupendus
in sermonibus gratie. quāobrem non est di/
cere q postqȝ venit ad eum spiritus in bapti
smo: factus fuit christus: sed ab ipsa pueritia
ꝛ templuȝ agnouit ꝛ patrē. GRECVS:
Hec est demonstratio prima sapientie ꝛ vir
tus pueri iesu. que nāqȝ puerilia eiꝰ vocant:
diabolice putamus esse considerationis: nisi
quis ea sola velit acceptare nequaqȝ his que
tenemus oppugnantia: sed magis consona
propheticis dictis: quia speciosus pre filijs
hominum: ꝛ matri obediens: ꝛ moribus fa
cetus ꝛ visu non modicū venerandus ꝛ pla
citus: ad loquendum facundus: dulcis ꝛ ꝓ/
uidus: ꝛ multum strennuitate cognitus tan
qȝ qui repletus sapientia fuerat: ꝛ sicut in ali
is sic cōuersationis humane atqȝ locutionis
qȝuis supra hомineȝ terminus ꝛ ratio. man
suetudo. n. sibi precipuum. Super hec autē
omnia vbi ascendit super verticem eius: nec
humana manus excepta materna. hinc auteȝ
possumus vtilitatem consequi. Dum. n. ma
riam increpat dominus querentem ipsum ī
ter propinquos: omissionem vinculoꝛuȝ san
guinis apertissime suggerit: ostendēs q nō
contingit metam perfectionis attingere euȝ:
qui adhuc vagatur in his que corpori confe/
runt: ꝛ q homo deficit a perfectione per af/
fectum cognatorum. Sequitur: Et ipsi non
intel. ver quod locu. est ad illos. BEDA:
Quia. s. de sua diuinitate ad eos loquebat.
ORI. Vel nesciebant verum dicens: in

his que patris mei sunt: significaret in tem/
plo: an aliquid altius ꝛ quod magis edificat.
Vnusquisqȝ. n. nostruȝ si bonus fuerit: po
tius sessio dei patris est. Siquis autem no/
strum sessio dei patris est: habet in medio
sui iesum.

¶ Et descendit cum eis: ꝛ venit na/
zareth ꝛ erat subditus illis. Et mater
eius conseruabat omnia verba hec in
coꝛde suo. Et iesus proficiebat sapien
tia ꝛ etate ꝛ gratia apud deuȝ ꝛ hoies.

GRECVS: Totam intermediam chri/
sti vitam que est inter ostensionem etatis ꝛ tē
pus baptismatis velut immunem alicuꝰ fa
mosi ꝛ publici miraculi ꝛ doctrine euangeli/
sta sub vno verbo colligit dicens: Et descē.
cum eis: ꝛ venit nazareth. ORI. Crebro
iesus descendit cum discipulis suis nec sem
per versatur in montē: quia non valebant q
varijs moꝛbis laboꝛabant ascendere in mon
tem: iccirco ꝛ nunc descendit ad illos qui de
oꝛsum erāt. Sequit: Et erat subditus illis.
GRECVS: Quandoqȝ. n. verbo pri/
us leges instituens: ipse secūdario opere eō
probabat: sicut illud: Bonus pastoꝛ animaȝ
suam ponit pro ouibus suis. Ipse nāqȝ pau
lo post nostram salutem exquirens animam
exposuit propriam. aliquando vero prius vi
uendi proponit exemplar: ꝛ postea prome/
bat verbotenus sanctioneȝ: sicut hic: hec tria
pre ceteris opere monstrans: diligere deuȝ:
honoꝛare parentes: deū vero ꝛ ipsis pre fer
re parentibus. Cum. n. reprehenderetur a
parentibus minoꝛis cure cetera reputat qȝ q̄
sunt dei: deniqȝ ipsis quoqȝ parentibus obe
dientiam prestat. BEDA: Quid. n. magi
ster virtutis nisi officium pietatis impleret?
Quid inter nos aliud qȝ quod agi a nobis
vellet: ageret? ORI. Discamus ergo ꝛ
nos filij parentibus nostris esse subiecti. q
si patres nō fuerint: subijciamur his qui pa
trum habent etatem. Jesus filius dei subijci
tur ioseph ꝛ marie: ego vero subijciar epi/
scope qui mihi constitutus est pater: puto q
intelligebat ioseph: quis maioꝛ se erat iesus:
ꝛ trepidus moderabatur imperium. Vide
at ergo vnusquisqȝ q sepe qui subiectus est
maioꝛ sit: quod si intellexerit: non eleuabitur
superbia qui est sublimioꝛ dignitate sciens

sibi meliorem esse subiectū. GREGO. nisenus: Amplius qm̄ impuberibus adhuc est imperfecta discretio: egetq per ꝓuectos ad statū ꝓuectiꝰ ꝑfectiorē: ideo cū pertigisset duodecimum annum: paret parentibus vt ostendat q quicquid per promotionem perficitur: anteq̄ ad finem perueniat: obedientiam tanq̄ perducentē ad bonum vtiliter amplexatur. BASI. in libro religionum: Ab ipsa autem primeua etate parentibus obediens quēlibet laborem corporeum humiliter et reuerenter sustinuit. Cū enim homines essent honesti et iusti: egeni tamen necessariorum penuriam patientes: teste presepi partꝰ venerandi ministro: manifestum est q sudores corporeos continuo frequentabant necessaria vite sibi querentes: iesus autem obediens illis vt scriptura testatur etiam in sustinendo labores subiectionem plenariam sustinebat. AMRBO. Et miraris si patri defert qui subditur matri? non vtiq infirmitatis: sed pietatis est ista subiectio. Attollat licet caput hereticus vt alienis auxilijs asserat cū qui mittitur indigere: Nunquid et humano egebat auxilio: vt materno seruiret imperio? deferebat ancille: deferebat simulato patri. et miraris si deo detulit: an homini deferre pietatis ē: deferre deo: infirmitatis? BEDA: Virgo autem siue que intellexit siue que nōdum intelligere potuit omnia sita pariter in corde quasi ruminanda et diligentius scrutanda recondebat. vnde sequitur: Et mater eiꝰ conser. omnia ver. hec confe. in corde suo. GRECVS: Considera prudentissimam mulierem mariam: vere sapientie matrem: qualiter scholaris fit pueri. Non. n. vt puero: neq vt viro: sed vt deo vacabat vlteriꝰ: et illius voces diuinas et opera reputabat. idcirco nil ex dictis aut actis ab eo incassum illi patebat: sed sicut ipsum verbum prius in visceribus ita nunc eiusdem modos et dicta cōcipiebat: et in corde suo quodammodo fouebat. et hoc quidem tam secum in presenti cōtemplabatur. hoc autem expectabat in futurum clarius reuelandum. et hac quidem tanq̄ regula et lege et per totam vitam vtebatur. vnde sequitur: Et iesus ꝓficiebat etate, et sapientia et gratia apud deum et homines. THEO. Sed inquiūt: Quō pōt equalis patri esse in substantia: qui quasi iperfectus crescere dr̄? nō aūt in eo q ē verbū dr̄ incrementū suscipere: sz in eo q factus ē hō. Si. n. vere ꝓfecit: postq̄ factū ē caro q aū iperfectꝰ extiterat: qd ergo grās agimꝰ ei velut icarnato ꝓ nobis? Qualr aūt si ipse ē vera sapientia: i sapia pōt augeri? vel qualr q ceteris largit grām: ipse in grā ꝓmouet? Amplius si nemo scandalizaī cū audit q verbū seipm humiliauerit: infima q̄dā de deo verbo sentiens: sz potꝰ mirat misericordiā eiꝰ: quō nō ē supuacaneū scādalizari audiēdo q ꝓficit? Nā sicut ꝓ nobis humiliatus ē: sic ꝓ nobis ꝓfecit vt nos in eo ꝓficiamus q lapsi fuimꝰ ꝑ peccatū. nā qcquid spectat ad nos ipse vere ꝓ nobis xp̄s suscepit: vt cuncta reformet in melius. CYRIL. Et attende q nō dixit ꝓficere verbū sz iesum: ne simplex vbū ꝓficere itelligas: sed verbum caro factum. THEO. Et sicut verbū i carne passū fatemur: q̄uis sola caro fuit passa qr caro verbi erat q̄ patiebat: ita ꝓficere dr̄ ex eo q humanitas ꝓficiebat i ipso. GRE. nazanzenꝰ. Dicit aūt fm humanitatē ꝓficere: nō q ipsa suscipiat augmētū q̄ ab initio fuit ꝑfcā: sz ex eo q paulatī māifestabat. THEO. Naturalis. n. lex respuit hoiem sensu maiore vti q̄ etas corpis patiat. erat itaq verbū factū hō ꝑfectū: cū sit virtus et sapia patris. Vex qr dādū erat aliqd nostre nature moribꝰ: ne aliqd extraneū a vidētibꝰ reputet tanq̄ hō paulatim crescente corpore manifestabat seipsum: et quotidie sapientior ab audientibus et videntibus censebatur. GRECVS: Proficiebat ergo fm etatem quidem corpore in virilem statum promoto: sapientia autem per eos qui ab eo diuina docebantur gratia vero qua cū gaudio promouemur: credentes in fine obtinere que ab ipso promissa sunt: vt hoc quidez apud deū ex eo q assumpta carne paternū opꝰ peregit: apō hoies vo ꝑ ꝯuersationē eox a cultu idolox ad sūme trinitatis noticiaz. THEO. dicit enim: Apud deum et homines: quia prius decet placere deo et postea hoibus. GRE. nisenus: Differenter ēt ꝓficit verbū in his qui ipsum suscipiunt: fm enim mensuraz illius apparet: aut infans: aut adultus: aut perfectus.

¶ In octaua epiphanie. Mathei .iij. capitu.



Venit iesus a galilea i iordanem ad ioannem vt baptizaretur ab eo. Joannes autez prohibebat eū dicens: Ego a te debeo baptizari: τ tu venis ad me. Respondens autez iesus dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eum.

GLO. Postq̃z predicatione sui precursoris christus mūdo prenūciatus est: tādē qui diu latuerat: hominibus se manifestare voluit: vñ dicitur: Ve. ie. a gali. in ior. ad io. vt bap. ab eo. REMI. Et sciendū φ i his verbis describunt̄ psone loca τ tēp⁹ τ officium. tēpus cū dicit: Tūc. RABA. Qñ. s. tricenarius erat: in quo oñdit nullū vel sacerdotē vel predicatorē debere īstitui: nisi sit perfecte etatis. Joseph tricenarius regimen egypti suscepit. Dauid ea etate regnum inchoauit. Ezechiel sub eodem tempore prophetiā promeruit. CHRY. in ho. Quia etiam post baptismum hunc legem cessare oportebat: hac etate ad baptismum venit que potest omnia peccata suscipere: vt lege seruata nullus dicat: quia ideo eam soluit q2 implere nō potuit. CHRY. super math. Tunc ēt. s. qñ ioannes predicauerat: Penitentiā agite. vt confirmaret predicationē ipsius: τ vt testimonium acciperet a ioanne. Sicut autem cū processerit lucifer: lux solis non expectat occasum luciferi: sed eo procedente egreditur: τ suo lumine obscurat illius candorem: sic τ christus non expectauit vt cursum suum ioānes impleret: sed adhuc eo docēte apparuit. REMI. Persone ponuntur cum dicit: Venit iesus ad ioannē. i. de⁹ ad hoīem: dñs ad seruū: rex ad militem: lux ad lucernam. Loca designantur cum dicit: A galilea i iordanem. Galilea enim transmigratio interpretatur. Quicunq3 ergo vult baptizari: trāsmigret de vitijs ad virtutes: τ veniendo ad baptismum se humiliet. Jordanis enim interpretatur descensum. AVGV. Multa autem mirabilia in hoc flumine sepius facta eē scriptura sancta commemorat: inter cetera dicens: Jordanis conuersus est retrorsum. ante quidem retrorsum aque conuerse fuerāt: modo retrorsum peccata conuersa sunt: sicut etiam Helias i iordane diuisionē fecit aquarum: τ christus in eodem Jordane separationem operatus est peccatoru3. REMI. Officium designatur cum sequitur: Vt baptizaretur ab eo. CHRY. sup mathe. Non vt ipse remissionem peccatorum acciperet p baptismum: sed vt sanctificatas aquas relinqueret postmodū baptizandis. AVGV. Saluator enim ideo baptizari voluit: nō vt sibi mundiciam acquireret: sed vt nobis fluenta mūdaret. Exquo ipse in aquam demergitur: ex eo omniū peccata abluit aqua. Nec mirum φ aquam. hoc est substantiam corporalem ad purificandam animam dicimus puenire: puenit plane: τ penetrat conscientie vniuerse latibula. Quāuis enim ipsa sit subtilis τ tenuis: benedictione tamen christi scā subtilior: occultas vite causas ad secreta mētis subtiliore rore pentrāsit. Subtilior. n. benedictionum cursus q̃3 aquaru3 meatus. vnde q̃ de saluatoris baptismate benedictio fluxit: tanq̃3 fluuius spiritalis omnium gurgitum tractus vniuersorum fontium venas ipleuit. CHRY. super math. Adhuc autē ad baptismum venit: vt qui humanam suscepit naturam: totum humane nature inueniatur implesse mysterium: na3 q̃uis ipse non erat peccator: tamen naturam suscepit peccatricem. propterea τsi pro se baptismate non egebat: tamen in alijs carnalis natura opus habebat. AVGV. in ser. de epi. Item iō baptizari voluit: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperabat vt bonus magister doctrinā suā non tam verbis insinuaret: q̃3 actibus exerceret. AVGV. sup ioānē: Hinc ergo dignat⁹ ē a ioāne baptizari: vt cognoscerent serui q̃ta alacritate debeant currere ad baptisma dñi: qñ ipse nō dedignatus ē accipere baptisma serui. HIE. Itē baptizari voluit: vt baptismate suo ioānis baptisma ɔfirmaret. CHRY. in ho. Quia vero baptism⁹ pnie erat: τ in demōstrationē delictor̄ iducebat: ne aliqs estimaret: φ hac rōne xp̄s ad iordanē venit: iō veniēti dixit: Ego a te debeo baptizari: τ tu venis ad me? .q. d. CHRY. sup mat. Vt tu me bapti/

zes: est idonea rõ: vt iustus efficiar: et dign⁹ celo. vt aũt ego te baptizẽ que est rõ? Dẽ bonum de celo descẽdit in terrã: nõ de terra ascẽdit in celum. HILA. Deniqȝ a ioãne baptizari ꝓhibetur vt deus: et ita in se fieri oportere vt homo docet. Vñ sequit: Respõdens aũt iesus dixit ei: Sine modo. Pulchre dixit mõ: vt ostenderet christum ĩ aqua a ioanne: Joannẽ a christo ĩ spiritu baptizandũ. Siue aliter: Sine modo: vt qui formã serui assumpsi: expleã et hũilitatem eius: alioquin scito te in die iudicij meo eẽ baptismate baptizandũ. vel Sine modo: vt dicit dominus: habeo et aliud baptisma: quo et baptizandus sũ. Tu me baptizas in aqua: vt ego te baptizẽ p me in sãguine tuo. CHR. sup math. In quo etiã ostendit q₂ postea xps baptizauit ioannẽ: quẽadmodũ etiã in apocryphis libris hoc manifeste scriptum sit. Sed mõ sine: vt iusticiam baptismatis nõ verbis sȝ factis adimpleã: prius suscipiã: postea p̃dicabo. Unde sequitur: Sic enim decet nos omnez iplere iusticiam. vbi non hoc significat vt si fuerit baptizatus adimpleat omnez iusticiã: sed sic. i. quẽadmodum baptismatis iusticiaz prius factis impleuit: postea predicauit: sic et omnem aliam iusticiam: ſm illud: Cepit iesus facere et docere. Aut ita: sic oportet vos implere oẽm iusticiam sicut iusticiaz baptismi. i. ſm dispẽsationẽ humane nature. Sicut. n. ipleuit iusticiam nascendi crescendi et similium. HILA. Erat et per eum omnis ĩplenda iusticia: per quem solum lex poterat impleri. HIERO. Nõ autem addit iusticiam legis siue nature: vt vtrũqȝ itelligam⁹. REMI. Vel sic: Decet uos iplere omnẽ iusticiam. i. ostendere exemplum omnis implende iusticie in baptismo: sine quo nõ aperitur aditus regni celestis. vel etiam discant superbi exemplum humilitatis: vt nõ dedignentur baptizari ab humilibus membris: dum viderint me baptizatum a te ioanne seruo meo. Illa autem est vera humilitas quaz comes obedientia sequitur. vnde subditur: Tunc dimisit eum. i. ad vltimum assensum prebuit vt baptizaret eum.

¶ Baptizatus autem iesus: confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: et vidit spiritum dei descendentem sicut columbam: et venientem super se.

AUG. in ser. de epi. Quia vt dictum est cum saluator noster abluitur. iam tunc nr̃m baptismum tota aqua mundat: vt secuturis postmodũ p̃ p̃lis lauacri grã ministret. Oportuit ẽt xp̃i baptismo ea designari q̃ p baptismũ cõsequũtur fideles. vñ dr̃: Baptizat⁹ aũt iesus cõfestiȝ ascẽdit de aqua. CHRY. sup math. Factũ christi ad mysterium p̃tinet oium qui postmodum fuerãt baptizãdi: et iõ dixit confestim. Et nõ dixit simpliciter: ascẽdit: q₂ oẽs qui digne baptizant ĩ christo confestim de aqua ascẽdũt. i. ꝓficiũt ad ꝟtutes: et ad dignitatẽ subleuãtur celestẽ. Qui. n. in aquã igressi fuerãt carnales et filij ade peccatores: confestim de aqua ascendunt spirituales filij dei facti. si autem quidã ex sua culpa nihil proficiũt baptizati: quid ad baptismũ? RABA. Q₂ ergo nobis domin⁹ sui corporis itinctu baptismi lauacrũ dedicauit: nobis q̃ȝ post acceptũ baptisma celi aditũ patere et spũmscũ demõstrauit. vñ seqt: Et aperti sũt ei celi: HIERO. Nõ reserat õe elementorũ sȝ spiritalib⁹ oculis sicut et ezechiel ĩ p̃ncipio voluminis sui apertos eẽ commemorat. CHRY. sup math. Si. n. ipsa creatura rupta fuisset n̄ dixisset: Apti sũt ei. q₂ qđ corporaliter apit̃ oibus ẽ apertum. Sȝ dicet aliqs quid enim ante oculos filij dei clausi fuerãt celi: qui etiam in terra constitutus erat in celo? Sed sciendum q̄ sicut ſm dispensationẽ humanam baptizatus est: sic ſm humanam dispensationem aperti sunt ei celi. ſm autem naturam diuinam erat in celis. REMI. Sed nunquid tunc primo aperti sunt ei celi: etiam ſm humanam naturam? fides enĩ ecclesie et credit: et tenet q̄ non minus aperti sunt ei celi: anteq̃ȝ post. Ideo ergo dicitur: q̄ aperti sunt ei celi: quia in oib⁹ renatis apit̃ ianua regni celestis. CHRY. super math. Forte enim erant inuisibilia quedam obstacula prius quibus obsistentibus anime defunctorum non poterant introire celos. Nullaz enim animam ante christum arbitror ascendisse in celum exquo peccauit Adam: et clausi sunt celi. Sed ecce baptizato xp̃o aperti sũt tantum. Postq̃ȝ vero tyrannum vicit p crucem: q₂ non erant necessarie porte celo nunq̃ȝ

claudendo: non dicunt angeli: Aperite portas: iam enim erant aperte: sed Tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur celi: τ vident ea que sunt in celo: non carnalibus oculis videndo: sed spiritalibus fidei credēdo. Aut ita: Celi sunt scripture diuine quas omnes legunt non tñ oēs intelligunt: nisi q fuerunt sic baptizati: vt accipiāt spiritumsanctū. Unde τ apostolis primitus erant clause scripture ꝓphetaꝝ: sꝫ accepto spiritusancto reserate sunt eis oēs scripture. Tñ quocūqꝫ modo itelligat: celi aperti sunt ei. i. oib⁹ ꝑꝑ eū: sicut si imperator alicui ꝓ alio petenti dicat: Hoc beneficium non illi do: sed tibi. i. propter te illi. GLO. Vel tantus splendor circumfulsit christum in baptismo: vt empyreū videretur celum reseratum esse. CHRY. in ho. Si aūt tu non vides non incredulus sis. Etenim in principijs spiritalium rerum semper sensibiles apparent visiones: propter illos q nullā intelligentiā incorporalis nature suscipe pñt vt si postea nō fiāt: ex his q̄ semel fcā sunt recipiāt fidē. REMI. Sicut aūt oib⁹ ꝑ baptismū renatis apit ianua regni celestis: ita oēs i baptismate accipiūt dona spiritussancti. Ideo subdit: Et vi. spi. dei descē. sicut colum. τ ve. super se. AVG. in ser. de epi. Xps. n. postqꝫ natus est hominibus renascit sacris: vt quēadmodum tunc cum miramur incorrupta matre progenitū: ita τ nunc suscipiamus illūꝫ pura vnda submersum. filiū. n. genuit mater τ casta ē. xpm lauit vnda: τ sancta est. Deniqꝫ spiritussanctus q tūc illi in vtero affuit: modo eū i gurgite circūfulsit. q tūc Mariā castificauit: nūc fluenta sanctificat. Unde dicit: Et vidit spiritū dei descendentē. CHRY. sup math. Ideo aūt spiritussanctus speciē columbe suscipit: qm̄ p oibus aialibus hec cultrix ē charitatis: oēs aūt iusticie species: quas habent serui dei in veritate: pñt habere serui diaboli in simulatione. Solā aūt charitatē sci spūs nō pōt īmūd⁹ spūs imitari. Ideo ergo hanc ꝓuatā speciē charitatis sibi seruauit spūssctūs q: ꝑ nulli⁹ testimonium sic cognoscit. vbi ē spūssctūs: sicut ꝑ grāꝫ charitatis. RABA. Significāt ēt quatuor virtutes in baptizatis ꝑ colūbā. Colūba. n. sec⁹ fluenta habitat: vt viso accipitre mergat se τ euadat. Meliora grana eligit: alienos alien⁹ pullos nutrit: nō lacerat rostro: felle caret: in cauernis petre nidificat: gemituꝫ pro cantu habet: ita τ sancti secus diuine scripture fluenta resident vt incursum diaboli euadant. Sanas sententias quibus pascantur eligunt: non hereticas. homines qui diaboli fuerunt pulli idest imitatores: doctrina nutriunt τ exemplo: bonas sententias lacerando non peruertunt hereticorum more. Ira irreconciliabili carent. In plagis mortis christi qui petra firma est: nidum ponunt idest suum refugium τ spem: sicut etiam alij delectantur in cantu: ita ipsi i gemitu pro peccatis. CHRY. in ho. Veteris etiam recordatur historie. in diluuio apparuit hoc animal: ramuꝫ ferens oliue: τ cōmunem orbis tranquillitatem annuncians: que omnia typus erant futurorum. Etenim nunc columba apparet: liberatorem nobis ostendens: τ pro ramo oliue adoptioneꝫ generi humano affert. AVGV. in ser. de tri. Est autem in promptu intelligere cur spiritussanctus missus dicatur cum in ipsuꝫ dominuꝫ corporali specie velut columba descēdit: facta est enim quedaꝫ creature species ex tpe in qua visibil'r ōndereꝫ spūssctūs. Hec āt opatio visibil'r exp̄ssa: τ oculis oblata mortalib⁹: missio spūssci dicta ē: nō vt appareret i uisibilis eius substantia sed vt corda hoium exterioribus visis cōmota ad occultam eternitatem conuerterentur. Non autem sic assumpta ē creatura in qua spūssanctus apparuit in vnitate. s. ꝑsone: sicut assumpta ē humana illa forma ex virgine. Neqꝫ enim columbam beatificauit spiritus: aut sibi in persone sue vnitatem in eternuꝫ coniunxit. Proinde quanqꝫ illa columba spiritus dicta sit: vt ostenderetur per columbā spiritū demonstratū: nō tñ ita possumus dicere spiritūsanctū τ deū τ colūbā: sicut dicimus filiū τ deuꝫ τ hoiem nec sicut dicimus filiū agnū dei: nō solū ioanne baptista dicente: sed etiam ioanne euangelista vidente agnū occisum in apocalypsi. illi quippe visio prophetica non est exhibita oculis corporeis per formas corporeas: sed in spiritu per spiritales imagines corporum. De illa vero columba nullus vnqꝫ dubitauit: quin oculis visa sit. nec sicut dicimus filium petram. scriptuꝫ est enim: Petra erat christus. ita possumus dicere spiritū columbam. Illa enim iam erat in creatura: τ

per actionis modū nuncupata ē noīe christi quē significabat: nō aūt sic illa columba: q̄ ad hoc tm̄mō significanda repente extitit. Magis aūt similē hoc mihi vr̄ flāme illi q̄ in rubro apparuit moysi: ⁊ illi quā pp̄ls i eremo sequebaſ: ⁊ fulgurib⁹ ac tonitruis q̄ fiebant dū lex dareſ i monte. Ad hoc. n. rez illarum corpalis extitit spēs vt aliqd significaret atqz preteriret. pp has ergo corpales formas missus dr̄ spūſſcūs: ille vero spēs corpales ad demonstrādū ꝙ opus fuit ad tps apparuerūt: ⁊ eē postea destiterūt. HIERO. Sedit aūt columba sup caput iesu: neqs putaret vocē patris ad ioannem factam: non ad dominū. vnde sequitur: Et veniente super se.

¶ Et ecce vox de celis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

sanaret. Sanos quidem eos appellat qui suam volentes statuere iusticiam vere dei iusticie subiecti nō sunt. Male habentes eos vocat qui sue fragilitatis conscientia deuicti nec per legem videntes se iustificari: penitendo se submittunt gratie dei. CHRY. in ho. Postq̄ʒ a cōibus opinionibus eos allocutus est: alloquitur eos ex scripturis cū dicit: Euntes autem discite qd ē misericordiā volo: et non sacrificiū. HIE. De ppba. s. O see sumēs testimonium suggillat scribas et phariseos qui se iustos estimātes peccatorū et publicanorum cōsortia declinabāt. CHRY. in ho. Ac si dicat: Cur accusatis me: quoniā pctōres corrigo: ergo et deum patrē ex hoc icusate. Sicut enim ille vult pctōrū emēdationē: ita et ego. et sic ostendit non solum nō esse ꝓhibitum qđ icusabant: sed et ſm legem maius esse sacrificio. non . n . dixit: Misericordiā volo et sacrificium: sed hoc iniunxit: illud autem eiecit. GLO. Non tamen respicit deus sacrificium sine misericordia. faciebāt āt pharisei sepe sacrificia in templo: vt iusti apparerēt coram pplo: sed non exercebant misericordie opera: in quibus probatur vera iusticia. RABA. Admonet itaq̄ʒ eos vt per opera misericordie sibimetipsi superne misericordie premia regrant: et nō cōtēptis pauperū necessitatibus per oblationem sacrificiorū se deo placere confidāt. vñ dicit: Eūtes. s. a temeritate stulte vituperatiōis ad diligētiorē scripture sancte meditationem: que misericordiam maxime cōmēdat. vnde et suum de misericordis exemplū eis ꝓponit dicēs: Non . n . ve. vo. iu. sed peccatores. AVG. de con. euā. Lucas addidit: In pniaʒ. qđ ad explanādā sententiaʒ valet: ne q̄s q̄ʒ pctōres ob h ipʒ ꝙ peccatores sūt diligi arbitretur a christo: cū et illa similitudo de egrotis bñ īsinuet qd velit deus vocādo pctōres tanq̄ʒ medicus egros. vtiq̄ʒ vt ab iniq̄tate tāq̄ʒ ab egritudie salui fiāt: qđ fit p pniaʒ. HILA. Omnibus āt xp̄s venerat: quō ergo nō se iustis venisse dicit? Erāt ergo qb⁹ necesse nō erat: vt veniret: sed nemo iustus ex lege ē: oñdit ergo inanē iusticie iactātiā: q2 sacrificijs ifirmis ad salutē: misericordia erat vniuersis i lege positis necessaria. CHR. in ho. vñ ironice videtur ad eos loquēs: sic cū dr: Ecce iā adā fcūs ē q̄si vnus ex nobis. Quō. n. nullus iustus erat i terra: paulus significat dicēs: Oēs peccauerunt et egēt gloria dei. In hoc āt et illos mitigauit qui vocati erāt. q. d. Tm̄ renuo abominare peccatores q ꝓpter eos solos adueni. RAB. Vel q2 iusti erāt sicut nathanael et iohānes baptista: nō erāt ad pniaʒ inuitādi. vel Nō veni vocare iustos falsos: q de iusticia sua gloriantur vt phariseos: sed illos qui se peccatores cognoscūt. Per math. aūt publicanorum vocationē fides gētiū exprimitur q̄ prius mūdi lucris inhiabāt: et nunc spiritaliter cū dño reficiuntur p supbiā phariseorū inuidia iudeorū de salute gentiū. vel math. significat hoiem terrenis lucris inhiantē quem videt iesus dū oculo misericordie respicit. Matheus enim interpretatur donatus: leuita assumptus. penitēs aūt a massa pditorū assumitur: et gratia dei ecclesie donatur. Et ait illi iesus: Sequere me vel p p̄dicationē: vel p scripture admonitionem: vel per internam īspirationem.

¶ Sācti michaelis archāgeli. Mathei. xviij. capi.



Accesserunt discipuli ad iesum, dicētes: Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocās iesus paruulum: statuit eum in medio eorum: et dixit: Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non itrabitis in regnū celorum. Quicunq̄ʒ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior i regno celorum. Et qui susceperit vnū paruulum talem in nomine meo me suscepit. Qui autem scādalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius et dimergatur in profundum maris.

HIE. Q2 discipuli viderāt ꝓ petro et dño idē tributū rēdditū: ex equalitate preij arbitrati sūt oibus apostolis petrū eē prelatū. CHR.

Vñ passi sũt aliqđ hũanũ qđ euãgelista desi
gnat dicẽs: Accesserũt discipuli ad iesuz di/
cẽtes: Quis putas maior es i regno celoruz?
Verecũdati siquidẽ passionẽ cõfiteri quam
passi sũt: nõ dicũt manifeste: Petrũ cur pre
honorasti nobis? sed idetermiate iterrogãt:
Quis maior est? Qñ ãt tres phonoratos vi
derũt. s. petrũ iacobũ ꝛ ioannẽ i trãsfigurati/
one: nihil tale passi sũt. qñ vero i vnũ solum
cõtulit honorẽ: tũc doluerũt. Tu ãt cõsidera
p̃mũ quidẽ ꝙ nihil eorũ que sũt i terris que
runt: deinde ꝙ postea hãc passionẽ deposue
rũt. Nos aũt neqꝫ ad defectus eoꝝ cõtinge/
re possumus. neqꝫ. n. querimus: Quis ma
ior est in regno celorum sed Quis maior est
in regno terre. ORI. In his aũt imitato/
res discipulorũ eẽ debemus: siqñ aliqđ i no/
bis dubiũ q̃ritur ꝛ nõ iuenit: vt cũ oĩ cõsen/
su accedamus ad iesum q potens est illumi/
nare corda hoĩuz ad ĩtelligẽdã solutionez oĩ
um questionũ. Interrogemus ẽt aliquẽ do/
ctorũ: Qui prepositi hñtur in eccl'ijs. Scie/
bant aũt discipuli hoc interrogantes: quia ñ
ẽ eq̃litas sãctorũ i regno celesti: sꝫ quõ maior
ꝛ q̃liter viuẽs minimꝰ ẽ discere cupiebant.
Vel sciebãt qs cẽt minimꝰ: ꝛ qs magnꝰ: ex
eo qđ supra dñs dixerat: sꝫ ex m̃tis magnis
qs cẽt maior ẽ eis ñ erat manifestũ. HIE.
Vidẽs aũt iesus cogitatiões eorũ voluit de
siderio glorie hũilitatis cõtẽtionẽ sanare. vñ
sequit: Et aduo. ie. puu. sta. eũ i me. eorum.
CHRY. Mihi videt valde puulũ i me/
dio statuere: oĩbus passionibꝰ erutũ. HIE.
Vt i eo ꝛ etatẽ q̃rere ꝛ similitudinẽ innocẽ/
tie demõstraret. vel certe puulũ statuit in me
dio eorũ seipsũ q nõ venerat ministrari sed
ministrare: vt eis hũilitatis tribueret exem/
plũ. Alij puulum iterpretãt spũmscũm quez
posuerit i cordibꝰ discipulorũ: vt supbiã i hu
militatẽ mutaret. Seqt: Et dixit: Amen di.
vo. nisi cõuer. fue. ꝛ eff. cia. sicut puuli. nõ in
tr. in reg. celorum. Nõ p̃cipit apl'is vt etatez
habeant paruulorũ: sed inocẽtiã: ꝛ ꝙ illi per
annos possidẽt hi possideãt p idustriam: vt
malicia ñ sapiẽtia puuli sint. Ac si dicat: Si
cut iste paruulus cuius vobis exemplum tri
buo non perseuerat in iracundia: lesus non
meminit: videns pulchram mulierem nõ de
lectatur: non aliud cogitat: ꝛ aliud loquitur:
sic ꝛ vos nisi talem habueritis innocentiaz:
ꝛ animi puritatem regnum celorum nõ po/
teritis intrare. HILA. Pueros etiam cre
dentes omnes per audientie fidem nuncu/
pauit. hi. n. patrem sequuntur: matrez amãt
velle malum nesciunt: curã opum negligũt:
non innolescunt: non oderunt: non mentiũ
tur: dictis credunt: ꝛ qđ audiunt veruz hñt.
Littera ergo sic legit: GLO. Nisi conuer
si fueritis ab hac elatõe ꝛ indignatione i qua
modo estis ꝛ efficiamini omnes innocentes
ꝛ humiles per virtutem: sicut paruuli sunt p
etatem: non intrabitis in regnum celorum ꝛ
quandoquidem aliter non intratur. Quicun
qꝫ ergo humiliauerit se sicut paruulus iste:
hic maior est in regno celorum. Quanto. n.
quis erit humilior: tanto maior efficitur in re
gno celorum. REMI. i. in cognitione gra
tie vel ecclesiastica dignitate: vel certe i eter/
na beatitudine. HIE. Vel aliter: Quicun/
qꝫ humiliauerit se sicut paruulus iste. i. qui
se in exemplum mei humiliauerit: hic intra/
bit in regnum celorum. Sequitur: Et q su/
sceperit vnum paruu. ta. i nomine meo: me
suscepit. CHRY. ac si. d. Non solum si
tales efficiamini: mercedem accipitis: sed ꝛ si
alios tales propter me honorabitis: ꝛ hono/
ris qui est ad illos retributionem vobis de/
termino regnum. Magis autem quod mul
to maius ẽ ponit dicẽs: Me suscepit. HIE
RONY. Qui enim talis fuerit: vt chri/
sti imitetur humilitatem ꝛ innocentiã: in eo
christus suscipitur ꝛ prudenter: ne cum dela
tum fuerit apostolis: se putent honoratos ad
iecit: nõ suo illos merito: sed magistri hono/
re suscipiendos. CHRY. Deinde fa/
cile susceptibilem hunc sermonem facit: pe/
nam inducens. vnde sequit: Qui aũt scãda
lizat vnũ de pusillis istis. Ac si dicẽt: Sicẽ q
hos honorãt propter me mercedem habent
ita ꝛ qui hos dehonorant: vltimam sustine
bunt vindictam. Si autem conuitiũ scãdalũ
vocat: ne mireris. multi enim pusillanimes
ex eo ꝙ despiciuntur: scandalizati sunt.
HIERO. Nota ꝙ qui scandalizatur par
uulus est. maiores enim scandala non reci/
piunt. Et q̃q̃ꝫ generalis possit esse sentẽtia
aduersus oẽs qui aliquẽ scãdalizãt: tñ iuxta
cõsequẽtiam sermonis ẽt contra apostolos
dictum intelligi potest: q interrogãdo qs ma
ior eẽt i regno celorũ: videbãtur inter se de

dignitate cōtendere. ⁊ si in hoc vitio permā-sissent: poterant eos quos ad fidem vocabāt per suum scandalum perdere: dū apostolos viderēt iter se de honore pugnare. ORI. Quomodo autem qui conuersus est ⁊ factꝰ quasi puer: ⁊ minimus est ⁊ potens scandalizari. hoc si possumus explanare. Omnis q filio dei credit ⁊ conuersatur sm euāgelicos actus: conuersus ambulat quasi puer. q autē non ꝯuertitur vt fiat sicut puer: hūc īpossibile ē intrare in regnū celoꝝ. In oī aūt credentium multitudine sunt qdā nuper ꝯuersi: vt fiant sicut paruuli: nondum autem sunt fcī: hi pusilli habentur in christo ⁊ sunt scandali receptores. HIE. Qd autē dr̄: Expedit ei vt suspendat̄. sm ritū ꝓuincie loquitur: quo maiorum criminum ista apud veteres iudeos pena fuerit: vt in profundum ligato saxo mergere. Expedit aūt ei qꝛ multo melius est pro culpa breuem recipere penam ꝙ̄ eternis seruari cruciatibus. CHRY. Cōsequēs autem erat prioribus dicere: Me non suscepit. quod erat omni pena amarius. sed quia grossi erant ⁊ predicta pena eos non mouebat: comparationem exempli cogniti manifestat preparatam penam. propter hoc. n. dicit q̄ expedit ei hoc sustinere: quoniā eos alia grauior pena expectat. HILA. Mystice autem mole opus labor est cecitatis. naz clausis iumentorum oculis aguntur in gyrum: ⁊ sub asini quidem nomine frequenter gentes cognominatas reperimus: qui ceci laboris ignorantia continentur. Iudeis autem sciente iter in lege prestitum est: qui si christi apostolos scandalizauerint: rectius alligata collo mola asinaria demersi in mari fuissent. i. gētium labore depressi ignorantia seculi demōstrarentur: qꝛ illis tolerabilius fuerat nescisse christum ꝙ̄ prophetarum dominum non recepisse. GRE. vij. mora. Vel aliter: Quid per mare nisi seculum: quid per molā asinariam nisi actio terrena significatur: que cuz colla mentis per stulta desideria stringit: hanc in laboris circuitum mittit. Sunt vtiqz nonnulli qui dum terrenas actiōes deserūt: ⁊ ad contemplationis studia humilitate postposita vltra intelligentie vires surgunt: non solum se in errorem deijciunt: sed infirmos quosqz de gremio veritatis diuidūt. Qui ergo vnum de minimis meis scandalizat melius ei fuerat: ligata collo mola asinaria in mari proijci qꝛ nimirū ꝑuerse menti expediētiꝰ esse potuisset: vt occupata mundo terrena negocia ageret: ꝙ̄ p ꝯtēplatōis studia ad multorū ꝑniciē vacaret. AVGV. de que. euan. Vel alr. Qui scādalizauerit vnū ex pusillis istis. i. ex humilibꝰ quales vult esse discipulos suos nō obtēperādo vel ēt ꝯtradicēdo: sicut de alexādro apl's dicit: expedit ei vt mola asinaria suspēdat̄ collo eiꝰ: ⁊ p̄cipitet̄ i ꝓfundū maris. i. ꝯgruit ei vt cupiditas reꝝ tēpaliū cui stulti ⁊ ceci alligantur eum deuinctū pondere suo deducat ad interitum.

¶ Veh mundo a scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala. Verumtamen veh homini per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum ⁊ proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudū ꝙ̄ duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum ⁊ proijce abs te Bonum est tibi vnum oculuz habentez in vitā intrare: ꝙ̄ duos oculos habentez mitti in gehennā ignis. GLO. Dixerat dn̄s q̄ expedit ei q scādalizat: vt suspēdat̄ mola asinaria i collo eiꝰ. Cuius rōnē assignās subdit: Veh mūdo a scādalis. i. ꝑꝑ scādala. ORI. Hoc nō de elemēns mūdi itelligamꝰ: sꝫ h hoīes q sūt ī mūdo dicūt̄ mūdꝰ. Nō sunt aūt discipuli xp̄i de hoc mūdo. vn̄ nō pōt eis eē a scādalis veh. nā ⁊si multa sunt scādala: nō tāgūt eū q nō ē de hoc mūdo. Si aūt adhuc ē de hoc mūdo: ꝓpterea q̄ diligit mūdū ⁊ q̄ sūt i eo: tāta scādala cōprehendēt eū quātis fuerat obligatꝰ i mūdo. Seqt̄: Necesse ē. n. vt veniāt scādala. CHRY. Cū aūt dicit: Necesse ē: non destruit libertatē arbitrij: neqz necessitati aliquaꝝ reꝝ supponit: sꝫ qd̄ oīno futuꝝ ē predicit. scādala qdē sunt ꝓhibitiōes recte vie. nō aūt p̄dicatō xp̄i scādala iducit. neqz qꝛ predixit: ꝑꝑ hoc fit: sꝫ qꝛ oīno futuꝝ erat ꝑꝑ hoc predixerit: Sꝫ dicet aliqs: Si oēs corrigāt̄: ⁊ nullꝰ fit q scādala asserat: nōne mēdacij argueт̄ hic s̄mo: Nequaꝙ̄. qꝛ. n. p̄uidit incrēm

datos futuros hoies eē pp hoc dixit: Necesse ē vt veniāt scādala .i. oino veniēt. si autez corrigēdi eēnt nō dixisset. GLO. Vel necesse ē vt veniāt scandala: qꝛ sunt necessaria .i. vtilia: vt q ꝑ hoc pbati sunt manifesti fiant. CHRY. Scandala .n. erigunt homines ⁊ acutiores eos faciunt: ⁊ eum qui cadit velociter erigunt inquantum scilicet ingerūt solicitudinem. HILA. Vel humilitas passionis scandalum mundo est: quod sub deformitate crucis eterne glorie dominum voluit accipere. Et quid mundo tam periculosum q̄ȝ non recepisse christuȝ? Ideo vero necesse ait venire scandala: qꝛ ad sacramentum reddende nobis eternitatis: omnis in eo passionis humilitas esset complenda. ORI. Vel venientia scādala sunt angeli sathane: nec tū putes ꝑm naturā vel substātiā esse huiusmodi scādala: ſȝ libertas arbitrij i qbusdā genuit scandalum: volens suscipere pro virtute laborem. Non potest autem esse verum bonum nisi habeat impugnationem mali. Sic ergo necesse est venire scandala sicut necesse est sustinere maliciam celestium que magis irritantur: quantomagis verbum christi in hominibus invalescēs: expellit ab eis malignas virtutes. Querunt autez organa per que scādala operentur: quibus est magis veh. nam multo peius erit ei qui scandalizat: q̄ȝ ei qui scādalizatur. vnde sequitur: Verūtamē veh homini illi per quem scā. venit. HIE. Ac si. d. Veh homini illi qui vitio suo facit vt per se fiat: qd necesse est vt in mūdo fiat. Simulqȝ per generalem sententiam percutitur iudas qui proditioni animum preparauerat. HILA. Vel sub hominis nuncupatione actorē scādali huius qd ē extra passionem xp̄i iudaicū pp̄lm designat: per quez oē huic mūdo periculū cōparat: vt xp̄m i passiōe abnegēt quē lex ⁊ ꝓphete passibilē predicauerūt. CHRY. Vt aūt discas ꝙ nō sunt absolute necessitatis scandala: audi q̄ sequunt: Si autem manus tua vel pes tuus. Nō autem hoc de membris corporalibus dicit: sed de amicis quos in ordine necessariorum mēbrorum habemus. nihil est .n. ita nociuuȝ vt conuersatio mala. RABA. Scandalum quippe sermo grecus est: quod nos offendiculum vel ruinam ⁊ impactionem pedis dicere possumus. Ille ergo scandalizat fratrez qui ei dicto factoue minus recto occasionem ruine dederit. HIERO. Igitur omnis truncatus affectus: ⁊ vniuersa propinquitas amputatur: ne per occasionem pietatis vniuscuiusqȝ credentium scandalis pateat. Si ī quit ita est tibi ꝯiunctus vt manus: pes: oculus: ⁊ ē vtilis atqȝ solicitus ⁊ acutus ad perspiciendum: scandalum autē tibi faciat: ⁊ ꝓpter morum dissonantiam te pertrahat in gehennam: melius est vt propinquitate eiꝰ careas ⁊ emolumentis carnalibus q̄ȝ dum vis lucrifacere cognatos ⁊ necessarios: causam habeas ruinarum. Nouit .n. vnusquisqȝ credentium quid sibi noceat: vel in quo solicitetur animus ac sepe tentetur. melius est .n. vitam solitariaȝ ducere: q̄ȝ ob vite presentis necessaria vitam eternā perdere. ORIGE. Vel sacerdotes rationabiliter possunt dici ecclesie oculus: quoniam speculatores habentur. diaconi autem ceteriqȝ manus: quia per eos opera spiritalia geruntur. populus autē sunt pedes corporis ecclesie quibus omnibꝰ parcere non oportet si scandalum ecclesie facti fuerint. Vel actus anime: peccans manꝰ intelligitur: ⁊ incessus anime: peccans pes: ⁊ visus anime: peccans oculus: quos oportet precidere si scandalum prebent: frequenter enim ipsa opera membroruȝ pro mēbris in scriptura ponuntur.

¶ Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico eniȝ vobis: quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est.

HIERO. Supra dixerat dn̄s ꝑ manū ⁊ pedē ⁊ oculū oēs propinquitates ⁊ necessitudines q̄ scandalū facere poterant amputandas: austeritatez itaqȝ snie subiecto precepto tēperauit dicēs: Videte ne cōtē. vnū ex his pusillis Ac si. d. Quantum in vobis est nolite contemnere: sed post vestram salutem etiam illorum querite sanitatem. Sin aūt pseuerantes in peccatis videritis: melꝰ ē vos saluos fieri q̄ȝ perire cum multis. CHRY. Vel aliter: Sicut fugere malos: ita honorare bonos magnum habet lucrum. Supra ergo docuit scandalizantium abscindere amicitias: hic autem docet exhibere sanctis honorem ⁊ procurationem. GLO. Vel aliter: Quia tantum malum prouenit ex scāda-

lizantis fratribus: videte ne contẽnatis vnũ ex his pusillis. ORI. Pusilli autem sunt qui nuper in christo sunt nati: aut tales qui permanent sine profectu quasi nuper nati. Non autem habuit necesse mandare christus de perfectioribus fidelibus non contẽnẽdis sꝫ de pusillis sicut ⁊ supra dixerat: Siqs scãdalizauerit vnum ex pusillis istis. Alius autem forte dicit Pusillum: hic dicit perfectũ: sm ꝙ alibi ait: Qui minimus fuerit in vobis: hic erit maior. CHRY. Vel qꝛ perfecti paruuli apud multos estimantur. s. pauperes ⁊ contemptibiles. ORI. Sꝫ huic expositioni non videtur conuenire quod dicit: si quis scandalizauerit vnuꝫ de pusillis istis perfectus. n. non scandalizatur nec pit. Sed q hanc expositionẽ estimat verã dicit ꝙ iusti hoīs aīa vertibilis est ⁊ scandalizatur aliquãdo ⁊ si non facile. GLO. Ideo aũt nõ sunt contemnendi: qꝛ adeo chari sunt deo: ꝙ angeli sunt eis ad custodiam deputati: vnde sequitur. Dico. n. vobis: qꝛ angeli eorum ĩ celis semper vident faciem patris mei qui ĩ celis est. ORI. Quidam volunt ex eo dare hoībus angelum adiutorem ex quo per lauacruꝫ regenerationis nati sunt infantes ĩ christo dicẽtes non esse credibile incredulis ⁊ errantibus preesse angelum sanctum: sed tpe infidelitatis ⁊ peccatoꝝ est homo sub angelis sathane. alij aũt volunt mox cũ qs fuerit nat⁹ eoꝝ qui precogniti sunt a deo accipe sibi prepositũ angeluꝫ. HIE. Magna enim dignitas aīarum: vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in custodiã sui angelum delegatum. CHRY. Hic aũt non de qbuscunqꝫ angelis loquit: sed de superuenientibus. Cuꝫ enim dicat: Vident faciem patris mei. nihil aliud ostendit q̃ꝫ magis liberã presentiam ⁊ maiorẽ eoꝝ apud deũ. GRE. in ho. Dionysius aũt dicit ꝙ ex minoribus angelorum agminibus ad explendũ ministeriũ vel visibiliter vel inuisibiliter mittunt. nã superiora illa agmina vsuꝫ exterioris ministerij nequaquã habent. GRE. ij. mora. Et faciẽ ergo patris angeli semꝑ vident: ⁊ tñ ad nos veniunt: qꝛ ⁊ ad nos speciali presentia foras exeunt: ⁊ tñ ibi se vnde recesserant ꝑ internam ꝯtemplationem seruat. Neqꝫ. n. sic a diuina visione foras exeunt: vt interne ꝯtẽplatiõis gaudijs priuent. HIE. Saluandoꝝ igitur ꝑ christũ orationes angeli deo quotidie offerunt: ergo periculose ille ꝯtemnit: cuius desideria ac postulationes ad eternũ ⁊ inuisibilem deũ angeloꝝ famulatu ac ministerio peruehunt. AVG. de ver. do. Vel angeli nostri dicunt q sunt angeli dei. Dei sunt: qꝛ deum non reliquerunt. nostri sunt: qꝛ suos ciues nos habere ceperunt. Sicut ergo nunc illi vidẽt deũ: ita ⁊ nos sum⁹ visuri facie ad faciẽ. de qua visiõe dicit ioãnes: Videbim⁹ eũ sicuti ẽ. facies. n. dei manifestatio ei⁹ intelligenda est: nõ aliqđ tale mẽbrum quale nos habemus in corpore: atqꝫ isto noīe nuncupamus. CHRY. Rursus aliã rõnẽ ponit: quare pusilli non sint ꝯtẽnendi priore maiorẽ dicens: Venit. n. fi. ho. sal. qđ perierat. REMI. q. d. Non ꝯtemnatis pusillos: qꝛ ego ꝓ hoībus homo fieri dignatus sum.

¶ In festo omnium sanctorũ: Mathei. v. cap.



Idens iesus turbas: ascẽdit in montem: ⁊ cum sedisset accesserunt ad euꝫ discipuli eius: ⁊ aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnum celorum.

CHRY. super math. Omnis artifex sm professionem suam opportunitatem operis videns gaudet. Carpentarius enim si viderit arborem bonam concupiscit eam precidere ad opus artificij sui. Et sacerdos cum viderit ecclesiam plenam: gaudet animus eius ⁊ delectatur vt doceat. Sic ⁊ domin⁹ vidẽs magnam congregationem populi: excitatus est ad docendũ. vnde dicit: Videns turbas iesus ascendit in montem. AVG. de concor. euange. Vel hic põt videri multas turbas vitare voluisse: ⁊ ob hoc ascendisse ĩ mõteꝫ: vt solis discipulis loq̃retur. CHRY. in ho. Per hoc aũt ꝙ nõ ĩ ciuitate ⁊ foro: sꝫ ĩ monte ⁊ solitudine sedit: erudiuit nos nihil ad ostentationẽ facere: ⁊ a tumultibus abscedere: ⁊ maxime cum de necessarijs disputare

oporteat. REMI. Hic enim sciendum ē q̄ tria refugia legitur dominus habuisse: nauim: montem: et desertum: ad quorum alterum quotienscunq̄ a turbis opprimebatur: conscendebat. HIERO. Nonnulli autē simpliciorum fratrum putant dominum ea q̄ sequuntur in oliueti mōte docuisse: quod nequaq̄ ita est. Ex precedētibus enim et sequētibus in galilea monstratur locus quem putamus esse vel thabor vel quēlibet altum mōtem excelsum. CHRY. super mattheū: Ascendit autem in montem: primo quidem vt impleret prophetiam Esaie dicentis: Super montem ascende tu. deinde vt ostendat quoniam in altitudine spiritalium virtutum consistere dicitur: qui docet dei iusticiam pariter et qui audit. nemo enim potest in valle stare et de monte loqui. Si in terra stas: de terra loquere. Si autem de celo loqueris: in celo consiste. Vel ascēdit in montem vt ostēdat q̄ omnis qui vult discere mysteria veritatis: in montem ecclesie debet ascendere: de quo propheta: Mons dei: mons pinguis. HILA. Vel ascendit in montem quia in paterne maiestatis celsitudine positus celestia vite precepta constituit. AVGV. de sermone domini in monte: Vel ascendit in montem: vt significet quia minora erant precepta iusticie: que a deo data sunt per prophetas populo iudeorum quem timore adhuc alligari oportebat. Per filium autem suū maiora populo quem charitate iam conuenerat liberari. Sequitur Et cū sedisset: accesserūt ad cū discipuli eius. HIERO. Ideo autem non stans: sed sedens loquitur: quia nō poterant eum intelligere in sua maiestate fulgentem. AVGV. de sermone domini in monte: Vel q̄ sedēs docebat: pertinet ad dignitatem magistri. Accesserunt autem ad cū discipuli eius: vt audiendis verbis illius hi essent i corpore viciniores: qui preceptis implendis aīo appropinquabant. RABA. Mystice autem sessio domini incarnatio eius est: quia nisi dominus incarnatus esset: humanum genus ad eum accedere non potuisset. AVGV. de concor. euange. Mouet autem q̄ matheus in monte dicit hunc habitum esse sermonem a domino sedente: lucas aūt in loco campestri a domino stante. Hec

igitur diuersitas facit videri aliū fuisse illū: alium istum. Quid enim prohibet christum quedam alibi repetere que ante iam dixerat? aut iterū facere: que ante iam fecerat? Quāq̄ etiam possit illud occurrere in aliqua excellentiori parte montis: primo cum solis discipulis dominum fuisse: quando ex eis duodecim elegit: deinde cum eis descendisse non d' mōte: sz d' ipsa mōtis celsitudine i cāpestrē locū. i. i aliquā equalitatē q̄ i latere mōtis erat: et multos cape poterat: atq̄ ibi stetisse donec ad eum turbe congregarentur: ac postea cū sedisset accessisse ꝓpinquius discipulos ei9: atq̄ ita illis ceterisq̄ turbis p̄sentibus vnū habuisse sermonem: quem matheus lucasq̄ narrant diuerso narrandi modo: sed eadem veritate rerū. GREGO. quarto mora. Sublimia autem precepta domino in monte dicturo premittitur: Et aperiens os suū docebat eos qui dudum aperuerat ora prophetarum. REMI. Vbicunq̄ autem legitur dominus aperuisse os: inspiciendum est q̄ magna sunt que sequuntur. AVGV. de sermone domini in monte: Vel dicit: Aperiens os suum. vt ipsa mora commendet aliquanto longiorem futurum esse sermonem. CHRY. i homi. Vel hoc dicit vt discas quoniam nunc quidem docebat os aperiens in loquendo: nunc autem vocem que est ab operibus emittens. AVGV. in sermone domini in monte: Siquis autē pie sobrieq̄ considerauerit: inueniet in hoc sermone quātum ad mores optimos pertinet perfectum et vite christiane modum vnde sic ipse sermo concluditur: Omnis qui audit verba mea hec et facit ea: similabo eum viro sapienti. AVGV. ix. de ciuitate dei: Nulla autem est causa philosophandi nisi finis boni. q̄ autem beatum facit: ipse est finis boni. Et ideo a beatitudine incipit dicēs: Beati pauperes spiritu. AVGV. in sermone domini in monte: Presumptio quidem spūs audaciam et superbiam significat. vulgo etiam magnum spiritū superbi habere dicuntur: et recte. nam spiritus ventus vocatur: quis vero nesciat superbos inflatos dici quasi vēto distentos. Quapropter recte hic intelligitur: Pauperes spiritu humiles et timentes deū. i. nō hn̄tes inflantē spm̄. CHRY.

in ho. Vel spiritum hic elationem et animum dicit. quia enim sunt multi humiles nolētes rerum necessitate coacti: non est laus. vnde illos beatificat: qui se ex electione humiliant. Ideo autem hic incipit radicitus euellens superbiam: quia hec fuit radix et fons malicie vniuerse: contra quam ponit humilitatem: velut quoddam stabile fundamentum: qua subiecta cum stabilitate alia superedificātur. hac autem destructa: pereunt quecunque congregaueris bona. CHRY. super mathe. Iō autem dixit manifeste: Beati humiles spiritu. vt sic humiles ostendant: vt semper adiutorium dei sint meditantes. vnde in greco dicitur: Beati mendici vel egeni. Sunt enim multi naturaliter humiles et non ex fide qui non pulsant adiutorium dei: sed solum qui secundum fidem sunt humiles. CHRY. in homi. Vel quia pauperes spiritu hic dicit formidantes et trementes dei iussiones: quomodo dominus per esaiam commendat. Quid autem amplius quam simpliciter humiles? Humilium enim hic quidem mediocriter est: hic autem superabundanter. AVGV. Superbi ergo appetant regna terrarum: sed humilium est regnum celorum. CHRY. super mathe. Nam sicut cetera vitia deponunt ad inferos: maxime tamē superbia: sic et oēs virtutes inducunt in regnum celorum: maxime tamen humilitas: quia proprium est vt qui se humiliat: exaltetur. HIERO. Vel beati paupes spiritu: qui scilicet propter spiritumsanctum voluntarie sunt pauperes. AMBRO. de offi. Inde autem incipit beatitudo iudicio diuino: vbi erūna estimatur humano. GLO. Pauperibus autem in presenti conuenienter promittuntur diuitie celi.

¶ Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

AMBRO. super lucam: Cum simplicitate contentus fuero inops: superest vt mores meos temperem. Quid enim mihi prodest carere secularibus: nisi fuero mitis? Cōgrue igitur sequitur: Beati mites. AGV. Mites sunt qui cedunt iprobitatibus: et nō resistunt in malo: sed vincunt in bono malum. AMBRO. super lucam: Mitiga ergo affectū tuū vt nō irascaris: aut certe iratus ne peccaueris. Preclarum est enim motum temperare consilio: nec minoris virtutis dicitur prohibere iracundiam quam omnino nō irasci: cum plerūque istud leuius: hoc fortius estimetur. Rixentur igitur imites et dimicent pro terrenis et temporalibus rebus: Sed beati mites quoniam ipsi hereditabunt terram: de qua euelli non possunt. illā inquā terrā de qua ī psalmo dr: Portio mea in terra viuentium. Significat enim quandam stabilitatem hereditatis perpetue: vbi aīa per bonum affectū tāquam loco suo requiescit: sicut corpus in terra. Et inde cibo suo aliter: sicut corpus ex terra: ipsa est requies et vita sanctorū. CHRY. super mathe. Vel terra hic sicut quidam dicunt: quamdiu est in hoc statu terra mortuorum est: quia vanitati subiecta ē. cū aūt liberata fuerit de corruptiōe fit terra viuorū vt mortales hereditēt īmortalē. Alterū exponētē legi quasi celū ī quo habitaturi sūt sancti dicatur terra viuorū: qd quantū ad īferiorē regionē celū est: quantū aūt ad superius celū dr terra. Alij dicūt quia corpus nostrū terra ē: et quamdiu subiacet morti: terra ē mortuorum. Cū aūt fuerit conforme factū glorie corporis christi: erit terra viuorum. HILA. Vel hereditatē terre mitibus dñs pollicetur. i. eius corporis qd ipe assūpsit habitaculū: quia per māsuetudinē mētis nrē habitat xps ī nobis: nos quoque clarificati corporis eius glorie vestiemur. CHR. i ho. Vel aliter: xps hic spiritalibus sēsibilia immiscuit: quoniam .n. estiatur qui mitis ē oia sua pdere: contrariū pmittit dicēs: quia cū stabilitate sua possidet: qui nō ē protervus qui aūt alit ē: multotiēs aīam et hereditatem pernā pdit. Quia vero ppha dixerat: Māsueti hereditabūt terrā: a ↄsuetis verbis ↄtexit sermonē. GLO. Mites ēnim qui seipsos possederūt: hereditatē pris ī futuro possidebūt. plus aūt ē possidere terrā: quam habere regnum celorū: multa enim habemus: que statim amittimus.

¶ Beati qui lugent: quoniā ipsi cōsolabuntur.

AM. sup lucā: Cū hoc feceris: vt. s. sis paup et mitis: memēto quia pctōr es: lugeto pctā. vñ seqtur. Bti qui lugent. Et bñ tertia bñdictio est peccata deflētis: quia trinitas ē: que pctā ↄdonat. HILA. Lugentes eni hic dicuntur nō orbitates: aut ↄtumelias: aut dāna merētes: sed pctā vetera flentes. CHRY. sup mathe.

Et qui sua quidem peccata lugēt: beati sunt: sed mediocriter: beatiores autem sunt: q aliena lugent peccata: tales conuenit esse omnes doctores. HIE. Luctus enim hic non mortuorū ponitur communi lege nature: sed peccatis ⁊ vitijs mortuorum. Sic fleuit samuel saulem: ⁊ paulus eos qui post immundiciam penitentiam non egerunt. CHRY. super math. Cum autē consolatio sit lugentium: cessatio luctus: qui sua peccata lugent: consolabuntur indulgentiā cōsecuti. CHRY. ī ho. Et licet talibus sufficiat venia frui: nō terminat retributionem in peccatorum remissionem: sed ⁊ multarum facit participes consolationum: ⁊ hic ⁊ in futuro. Semper enim maiores laboribus deus dat retributiones. CHRY. sup math. Qui vero aliena peccata lugent consolabuntur: qui cum in seculo isto prouidentiam cognouerint dei: ⁊ intellexerint: ꝙ qui perierunt non fuerunt dei: de cuius manu nemo rapere potest: ꝺ eis luctu derelicto in sua beatitudine letabuntur. Vel aliter: AVGV. in ser. domini in monte. Luctus ē tristicia de amissione charorū. Cōuersi autem ad deum ea q̄ in hoc mundo chara habebant amittunt. nō enim gaudent his rebus quibus ante gaudebant: ⁊ donec fiat ī illis amor eternorum: nonnulla mesticia sauciantur. Consolabuntur ergo spiritusancto qui maxime ꝓpterea paraclitus nominatur .i. consolator: vt temporalem amittentes eternā leticia perfruantur. Et ideo dicit: Quō ipsi consolabuntur. GLO. Vel per luctū duo genera compunctionis intelliguntur. s. pro miserijs huius mundi ⁊ pro desiderio celestium. vnde filia Caleph petiuit irriguum superius ⁊ inferius. huiusmodi autem luctus non hꝫ nisi pauper ⁊ mitis: qui cum mundū non diligat: ꝙ miserē recognoscit: ⁊ ideo celum concupiscit. conuenienter ergo lugentibus promittitur consolatio: vt qui tristatus ē in presenti: gaudeat in futuro. Maior est autem retributio lugentis q̄ꝫ pauperis ⁊ mitis. plus enim est gaudere in regno q̄ꝫ habere ⁊ possidere: multa enim cū dolore possidemꝰ. CHRY. in ho. Notandum autem ꝙ hāc beatitudinem cum intentione quadam proposuit: ideo non dixit: Qui tristantur: sed Qui lugent. in quo etiā perfectionis sapientie magisterium dedit. Si enim qui filios vel alios defunctos lugēt: ſm illud tēpus non desiderant pecuniam nec gloriam: nec conuitijs exacuuntur: neqꝫ aliqua alia passione capiunt: multo magis hec seruare debent: qui lugent sua peccata.

¶ Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur.

AMBRO. sup lucā: Postq̄ꝫ delicta defleui: esurire īcipio ⁊ sitire iusticiā. Eger. n. cū ī graui morbo ē: nō esurit. vñ seqt: Beati q esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā. HIE. Non nobis sufficit velle iusticiā: nisi iusticie patiamur famē: vt sub hoc exēplo nūq̄ꝫ nos satis iustos: sed semp esurire iusticie opera ītelligamus. CHRY. sup math. Quō oē bonū qđ nō ex amore ipsiꝰ boni faciūt hoies: igratū ē añ deū. Esurit aūt iusticiā q ſm iusticiā dei desiderat ꝯuersari. sitit aūt iusticiā q sciam eiꝰ acq̄rere cupit. CHRY. ī ho. Justiciā aūt dicit vel vniuersalē vł ꝑticularē auaricie ꝯtrariā. Quia. n. de misericordia dicturꝰ erat: p̄mōstrat qualr̄ misereri oporteat: quia nō ex rapina neqꝫ ex auaricia. vñ ēt qđ ē auaricie ꝓpriū .s. esurire ⁊ sitire: iusticie attribuit. HILA. Sitiētibꝰ aūt ⁊ esuriētibꝰ iusticiā beatitudinē tribuit significās extēsā ī dei doctrinā scōꝶ auiditatē: ꝑfcā ī celo satietate repleri. Et hoc est qđ đr: Quō ipsi saturabunt. CHRY. sup math. s. largitate remunerantis dei: quō maiora erūt premia dei q̄ꝫ scōrum desideria. AVGV. Vel illo cibo saturabunt ī p̄nti de quo dñs dicit: Meus cibus est: vt faciam voluntatem patris mei: qđ est iusticia. ⁊ illa aqua de qua q̄scꝫ biberit: fiet ei fons aque salientis in vitam eternam. CHRY. ī ho. Vel in hoc terrenum premium determinat: qr enim estimatur auaricia abundantes facere: ipse contrarium dicit: ꝙ iusticia hoc operatur. Qui enim iusticiā cupit: omnia cum stabilitate habet.

¶ Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

GLO. Justicia ⁊ misericordia ita coniuncte sunt vt altera ab altera debeat temperari. iusticia enim sine misericordia crudelitas est: misericordia sine iusticia dissolutio. vnde de misericordia post iusticiā subdit dicēs: Beati misericordes. REMI. Misericors dicitur quasi miserum habēs cor: quia alterius

miseriam quasi suam reputat: et de malo alterius quasi de suo dolet. HIERO. Misericordia hic non solum in elemosynis intelligitur: sed in omni peccato fratris si alter alterius onera portem⁹. AVGV. Beatos autem dicit esse qui subueniunt miseris: quoniam eis ita rependitur: vt de miseria liberentur. vnde sequitur: Qm̄ ipsi misericordiam consequentur. HILA. Intantum enim deus beniuolentie nostre in omnes delectatur affectu: vt suam misericordiam sit solis misericordibus prestatus. CHRY. in ho. Videtur autez esse equalis retributio: sed ē multo maior. non enim est equalis humana misericordia et diuina. GLO. Merito ergo misericordibus misericordia ipēditur: vt plus accipiant q̄z meruissent. et sicut plus recipit q vltra saturitatem habet: q̄z ille qui habet tātū ad saturitatem: sic maior est gloria misericordie q̄z precedentium.

¶ Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt.

AMBRO. Qui misericordiam defert misericordiam amittit: nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiam querit: nullus ē fructus. vnde sequit̄: Beati mundo corde. GLO. Conuenienter autez sexto loco ponitur cordis mundicia: quia sexto die homo conditus est ad imaginem dei: que quidē obtenebrata erat in homine per culpam sed in mundus cordibus reformatur per gratiam. Merito aūt post predicta sequit̄: q2 nisi illa precedant mundum cor in homine non creatur. CHRY. in ho. Mūdos aūt h aīt vel eos qui vniuersalem virtutem possident: et nullius sibi malicie conscij sunt: vel eos qui in temperantia cōsistunt: que maxime necessaria est ad videndum deuz: s̄m illud pauli: Pacem persequimini cum omnibus et sanctimoniaz: sine qua nemo videbit deū. Quia enim multi miserētur qdē: sed ipudica agūt: monstrans q̄ non sufficit primum. s. misereri: hoc de mundicia apposuit. HIE. Mundus autez deus a mundo corde conspicitur. Templum. n. dei non potest autem ollutuz. Et hoc est quod dicitur: Qm̄ ipsi deū videbunt. CHRY. super math. Qui. n. oēm iusticiaz facit et cogitat: mente sua deū videt: quā iusticia figura est dei: deus. n. iusticia est

Secūdū ergo q̄ aliqs eripuerit se a malis et fecerit bona: s̄m hoc deū videt aut paruz aut amplius aut interdū aut semp s̄m possibilitatē humanā. In seculo aūt illo mūdi corde deum videbūt facie ad faciē: nō in speculo et in enigmate sicut hic. AVG. in ser. dñi i mōte. Stulti aūt sunt q deū videre istis exterioribus oculis q̄rūt: cū corde videatur: sicut alibi scriptū ē: In simplicitate cordis q̄rite illum: hoc. n. ē simplex cor qd̄ mūdū cor. AVG. vlti. de ciui. dei: Si aūt tm̄ poterūt i corpore spiritali oculi ēt ipsi spiritales q̄tum pñt isti quales nūc hēm⁹: pculdubio p eos de⁹ videri nō poterit. AVGV. in p̄mo de trini. Hec aūt visio merces ē fidei: cui mercedi p fidē corda mūdant̄: sicut scriptū ē: Mūdans fide corda eoꝝ. hoc aūt pbat̄ illa maxie snia: Beati mūdo corde: qm̄ ipse deum videbūt. AVGV. sup ge. ad lrām. Nemo aūt vidēs deū viuit vita ista: qua mortalr viuitur et istis sensib⁹ corporis. Sz nisi ab hac vita q̄s q̄s funditꝰ moriat̄: siue oīno exiens de corpore: siue ita alienat⁹ a carnalib⁹ sensib⁹ vt merito nesciat: sicut ait apl's: vtrum i corpore an extra corp⁹ sit: nō in illā subuehit̄ visionem. GLO. Maiorē aūt remūeratione isti hñt q̄z primi sicut qui in curia regis non solum prandet: sed etiam faciem regis videt.

¶ Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur.

AMBRO. super lucam: Cum interiora tua vacua feceris ab oī labe peccati: ne dissensiones contentionesq̄z ex affectu tuo pdeant: a te pacē incipe: vt sic pacem alijs feras. vñ sequitur: Beati pacifici. AVGV. xix. de ciui. dei: Est autez pax tranquillitas ordinis. Ordo autem est parium disparuumq̄z sua loca tribuens dispositio. Sicut autem nemo ē qui gaudere nolit ita nemo est qui pacem habere nolit: quandoquidem ipsi qui bella volunt: nihil aliud q̄z ad gloriosam pacem cupiunt bellando peruenire. HIERO. Pacifici autem dicuntur beati qui primuz in corde suo: deinde et inter fratres dissidentes faciunt pacem. Quid enim prodest alios per te pacari: cum in tua anima sint bella vitiorū. AVGV. in ser. domini in monte: Pacifici autē in semetipsis sunt: qui omnes animi sui motus componētes et subijcientes ra

tioni carnalesque concupiscentias habentes edomitas fiunt regnum dei: in quo ita ordinata sunt omnia: ut quod est in homine precipuum et excellens: imperet ceteris reluctantibus que sunt nobis bestiisque communia: atque idipsum quod excellit in homine. i. mens et ratio subiciatur peccatori quod est ipsa veritas filius dei. Neque enim imperare inferioribus potest: nisi superioribus subiiciatur. Et hec est pax que datur in terra hominibus bone voluntatis. AVGU. in li. retrac. Non tamen cuique provenire potest in hac vita ut lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris. Sed hoc nunc pacifici agunt domando concupiscentias carnis: ut ad pacem plenissimam quandoque veniatur. CHRY. sup math. Pacifici autem ad alios sunt: non solum qui inimicos in pace reconciliant: sed etiam illi qui immemores malorum diligunt pacem. Pax enim illa beata est que in corde posita est. non tantum in verbis. Qui autem pacem diligunt: filii sunt pacis. HILA. Pacificorum autem beatitudo adoptionis est merces. Et ideo dicitur: Quoniam filii dei vocabuntur. Parens enim omnium deus noster est: neque aliter transire in nuncupationem familie eius licebit: nisi fraterne invicem charitatis pace vivamus. CHRY. in ho. Vel quia pacifici dicuntur qui nec litigant: nec odiunt ad invicem: sed et congregant litigantes recte filii dei vocantur: quia unigeniti hoc est opus congregare dispersa: et pacificare contra se preliantia. AVGU. Vel quia in pace perfectio est ubi nihil repugnat pacifici filii dei dicuntur: quoniam nihil resistit deo. Et utique filii dei similitudinem pacis debent habere. GLO. Maximam ergo dignitatem habent pacifici: sicut qui filius regis dicitur in domo regis summus est. Septimo autem loco beatitudo hec ponitur: quia in sabbato vere requiei dabitur pax: sex etatibus transactis.

¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum.

CHRY. in ho. Posita pacificorum beatitudine ne aliquis existimaret quod semper pacem sibi querere sit bonum: subdit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: hoc est propter virtutem: propter defensionem aliorum: propter pietatem. Iusticiam enim consuevit pro omni virtute anime ponere. AVGU. in ser. domini in monte: Pace enim intrinsecus constituta ac firmata: quascunque persecutiones ille qui foras missus est: forinsecus concitaverit: augerit: auget gloriam que secundum deum est. HIERO. Signanter autem addidit: Propter iusticiam. Multi. n. propter sua peccata persecutionem patiuntur: et non sunt iusti. Simulque considera quod octava vere circuncisionis beatitudo martyrio terminetur. CHRY. super math. Non autem dixit: Beati qui a gentilibus persecutionem patiuntur: ne putes illum solum beatum qui persecutionem patitur propter idola non colenda: ideo et ab hereticis persecutionem patiens propter veritatem non relinquendam beatus est: quia propter iusticiam patitur. Sed et si quis ex potentibus qui christiani videntur: forsitan propter sua peccata correctus a te fuerit te persecutus: beatus es cum ioanne baptista. Si. n. verum est quod prophete martyres sunt qui a suis occisi sunt: sine dubio qui propter causam dei aliquid patitur: et si a suis patitur mercedem martyrii habet. Et ideo non posuit scriptura personas persequentium: sed solam causam persecutionis: ut non aspicias: quis te persequitur: sed propter quid. HILA. Sic ergo ad postremum eos in beatitudine numerat: quibus omnia pro christo pati qui iusticia est promptus affectus est. His igitur et regnum servatur: quia in contemptu seculi sunt pauperes spiritu. Unde dicitur: Quoniam ipsorum est regnum celorum. Vel octava beatitudo tanquam ad caput redit: quia consummatum perfectumque ostendit et probat. Itaque in prima et in octava nominatum est regnum celorum. septem. n. sunt que perficiunt: nam octava clarificat: et perfectum demonstrat: et per hos gradus perficiantur et ceteri: tanquam accipiatur rursus exordium. AMBRO. super lucam: Vel aliter: Primum regnum celorum sanctis propositum est in absolutione corporis: secundum post resurrectionem esse cum christo. Post resurrectionem tuam: terram incipies tuam possidere absolutus a morte: et in ipsa possessione consolationem reperies. Consolationem sequitur delectatio: delectationem divina miseratio: Cui autem miseretur dominus et vocat: et sic vocatus videt vocantem. Qui autem deum viderit: in ius divine generationis assumitur: et tunc demum quasi dei filius celestis regni divitiis de

lectatur. Ille igit̃ icipit: hic replet. CHR.
in ho. Ne autem mireris si s̄m vnāquanq;
beatitudinem regnum non audis; quia cum
dicit: Consolabuntur: misericordiam conse-
quentur ⁊ cetera huiusmodi. Per hec vni-
uersa nihil aliud q̃ regnum celorum occulte
insinuat: vt nihil sensibile expectes. Nec
enim beatus est qui in his coronatur: que cū
presenti vita discedunt. AVG. Diligen-
ter autem attendendus est numerus harum
sententiarum. his enim septem gradibus cō
gruit operatio spiritussancti septiformis quā
esaias describit. sed ille a summo: hic ab imo:
quia ibi docetur filius dei ad ima descensu-
rus: hic homo de imis ad similitudinem dei
ascensurus. In his primus est timor qui con-
gruit hominibus humilibus: de quibus di-
citur. Beati pauperes spiritu. i. non alta sa-
pientes: sed timentes. Secunda est pietas:
que conuenit mitibus: qui enim pie querit:
honorat: non reprehendit: non resistit: quod
est mitem fieri. Tertia est scientia que conue
nit lugentibus: qui didicerunt quibus ma-
lis nūc victi sunt: que quasi bona petierūt.
Quarta que est fortitudo congruit esurienti
bus ⁊ sitientibus: quia desiderantes gaudiū
de veris bonis laborant: a terrenis cupien-
tes auerti. Quinta consilium conuenit mi-
sericordibus: quia vnicum remedium est de
tantis malis erui: dimittere alijs ⁊ dare. Se
xta est intellectus: ⁊ cōuenit mundis corde:
qui purgato oculo possunt videre quod ocu
lus non vidit. Septima est sapientia: que cō
uenit pacificis: in quibus nullus motus est
rebellis: sed obtemperant spiritui. Vnū aūt
premium quod est regnum celorū varie no
minatum est. In primo sicut oportebat posi-
tum est regnum celorum quod est perfecte sa
pientie initium: ac si diceretur: Initium sa-
pientie timor domini. Mitibus hereditas tā
q̄ testamentum patris cum pietate querenti
bus. Lugentibus consolatio tanq̄ scientibus
quid amiserūt: ⁊ in quibus mersi sunt. Esu
rientibus saturitas tanq̄ refectio laboranti-
bus ad salutem. Misericordibus misericor
dia tanq̄ optimo consilio vtentibus: vt hoc
eis exhibeatur: quod exhibent. Mūdis cor
de facultas videndi deum tanq̄ purum ocu
lum ad intelligenda eterna gerentibus. Pa
cificis dei similitudinem. Et ista quidem in

hac vita possunt complere: sicut completa eē
in apostolis credimus. nam quod post hanc
vitā promittitur: nullis verbis exponi pōt.
¶ Beati estis cum maledixerint vo
bis homines ⁊ persecuti vos fuerint:
⁊ dixerint omne malum aduersū vos
mentiētes propter me. Gaudete ⁊ ex
ultate: quoniam merces vestra copio-
sa est in celis.
RABA. Superiores sententias genera-
liter digerebat: iā incipit loqui presentes cō
pellans: predicens eis persecutiones quas
pro nomine eius passuri erant dicens: Bea
ti estis cum maledixerint vo. ho. ⁊ pse. vos
fuerint. ⁊ dix. omne malum aduer. vos.
AVG. Queri autem potest quid intersit q̄d
ait: Cum vobis maledicent: ⁊ dicent omne
malum: cum maledicere hoc sit malum dice-
re? Sed aliter est maledictum iactatum cum
contumelia coram illo qui maledicitur: aliter
cum absentis fama leditur. Persequi autē
ē vī īferre vel insidijs appetere. CHR.
super mathe. Si autem verum est: quoniam
qui calicem aque porrexerit: merces eius non
perit: consequenter qui vel vnius leuissimi
verbi iniuriam fuerit passus: vacuus n̄ erit
a mercede. Vt autem blasphematus sit bea-
tus: duo conuenire debent: vt ⁊ mendaciter
blasphemetur: ⁊ propter deū: alioqui si vnū
defuerit: non est beatitudinis merces. Et iō
dicit: Mentientes propter me. AVGV.
Quod propter illos additum puto qui volūt
de persecutionibus ⁊ de fama sue turpitudi-
nis gloriari: ⁊ ideo dicere ad se pertinere xp̄m:
q̄ multa de illis dicuntur mala: cum ⁊ vera
dicantur q̄n ⁊ de errore illorū dicuntur. ⁊ si
aliquando falsa iactantur: non tamen propt̃
christum ista patiuntur. GRE. super eze-
chielem: Quid autem poterit obesse si hoīes
vobis derogent: ⁊ sola vos conscientia defē
dat? Sed tamen linguas detrahentiū sicut
nostro studio non debemus excitare ne ipsi
pereant: ita per suam maliciam excitatas de-
bemus equanimiter tolerare: vt nobis meri
tum crescat. vnde ⁊ hic dicitur: Gaudete ⁊
exultate qm̄ merces vestra copiosa est i celis.
GLO. Gaudete mente quidē: ⁊ exultate
corpore: quia merces vestra non tantum ma
gna est sicut aliorum: sꝫ copiosa est in celis.

AVG. Non hic celos puto dici superiores ptes huius visibilis mundi: non. n. merces vestra in rebus visibilibus collocãda ẽ: sed in celis dictum puto in spiritualib⁹ firmamẽtis vbi habitat sempiterna iusticia. Sentiunt ergo iam istam mercedẽ qui gaudent spiritualibus: sed ex omni pte pficief: cũ mortale hoc induerit imortalitatem. HIE. Gaudere igitur et exultare debemus vt merces nobis in celestibus preparetur. hoc q vanã sectatur gloriã iplere nõ potest. CHRY. sup mathe. Quãtũ aliquis letatur de laude hominum: tãtũ de vituperatione tristatur. q vo gloriam cõcupiscis in celo: obprobria non timeas in terris. GRE. super ezechielem: Aliquãdo tñ detractores debemus cõpescere: ne dum de nobis mala disseminant eorum qui audire nos ad bona poterãt corda inocentiũ corrũpant. GLO. Nõ solũ aũt pmio sed et exẽplo eos ad patientiã pvocat: cum subdit: Sic eni persecuti sunt pphetas q fuerunt añ vos. REMI. Magnã. n. cõsolationẽ accipit homo i tribulatiõe posit⁹: dum recordatur passiones alioꝝ a qbus exẽplũ patientie accipit: ac si diceret. Mementote qr illius vos estis apli: cui⁹ et illi fuerũt pphe. CHR. i ho. Simul et isinuat coeq̃litatẽ sui honoris ad pñez: ac si dicat: Sic illi pp pñez ita et vos pp me patiemini. Cũ et dicit pphas q fuerũt añ vos: monstrat et ipsos pphas iam factos. AVG. Persecutionẽ ãt hic generaliter posuit: et in maledictis: et in laceratiõe fame.

In festo sctí ãdree apostoli: Mathei quarto capi.



